Vulgatam editionem de qua fit mentio in prologo super baruch exponitur in prologo super ezechielem. Cetera plana sunt

Incipit liber baruch

Et hec uerba libri. Post librum thobie secundum ordinationem temporis sequitur liber baruch immediate. nam hystoria thobie contigit temporibus ezechie regis iuda ut ostensum est supra in principio libri thobie. baruch autem fuit notarius ieremie a tempore ioachim filii iosie ut habetur ieremie. 36. et destructa ierusalem per caldeos cum ieremia descendit in egyptum post interfectionem godolie. iere. 43. et postea scripsit istum librum quantum ad illam partem cuius fuit auctor. quantum autem ad epistolam ieremie que ponitur in hoc libro cuius tamen non fuit auctor. sed tantum scriptor. Scripserat autem destructionem ciuitatis ut uidebitur ipso domino concedente.

Iste liber iste in duas partes diuiditur. scilicet in librum baruch scribe et in epistolam ieremie que incipit capitulo 6. Prima diuiditur in tres partes quia primo circa librum baruch ponitur descriptionis actio. 2° legendi modus ibi. et legit baruch. tertio libri processus ibi. et dicetis. Circa primum primo ponitur scriptoris genus cum dicitur. et hec uerba libri que scripsit baruch filius nerie etc. et secundum glossam hebreorum pater baruch et auus et ceteri qui ponuntur hic habuerunt spiritum prophetie sicut et ipse. dicitur enim quod quando in principio alicuius prophetie ponitur nomen patris eius et aui et sic ascendendo per hoc datur intelligi quod spiritum propheticum habuerunt. Sciendum etiam quod dictio copulatiua cum dicitur. et hec uerba libri etc. copulat ad uerba ieremie que baruch scripserat ante. Secundo ponitur descriptionis locus cum dicitur. in babilonia. sed hoc uidetur falsum. quia ieremie 43 dicitur quod cum ieremia et aliis iudeis qui remanserant in iudea descendit in egyptum et non iuit in babiloniam cum aliis captiuatis. Dicendum quod mortuo ieremia in egypto baruch iuit in babiloniam ad captiuorum consolationem et maxime quia ieremias prophetauerat egyptum destruendum per nabuchodonosor regem babilonis. iere. 43. Tertio ponitur descriptionis tempus cum dicitur. In anno quinto. scilicet a destructione ierusalem per caldeos. sic enim numerabant iudei tempore captiuitatis babilonice. sicut modo computant a tempore captiuitatis sue per romanos incipiendo a destructione ciuitatis ierusalem facta per titum et uespasianum. et in septima die mensis. non dicitur hic quis mensis fuerit. et ideo uidetur quod fuerit primus mensis. In tempore quo ceperunt caldei ierusalem. id est a tempore illo unde incipiebat iudeorum numeratio ut dictum est. Et legit. hic consequenter ponitur circa librum istum legendi modus. et primo in babilonia. 2° in ierosolima. ibi. et collegerunt. Circa primum dicitur. et legit baruch uerba libri huius ad aures ieconie etc. Sed contra hoc uidetur quia ieconias iste erat in carcere regis babilonis. Dicendum quod non erat in carcere clausus saltem continue eo quod esset nobilis et rex iuda. uel si erat clausus non tamen taliter quin baruch posset ad eum accedere. Talis enim accessus frequenter conceditur detentis in carcere

et ad aures uniuersi populi. scilicet iudeorum in babilonem ductorum et ad aures potentium filiorum regum. quia ducti fuerant ibi aliqui de semine regio ut habetur danielis primo et fuit in magna potestate. sicut patet ex eodem libro de daniele et sociis eius. Cetera patet usque ibi. ad flumen sodi. id est iuxta flumen sic nominatum, sic dicitur iere. 46. capitulo. ad flumen eufraten uicti sunt. id est iuxta flumen eufraten. qui audientes plorabant. penitentes de peccatis pro quibus captiuati erant. et ieiunabant et orabant in conspectu domini. affligendo corpus et spiritum offerendo et sic eorum afflictionem deus respiceret et captiuitatem relaxaret. Et collegerunt. hic consequenter describitur lectio libri huius in ierusalem. nam iudei habitantes in babilone fecerunt librum baruch transcribi et miserunt in ierusalem ut legeretur ibi et cum hoc miserunt pecuniam ut inde emerentur uictima pro sacrificiis et oblationibus ibidem fiendis et hoc est quod dicitur. et collegerunt pecuniam. et patet litera usque ibi. cum acciperet. Sciendum tamen quod hoc uideretur aliquibus falsum quod hic dicitur est quia omnes iudei qui erant in iudea interfecto godolia descenderunt in egyptum ut supra dictum est. et ideo non uidetur quod tunc in ierusalem fuit populus iudeorum nec sacerdotes sacrificia offerentes et maxime. quia primo esdre 3° dicitur quod zorobabel et illi qui redierunt de captiuitate babilonica erexerunt altare super basses suas et obtulerunt super illud holocaustum domino quod fuit per longum tempus post istum propter quod uidetur quod a destructione ciuitatis et templi per caldeos usque ad reditum captiuitatis babilonice non fuit in ierusalem altare holocausti erectum nec sacerdotes offerentes sacrificia propter que et consilia liber iste apud hebreos apocrifus reputatur. Potest tamen dici quod licet interfecto godolia quem rex babilonis prefecerat terre iuda. totus populus iudeorum qui remanserat in iudea fugerit in egyptum timens ne rex babilonis mitteret exercitum ad uindicandum mortem godolie. uidens tamen postea quod non mitteret et audiens ieremiam prophetantem quod rex babilonis egyptum inuaderet pro magna parte rediit in ierusalem propter loci sanctitatem. Et inter redeuntes fuerunt aliqui sacerdotes quorum principalis fuit ioachim hic nominatus. non tamen fuit filius summi sacerdotis. quia iosedech summo sacerdote cum sedechia rege fuit ductus in babilonem cui in summo sacerdotio successit ihesus filius eius in reditu captiuitatis babilonice ut patet primo esdre 3. et zacharie 3. Ioachim autem filius istius ihesu ut dicunt hystoriographi postea fuit summus sacerdos. Unde et iste dicitur hic ioachim filius helchie ad distinctionem alterius. Ad illud autem quod dicitur de erectione altaris post reditum captiuitatis dicendum quod scriptura loquitur de sollempni erectione altaris post reditum captiuitatis babilonice. tunc autem sacerdotes predicti non redeuntes erexerunt altare priuatum ad sacrificandum domino prout poterant bono modo. sicut patriarche et prophete frequenter leguntur altaria erexisse sacrificando domino. Cum acciperet uasa. hic est constructio suspensiua et intricata sine precedentibus intellectu. Sciendum quod tamen iecomia rege iuda in babilonem ducto fuerunt uasa templi domini aurea transportata pro quibus rex sedechias in regno iude succedens fecit argentea uasa quia non poterat facere aurea sicut roboam filius salomonis pro scutis aureis que abstulit sesach rex egypti fecit scuta erea. 3. Re. 14. et illa uasa

argentea captiuato sedechia fuerunt in babilonem porta
ta. que saltem pro parte redemerunt iudei in babilonem
deducti et miserunt in iherusalem pro cultu dei cum pecunia pro
sacrificiis collecta ut dictum est et hoc est quod dicitur cum
acciperet. scilicet dictus ioachim sacerdos. vasa templi domini
que ablata fuerant de templo sedechia rege capto
reuocare in terram iuda. id est ut remitterentur in iherusalem
que est metropolis. decima die mensis siban. quod correspondet
parti maio et parti iunio apud nos ¶ Consequenter ostendit quae
sint illa uasa. dicens. vasa argentea que fecit sedechias etc.
et patet littera usque ibi. et orate pro uita nabugodonosor etc. ex
eius enim pacifico statu dependebat pax terre babi
lonie et per consequens iudeorum ibi translatorum. propter quod pe
tebant orari pro uita regis et filii eius secundum monitionem
ieremie. 29. orate pro ciuitate ad quam transmigrari essetis
quia in pace illius erit pax uestra. et det uirtutem nobis.
primo petierunt orari pro bono statu regni quod est ma
gis commune. postea uero pro bono suo quod erat magis
spirituale. et illuminet oculos nostros. in ueritatis cognitione
ut uiuamus sub umbra nabugodonosor. ex quo deus ordinauit
nos in eius seruitutem redigere. et seruiamus eis. humiliter
obtemperantes uoluntati diuine. et inueniamus gratiam in
conspectu eorum. ut non cogant nos ydolatrare. sed permit
tant nos deo pacifice deseruire. et pro nobis ipsis ora
te ad dominum deum nostrum quia peccauimus. id est orate ut di
mittat nobis peccata nostra. ¶ Consequenter subditur de lectione libri
baruch cum dicitur. et legite librum istum etc. recitari in tem
plo domini. licet enim templum esset combustum tamen remanse
rat platea atrii in qua conueniebant iudei ad orandum
et audiendum uerbum dei. in die sollempni. id est in diebus sollemp
nibus in quibus magis conueniebat populus ¶ Et dicetis.
Postquam descriptum est initium libri baruch legendi modus
hic consequenter describitur libri processus. in quo primo ponitur
humilis deprecatio. secundo utilis informatio. 3° cum dicitur audi is
rael ubi incipit 3m capitulum secundum signatorem textum. Pri
ma in tres. nam sicut dicitur eccli. 35. oratio humiliantis se
nubes penetrabit. et ideo primo ponitur orantis hu
miliatio. 2° humiliantis se deprecatio ibi et nunc domine de.
tertio deprecantis conclusio ibi. et nunc domine omnipotens.
Circa primum ponitur humilians oratio in duobus scilicet confitendo pro
prium culpam. 2° confitendo penam iuste illatam in principio 2i capituli
Circa primum dicitur. et dicetis uerba baruch recitando. domino deo
nostro iustitia. est enim iuste relata. nobis autem confusio faciei
nostre. in peccatorum nostrorum confessione. Sicut dies hec. sup
ple manifestat in inflictione pene. omnimoda. id est omni iudeo
de regno iude. Regnum autem israel captiuatum fuerat per
multum tempus ante et habitantibus in iherusalem. marie. nam
illam obsederant caldei et combusserunt populum partim
occidendo et partim captiuando. Regibus nostris. tres enim
reges successiue fuerant confusibiliter tractati. nam
ioachim filius iosie fuit interfectus et extra portas iherusalem
proiectus sicut predixerat ieremias. 22. capitulo. Sepultura
asini sepelietur etc. et iechonias filius eius in babilonem duc
tus et ibidem ignominiose mortuus sicut dictum fuit
abacuc 2°. et principibus nostris et sacerdotibus nostris. qui fuerunt
partim occisi et partim captiuati. et prophetis nostris. scilicet falsis
asserentibus iherusalem a caldeis non esse capiendam. Potest etiam
hoc exponi de prophetis ueris qui populi sui confusionem sibi
attribuebant. peccauimus ante dominum. licet autem baruch

cum iustus et bonus tamen connumerat se peccatoribus eo quod erat
de eodem populo. et non credimus. prophetis ipsius. diffiden
tes in eum. id est de protectione eius. et non fuimus subiec
tibiles. ei obediendo humiliter. et non obaudiuimus
uerba eius respuendo. ut ambularemus in mandatis eius
ad hoc enim data fuit lex in deserto/ exo. 20. eramus in
credibiles ad dominum. moysen et alios seruos eius exas
perando. et dissipati recessimus etc. homines enim mali sunt
in seipsis dissipati. quia ratio trahit ad bonum. sensualitas et
consuetudo peccandi ad oppositum secundum quod deducit philosophus
9 ethicorum. adheserunt nobis multa mala. culpe et pene et
maledictiones que constituit dominus moysi. deut. 27.
et. 28. qui eduxit patres nostros de terra egypti. exo.
13. dare nobis terram etc. id est ad dandum nobis terram bonam
et fertilem. Sicut hodierna die. supple apparet male
dictio dei super nos qui electi sumus inde et non
audiuimus etc. replicatio est eius quod dictum est supra
sicut in oronibus solet idem pluries replicari ad maio
rem affectus expressionem/ et idem fit etiam in sequentibus.
operari diis alienis. id est sacrificare eis. facientes ma
la ante oculos domini. quibus omnia nuda sunt et aperta
hebre. 4. uel dicitur. ante oculos domini. quia tempore manasse
regis iuda in templo domini fuerunt ydola posita quibus
ydolatre sacrificabant

Propter quod

II

. hic consequenter ponitur orantis humiliatio confitendo pe
nam illatam esse iustam cum dicitur. propter quod statu
it dominus. id est firmiter disposuit. Verbum suum de iusta pu
nitione peccatorum. quod locutus est. per moysen et alios prophe
tas. ad nos et ad iudices nostros etc. ita quod nullus ex
cusare se potest de ignorantia. ut adduceret dominus super
nos. iuste. mala magna que non sunt facta sub celo. in ali
a gente quanto enim grauius est peccatum tanto grauior debet
esse pena. peccatum autem israel propter legem a deo sibi datam
et alia beneficia fuit in altiori statu quam ceterorum populorum.
Sicut dicitur in psalmo cxlvii. non fecit taliter omni nationi etc.
propter quod eius peccatum fuit grauius. quia quanto status altior
tanto casus grauior. ideo fuit maiori pena dignum
ut manducaret homo carnes filii sui etc. licet hoc non
legatur esse factum. iiii. Reg. et 2° par. in obsidione iherusalem
per caldeos tamen credendum hoc fuisse factum ut dicit
hic propheta baruch. quia non omnia sunt in illis libris scrip
ta/ et marie quia idem legitur factum. 4. Reg. 6. in obsidione
samarie et in obsidione iherusalem per romanos secundum quod
refert iosephus et alii hystoriographi. et dedit il
los sub manibus regum omnium etc. sicut patet libro regum et
iudicum in pluribus locis. in improperium et desolationem. nam
multa inferebant conuicia et grauamina iudeis inter genti
les captiuatis. domino deo nostro iustitia etc. exponitur ut
supra quia repetitio est eiusdem ad maiorem affectus
expressionem. et non sumus deprecati faciem domini. frequenter enim
legitur in predictis libris quod iudei pro peccatis suis a deo per
cussi pro pena non reuertebantur ad dominum per penitentiam. et uigi
lauit dominus in malis. scilicet pene iuste super nos adduxit ea in diebus
que dedit ante faciem nostram. id est clare et manifeste. ita quod
non possimus nos excusare per ignorantiam ¶ Et nunc domine.
Postquam posita est humiliatio orantis. hic consequenter ponitur humiliati

deprecatio

/et incarceratus/ et sedechias eis succedens excecatus/ et
in babilonem ductus.

deprecatio. Et dividitur in tres partes. quia primo in oratione al
legatur dei magnificentia. 2o orantis populi pena ibi
respice domine. Tercio divini cultus ignominia ibi
et posuisti templum. Circa primum sciendum quod sicut dicitur. e. e
thicorum magnificus inclinatur ad dandum quod petitur quia
beneficia prius prestita allegantur. et ideo hic allegantur bene
ficia a deo prestita populo israel in exitu de egypto cum
dicit. Et nunc domine deus israel. licet enim esset deus omnium per
creationem. dicebatur tamen deus israel per spiritualem cultum. qui
eduxisti plebem tuam de terra egypti de qua non po
terat egredi in manu valida. id est in potestate magna.
et insignis. quantum ad minora miracula. et in prodigi
is. quantum ad maiora. unde dicitur prodigium quasi procul a
digito cuiusmodi est miraculum raro visum. et in virtute
tua magna etc. sicut patet in divisione maris rubri et in
multis aliis populo israel exhibitis. et fecisti nomen tibi. per
hoc enim divulgatum fuit nomen dei per orbem. sicut est
dies iste. id est sicut presens tempus manifestat per scripturas ca
nonicas de istis memoriam facientes. peccavimus in
nosmet ipsos. impie egimus. erga deum. inique gessi
mus. erga proximum. avertatur ira tua a nobis. id est pena
nobis a te inflicta. quia derelicti sumus pauci. nam
multi de iudeis fuerunt gladio et fame mortui. exau
di domine preces nostras. factas interius. et orationes nostras fac
tas mentaliter. nam secundum damascenum. oratio est ascensus
mentis in deum. et educ nos. de captivitate babilonis.
propter te. id est ex tua bonitate et non ex meritis nostris
et da nobis invenire gratiam etc. id est ut sciant gentiles quia
tu es deus noster. per hoc quod inveniemus gratiam principum in ter
ra aliena. ¶ Respice domine. Hic consequenter allegatur populi de
precantis pena qua movetur deus ad exaudiendum orationem
deprecantium cum dicit. respice domine de domo sancta tua
id est de celo quod dicitur eius domus. quia licet sit ubique per
potenciam essenciam et presenciam. tamen ibi specialiter relucet
eius maiestas et gloria. quia non mortui qui sunt in
inferno. id est reconditi in sepulcro. vel in inferno. quantum ad
animas que tunc omnes ibi descendebant. dabunt hono
rem et iustificationem domino. quia sunt extra statum merendi. sed
anima que tristis est per contritionem veram super magnitudinem
peccatorum suorum. et incedit curva. per veram humiliationem
et infirma. per proprie fragilitatis consideratione. et oculi
deficientes. id est proprios defectus et non alienos attenden
tes. et anima esuriens. id est iustificari desiderans. matthei v.
beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam. dat tibi gloriam. psalmus l.
Sacrificium deo spiritus contribulatus. quia non secundum iustitias
patrum nostrorum. quia non fuerunt peccatores sicut et nos.
nos fundimus misericordiam. id est preces nostras postulantes. sed quia
misisti iram tuam. id est punitionem iustam. non enim ira et alie pas
siones sunt in deo. sed qui punit ad modum irati se habet. si
cut locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum. id est per prophe
tas tuos. per manum enim significatur hic lingua eo quod manus
est organum organorum ut dicitur 3o de anima. inclinate hu
merum vestrum etc. hoc enim frequenter dixit ieremias scilicet quod
civitas destrueretur et populus captivaretur nisi se subicerent
regi babilonis. et similiter alii prophete. Cetera patent
usque ibi. ut proferrent ossa regum nostrorum etc. iudei namque
quia sepeliebant potentes cum superbis magnis ponentes
preciosa in sepulcris eorum. Et ideo caldei qui erant cupi
di capta civitate iherusalem fodiebant talia sepulcra propter
preciosa rapientes et ossa mortuorum eicientes. et
mortui sunt in doloribus pessimis. In obsidione
enim civitatis multi fuerunt mortui. aliqui aeris cor
ruptione aliqui gladio et aliqui fame. et in emis
sione quia multi de illis qui mittebantur in babilonem
captivi fuerunt in via mortui. ¶ Et posuisti. hic
consequenter allegatur divini cultus ignominia cum dicit. et po
suisti templum. in desolationem. in quo invocatum est nomen
tuum. ante eius destructionem. sicut hec dies. supple
manifestat per rei evidentiam. et fecisti nobis domine deus
noster secundum omnem bonitatem tuam etc. secundum magnitudinem
bonorum que fecisti nobis ex tua bonitate in datione
legis et aliis beneficiis. inflixisti nobis penam. ex tua
iusticia eo quod fuimus ingrati et transgredientes tua man
data. in die qua precepisti scribere ei legem. id est deutero
nomium. ambitus hec magna et multa. id est ornatus
et pulcritudo populi israel. convertetur in minimo. per gladi
um et captivitatem quia scio quod me non audiet. deus
autem ita cognoscit futura sicut presencia. populus est enim
dura cervice ut patet ex decursu veteris testamenti. et conver
tetur ad cor suum. recognoscendo proprium delictum. in terra cap
tivitatis sue. vexatione ei intellectum dante. et dabo eis cor
scilicet contritum. et audient aures. dei verbum. et laudabunt
me in terra captivitatis sue. sicut dictum est supra de tho
bia thobie. 13. et idem fuit in multis aliis iustis ut in da
niele et sociis eius et consimilibus. et avertent se a dorso
suo duro. id est ab inobedientia sua. quia reminiscentur
viam patrum suorum. qui similiter pro peccatis suis mortui fu
erunt et captivati. et revocabo illos in terram etc. hoc
fuit impletum aliqualiter quando cyrus dedit iudeis licentiam
redeundi in iudeam. sed plenius per christum aperientem celi ia
nuam quod est terra viventium per terram promissionis figu
rata. premium enim virtutis a deo principaliter promissum
non potest intelligi bonum terrenum quod est minus quam vir
tutis bonum et ideo quando in scriptura sacra per virtuosis op
ibus promittuntur bona corporalia et terrena, sed illis intel
liguntur promitti principaliter bona spiritualia et eterna sicut
dicit plenius genesis 14. et in pluribus aliis locis. et huic
sensui concordat littera sequens cum dicit. et statuam illis te
stamentum alterum. id est novam legem per christum. sempiternum
Tum quia legi nove lex alia non succedet. tum quia habet
effectum sempiternum introducendo statim ad gloriam sempi
ternam quod lex vetus facere non poterat secundum quod deducit a
postolus satis diffuse in epistola ad hebreos. ideo subditur.
et non movebo amplius populum meum etc. quia mansio ce
lestis est stabilis et eterna.

III

Et nunc domine

omnipotens. Postquam posita est orantis allegatio
hic consequenter ponitur orationis conclusio cum dicit. anima in
angustiis. posita. et spiritus anxius. ex afflictione dura
clamat ad te. ut possit aliquantulum respirare. au
di domine. condescendendo. cetera patent usque ibi. audi
nunc orationem mortuorum israel. id est sanctorum patriarcharum et prophe
tarum qui viventes oraverunt ad te pro bono statu poster
rum. et filiorum ipsorum qui peccaverunt ante te. id est vocem nostram au
di quia licet peccavimus tibi. tamen penitentes clamamus ad
te. et agglutinata sunt nobis mala. id est pena multiplex

est nobis inflicta · noli meminisse iniquitates patrum
nostrorum · p ipsis nos puniendo · nã aliqñ filij iuste pro
pctis pnimunt pena tpali qz filij sũt qdã res patrum
sz memento manus tue · i · potentie tue p nra liberatõne
et nõis tui · cui ppriũ ẽ parcẽ et misereri · Cetera pa
tent usqz ibi · et conuertemus iniquitatẽ patrũ nrorũ · i
bonũ p pniam nram · qui sumus successores eorum
i ipperiũ et imaledictũ · nã multa conuitia et male
dicta inferebantur eis in aliena terra · et i pctatũ
· i · pctores reputati et i pctatis puniti ¶ Audi is
rael · Postqz premissa ẽ huius deprcatõ · h onditur sub
ditur utilis informatõ et pmo baruch pplm isrl ad
bonũ hortatur · 2º eũ multiplr cõsolatur · eº ca · ibi ·
Animequior esto · pma in duas · nã pmo pplm ad
sapie desideriũ inuitat · 2º que sit illa sapia declat
i pncipio qrti capli · pma i tres qz pmo ad qrẽdũ
sapiam iduce pplm · 2º ab ea infideles excludit
ibi · quis inuenit · Tercio quibus concedat ondit ibi · O
isrl · Circa pmũ dicit · Audi isrl mandata uite · i · mã
data dei quorũ obseruatõ deducit ad uitã etnã · mt · 19 ·
si uis ad uitam igredi serua mãdata · Auribus pcipe
ut scias prudẽciã · nõ hũanã cuius finis ẽ felicitas
politica · sz diuinã et infusam cuius finis ẽ felicitas
supna · quid ẽ isrl qd in terra inimicorũ es · detẽtus
i captiuitate · inueterasti in terra aliena · ibi existẽs
iam a longo tpre · quia regnũ isrl fuit captiuatũ
anno sexto ezechie · et ieconias rex iuda cũ nobi
libus et potẽtibus regni sui anno pmo sedechie · et se
dechias cum reliquis anno undecimo regni sui · co
iquinatus es cum mortuis · i · cũ infidelibus qui mortui
dicuntur · mathei · 8 · dimitte mortuos sepelire mor
tuos suos · filij eñ isrl inter eos captiuati freqnter et
coĩter iqnabãtur ritibus eorũ ut dictũ est · ĩ · thobie
pmo · deputatus es cũ descẽdẽtibus in infernũ · i · cũ
ydolatris inter eos cõmorãdo · Pmisit igr · quid ẽ
isrl · i · que ẽ cã istorũ malorũ sup te ueniẽtiũ · et
respondet · dereliquisti fontẽ sapie · i · quia dereliqsti
deuz tuũ · nam si ĩ uia dei ambulasses · tibi ondsa
p legem et pphas · hitasses in pace sup terrã · a dõ
tibi concessam · patet eñ ex decursu ueteris testamenti
qd qñ diu in uia dei ambulauit ĩ terra pmissionis
pacifice hitauit · disce ubi sit prudẽcia · infusa · ubi
sit uirtus · similiter ĩfusa · nam sicut uirtutes politice
ex actibus acquisite conectũtur prudencie politice ut
hr · vi · ethicorum · sic uirtutes morales infuse conectuntur
prudẽcie diuine ul infuse · ubi sit intellectus · est aũt
intellectus pprie hitus pncipiorũ · articuli uero fidei
sunt pncipia oĩuz credibiliũ · Et io fides q ẽ uir
tus intellectualis est huiusmõi itellectus · ut scias si
mul · i · p ipam fidẽ q est sba rerũ sperãdarũ argu
mẽtũ · i · certitudo nõ apparentiũ · ubi sit longitudo
uite · i · uita eterna · et uictus · i · fruitõ bta · ubi sit
lumen oculorũ · p aptã pme ueritatis uisionẽ · et
pax · p oĩmodã appetitus quietatõnez · p fidẽ · n ·
cognoscimus certitudinaliter qd ista sunt ĩ deo obiec
tiue et in btis spiritibus subiectiue ¶ Quis ĩueñit · h
onditur infideles ab hac sapia excludi ibi · dicens · qs
ĩueñit · etc · q · d · nullus de infidelibus qñtũcũqz potens
et magnus io subdr · ubi sunt pncipes gentiũ · tpre

nãqz baruch captiuatis regibus isrl et iuda · omnes
terre pncipes erant ydolatre et ĩfideles · q dñant
super bestias que sũt ĩ terra · p uenatõis exerciciũ
qui in auibus celi ludũt · p aucupiũ · q argẽtũ the
zaurizant et aurũ in quo cõfidũt hoies · p hoc · n ·
sperant obtinere sup alia regna dñium · et nõ ẽ
finis passionis eorũ · quia qnto plura acqrũt tãto
ad alia acqrenda ardẽtius hanelant · q argẽtum
fabricant · inde faciẽdo monetã ul ydola · et solli
citi sũt · de obtinẽdo quod cupiũt · et nõ ẽ iuẽtio o
perũ illorũ · qz freqnter pueniũt morte ante qz
possint opus intẽtũ perficere · io dr · exterminati sũt
· etc · Iuuenes · moribus et etate · uiderũt lumẽ · i bõis
sensibilibus suũ ponẽtes finẽ · uiam aũt discipline
ignorauerũt · delectatõnes eñ sensibiles hãc notitiã ipe
diũt · nec intellexerũt semitas eius · i · modos iquirẽ
di eam · neqz filij eorũ · male uiuẽtes et in sensibilibus
delectatõnibus occupati sicut pres ipsorũ · Non ẽ audi
ta in terra chanaam · i qua ante filios isrl hitauerũt
ydolatre pessimi ut pz in libris nũi et deutro · neqz ui
sa ẽ in theman · nomẽ est terre de qua fuit eliphat t
hemanites q nõ ponebant ĩ pñtez uitã ut dictũ fuit
sup librũ iob et idem uidetur ẽẽ de alijs hitatoribus il
lius terre · nam iste fuit de maioribus et prudẽtibus ppt
q exclusi erant a sapia diuina que felicitatẽ ponit ĩ
uita futura · filij quoqz agar · i · agareni qui modo di
cuntur sarraceni usurpantes sibi nomen a sarra libera · cuz
tñ descenderit ab agar ancilla abrahe · qui exqsie
rũt prudẽciã que de terra ẽ · sũt · n · astuti ĩ terrenis
lucris · et fabulatores ad decipiendũ ĩ mercatõnibus
hoies · et exqsitores intelligẽcie · que ppe ẽ de pñtibus
tantũ · uiam aũte sapie · que magis attendit bona
futura · nescierũt ¶ O isrl · hic onditur quibus cõ
ceditur sapia diuina cuz dr · O isrl cõsidera qz magna
ẽ domus dei · i · celũ empireũ quod ẽ locus btorũ · ẽ · n ·
celũ supremũ et p oñs maxime extẽsũ · qnto · n · magis
distat a centro mũdi · magnus et nõ ht cõsumatõnẽ · i ·
terminatõnẽ seu finitõnẽ a parte post · uã ẽ incorruptibile
excelsus · quia ẽ locus supremus ut dictũ ẽ · et imẽsus ·
nõ simpliciter · quia nulla creatura sic ẽ imẽsa · sz p cõ
paratõnez ad nos qui qntitatez eius metiri nõ possumus
Ibi fuerũt gigantes · hoc nõ refertur ad lrãm imediate
precedẽtez · nãm celo empireo nõ fuerũt gigantes q
sunt hoies icopõiti moribus · sz refertur ad hoc quod
dr · nõ est audita in terra chanaã · i qua hitauerũt gi
gantes ut hr · nũi · 13 · ibi uidimus monstra qdã fili
orũ enach de genere gigantũ quibus cõpati qi locu
ste uidebamur · Scientes bellũ · i · artez bellandi · nõ
hos elegit dñs · in pplm sibi peculiarẽ sicut elegit
israelez · neqz uia discipline inuenerũt · nã icopõiti
moribus fuerũt · ppterea pierũt · filij isrl eos interfe
cerunt ut hr in libro iosue et iudicũ · quis ascẽdit
in celũ · etc · qsi dicat nullus homũ · s · ante xpi ad
uentũ et p tpre illo loquitur baruch · qs transfretauit
mare · etc · q · d · nullus p talẽ transfretatõz potuit
ĩuenire sapiam diuinã · nõ ẽ qui possit scire uiaz eius na
turali uirtute · sicut ĩuẽta ẽ sapia philosophica · sz
qui scit uniũsa nouit illã · s · deus · et ĩuenit eã prudentia
dentia sua · i · het eam p se ipm et nõ p doctorez

aliũ

aliud. qui preparauit terram in eterno tempore. nam in eternum durabit a parte post sicut et alie mundi partes principales. meliorabuntur tamen in suis qualitatibus in mundi innouatione. et repleuit eam bipedibus et quadrupedibus. i. ambo hominibus et animalibus. licet enim aues habitent in aere communiter tamen alimentum accipiunt in terra. qui emittit lumen et vadit. nam secundum eius ordinationem lumen solis et lune quodam modo renouatur quamuis certis temporibus eclipsatur. Stelle dederunt lumen secundum dei ordinationem. et letate sunt. locutio est methaforica. Sicut enim dicitur pratum ridet quando totum celestia sunt ornata secundum damascenum. vocate sunt et dixerunt etc. istud dicere non est aliud quam cursum suum secundum ordinationem dei perficere. hic est deus noster. cui obediunt tota celestia et terrestria. et non estimabitur alius aduersus eum. nam alii sunt dii falsi. hic adinuenit omnem viam discipline ducentem ad viam glorie. et dedit illam iacob puero suo et israel electo suo. Iacob autem et israel idem homo fuit. sed primo vocatus est iacob. i. supplantator. postea israel i. videns deum vel directus cum deo gen. xxxii. per quod designatur quod in via perfectionis oportet hominem prius luctari cum passionibus ipsas subiciendo per exercitium virtutis per ea perficitur in contemplatione veritatis. vnde dicit gregorius super ezechielem qui contemplationis arcem desiderant prius necesse est ut in campo actionis se per exercitium probet. et philosophus vii phisicorum. sedando et quiescendo i. sedatis passionibus fit anima sciens et prudens. Et ideo bene dicitur quod sapientiam diuinam dedit deus iacob et israel quia passionibus supplantatis datur homini contemplatio veritatis. post hec in terris visus est et cum hominibus conuersatus est. quod potest dupliciter intelligi. Vno modo ut sit relatio preteriti quia post illuminationem iacob patriarche et dationem legis descendentibus ex suo semine. exo. xx. deus apparuit illi populo exo. xx. ascenderunt quoque moyses et aaron nadab et abiu et lxx. de senioribus israel et viderunt deum israel et subditur ibidem super eos qui procul recesserant de filiis israel misit manum suam videruntque deum etc. Cum illis etiam conuersatus est quadraginta annis plenis eis manna et alia beneficia mittendo secundum quod dicitur psalmo nonagesimo quarto secundum translationem lxx. interpretum quadraginta annis proximus fuit generationi huic etc. Alio modo ut sit prophetia de futuro quia post tempus baruth christus deus et homo cum hominibus conuersatus est. Jo. i. verbum caro factum est et habitauit in nobis etc. et hec est perfectior expositio quia conuersatio prima fuit huius figura

Hic est liber IIII

Postquam baruth induxit populum ad sapientie desiderium et ostendit quibus et a quo. hic consequenter ostendit que sit ipsa sapientia. scilicet lex a deo data dicens. hic liber mandatorum dei. supple est sapientia predicta. propter quod dicitur deutero. iiii. hec est sapientia vestra et intellectus coram populis. et lex que est in eternum non enim lex vetus per nouam est abolita sed magis est perfecta. secundum quod dicit saluator mt. v. non veni soluere legem sed adimplere. sicut ibidem fuit plenius declaratum. omnibus qui tenent eam. eam obseruando ad vitam. scilicet gratie in presenti et glorie in futuro. licet enim patres veteris testamenti descendentes ad limbum non statim admitterentur ad gloriam erant tamen admittendi suo tempore scilicet amoto impedimento nature per christum. qui autem dereliquerunt eam transgrediendo quia derelicti statim descendebant in gehennam. conuertere iacob populе descendens a iacob. et apprehende eam [illegible] memoriam. ambula per viam eius ad splendorem eius. oculos conuertendo. vnde subditur. [illegible] tales. i. non habeas ante se umbram ignorantie [illegible] antecedens autem se alumine habes umbram culpe et ignorantie ante se. ne tradas alteri gloriam tuam etc. legem in diuino datam dimittendo de tua contemplatione poterat populus israel preceteris populis gloriari secundum quod dicitur ps. cxlvii. non fecit taliter omni nationi et iudicia sua non manifestauit eis. vnde subditur. beati sumus israel hoc dicit baruth eo quod erat de populo israel. quia que deo placent. i. mandata legis et prophetarum oracula manifesta sunt nobis in lege et prophetis. Animequior esto. post exhortationem populi hic consequenter ponitur eius consolatio et primo in persona baruth loquentis. 2o in persona ibi metropolis ibi. Et dixit. 3o in persona dei consolantis ibi animequior esto iherusalem. Circa primum dicit. animequior i. constantior et hylarior. esto populus dei. i. populus israel dei cultor ceteris ad ydolatriam declinantibus memorabilis israel coram deo licet oblitus videaris ideo subditur. venundati estis gentibus non in perditionem sed ut afflictio det vobis intellectum ad viam emendationem. ideo subditur. sed propter quod in ira i. in peccatis vestris ira dei dignus ob iracundiam prouocastis deum traditi estis etc. et patet littera usque ibi. et contristastis nutricem vestram iherusalem. que nutriuit vos corporaliter bonis temporalibus ibidem habundantibus. et spiritualiter doctrina prophetarum ibidem habitantium. vnde subditur. vidit enim iracundiam. i. penam a deo venientem vobis. hoc enim predixit ieremias et alii prophete qui locuti sunt de babilonica captiuitate ut patuit supra in libris eorum.

Et dixit. hic consequenter ponitur populi consolatio in persona iherusalem. et ut opposita iuxta se posita magis elucescant primo recitatur via desolationis. 2o consolationis ibi. ego autem. Circa primum dicit. Et dixit scilicet prophetas et alios sanctos desolationem iherusalem lamentantes communiter loqui quo posita dicitur facere et dicere quod populus eius dicit et facit. Audite confines syon. i. ciuitates affinitatem cum iherusalem habentes. adduxit enim mihi deus luctum magnum. i. viam magnam lugendi per exercitum caldeorum. populum meum captiuitatem. nutriui enim illos cum iocunditate temporibus dauid et salomonis quia tunc erant in magna honore spiritualium et temporalium prosperitate. dimisi autem illos cum luctu et fletu. cum ducerentur in babilonem temporibus iechonie et sedechie. nemo gaudeat super me. quod magis indigeo compassionis [illegible] de filiis meis in captiuitate. [illegible] iustitiam autem ipsius nescierunt. [illegible] speculatiue scilicet sacerdotes et legis periti viuentes male. neque semitas [illegible] filia. cum iustitia ingressi sunt. [illegible] dei iustitiam instituta. vnde et peccatoribus [illegible]

comuni modo loqn̄di iusticia noiat̄. Veniant confines syon et commemoret̄ ıc̄. de hoc .n. ciuitates i circui tu iude existentes freqnter loqbant̄ sicut solet fieri de casu tali. adduxit .n. sup illos gentē de longinquo .s. de caldea et aliis regnis existentibꝫ de caldeis. gē tem iniquam .i. bonis moribꝫ carētē. et alterius li ngue. propter q̄ nimio iniscebant̄ quia non itellige bant verba deprecantiu. io subditur qui nō sunt reueriti seuē ıc̄. quibꝫ tn̄ cēt inatie compatiend̄ ꝫ absq̄ respectu etatis codiconis et sexus ppl̄in ... nullu pepcerut. et adduxerūt dilectos vi due .i. filios eius in captiuitatē duxerūt et sic quasi viduā et desolatā dimiserunt. ¶ Ego autē. hic cōnter ponit̄ ista consolonis eius dr̄. ego aūt quid possum adiuuare vos. q. d. nō est a vob̄ petendum humanū auxiliū sꝫ diuinū. ideo sequit̄. Qui .n. adduxit super uos mala. pene ad urām correctionē. ipse eripiet nos de manibꝫ inimicorū urorū. ad nois sui laudē precipiens cyro hedifi care templū i ihrlm. propter q̄ dedit ppl̄o ppl̄o inde redeundi licentiam ut hr̄ pmo esdre .i°. ambulate filii de uestr̄ in vir̄. Ego aūt derelicta sum sola. sicut lamentabat̄ ieremias ppha .d. tren̄. pmo. quō sedet sola ciuitas plena ppl̄o ıc̄. exui me stola pacis .i. uestibꝫ iocunditatis. indui me sacco ob secrationis. antiquus .n. afflictionis tpr̄e orabant hoīes in sacco et cinere. et clamabo ad altissim̄ i diebus meis. confidens q̄ acquiescat precibus meis. io subditur. Animequiores estote filii. cōfidē tes de auxilio dei. ego .n. speraui in eternū salutē urām .i. q̄ dabit nobis non solū salutē tpalē sꝫ etiā eternā. et uenit michi gaudiū a sancto .i. a deo qui ē sanctus sctōrū. super misa que ueniet uob ab eterno salutari nr̄o .i. a xpo qui sc̄m dei tatē est ab eterno et sic de liberatoe ppl̄i fac ta p cyrū transit ad loqndū de liberatione fac ta p xpm tanq̄ de figura ad figuratū. sicut ysaie .14. loquēdo de casu regis babilonis sb̄ eode cōtextu lr̄e. transit ad loquend̄ de casu demonis ut ibidem plenius fuit dictum. ad idem facit quod seqr̄. Re ducet aūt uos m̄i cū gaudio magno et iocundi tē i sempiternū. ppl̄us .n. post babilonice captiuitati reditū q̄i continue fuit in afflictone. propter q̄ vi detur hec scriptura loqui saltē principaliter de libe ratione facta p xpm. sicut .n. uiderūt vicine syon .i. ciuitates circa iudeā. posite captiuitate urā. a deo uob̄ inflictā propter pctm urm̄. sic ui debūt et uiciniter .i. cito. salutē urām i deo ıc̄. si referatur ad liberationē de babilone. est yperbole. si aūt ad liberationē p xpi gratiā ē locutio clara. perfecutio ē eiꝫ te inimic̄ tu us. caldeorꝫ ppl̄us. scd̄m pmū itellectum. dyabl̄ aut ul' quilibet tyrannꝫ p̄sequens ecciaꝫ xp̄ti ad secundū. cito uidebis perditionē ipi̔. quia cyrus destruxit ppl̄m caldeorꝫ et xpc̄ dyabl̄i potenciā ... et etiā tyrannorꝫ. delicati mei ābula uerūt uias asperas .i. grauiter sūt afflicti ... dum sūt eiꝫ i captiuitatē et ... grex direptꝫ .i. raptꝫ p pdā. Animequiores estote filii. sustinēdo pacient̄. et p̄cla mate ad deū. qui liberabit uos potenter. io subditur. erit eiꝫ i eo ura ura i homiꝫ ab eo qui duxit uos .i. a deo qui pmisit uos i captiuita te duci. sicut .n. fuit sensꝫ ur̄ ut erraretis a deo p multiplicē ydolatriā. sicut pꝫ .e. re. et paral̄ .2°. decies tantū iterū conuertentes requiretis eū. p̄ reditū .n. captiuitatis babilonice non legit̄ iudei fu isse ydolatre n̄ aliq̄ pauci tpr̄e antiochi epi phanis ducti etiā ad hoc maxiē tiore q̄ ifidelita tis ut hr̄ pmo macha. et .2°. ista tn̄ requisito dei maxīe ipleta fuit i apostol̄ et aliis credentibꝫ de iuda ismo ut pꝫ act̄ .2°. et .e°. qui .n. dedit uob̄ ma la .s. pene. ipe rursū adducet uob̄ sempiternā iocunditātē. quod potissime fuit ipletū i captione iamue celestis p xpm. ¶ Animequior esto. hic cōnter ponit̄ consolatio mdiuina ex p̄te dei. et pmo fit mentio de captiuitatis liberatione. 2°. de ppl̄i fidelis exultatione ibi. exue te ihrlm. Circa pmū ponitur pmo aduersariorꝫ punitio cum dr̄. nocentes tibi .s. caldei. parebunt .s. interti et depressi. Cetera patent usq; ibi. sicut eiꝫ gauisa ē in te ruina .s. gens caldaica. sic contristabit̄ in sua desolatione p cyrū et dariū ut hr̄ daniel̄. quinto ca°. Ignis .n. super ueniet ei ab eterno .s. dispositꝫ a deo qui ē et nō qui etiā oīa futura preuidit ab eterno. babilon eiꝫ que erat metropolis caldeorꝫ fuit incensa p magna p̄te p cyrūꝫ et dariū i longitudinis diebꝫ. quia nō fuit rehedificata. sꝫ magis postea hōibꝫ ihitabil̄ facta propter aīalia uenenosa et monstruosa sicut p̄dixit ysa. 13. Scd̄o ponitur captiuitatis liberatio cū dr̄. circumspice ihrlm ad orientē ıc̄. inde .n. uenit cyrus ad destruend̄ babiloniā et dand̄ ppl̄o iuda ico redeundi licentiā. io subditur. ecce eiꝫ ueni unt filii tui. et sequit̄. ab oriente usq; i occi dente .i. ab oi loco ubi fuerāt dispsi. quia cyrus qui fuit monarcha publicauit dicta li centiā p totū ipeniū suū ut hr̄ pmo esdre .i°. In verbo sancti gaudentes .i. i ūbo dei q ē sanctꝫ sctōrū. et p ysayā Jeremiā et alios pphas p̄ dixerat hunc reditū. In honore dei. q̄r redeū tes hedificauūt templū in ihrlm ad honorē diuinum. Gallinꝫ sepsit.

Exue te ihrlm

Hic ultio sub nōie ihrlm inducitur ppl̄us ad gaudium et exultationē .d. exue te ihrlm stola luctꝫ et uexationis. Mos eiꝫ erat ā tiquitꝫ et adhuc ē in aliquibꝫ terris adulsimatis tpr̄e uestes lugubres accipere. et redeunte p̄spe ritate illas depōnē. et si in hac p̄te dirigat̄ ser mo ad synagogā p tpr̄e reditus captiuitatis ba bilonice ē s̄mo yperbolicꝫ. si aūt ad ecctiam ē s̄ mo maxīe planꝫ. propter q̄d intēdo lr̄am seq̄ isto mō referēdo p̄tim ad tpꝫ gr̄e et p̄tim ad tpꝫ glie. io subditur. a deo ē tibi sempiterna glia. que p grāꝫ

hic

hic inchoatur. In presentia autem assimilatur. Circumdabit te diploide. que est vestis militaris. et dicitur a duplo. plos. quasi duplex vestis per quam intelliguntur duplex stola glorie. scilicet anime et corporis. et imponet mitram capiti tuo. honoris eterni. quod vide mitra implecatum in pontificalibus novi testamenti. Deus autem ostendet splendorem eternum in te. per agnitionem veritatis evangelice. Nominabitur enim tibi nomen tuum a deo in sempiternum pax iustitie. Unde de christi regno dicitur ysaie. ix. Multiplicabitur eius imperium et pacis eius non erit finis. Exurge ierusalem et sta in excelso. id est culmine virtutis. et circumspice ad orientem. id est ad christum de quo dicit luce. i. Visitavit nos oriens ex alto. in verbo sancti. id est christi qui est sanctus sanctorum. danielis. ix. gaudentes dei memoria. apostoli enim et alii credentes in primitiva ecclesia et in tormentis positi gaudebant ex memoria christi. actuum. v. ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii. quoniam digni habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam pati. exierunt enim abs te. id est a te. pedibus ducti. nam [illegible] ter ducebantur ad mortem pedibus nudis. ut condempnati. adducet autem dominus illos portatos in honorem. nam anime eorum portabantur honorifice ab angelis ad gloriam. ducit autem ad te. eo quod est una ecclesia militans et triumphans. secundum duplicem statum. scilicet vie et patrie. et sic de uno statu ecclesie rapti portabantur ad alium statum ecclesie ab angelis honorifice. Potest etiam totum exponi de statu vie secundum diversa tempora. nam christiani que tempore primitive ecclesie primo de ecclesiis ad tormenta rapiebantur. modo ad illas ecclesias a militibus et plebibus notabilibus in primo honorifice deportantur. Ideo subditur. constituit enim deus. id est disposuit. humiliare omnem montem excelsum. id est superbie dominium. Unde et constantinus imperator exhibuit hic silvestro [illegible] fl[illegible]atum. et rupes perhennes. id est reges quorum regna diu durauerunt. et convalles. id est infimos homines replere in equalitatem terre. id est in unam ecclesiam convenire in qua non est acceptio personarum apud deum. ut ambulet israel. id est populus fidelis diligenter in honore dei. ad hanc enim diligentiam movere debet equalitas dicta. quia magna sicut parvus perficere potest in dei ecclesia seu via. obumbraverunt autem et silve etc. id est angeli sancti et ecclesie ministri sua presidentia confortant et dirigunt populum in via dei. ut sic perveniant ad gloriam dei. scilicet ad lumen glorie cum iocunditate. ideo subditur. adducet enim etc. cum misericordia et iustitia que semper se coronantur in omnibus operibus dei. Cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen

Incipit epistola Ieremie. VI

Propter peccata

que peccastis. hec est secunda pars principalis huius libri in qua ponitur epistola ieremie ad iudeos qui captivi erant in babilone. Cuius scriptor fuit baruch. propter quod adiungitur eius libro. et dividitur in tres partes. nam primo ponitur huius captivitatis causa. secundo prohibetur ydolatria ibi nunc autem. tertio subditur multiplex ignominia. ibi eis

nam lingua. Circa primum dicit. propter peccata que peccastis ante deum. id est in ierusalem que erat electa ad divinum cultum et etiam in templum. nam in plateis ierusalem et in atriis templi fuerunt are hedificate ad cultum ydolatrie ut patet e. x. et ii. paralipomenon. adducemini in babiloniam captivi ex quo videtur quod hec epistola fuit scripta post transmigrationem ioachim et illorum qui cum eo ducti fuerunt in babilonem. e. xxiv. et ante captivitatem generalem sub rege sedechia factam. et sic ieremias in hac epistola loquitur huic captivitati per modum futuri. sicut in epistola missa transmigratis cum ioachim que habetur ierem. xxix. loquitur per modum preteriti. verumptamen hec secunda epistola non fuit in babiloniam missa. donec post mortem ieremie baruch illam portavit ibidem. et eam legit transmigratis cum iechonia et captivatis cum sedechia. usque ad generationem vii. id est usque ad septem decades que faciunt lxx annos. tantum enim quasi secundum communiorem oppinionem fluxit a transmigratione ioachim usque ad reditum de babilone. secundum vero hebreos defficiunt quinquaginta anni vel circiter ut infra videbitur. Sed hoc dictum videtur deficere. primo in hoc quod tempus decem annorum computatur pro una generatione. quia puer decem annorum generare non potest secundum communem cursum nature. Scriptura vero loquitur de generatione secundum modum nature consuetum. Secundo quia non fuerunt ibi septem decades complete. ut dictum est secundum computationem hebreorum. quam communiter sequuntur sum. Et ideo videtur michi quod tempus vii. generationum inchoandum sit a transmigratione iechonie et terminandum in reditu populi de babilone facto per esdram. ut habetur primo esdre. vii. et octavo. que facta fuit vii. anno darii secundum computationem quam in precedentibus libris sequuti sunt tempore innocentii domini et ix. et in primo libri hester. hoc autem tempus fuit [illegible] [illegible] vel circiter cxx. nam a transmigratione iechonie usque ad captivitatem cum sedechia rege fluxerunt xi. anni. et inde usque ad primum annum monarchie cyri quinquaginta duo. et inde usque ad cambisem eius filium tres anni secundum hebreos. secundum alios autem historiographos xii. post cyrum cambises regnavit viii. annis. et post ipsum assuerus. xl. et post eum filius eius darius alio nomine artaxerses dictus. vii. annis usque ad missionem esdre cum populo in iudeam redeunte. Anni vero dicti simul iuncti faciunt annos cxx. computando in tercio anno monarchie cyri. Computando vero xii. faciunt annos cxxx. vel cxxix. in tanto vero tempore complentur bene vii. generationes secundum cursum nature. Iuvenis enim xx. et vii. annorum vel xvii. potest naturaliter generare. post hec autem educam vos inde in pace. cum esdra sacerdote. Nunc autem. hic autem consequenter arcetur populus ab ydolatria cum dicit. Nunc autem in babilonia videbitis deos aureos etc. id est ydola in humeris sacerdotum portari. ostentantes metum gentibus. id est ad inmittendum eis timorem. Ad cuius intellectum sciendum quod sicut primi regum. iiii. archa domini per sacerdotes fuit portata ad exercitum ad inmittendum terrorem philisteis. et sicut rege francie in exercitu existente fuit processiones parisius et alibi in quibus ex devotione portantur sanctorum reliquie. ut orationibus eorum rex et sui exercitus adiuventur. et adversarii confundantur. Sic pro salute regis babilonis ydola portabantur in sacerdotum hu

meris · io subditur · Visa itaque turba babiloniorum de
retro et ab ante · nam in tali deportatione aliqui precede
bant et aliqui sequebantur ydola · sicut in processio
nibus xpianorum aliqui precedunt et alii sequuntur sancto
rum corpora · adorantes · dicite in cordibus vestris
si in palam dicere non audentis · quod dicit propter infirmos
te oportet adorari domine · et non ydola vana · angelus autem
meus vobiscum est · hoc dicit in persona dei · et accipitur de e
xodo · 23 · ipse autem exquiram animas vestras de manu illorum
qui nos opprimunt iniuste · et accipitur hoc ubi de — similiter
genesis · 9 · ℭNam lingua · hic consequenter ponitur ydolatrie
multiplex ignominia · que multis deductionibus conclu
ditur · et patebunt partes per sequentia · Igitur prima deduc
tio accipitur ex eorum fabricatione et ornatu cum
dicit · nam lingua ipsorum · aliqui dicunt lingua eo quod
post subditur · et non possunt loqui · sed hoc non vi
detur verum · nam ymagines fabricantur et formantur
ore clauso et sic non apparet lingua nec sit in eis ·
sed quod constructio planior est cum dicit · nam ligna ipsorum
· id est ligna ex quibus fiunt ydola · polita · supple sunt
a fabro · scilicet lignario · ipsa autem inaurata et inargen
tata de super falsa sunt · licet enim lignum aurum et argen
tum et huiusmodi que sunt materia ydoli · sint res ve
re naturales tamen quantum ad id quod signat ydolum ex eis fac
tum falsa sunt · io dicit apostolus · i · ad corinthios · 8 · quod ydo
lum nichil est in mundo propter hoc etiam quod dicit · falsa sunt · in
plurali · patet quod in principio ista non est lingua in singulari · et non
possunt loqui · quasi dicat · si essent veri dii possent loqui ·
et sicut virgini amanti ornamenta etc · sic ydolis
fiunt ornamenta ac si diligerent talia · cum tamen nichil possint
diligere · io subditur · Unde subtrahunt sacerdotes
etc · Si enim essent dii ut diligentes talia non permitte
rent sibi subtrahi · non liberantur ab erugine · id est ru
bigine quantum ad aurum argentum et similia metal
la ex quibus fiunt ydola · Et a tinea · quantum ad ligna
ex quibus fiunt et vestes quibus operiuntur que a tineis
corroduntur · extergent faciem ipsorum · quia ydola non
possunt se extergere · Cetera patent usque ibi · ha
bet · scilicet ydolum · in manu gladium et securim · Sic enim
formabatur ydolum martis qui dicebatur deus bel
li · Si autem de bello etc · frequenter enim in veteri testamento le
gitur quod devictis ydolatris rapiebantur a victoribus
eorum ydola · et ex predictis concluditur · Unde vobis notum
sit · etc · scilicet quod in eis non est numinis nec eis est aliqua
reverentia exhibenda · ℭSicut enim · hic ponitur secunda
deductio ad eandem conclusionem et accipitur ex defec
tu utilitatis cum dicit · Sicut enim vas hominis confractum
inutile efficitur ad officium proprium · materia tamen aliquando
valet ut fragmenta cyphi argentei vel potius sunt
ydola quamdiu stant in propria forma non valent · materia
autem ut aurum et argentum valet ad alios usus · et
sicut aliqui qui regem offendit circumsepte sunt ia
nue ne possit exire de carcere aut sicut ad sepul
chrum adduci mortuum · Antiquitus enim in sepul
chro potentum ponebantur preciosa propter quod claudeban
tur fortiter et cum diligentia ne a latronibus raperentur
ita tutantur sacerdotes ostia templorum ne a latronibus
expolientur · scilicet ydola ab ornamentis suis preciosis · lu
cernas accendunt etc · quasi dicat · hoc fit inutiliter et fru

stra · corda eorum etc · aliqua enim ydola erant inte
riora et exteriora erant vel huiusmodi et sic serpentes qui
terram comedunt genesis · iii · terram comedes cunctis diebus
vite tue interiora ydolorum que erant quasi corda ipso
rum consumebant · nigre sunt facies eorum · a fu
mo qui in domo · comburebantur enim ibi thura in venera
tione ydolorum et ex fumo ascendente denigra
bantur facies eorum · Super corpus eorum et super caput
volant noctue et yrundines etc · suas immundicias
ibidem facientes · Ex quibus concluditur sicut prius · Un
de sciatis quia non sunt dii etc · ℭAurum etiam · hic
consequenter ponitur tercia deductio ad idem et incipit a de
flictus fuit per filios amon et philistiim xviii annis que
non possunt computari in tempore iudicis sequentis scilicet iepte qui
iudicavit tantum sex annis. et ideo accipiuntur hic xviii anni
in quibus populus fuit sine iudice. post quos iepte iudicavit
sex annis. abessam vii. ahialon x. abdon viii. et
hec habentur iudicii xii. sanson xx. iudicum xvi. heli xl.
primo R. iiii. Cui successit samuel. isti anni simul iuncti
faciunt annos clviii et sic habemus viii annos superfluos
qui sic rationabiliter possunt resecari. licet in scriptu-
ra dicatur quod omnis israel fornicatus fuit in ephoth facto
a gedeone applicando illud ad cultum ydolorum. tamen
non dicitur quod hoc fuit immediate post mortem gedeonis. sed
forte fluxerunt isti octo anni ante vel aliqua pars
eorum. Item aliquis dimidius annus vel minor pars iu-
dicis unius pro anno integro computatur ut qui insti-
tuitur in medio anni vel post medium et sic secundum plures
iudices possunt resecari. Secundum veritatem isti octo anni vel
pars eorum a nobis positi in scriptura. nec tamen propter hoc scrip-
tura continet falsum quia loquitur secundum communem modum loquendi.
Sicut si francie rex coronaretur in nativitate domini diceretur
regnare illo anno scilicet anno domini tali in paschate
sequenti inciperet annus secundus sue coronationis secundum co-
munem modum loquendi propter mutationem numerationis secundum
annos domini. numerus autem annorum iniquitatis domus iuda
incipit a tempore manasse regis iuda qui horribiliter pec-
cavit et populum peccare fecit ponendo ydola in templo do-
mini iiii R. xxi. propter quod sententia dei de futura captivitate po-
puli ascribitur peccatis manasse iiii R. xxiii. ubi di-
citur verumptamen non est aversus dominus ab ira furoris sui quo ira-
tus est furor eius contra iudam propter irritationes quibus
provocaverat eum manasses. dixit itaque dominus etiam iudam
auferam a facie mea. Verumptamen iste manasses peni-
tuit et postea fideliter regnavit et ydolatriam abstulit
propter quod totum tempus suum non potest imputari iudeis sed tantum
xvi anni primi. et duo quibus regnavit amon pessimus
cui successit iosias de cuius tempore nichil ponitur quia
fuit sanctissimus. cui successerunt duo filii eius valde
mali ioachim et sedechias quilibet xi annis et isti
anni simul iuncti faciunt xl. de tempore vero ioachaz et
iechonie nichil ponitur. licet fuerint mali et ydola-
tre quia quilibet eorum regnavit tantum tribus mensibus
qui computantur in tempore aliorum. Videtur in tamen quod u-
triusque expositioni predicte addendum sit quod cccc xxx dies
quibus ezechiel iacuit super latus sinistrum et dextrum
fuerunt signum temporis obsidionis iherusalem quia in textu de-
post precepit de dicta iacentia. et convertes faciem tuam
ad obsidionem iherusalem. quod sic potest declarari. iherusalem fuit ob-
sessa a caldeis anno sedechie ix mense x die mensis
et capta fuit anno xi sedechie mense iiii ix die mensis
ut habetur iere. lii. et sic a principio obsidionis usque ad
finem eius fluxerunt anni duo et v menses et xxviii dies
ezechiel autem dormivit super latus suum sinistrum ccc xc
diebus et super latus suum dextrum xl diebus qui simul
iuncti faciunt cccc xxx dies quorum ccclxv faciunt
unum annum integrum et remanent lxv dies qui faciunt

duos

duos meses et sex dies et sic tepus obsidionis ihrlm usque ad eius captionem non excedit tempus dormitionis ezechielis prophete super utrumque latus nisi in tribus mensibus et xxii diebus. et rationabiliter potest dici quod tanto tempore fuit interrupta obsidio quia caldei audientes quod exercitus egypti veniebant in auxilium iudeorum reliquerunt tunc talem obsidionem ut obviarent eis quibus fugatis ad obsidionem redierunt ut habetur ieremie. 37. et in tali recessu ab obsidione et reditu et redeundi tanta exercitus bene fluxerunt tres menses et xxii dies et sic habetur propositum scilicet quod tempus obsidionis ihrlm ipsa stante et tempus dormitionis prophete fuerunt equalia. Consequenter redit scriptura ad describendum obsidionem ihrlm cum dicitur. et ad obsidionem ihrlm convertes faciem tuam. id est vultu irato respiciendo ihrlm et per hoc notando iram dei contra ipsam. et brachium tuum erit extentum. id est extentum ad designandum comminationem vindicte super eam. et prophetabis adversus eam. pronunciando eius subversionem. ecce circumdedi te vinculis. modo supradicto. et non te convertes etc. donec compleas dies obsidionis tue. id est reclusionis in domo tua quorum numerus supra est positus scilicet ccc.xc. et iterum xl. ¶ Et tu sume. hic consequenter describitur oppressio famis secutura ex longa obsessione ihrlm sicut habetur e. li. ultimo. et describitur hic per quandam parabolam que primo ponitur. secundo exponitur ibi. et dixit. Circa primum dicitur. et tu sume tibi frumentum etc. talibus enim solent uti cives tempore obsidionis. et facies tibi panes numero dierum scilicet ccc. et xc. panes. cibus autem tuus quo vesceris erit in pondere. sicut fit tempore obsidionis quando victualia incipiunt deficere. xx. stateres in die. stater idem est quod dimidia uncia ut dicit ysidorus. xvi. ethimologiarum. a tempore usque ad tempus. id est a primo ccc.xc. dierum usque ad finem qualibet die unum panem. et aquam in mensura bibes. sextam partem hyn. id est sextarium. a tempore usque ad tempus bibes illud. scilicet qualibet die sextam partem unius sextarii quantitas autem sextarii huius et decem unciarum panis predicti non est nobis certa quia mensure et pondera multum variantur secundum tempora et provincias diversas. immo etiam in eadem provincia et in locis propinquis. sicut sextarius vini minor est satis parisius quam in villa sancti dyonisii. tamen ex circumstantia litere satis patet quod non erat tantum quod sufficeret ad cibum et potum convenientem ipsius ezechielis. sed magis erat ad temperandum famem et sitim eius. talis enim portio datur quando victualia incipiunt deficere in obsidionibus. et stercore quod egreditur de homine operies illud. in hebreo habetur coques illud. dictio enim hebraica que hic ponitur equivoca est ad operire et coquere. hebrei tamen videntur melius hic dicere quia in aliquibus terris ubi est defectus lignorum colliguntur stercora boum desiccata in campis et inde fit ignis. et idem posset fieri de stercoribus humanis. sed esset nimis abhominabile. Sic igitur ad designandum qualiter iudei comederent cibum abhominabilem in terris alienis ubi ducerentur captivi precepit deus prophete quod faceret ignem de stercoribus hominum desiccatis et in camino calefacto illo igne coqueret panem suum. sed quia propheta hic horruit dicit. a. a. domine deus. et dicunt expositores aliqui quod hic triplicatur a. ad denotandum horrorem triplicem. scilicet vilitatis materie et transgressionis legis divine et captivitatis significate. sed hoc pendet ex ignorantia

hebraici sermonis in quo est hic una tantum dictio. et sonat. aha. et est interiectio admirantis seu conquerentis sicut dictum fuit primo capitulo ieremie. et morticinum et laceratum a bestiis non comedi. quasi dicat. adhuc esset in gravius ne sit panis sic abhominabilis. ecce dedi tibi etc. in hoc tempore peravit preceptum. et facies panem in eo. id est coques modo predicto ¶ Et dixit. hic ponitur predicte parabole expositio seu explicatio exprimendo famem in ihrlm futuram cum dicitur. ecce ego conteram baculum panis. id est sustentamentum cuiuscumque cibi qui nomine panis intelligitur in scriptura. et comedent panem in pondere. id est non ad saturitatem. sed famem aliquantulum temperandam. et in sollicitudine. propter diminutionem victualium et invasionem obsidentium. ut deficientibus pane et aqua. id est finaliter deficiet omnis cibus et potus. corruat unusquisque ad fratrem suum. non potens se sustinere pre debilitate et timore. et contabescant. id est deficiant. in iniquitatibus suis. id est propter iniquitates suas quas operati sunt contra deum et proximum

Et tu fili **V**

hominis. hic consequenter describitur populi ihrlm destructio. Et primo ad hoc parabola ponitur. secundo exponitur ibi. hec dicit dominus. parabola autem illa non solum est verbis sed factis ideo dicitur prophete. sume tibi gladium acutum. In hebreo habetur rasorium. et duces. id est duxisses. per caput tuum et barbam. non enim posset hoc facere propheta manu propria. sed fecit hoc per rasorem. et idem intelligendum est de dictis in capitulo precedenti ut de coctione panis et huiusmodi quia propheta iacens super latus suum sinistrum immobiliter non poterat hoc facere manu propria. et assumes tibi stateram ponderis. id est aptam ad ponderandum. et divides eos. scilicet pilos capitis tui et barbe in tres partes equales et quia hoc non poterat bene fieri numerando precipitur fieri ponderando. terciam partem igni comburens in medio civitatis. scilicet ihrlm descripte in latere ad designandum quod tercia pars populi ierosolimitani moreretur fame et peste obsidionis tempore. et hec pena nominatur hic combustio ignis. In scriptura enim sacra frequenter nomine ignis intelligitur alia pena. et assumes terciam partem concides gladio in circuitu eius. ad designandum quod magna pars populi ierosolimitani occidetur a caldeis extra muros. quia aliquando exibant ad irruendum super obsidionem et ibi occidebantur saltem multi non potentes se retrahere intra civitatem. aliqui etiam occulte fugientes de civitate capiebantur a caldeis et occidebantur. Terciam vero aliam in ventum disperges. hoc in parte dicitur pro fugitivis in egyptum post captionem civitatis ut habetur ieremie. xlii. et gladium nudabis post eos. quia nabuchodonosor postea intravit egyptum et illos partim occidit partim captivavit sicut eis predixerat ieremias. et assumes inde. id est de illa tercia parte. parvum numerum et ligabis eos etc. ad significandum illos qui postea ducti sunt in babilonem captivi et ibi iura servarunt. et ex eis rursum tolles et proicies eos in medio ignis. ad designandum achab et sedechiam quos in igne frixit rex babilonis ut habetur ieremie. 29. et ex eo. hoc est ex illo igne seu combustione. egredietur ignis in omnem domum israel. id est increpatio pene seu maledictionis

ex punitione .n. illorum duorum assumpto e modus commu
nis loquendi i populo isrl ut cum unus malediceret alteri
dicebat. Sic tibi contingat sicut contigit achab et sede
chie sicut dicitur Jeremie .29. Sic exponit litteram istam ra
bi salomon. Expositores autem latini exponunt de pena reu
tentium de babilone qui multos euentus repassi sunt
in angustia magna ut habetur libro neemie et de mali
cia quotidiana quam tempore machabeorum commiserunt gen
tiles contra iudeos ut habetur primo et secundo machabeorum
Sed prima expositio planior et magis consona littere videtur.
¶ Hec dicit. Hic consequenter ponitur expositio parabole. Pri
mo tamen ratio dicte destructionis assignatur. Secundo parabo
la ad propositum applicatur ibi: Tercia pars. Circa pri
mum dicitur: Hec est ierusalem .i. ciuitas quam in latere descrip
sisti ierusalem significat. In medio gentium posui eam. quia sita
est in quarto climate terre habitabilis .vii. climatibus distinc
te. Et contempsit iudicia mea ut plus esset impia quam gen
tes. duplici ratione. scilicet quia gentes leges sibi traditas
a suis maioribus seruauerunt. iudei vero legem a deo
sibi datam a deo reliquerunt. Unde ieremie .2. dicitur
Si mutauit gens deos suos .i. non mutauit. et
sequitur. populus autem meus mutauit gloriam suam
.i. deum suum in ydolum. Item propter ingratitudinem
beneficiorum a deo receptorum in legis datione et man
ne celestis missione et similibus que non fecerat deus
aliis gentibus. Sicut quod dicitur psalmo .cxlvii. non fecit taliter
omni nationi etc. ingratitudo vero aggrauat aliud pecca
tum. Secundo quia superastis gentes .s. in malicia. et iuxta iudi
cia gentium .i. minus iuste quam ipsi uixistis. faciam
in medio tui iudicia .i. vindictas iusticie mee. et
faciam inter que non feci .s. temporibus prioribus. et quibus
similia ultra non faciam. Illud ultra non significat
terminum a post sicut et illud psalmi .cx. et non ex
tenditur ultra ad plus sicut pluries fuit ibi dictum
Sed imponit tempus longum videlicet quousque iterentur tales
abhominationes uel maiores quam implerunt iudei in oc
cisione christi propter quod inciderunt tanta mala uel
maiora per romanos quam ea inciderant per caldeos. ideo
sequitur comedent patres filios etc. hoc enim in utraque ob
sidione s. caldeorum et romanorum fuit impletum. Propterea
uiuo ego dicit dominus .i. sicut uerum est quod ego sum uita per
essentiam ita verum est quod inferam dictam penam. pro eo quod san
ctum meum .i. templum meum non consecratum. viola
sti etc. s. ponendo ibi ydola ut habetur e. 8. ego quoque
confringam .i. te destruam sicut lagena in partes minimas
confracta. et non parcet oculus meus. in effectu ex
teriori. et non miserebor. effectu interiori. ¶ Tercia
pars. Hic consequenter parabola supposita ad propositum appli
catur. et ex predictis exponendo litteram parabole pre
missam usque ibi. et complebo furorem meum. loquitur de se
ipso ad modum hominis irati cuius ira quiescit inflicta
vindicta. et consolabor. passiones enim irascibilis ter
minantur in passiones concupiscibilis. vindicta enim ma
li sibi illati valde delectatur .2. rethoricorum et in .iiii. ethi
corum dicitur ira dulcior melle in pectoribus virorum
quiescit. et scient. per experientiam pene a me illate. quia
ego dominus. potens vindictam facere. et dabo te in deser
tum que prius erat magnifice habitata. et loqu
tus de ierusalem destruenda. et in opprobrium quod ante

fuerat sicut honorata. et blasphemia. exemplum id est
ex hoc enim quod videbatur tam destructio dicebatur quod hec
contingerat propter horribilia mala que fuerant in ea.
quando misero sagittas famis pessimas. dicitur enim uegecius
de re militari libro quod in ciuitatibus obsessis aliquando in
casteis arcius pugnat famis quam gladius. et conteram
uobis baculum panis .i. omne sustentamentum cibi. et be
stias pessimas. serpentes et animalia uenenosa ad hos
interimendos et interficiendos flatu et morsu. et pesti
lencia. .i. aer corruptio. et sanguis .i. gladius effun
dens sanguinem. transibit per te. et sequitur. ego dominus
locutus sum. cuius uerbum non potest esse frustra. et sic pre
dicta infallibiliter ueniet

Et factus est. VI

Postquam descripta est ipsius ierusalem obsidio et
populi eius destructio. hic consequenter describitur
totius iudee uastatio. et diuiditur in duas partes quia pri
mo describitur hec uastatio. Secundo uastationis acceleratio
capitulo .vii. Prius autem capitulum in tres partes diuiditur. quia primo
ponitur iudee generalis uastatio. Secundo aliquorum specialis re
seruatio ibi. et relinquam. Tercio ceterorum finalis destructio ibi. hec
dicit. Circa primum dicitur fili hominis pone faciem tuam .i. res
pice terram israel uultu irato ad designandum iram dei con
tra eam. hec dicit dominus deus montibus et collibus. q.d. nullo
locus remanebit indiscussus ab aduersariis discurren
tibus ubique ad interficiendum homines latitantes ad ra
piendum sibi bona abscondita. et comburendum hedificia
et disperdam excelsa uestra. ubi colebantur ydola. et deii
ciam interfectos uestros etc. quia corpora interfectorum u
bique dimittentur insepulta. Cetera patent in littera
usque ibi. et scietis quia ego dominus. per experientiam vindicte
mee. ¶ Et relinquam. Hic consequenter describitur aliquorum
specialis reseruatio qui ad hoc sunt reseruati in uita et duc
ti inter gentiles ut per penam ad deum conuerterentur et a
deo in periculis liberarentur. et ex tali liberatione iuncta
multi gentiles conuerterentur ad fidem unius dei ueri si
cut in libro hester legitur esse factum liberato populo a
persecutione aman. et danielis .3. ubi dicitur quod liberatis tribus
pueris de camino ignis rex precepit per totum regnum
suum reuereri deum celi. et hoc est quod dicitur. et relin
quam in uobis eos qui fugerunt gladium .s. caldeorum
ad uitam reseruati. et recordabuntur mei liberati uestri
ut patet in exemplis positis. quia contriui cor eorum
uexatione dante intellectum eis. fornicans. per ydo
latriam. et recedens a me. latriam negligendo. ex hoc
uidetur quod non bene dicunt illi qui exponunt passum
istum de apostolis et aliis credentibus ex iudeis quia non
fuit eis pena de ydolatrie peccatis que hic tangitur
quia illo tempore et ante per longum tempus cessauerat ydolatria
in iudeis. et scient quia ego dominus non frustra locutus
sum ut facerem eis malum hoc .s. pene. dicit enim philo
sophus in .ii. ethicorum quod pene sunt quedam medicine ad pec
cati correctionem. et ideo sicut medicina dicitur esse frustra que
non inducit sanitatem sic pena inflicta dicitur esse frustra
quando ad eam non sequitur correctio sicut dicitur Jeremie .2. In
frustra percussi filios uestros disciplinam non receperunt.
Sed quando sequitur correctio sicut in proposito tunc non est fru

stratum

strata fine suo. Et her dicit. hic cōsequenter denūciat ceterorū finalis destructio propter obstinatiōnem eorū in malo cum dicit propheta. percute manū tua. percutiendo manus ad inuicem admodum dolentis et irati. et allide pedem tuum. impingendo ad lapidem ad modum hominis ruribus qui nō curant ubi pedē suū ponit. et dic heu ad omnes abhominatiōnes. i. ydolatrias, propter penā sequentē que subditur. quia gladio fame et peste ruituri sunt. Sicut declaratur ē in capitulo precedenti. qui longe ē. s. ab aduersariis. peste morietur. i. corruptiōne aeris et mortalitate. qui autem prope. s. aduersarios. gladio corruet. ab aduersariis. et qui relictus fuerit obsessus. cōfidens in fortitudine murorū. fame morietur. et scietis quia ego dominus. per experientiā vindicte mee. Cum fuerint interfecti vestri in medio ydolorū. ut ubi peccauerūt ibi puniant. et subtus omne lignum nemorosum. In talibus enim locis exercebant ydolatriam. maxime venus et priapi ubi in venatione eorū suā exercentes luxuriā. ubi accenderūt thura redolentia. que soli deo deberent offerri. et extendam manū meā super eos. i. potentiā iustitie mee. et faciam terram desolatā. i. vacuā hominibus et destitutā bonis fructibus a deserto deblatha. ad quod in vna parte sui terminatur iudea. In omnibus habitationibus eorum. i. usque ad finē alterū ita quod nichil remaneat quod nō sit destructum. et scient quia ego dominus. per experientiā mee punitionis.

Et factus est. VII

Hic consequenter ponitur predictio vastationis accelerata. Cuius quod primo ponitur acceleratio exterminij. 2° exclusio remedij ibi Canite tuba. Prima in duas quia primo ponitur vastationis acceleratio. 2° ipsius modus ibi Floruit virga. Circa primū dicit. finis venit. i. finalis vastatio appropinquat et replicatur ad maiorē affirmationē. super quatuor plagas terre. s. iudee. ita quod nulla pars remaneat que nō vastetur. et iudicabo te iuxta vias tuas. i. secundum opera mala que fecisti. et nō parcet oculus meus. effectu. et nō miserebor. affectu. Et ponam super te. i. pondus pene tuis operibus debite. afflictio vna. afflictio ecce venit. i. multiplicatio afflictionum vnius venientis super alteram. finis venit. totiens replicatur ad ostendendū accelerationem. et non glorie montium. i. iudee que ē terra montuosa. Cetera patent ex dictis quia idem frequenter repetitur ad maiorē exaggerationem. Floruit. hic consequenter ponitur modus accelerationis secundum hebreos qui fuit per potentiā regis babilonis qui fuit instrumentū dei in hac punitione ut frequenter dictum ē supra in ysaya et ieremia et sic dicit Floruit virga. i. rex babilonis inualuit qui ē virga ad puniendum iudeam. germinauit superbia. quia victorias quas habebat virtute dei ex superbia attribuebat propriie virtuti. iniquitas surrexit in virgā impietatis. quia superatos et captos crudeliter et impie tractabat. sicut quod dicitur de eo ysa. xiv. contriuit dominus baculum impiorum virgam dominantium cedentem populos in indignatione plaga insanabili subicientē in furore gentes persequentē crudeliter. Secundum hebreos vero hic ponitur causa sue accelerationis que fuit superbia sedechie regis ex qua rebellauit regi babilonis ipse frangendo suū iuramentum. 2° paral. 36. Sic ergo dicit Floruit virga. i. sceptrū iude quod aliquantulum prosperatum fuerat sub sedechia. germinauit superbia. quia inde superbiuit. iniquitas surrexit. quia ex hoc iuramentū transgressus fuit. in virgā impietatis. quia sic regnū suū fuit impium. et vastatione dignum. nō erit ex eis. hoc est nō remanebit aliquis de domo sedechie quia ipse fuit excecatus et in captiuitatem ductus et filij eius occisi neque ex populo. quia partim fuit captiuatus et partim occisus. neque ex sonitu eorum. In hebreo habetur. neque ex cetu eorum. et per hoc intelligitur iohannan filius charee et socij eius qui post mortem godolie fugerūt in egyptū in quo postea per regem babilonis fuerūt partim occisi et partim captiuati ut dictū ē supra ieremie. pmo. ideo subditur. et nō erit requies in eis. nō enim inuenerūt requiem in egypto sicut credebant. vnde dicebant intrabimus egyptum ubi clangorē tube non audiemus etc. Jere. xlij. Venit tempus destructionis qui emit nō letetur. quia cito perdet. et qui vendit non lugeat. quia cito perderet etiā si nō venderet. et adhuc in uiuentibus uita eorum. i. sufficiat eis saluare vitam si possunt. visio enim ad omnem multitudinem. i. visio facta prophete de multitudinis captiuitate nō regredietur. i. nō retractabitur sed procedet in effectum. et vir in iniquitate uite sue nō confortabitur. sic ut possit euadere mortem uel captiuitatem. Canite. postquam ponitur acceleratio exterminij posita ē. hic consequenter ponitur exclusio remedij. Et primo ponitur hec exclusio. 2° finalis conclusio ibi. Fac conclusionem. primū fit ostendendo quod nō possint euadere mortem. nec se redimendo ideo dicit. Canite tuba. vos qui habetis officiū excitandi alios ad bellum et loquitur yronice quasi dicat per nichilo facietis. ideo subditur et nō ē qui vadat ad prelium. Cuius ratio subditur. ira enim mea. cui nullus potest resistere super vniuersum populum eius. s. ihrlm. gladius foris. interficiens eos qui exierint extra ciuitatem. pestis et fames. intrinsecus quod frequenter ciuitas pugnat quam gladius ut dicit vegetius libro de re militari. quia ignis est etc. repetitio ē eadem sicut ad maiorē assertionem. et saluabuntur qui fugerint. ad loca inaccessibilia. et erunt in montibus quasi columbe conuallium. i. quasi prius habitabant in conuallibus secure. sed qui inde aduolant ad montes timore volentium eas capere sunt ibi valde trepide et sic isti fugitiui erant ibi in timore positi. vnusquisque in iniquitate sua. i. pro iniquitate sua hoc patiens. omnes manus dissoluentur. timor enim magnus reddit membra exteriora trementia et per consequens ad se defendendum inualida et omnia genua fluent aquis. s. urine. timor enim dissoluit uesicam et facit fluere vrinā. et accingent se cilicijs. in signū tristitie et anxietatis. et in vniuersis capitibus eorum caluitium. quia pre dolore trahebant sibi capillos. argentum eorum etc. i. argentum et aurum nō plus valebit eis quam sterquilinium quia inde nō poterūt habere cibū propter totalem defectum uictualium nec inde poterūt uos redimere de manibus aduersariorum. Cuius ratio subditur. quia scandalū iniquitatis eorū factū ē. i. pro iniquitate sua corruerūt absque refectione. et ornamentum monilium suorum etc. i. quia de auro et argento fecerūt ornamenta sibi in superbiam. et simulacra ad exercendum ydolatriam. ideo non valebit eis in necessitate positis. sed

magis dabitur eorum adu̇sarius. ideo subditur. propter quod dedi eis illud in inuidiam. i. non plus ualebit eis quam sterquilinium. et dabo illud in manibus alienorum. i. caldeorum et auertam faciem meam ab eis subtrahendo eis omne meum auxilium. et violabunt. s. caldei. archanum meum. i. templum et maxime sanctum sanctorum quod nullus debebat ingredi nisi summus sacerdos semel in anno. et introibunt in illud emissarii. i. viles persone et ribaldi. ¶ Fac conclusionem. hic consequenter ponitur predicti negocii finalis conclusio significando quod illud quod dictum est sit determinatum a deo absque retractatione. ideo dicitur propheta. fac conclusionem. In hebreo autem habetur fac cathenam. q. d. iam cathene sunt parate ad ligandum eos et ducendum in captiuitatem. quoniam terra plena est iudicio sanguinum. quia in ea condempnati sunt innocentes ad mortem per iniquos iudices. ideo iustum est ut liberatores eius occidantur vel captiuentur. et adducam pessimos. i. caldeos qui erant ydolatre et crudeles ualde et quiescere faciam superbiam potentium. i. regis principum et sacerdotum. et possidebunt sanctuaria eorum. s. aduersarii. angustia superueniente requirent pacem. ab aduersariis. et non erit. unde sedechias reddidisset se caldeis nisi timuisset illudi a iudeis qui transfugerant ad caldeos ut habetur Jere. 38. conturbatio super conturbationem ueniet. id est multiplicabitur una super aliam. et auditus malorum rumorum. et querent uisionem de propheta. i. a prophetis falsis et non valebit eis. vel de propheta uero quia sedechias in alio posito consuluit sermonem domini a Jeremia. Jere. 38. sed eius consilio non acquieuit. et lex peribit a sacerdote. quia caldei combusserunt legem. et consilium a senioribus. i. ab ordinariis iudicibus quos interfecit nabugodonosor eo quod relaxauerant iuramentum sedechie quod fecerat regi babilonis ut dicunt hebrei. ideo subditur. Rex lugebit. s. sedechias excecatus et in captiuitate ductus. et princeps induetur merore. i. principes sedechie. ponitur enim hic singulare pro plurali. sicut exo. viii. venit musca grauissima. i. multitudo muscarum. et manus populi terre. i. uirtutes eorum conturbabuntur. quia non poterunt se deffendere. secundum uiam eorum faciam eis. reddendo penam debitam pro peccatis


Et factum est VIII

Superius denunciata est ierusalem et totius iudee destructio. hic consequenter ponitur multiplex abhominatio que fiebat in ierusalem et fuit in parte sue destructionis causa. Diuiditur ergo presens capitulum in duas partes quia primo ponitur conditio reuelationis facte. secundo multiplex abhominationis reuelate ibi. et dixit ad me. prima in duas quia primo ponitur reuelationis facte tempus. secundo locus ibi. et emissa. Circa primum dicitur. et factum est in anno sexto. s. transmigrationis ioachim regis iude. in sexto mense in quinta. s. die mensis. ex hoc patet quod hec uisio facta est post illam que ponitur supra primo capitulo per annum integrum et duos menses quia illa fuit facta anno quinto transmigrationis ioachim quarto mense quinta die mensis ut habetur ibidem. ego sedebam. i. manebam. sicut deuteronomii primo dicitur. et sedistis in cades multo tempore. in domo mea. reclusus et iacens super latus dextrum adhuc quod declaratur sic quia ista uisio est post primam per annum et duos menses prout dictum est. annus autem habet ccc. lxv. dies. et duo menses. lix. qui simul iuncti faciunt ccc. xx iiii. dies. preceptum autem fuit ezechieli iacere primo super latus sinistrum ccc. xc. diebus ut habetur supra iiii. capitulo et secundo super latus dextrum. xl. diebus qui simul iuncti faciunt ccc. xxx. dies et sic patet quod si ezechiel a principio prime uisionis iacere cepisset super latus suum sinistrum adhuc remanerent sex dies ad minus quibus tenebatur iacere super latus suum dextrum quando hec uisio fuit sibi facta. ¶ Item non habuit preceptum de iacendo super latus suum sinistrum a principio prime visionis. sed per septem dies post ut patet supra iii. et iiii. capitulis qui iuncti cum istis sex faciunt tresdecim dies. et sic tenebatur adhuc iacere super latus suum dextrum. xiii. diebus. nisi forsitan dicatur quod terminus a deo fuit sibi breuiatus de iacentia predicta quod littera non pretendit. sed magis contrarium et ideo cum dicitur hic. ego sedebam in domo mea. sedere hic accipitur pro manere que mansio indifferenter potest accipi stando uel iacendo ut declaratum est. et senes iuda sedebant coram me. hic accipitur sedere proprie. venerant enim ad consolandum prophetam qui tamdiu iacebat et languidus ut dicunt aliqui. alii uero dicunt quod uenerant ad interrogandum eum de statu ierusalem et hoc uidetur probabilius quia statim subditur reuelatio facta prophete de destructione ierusalem futura propter abhominationes ibi factas. ideo subditur. et cecidit ibi super me manus domini et leuauit me ad contemplandum in spiritu statum ierusalem. et ecce similitudo. s. hominis. quasi aspectus ignis. ad designandum incendium ciuitatis futurum. et propter hoc sic apparebat in parte inferiori. s. a lumbis eius et deorsum. et a lumbis eius et sursum quasi aspectus splendoris. etc. ad designandum quod propter ruinas et clades que fiunt hic inferius nulla fit diminutio. seu immutatio in splendore maiestatis diuine. ¶ Et emissa. hic consequenter tangitur huius uisionis locus. s. templum ierosolimitanum ad cuius conspectum fuit adductus propheta non in corpore sed spiritu. Sciendum tamen ad intellectum sequentium quod aliqui expositores dicunt quod templum sibi fuit ostensum non in illa forma que describitur. iii. Re. de templo salomonis. sed in forma illa que describitur infra. xl. capitulo et adhuc potest sensus littera applicari. Alii uero dicunt quod sibi ostensum fuit in forma templi salomonis et hoc uidetur magis probabiliter dictum quia ad hoc fuit sibi ostensum ut uideret abhominationes que fiebant in ierusalem de presenti et que facte erant de preterito. templum autem quod describitur infra. xl. capitulo non fuit sibi ostensum propter aliqua abhominatione uidenda. sed magis ad uidendum restitutionem cultus dei perfectissimi tempore futuro ut uidebitur ibidem domino concedente. In templo uero salomonis posita fuerunt ydola a tempore manasse et adhuc stabat illud templum. propter quod uidetur probabilius quod prophete fuerit ostendendum. Sciendum igitur quod templum salomonis circa se habuit tria atria. primum autem quod erat templo propinquius dicebatur atrium sacerdotum in quo erat altare holocaustorum et in hoc atrio erat tamen unus ingressus. s. in parte orientali directe contra portam templi. Secundum atrium dicebatur minorum quoniam ascendebat illuc cum orationibus et etiam oblationibus quas faciebant sacerdotibus

in porta atrii sacerdotum. Tertium atrium dicebatur atrium immundorum et in istis duobus atriis erat triplex ingressus. unus in parte aquilonari. alius in parte orientali. tertius vero ingressus erat in parte australi secundum modum hic figuratum. Sciendum tamen quod in plano non possunt figurari nisi fundamenta picture. et ideo illud quod erigebatur sursum oportet per ymaginationem intelligentis suppleri.

Sequitur figura

His igitur premissis sciendum quod propheta primo fuit adductus intra atrium immundorum per portam aquilonarem et ibi vidit ydolum zeli. Secundo fuit adductus ad portam aquilonarem atrii mundorum. et ibi iuxta portam que clausa erat vidit in muro foramen quod perfodiens transivit in atrium et ibi vidit senes thurificantes ydolis depictis. Tertio fuit adductus ad portam atrii sacerdotum que erat in parte orientali



et ibi vidit mulieres plangentes adonidem. quarto fuit adductus intra atrium sacerdotum et vidit viros adorantes solem orientem. Primo igitur describitur prophete adductio cum dicitur. et emissa similitudo manus. scilicet dei vel angeli in specie hominis apparentis. apprehendit me in cincinno. id est in floccello capillorum. et elevavit me spiritus inter celum et terram. elevatione scilicet ymaginaria non reali. et adduxit in ierusalem in visione dei. id est in visione a deo facta. iuxta ostium. scilicet atrii immundorum. interius. ad significandum quod non fuit positus extra atrium illud sed intra. quod respiciebat ad aquilonem. ad differentiam aliorum duorum ostiorum eiusdem atrii. scilicet orientalis et australis. ubi erat statutum ydolum zeli. In hebreo habetur. attractionis. scilicet ne illud. n. ydolum erat baal in cuius cultu provocabatur ira dei contra populum. et ecce ibi gloria dei israel etc. id est visio dei gloriosa similis illi visioni que describitur in primo huius libri. Et dixit. hic consequenter ponitur multiplex abhominatio. et dividitur in iiii partes secundum iiii abhominationes prophete ostensas. et patebunt partes prosequendo. Prima igitur abhominatio scilicet de ydolo baal ponitur cum dicitur. leva oculos tuos ad viam aquilonis. id est versus portam aquilonarem. et ecce ab aquilone porte altaris. dicunt hic expositores communiter quod hoc altare erat altare holocaustorum. et dicebatur porta illa porta illius altaris. non quia per portam illam esset ingressus ad altare holocaustorum sed solum per partem orientalem ut predictum est. Sed quia altare holocaustorum non erat recte in medio atrii sacerdotum sed in parte aquilonari illius atrii et sic respiciebat directe portam illam propter quod dicebatur porta altaris. Posset enim aliter dici quod dicebatur porta altaris. posset etiam aliter dici quod dicebatur porta altaris. sed ydoli zeli quod erat iuxta introitum porte et illi ydolo erat ibi altare constitutum a quo denominabatur illa porta. Cetera patent ex dictis usque ibi abhominationes magnas. id est ydolatrias. ut procul recedam a sanctuario meo. non per loci mutationem cum deus de necessitate sit ubique per essentiam presentiam et potentiam sed per gratie et condescensionis mee subtractionem. Et adhuc. hic ponitur secunda abhominatio cum dicitur. videbis abhominationes maiores. duplici ratione. quia predicta abhominatio erat tantum respectu unius ydoli. hec autem multorum. Item quia hoc erat in loco sanctiori. scilicet in atrio mundorum. ideo subditur. et introduxit me ad hostium atrii. scilicet mundorum. Cetera patent usque ibi. apparuit foramen unum. quod cum esset intra atrium mundorum. et ingressus. dictam cameram. vidi et ecce omnis similitudo reptilium etc. talia enim adorabant et colebant secundum quod dicitur ysaie. ii. capitulo. ut adorarent talpas et vespertiliones. et. lxx. viri de senioribus. ex quo erat peccatum gravius ratione personarum. et iezonias filius saphan in medio eorum. iste ut dicit Ra. sa. erat homo notabilis et alios induxerat ad ydolatriam ideo pre ceteris expresse nominatur. certe vides fili hominis que seniores domus israel faciunt in tenebris unusquisque in abscondito cubilis sui. propter hoc ad hoc significandum per foramen intravit propheta. ad thalamum existentem ultra murum. dicunt enim. id est facto ostendunt quod deus eos non videat sub hoc dicto quia incidebant in illum errorem sed quod divina providentia non se extendat ad hec inferiora secundum quod dicitur iob xxii. in persona talium exaratur. Circa cardines celi perambulat nec nostra considerat. Et dixit. hic ponitur tertia abhominatio que etiam dicitur maior precedentibus quia erat in porta atrii sacerdotum et hoc est quod dicitur. et introduxit me per ostium porte domus domini. dicebatur autem porta atrii sacerdotum porta domus domini sive templi quia erat recte opposita illi porte eo quod erat in parte orientali quod respiciebat ad aquilonem. in illa enim porta que erat in parte orientali erant duo hostia que claudebantur in columpna media sicut communiter fit in magnis ecclesiis et sic unum illorum ostiorum erat in parte aquilonari illius columpne et versus aquilonem aperiebatur aliud vero in parte australi. propheta autem fuit introductus per ostium quod aperiebatur versus aquilonem. Et ecce ibi. id est iuxta illud ostium mulieres sedebant plangentes adonidem. dicunt enim expositores latini quod iste adonides dicebatur amasius veneris cuius mortem mulieres plangebant. ita quod cultus illius ydoli erat in planctu et fletu mulierum. In hebreo habetur plangentes thamuz. quod significat incensionem eo quod sicut dicit Ra. sa. ydolum illud erat concavum et fiebat ignis intra cuius calor per fumum ascendens faciebat liquefieri oculos ydoli qui erant plumbei et sic videbantur plorare propter quod in eius cultu mulieres flebant. Et introduxit me. hic ponitur quarta abhominatio cum dicitur. et introduxit me in atrium domus domini interius. per quod designatur atrium sacerdotum quod vocabatur atrium interius eo quod erat templo propinquius. et ecce in ostio templi. id est ante ostium. inter vestibulum et altare. id est inter porticum templi et altare holocaustorum quod erat in eodem atrio ut predictum est. quasi. xxv. viri. dorsa habentes contra templum. ex quo abhominatio illius ydolatrie dicebatur maior. tum quia ostendebatur in loco sanctiori et in contemptum templi deo consecrati. videbatur fieri eo quod ydolatrantes habebant dorsa ad templum. et adorabant ad ortum solis. adorantes solem tamquam deum. numquid leve est hoc. quasi dicat. non, immo valde grave. et ecce applicant ramum ad nares suas. quod exponunt doctores nostri dicentes quod quia ydola erant in alto elevata ideo isti ydolatre elevabant ramos ad tangendum ea et postea applicabant ad nares suas in reverentiam ydolorum. hebrei dicunt quod hec est littera. et ecce applicant fetorem ad nares suas. Tamen etiam secundum hebreos primo fuit scriptum ad nasum meum. sed quia istud videbatur contra dei reverentiam ideo scribe mutaverunt illud sicut et in pluribus locis aliis et vocatur apud hebreos tiqqun sopherim. id est adaptatio scribarum hic ponendo. ad nares suas. ita quod fetor ad ydolatras referatur agendo et suspiciendo. tamen in isto modo loquendi de parvo vili dicunt homines quod fetet in naribus dei. sed secundum veritatem fetet in naribus peccantium quia multum deteriorant per ipsum et non ipse deus. Et ego faciam in furore. id est vindicta iustitie mea reddendo eis penam debitam pro abhominationibus predictis. Cetera patent in littera.

IX

Et clamavit

hic consequenter propheta revertitur ad describendum destructionem civitatis et templi cuius in parte causa fuerunt abhominationes predicte. Et dividitur in duas

partes

partes quia primo describitur destructio populi conuicti. secundo principaliter specialiter capitulo xi. Prima in duas quia primo describitur plebis excidium. secundo ciuitatis incendium x capitulo. Primus capitulum diuidi in tres partes quia primo ponitur visionis modus. secundo plebis interitus ibi. et uocauit. tertio ezechielis luctus ibi. et cede completa. Circa primum dicitur et clamauit. scilicet ille qui ostenderat ezechieli abhominationes et personam dei representabat ut predictum est. appropinquauerunt uisitationes urbis. scilicet iherusalem ad puniendum ipsam. et unusquisque uas interfectionis habet. id est instrumentum ad interficiendum quod statim designatur per hoc quod subditur. et ecce sex uiri. id est angeli in specie uirorum. Utrum autem intelligantur angeli boni uel mali non habetur ex hoc quia tales punitiones diuine aliquando fiunt et significantur fieri per bonos angelos. aliquando per malos. ueniebant de uia porte superioris que respicit ad aquilonem. illa erat porta aquilonaris atrii includentis templum. id est erat in summitate montis et ideo illa atria precedebant usque templum ascendendo et ex parte aquilonari non erat aliqua porta superior usque templum ut patet ex superdictis. Ex illa igitur parte ueniebant ad portam atrii sacerdotum que erat in parte orientali. et uniuscuiusque uas interitus. id est instrumentum ut lancea uel gladius. uir quoque unus uestitus lineis. ex hoc uidetur quod angeli in hac uisione ymaginaria ostensi erant angeli boni quia uestis linea mundiciam designat. et ingressi sunt atrium sacerdotum. ideo subditur. et steterunt iuxta altare eneum. quod erat ibi. et gloria domini israel assumpta est de cherub etc. hic uocatur gloria domini effigies hominis sedentis in throno super firmamentum apparens super capita animalium que in secundo uocantur cherubin et hic uocantur cherub accipiendo singulare pro plurali. sicut frequenter fit in scriptura. Uidebatur igitur ista effigies representans dei maiestatem recedere de capitibus animalium et transire ad limen templi domini per hoc designabatur recessio dei de propiciatorio quod erat intra sancta sanctorum super alas cherubin. non tamen per loci mutationem cum deus nusquam sit ubique sed per substractionem sue gratie. ita quod non daret inde responsa summo sacerdoti sicut faciebat ante. Et uocauit. hic consequenter ponitur plebis interitus. Circa quod primo ponitur iniunctio cum dicitur. et uocauit uirum qui indutus erat etc. ad signandum illos quibus erat parcendum et illi erant in minori numero. ideo subditur. signa thau super frontes thau est ultima littera alphabeti hebraici que hebrayce legem significat. ideo scribebatur super frontes uirorum gementium et dolentium de transgressione legis et abhominationibus predictis. et illis dixit. scilicet sex uiris habentibus uasa interitus in manibus suis. cetera patent usque ibi. et a sanctuario meo incipite. interficiendo primo sacerdotes et leuitas ibi ministrantes. Consequenter ponitur interfectionis executio cum dicitur. Ceperunt igitur etc. contaminate domum. dicebatur autem aliquis locus contaminari propter casum mortui numeri xix. et implete atria interfectis. ista sunt tria templi atria de quibus dictum est capitulo precedenti. egredimini. scilicet de atriis templi cede completa ut exequamini preceptum per totam ciuitatem. ideo subditur. et egressi sunt etc. Et cede completa. hic consequenter ponitur ezechielis luctus cum dicitur in primo eius. remansi ego. quia non fuit interfectus cum aliis. Ruique super faciem meam. pre timore et admiratione tanti exterminii. ideo subditur. heu. et triplicatur ad maiorem exaggerationem. cetera patent usque ibi. et repleta est terra sanguinibus. scilicet innocentium occisorum in ea et maxime tempore manasse de quo dicitur iiii regum xxi quod effudit sanguinem innocentium multum nimis. et ciuitas repleta est auersione. scilicet a deo per multiplicem ydolatriam ut dictum est capitulo precedenti. dixerunt enim. reliquit dominus etc. hoc expositum est capitulo precedenti. et ecce uir qui indutus erat lineis. dicitur ra. sa. quod erat gabriel angelus in specie uiri.

X

Et uidi. hic consequenter describitur ciuitatis iherusalem futurum incendium. Et diuiditur in duas partes quia primo designatur ista combustio. secundo explanatur uisio ibi. et apparuit. Circa primum dicitur. et uidi. uisione ymaginaria et intellectuali. et ecce in firmamento etc. species enim glorie domini que recesserat de loco super capita cherubin transferens se ad limen domus ut dictum est capitulo precedenti. redierat ad locum pristinum super firmamentum in capitibus animalium. Et dixit. scilicet sedens in throno dei maiestatem representans. Ingredere in medium rotarum etc. unde supra primo capitulo dicitur. similitudo animalium et aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium. et effunde super ciuitatem. scilicet iherusalem per quod designatur incendium eius futurum secundum iudicium diuinum. ingressusque est. scilicet uir indutus lineis in conspectu meo. id est me uidente. et est ultimum prophete. cherubin autem stabant a dextris domus. id est ad dexteram partem templi. tamen in atrio sacerdotum. ideo subditur. et nubes impleuit atrium interius. ad designandum dei presentiam secundum quod dicitur iii regum viii. dominus pollicitus est quod habitaret in nebula. et eleuata est gloria domini. quia species representans dei maiestatem transiuit de capitibus cherubin ad limen domus et significat iste transitus illud quod dictum est capitulo precedenti. et atrium repletum est splendore glorie domini. id est splendore dei maiestatem representante. et sonitus alarum cherubin. per talem motum alarum intelligitur promptitudo angelorum ad exequendum mandatum domini. audiebatur usque ad atrium exterius. sic est in hebreo. et ideo aliqui male corrigunt dicentes. interius. dicitur autem atrium exterius atrium immundorum eo quod erat longe remotius a templo. quasi uox loquentis dei omnipotentis. quasi diceret ille sonitus alarum erat magnificus et mirabilis secundum quod dicit psalmus xxviii. uox domini in uirtute uox domini in magnificentia. Cumque precepisset. Repetitio est eius quod dictum est supra. ingredere in medio rotarum etc. ingressus ille. scilicet uir indutus lineis. stetit iuxta rotam. ut acciperet ignem per ministerium cherub. ideo subditur. et extendit cherub etc. qui accipiens egressus est. scilicet ad effundendum super ciuitatem non tamen dicitur hic quod effuderit ad designandum quod ciuitas tunc non fuit combusta sed postea per sex annos quia uisio ista fuit anno sexto transmigrationis ioachim sexto mense quinta die mensis ut habetur supra in principio octaui capituli. Ciuitas autem fuit combusta anno xi sedechie qui fuit annus xi transmigrationis ioachim quia sedechias ei successit in regno. Et apparuit. hic consequenter explicatur modus uisionis que in aliquibus hic paucis differt a modo uisionis posite supra primo capitulo. tales enim uisiones sunt ad aliquid

signandum. et ideo frequenter fit ibi immutatio ad aliquid sig-
nificandum de novo. dicit igitur et apparuit in cherubin
illa autem mysteria animalia primo capitulo descripta vocavit hic
cherubin. eo quod erant alata et presidentia angelorum signi
ficantia ut ibidem dictum fuit. Angeli vero sunt scientia pleni
et sic interpretatur cherubin plenitudo scientie. et ecce qua
tuor rote iuxta cherubin. per hoc patet quod dictum est supra
primo capitulo quod erant ibi iiii. rote et iiii. animalia. species autem
rotarum erat quasi visio lapidis crisoliti. supra primo capitulo
dicit. et aspectus rotarum quasi visio maris. crisolitus autem
est lapis preciosus habens colorem aureum. ideo dicitur aurisso
quia est aureus. et per hoc ponitur hic quasi visio lapidis cri
soliti. datur intelligi quod prophetia erat magis illustrata
figurare divine sapientie quam prius. et idem designat per
hoc quod postea subditur. et omne corpus earum et colla
et manus et penne. que tamen ultima intelliguntur de
animalibus et non de rotis. dicitur hic plena oculis. primo
vero capitulo hoc tamen dicit de rotis. per oculos autem perspi
cacitas intelligentie designatur. unde et homines sapien
tes et astuti secundum modum loquendi communem dicuntur oculati.
et rotas istas vocavit volubiles. quia equaliter
volui poterant ad quatuor partes. quatuor autem facies
habebat unum. scilicet animal. facies una. idest prima. sicut
Genesis i. et factum est vespere et mane dies unus. idest primus
facies cherub. hic occurrit duplex dubium. primum est
quare ista facies dicitur hic facies cherub quia primo capitulo
dicitur facies bovis. Secundum quare dicitur hic prima ibi autem tertia.
Ad primum dicunt aliqui quod facies bovis sive vituli
est multum similis faciei cherub. et propter hoc sic vocatur.
Sed hoc dictum est contra Iosephum dicentem quod facies che
rub est facies cuiusdam avis quam nunquam visa est ab hominibus.
Sed eius similitudo ostensa fuit Moysi in monte ubi fuit sibi
ostensum exemplar omnium fiendorum in tabernaculo. secundum quod
dicitur Exodi xxv. inspice et fac secundum exemplar quod tibi in mon
te monstratum est. Est etiam contra dictum Ra. Sa. et aliorum
hebreorum qui dicunt quod facies cherub est quasi facies pu
eri grossi. propter quod tales consueverunt depingi. ideo dicit quod fa
cies bovis fuit mutata in faciem pueri. Cuius mutatio
nis ratio potest assignari. quia sicut dictum est supra i. capitulo fa
cies bovis signat regnum Iudeorum propter populi communis pern
itiam. tunc tamen in pluribus gentie manet vigent sapientia. propter
quod ad hoc denotandum facies bovis quod est animal irrationabile
versa fuit in faciem hominis qui est animal rationale. et in fa
ciem puerilem. quia sapientia non senescit. sed magis iuve
nescit etiam in senibus qui sedatis passionibus clarius
vident. secundum quod dicitur vii. physicorum. sedando et quiescendo fit
anima sciens et prudens. propter hoc dicitur sapientie vi. capitulo clara
est et que nunquam marcescit sapientia. Ad secundum dicendum quod propter
hoc dicitur hic facies cherub et prima. quia apparebat direc
tius vultui prophete quam alie. sicut dictum est supra. i. capitulo de
facie hominis. ipsum autem animal. idest quodlibet dictorum quatuor
animalium. et illud idem quod videram in prima visione
descripta supra primo capitulo. et egressa est gloria domini a limine
templi et stetit super cherubin. rediens ad locum suum
et stetit in introitu porte domus domini orientalis. dicit Ra.
Sa. quod hec est porta atrii sacerdotum que est in parte orienta
li. et dicitur porta domus domini sive templi. eo quod in recta linea
opponitur porte templi ut dictum est supra viii. capitulo. ipsum
est animal. idest quodlibet istorum iiii. quod vidi subter deum
Israel. quia firmamentum erat super capita animalium. et desu
per effigies dei sedentis in throno representantis maie
statem. quatuor per quatuor vultus uni. idest per singula iiii.
animalia quatuor facies erant cuilibet ipsorum. et similitu
do vultus eorum ipsi vultus quos videram iuxta flumen
chobar. quod dicitur licet apparentia unius faciei esset muta
ta ut predictum est tamen erat idem animal. Cetera autem
que non sunt hic exposita de animalibus et rotis. expo
sita sunt plenius supra primo capitulo ubi patet hec requirenda.

Et elevavit — XI

Supra posita est vastatio plebis
[?] communiter. hic ponitur destructio principalium
specialiter. et primo sacerdotum. secundo principum capitulo xii. ter
tio Sedechie [?] capitulo xii. Circa primum sciendum quod Iere
mias prophetaverat bonum illis qui transmigraverant et ma
lum illis qui remanserant sub metaphora ficuum bonarum
et malarum. Iere. xxiiii. Sacerdotes autem qui remanserant
in Ierusalem contrarium asserebant. et ideo omnia sic facta est executio
consiliis visionem Iheremie et potissime quantum ad sacer
dotes. primo igitur describitur vastatio illorum qui remanserant
in Ierusalem. secundo consolatio illorum qui transmigraverant in babilonem
ibi. et factum est. Circa primum sciendum quod sacerdotes qui
remanebant in Ierusalem parabolice designabant suam perspi
tate et ideo primo eorum parabola ponitur. et sic tollitur ibi. id
circo. Circa primum premittitur modus visionis cum dicit. et
elevavit me spiritus. idest deus ut angelo dei ministerio. et intro
duxit me ad portam domus domini orientalem. idest ad portam
atrii sacerdotum que sic vocatur ut dictum est capitulo precedenti
et vidi in medio eorum Iezoniam filium Azur. iste est alius
ab illo Iezonia posito supra viii. capitulo. quia ille dicitur filius
Saphan. et Phelltiam. isti duo erant principales et ali
os traxerant ad errorem suum. et ideo expresse nominantur. hii
viri qui cogitant iniquitatem et cetera. quia informabant populum ut
secure manerent in cultu ydolorum non timentes Iezechie
comminationes. ideo subditur dicentes nonne dudum edificate
sunt domus. quasi dicunt. sicut nunquam fuit civitas a tempore Sa
lomonis qui eam ampliavit et triplici muro clausit.
sic secura ab adversariis permanebit. hec est lebes. scilicet Ie
rusalem. et nos carnes. quod exponunt aliqui dicentes quod di
cebant hoc isti derisorie. et per omnes negative. eo quod Iere
mias prophetaverat primo capitulo combustionem civitatis sub
metaphora olle succense. et secundum hoc verbum intelligitur istud
negative sic hec civitas non erit lebes sive olla suc
censa ut dixit Ieremias nec nos carnes bulliti in
ea. Sed hec opinio non consonat littere sequenti ut videbitur.
Et ideo Ra. Sa. exponit hoc verbum. hec est lebes et cetera quasi af
firmative dictum. ut sit sensus. sicut carnes conservantur
in lebete usque ad perfectam earum decoctionem. sic servabuntur in
Ierusalem usque ad maturam etatem. assimilatur autem per lon
gam vite decoctionem quia quamdiu calor naturalis decoquit
alimentum convertendo in membra durat hominis vita. tam
diu. n. vivunt animalia quamdiu nutriuntur. secundo de anima. quando
autem calor naturalis sic debilitatur quod non potest hoc facere
deficit vita naturali morte. Idcirco. hic consequenter removet
hec parabola et patet littera usque ibi. plurimos occidistis in
urbe hac. scilicet Innocentes quos occidit rex Manasses
et alii reges mali ad persuasionem sacerdotum. Unde

in medio

et iere

et ieremiam voluerunt sic occidere. ut habetur iere. 26. Interfectos vestros quos posuistis in medio eius. scilicet ierusalem. hii sunt carnes. quia licet non fuerint ibi mortui morte naturali sed violenta illa tamen mors fuit optima secundum illud quod dicitur ps. cxv. preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. et hec est lebes. quia in ierusalem fuerunt sepulti. et educam vos extra ierusalem in captivitatem. gladium metuistis. scilicet regis babilonis quem pro auxilio ad regem egypti misistis. et gladium inducam super vos. scilicet regis babilonis. in finibus israel id est in terra aliena finibus terre iudee vicina. iudicabo vos. quia fuerunt adducti ad regem babilonis in terra emath et ibi occisi eo quod relaxaverant iuramentum sedechie quod fecerat regi babilonis ut dictum fuit ieremie. 39. Ideo subditur hec. scilicet ierusalem. non erit vobis in lebetem. manendo in ea usque quod ad maturam etatem. in finibus israel iudicabo vos. repetitio est eius quod predictum est ad maiorem affirmationem. sed iuxta iudicia gentium. imitando ydolatriam eorum. et factum est cum prophetarem pheltias filius banaie mortuus est. dicunt aliqui quod fuit sic tunc in re. sed propheta vidit in spiritu mortem eius de proximo imminere. hebrei dicunt quod tunc mortuus fuit subito divino iudicio et hoc fuit scitum per nuncios qui frequenter mittebantur de ierusalem ad transmigratos in babilonem qui interrogati ab illis ezechiel quibus narraverat suam visionem ut habetur in fine huius capituli. responderunt quod eodem tempore et eadem hora mortuus fuerat sicut ezechiel dixerat. et cecidi in faciem meam. ad deprecandum dominum ne multiplicaretur exterminium. Et factum est sermo domini. hic ponitur consolatio eorum qui transmigraverant cum dicitur. fili hominis fratres tui. id est iudei tecum in babilonem ducti. viri propinqui tui. quia inter eos erant aliqui de gente sacerdotali sicut et ipse ezechiel. et omnis domus israel. quia de regno decem tribuum aliqui erant ducti [illegible] salmanasar [illegible] in regnum [illegible] ut dictum fuit. c. 8. quorum aliqui cum iechonia rege fuerunt in babilonem ducti. quibus dixerunt. id est de quibus dixerunt. habitatores ierusalem. reputantes eos miseros et se felices ut dictum est in principio huius capituli. longe recedite a domino. reputabant enim eos a domino eiectos et derelictos. nobis data est terra in possessionem quia credebant secure manere in ierusalem ut predictum est. propterea hec dicit dominus deus. id est propter eorum insultationem ero vobis in consolationem. ideo subditur de transmigratis. ero eis in sanctificationem modicam in terris ad quas venerunt quia per danielem et socios eius qui fuerunt positi super negocia regni babilonis. ut habetur danielis 2o. iudei ibi habitantes fuerunt sustentati in aliquo et consolati et postea per mardocheum tempore assueri. ut habetur libro hester. Congregabo vos de populis tempore cyri qui dedit licentiam redeundi in iudeam. et auferent omnes offensiones id est ydolatrias. quia post reditum captivitatis babilonice non legitur ille populus ydolatrasse nisi aliqui pauci tempore anthiochi qui ad hoc coegit iudeos primo et 2o machabeorum. et dabo eis cor unum. scilicet ad serviendum uni deo celi. et spiritum novum. auferendo eis voluntatem patrum suorum qui fuerunt ad ydolatriam proni. et auferam cor lapideum. id est durum ad recipiendum disciplinam domini et prophetarum. et dabo eis cor carneum. id est tenerum et dispositum ad recipiendum. ut patet primo esdre. nam doctrinam receperunt valde devote. quorum autem cor post offendicula. id est paratum ad deum offendendum. quale erat cor in ierusalem habitantium ut patet per predicta. horum viam in capite suo ponam. reddendo eis debitam penam. Et elevaverunt. hic ultimo ponitur visionis huius relatio. premittitur tamen recessus divine protectionis a ierusalem cum dicitur. et elevaverunt cherubin alas suas. ad volandum extra templum in quo erant ut patet per predicta. et ascendit gloria domini de medio civitatis significans sublationem divine protectionis. stetitque super montem oliveti. scilicet qui uno miliari distat a ierusalem ut habetur actuum primo. et spiritus levavit me. id est visione. id est ymaginaria videbatur enim de ierusalem in babiloniam reduci. et sublata est a me visio. id est raptus mentis et sic vidit se esse cum senibus sedentibus coram eo ut habetur supra viii. capitulo. ideo sequitur et locutus sum ad transmigrationem. id est ad iudeos transmigratos in chaldeam. omnia verba domini que ostenderat michi. retulit enim eis visionem ymaginariam predictam et eius intellectum et significationem.

Et factus e[st] XII

Hic consequenter describitur [illegible] principium. et dividitur in [illegible] partes scilicet principalem et [illegible] ibi. et factus est. primum autem [illegible] parabola facti. et 2o eius parabola ponitur. 3o exponitur ibi et factus est. [illegible] parabola ibi qui [illegible] intelligunt [illegible] dicit. fili hominis in medio domus exasperantis tu habitas quia plures eorum nolebant credere libro ieremie de destructione ierusalem futura. qui oculos habent. scilicet carnis. et non vident. id est non intelligunt occultis mentis. tu ergo fili hominis fac tibi ut per sensibile factum inducantur ad intelligendum. vasa transmigrationis. id est instrumenta transmigrantibus apta [illegible] et pera et similia. et transmigrabis per diem. ut sic videant se exire de loco tuo ad alium. et efferes foras vasa tua. repetitio est quidem sine ad maiorem affectionem. tu autem egredieris vespere etc. per hoc autem designabatur fuga sedechie et bellatorum eius de ierusalem in civitatis captione. ante oculos eorum perfode tibi parietem etc. per hoc enim designabatur quod exierunt per locum absconditum et per viam subterraneam. ut dictum fuit ieremie. 39. et c. 52. ultimo. In humeris portaberis etc. per hoc designatur excecatio sedechie et sic non poterat incedere nisi appodiando se super humerum ducentis. et quod idem fuit quod subditur. faciem tuam velabis etc. et subditur causa. quia portentum dedi te. id est signum futuri mali sedechie. [illegible] fecit ergo sicut preceperat michi. et per litteram ex dictis. Et factus est. hic consequenter exponitur parabola dicta eo modo quo iam dictum est [illegible] aliqua tamen addit que exponentur. nonne dixerunt. q.d. iam quesierunt a te. quid tu facis. id est quid significat hoc factum tuum. dic ad eos. huius facti intellectum. super ducem onus istud. id est super sedechiam et super omnem domum israel etc. quia capta civitate et duce non poterat populus bene esse. Ceteri patent usque ibi. parietem perfodient. quia [illegible] subterranea nec erat obturata vel quia interius

ibi. et tu fili hominis. prima in duas quia primo ponitur
pseudo prophetarum culpa. secundo denunciatur eorum pena
ibi. propterea. Circa primum dicit. vaticinare ad prophetas
s. Israel. ideo sequitur. et dices prophetantibus de corde suo.
i. de sua fictione non ex divina revelatione. ideo sequitur:
quasi vulpes in desertis etc. est autem vulpis animal dolosi
intendens deceptioni avium. Sic isti prophete intendebant
ad deceptionem simplicium. ideo arguit eos dicens. non
ascendistis ex adverso prout iusti arguendo. neque opposuistis murum. pro domo Israel orando ut staretis in pre
lio. processionem domini unius timoris arguendo. Vident va
na. mutatur modus loquendi de secunda persona ad tertiam. divinantes ...
...

Capitulum III

[illegible]

uentu[~] p[ro]celle· et patent cetera ex dictis/ [e]st en[im] repetitio eiusde[m] s[ente]n[ti]e ad maiore[m] assertione[m] usq[ue] ibi· et reuelabitur fundamentum ei[us]· Caldei en[im] in[?] nouerunt muros ih[e]r[usa]l[e]m in aliquibus locis ut sic facerent eos ruere et co[m]plebo i[n]dignatione[m] mea[m]·i· effectu[m] vindicte mee i[n] p[ar]iete et p[atet] ex dict[is] s[upr]a ¶ Et tu· hic o[m]nit[er] p[ro]phat q[uod] falsas p[ro]phetissas et diuidi[tur] in duas q[uia] p[ri]mo p[ri]mo ponit[ur] eor[um] culpa· s[ecundo] pena ibi· p[ro]pt[er] h[oc]· Circa p[ri]mu[m] d[icitu]r· fili ho[min]is pone facie[m] tua[m]· ostendendo diuina[m] indignatio[n]e[m]· c[ontra] filias·i· c[ontra] f[a]l[s]as p[ro]ph[et]as· que p[ro]phetant de corde suo· et n[on] sp[irit]u diuino· Ve qui co[n]suunt puluillos· hoc dupl[icite]r expo[n]itur· Vno m[od]o ut p[er] puluillos et ceruicalia intelligant[ur] u[er]ba adulatoria et mendacia q[ue] dicebat ille mulieres malis ho[m]i[ni]b[us] et ydolatris/ alio m[od]o intelligendo puluillos et ceruicalia ad l[itte]ram· p[ro]ph[et]e· n[am]· ueri n[on] so[lum] u[er]bis p[ro]ph[et]abant i[n] u[er]bis s[ed] etiam factis et visibilib[us] signis· Sicut Ieremias posuit cathenas in collo suo ad significa[n]d[um] captiuitate[m] futura[m]· Ieremie· xx· et eode[m] m[od]o p[ro]phe[te] f[a]l[s]i faciebant eos simulantes· sicut Sedechias fecit sibi cornua ferrea· iij· Re[gum]· xx[ij]· et eode[m] m[od]o f[a]l[s]e p[ro]phetisse faciebant puluillos et ceruicalia facientes ho[m]i[n]es accu[m]bere sup[er] ea dicentes sic poteritis dormire secure et quiete/ non timentes i[n] aliq[uo] de aduentu caldeorum· s[ub] capite vniuerse etatis·i· ho[m]i[n]u[m] cuiuslibet etatis· ad capiendas a[n]i[m]as·i· decipiendas suis mendaciis· et uiolabant me ad p[o]p[u]l[u]m meu[m]·i· cogebant me ad puniend[um] ip[su]m· nec [est] intelligend[um] q[uod] violentia seu coactio cadat in deo· s[ed] hoc d[icitu]r ad denotand[um] q[uod] non uult p[ro]p[ri]e malu[m] pene s[ed] p[er] accidens· s[cilicet] p[ro]pt[er] ordine[m] sue iustitie· Cum e[ni]m p[ro]p[r]iu[m] sit misereri et parcere· p[ro]pter pugillum ordei·i· p[ro]pter uilem q[ue]stum talia faciebant· ut interficerent a[n]i[m]as q[ue] n[on] moriu[n]t[ur]· iust[os] en[im] iu[n]ctib[us] in d[omi]no et nichil eis denuntiab[ant] p[ro]ph[et]abat mortem et infortunia et iniustis qui p[ro]p[ter] peccata sunt mortui p[ro]ph[et]abant vitam et p[ro]sp[er]a p[ro]pter exili[?] bona ¶ Propter h[oc]· hic ponitur eorum pena cu[m] d[icitu]r· ecce ego ad puluillos u[est]ros·i· ad facta u[est]ra puniendo· q[ui]b[us] capitis·i· decipitis· a[n]i[m]as uolantes·i· ho[m]i[n]es q[ui] debent eleuari ad cognitio[n]e[m] diuinoru[m]/ et loquitur de eis ad modu[m] uolatiliu[m]/ que attendentia ad instrume[n]ta aucupis in quib[us] sunt aliqua attrahentia ut grana et huiu[s]m[od]i illuc descendu[n]t et capiu[n]t[ur] retibus suis/ Sic illi atte[n]de[n]tes ad u[er]ba p[ro]ph[et]issaru[m] decipiebant[ur] ab eis· et dirumpa[m] eos de brachiis u[est]ris·i· taliter puniam uos q[uod] n[on] poteritis talia facere· nec p[o]p[u]l[u]m meu[m] decipere· et scietis q[ui]a ego d[omi]n[u]s· p[er] experie[n]tiam mee vindicte· p[ro] eo q[uod] merere fecistis cor iusti· q[uod] tu[m] in uob[is] fuit infortunia sibi p[ro]ph[et]a[n]do· q[ue]m ego n[on] co[n]tristaui·i· n[on] disposui inferre talia s[ibi]· et co[n]fortastis manus impii· p[ro]ph[et]ando sibi bona· ut n[on] reuerteretur a uia sua mala· p[er] hoc e[ni]m nutriebat[ur] in malo suo· ut uiueret· s[cilicet] si de p[e]cc[at]is suis peniteret· p[ro]pterea uana non uidebitis· q[uia] auferam uos de vita p[rese]nti ita q[uod] p[o]p[u]l[u]m meu[m] decipere n[on] poteritis ¶ Ballinis

Et venũt X IIII

Supra descripta [est] ierosolimitanoru[m] uastatio· hic po[n]itur tristium gentium co[n]solatio· et diuidi[tur] i[n] duas p[ar]tes quia p[ri]mo ponit[ur] utilis motio· et s[ecund]o s[ub]di[tur] ip[s]a co[n]solat[io] ibi· et factu[m] [est]· motio aut[em] utilis [est] q[uod] q[ue]rant diuinu[m] responsu[m] a p[ro]ph[et]is sanctis· Et io[?] diuidi[tur] in tres p[ar]tes quia p[ri]mo ponit[ur] i[m]pedi[men]t[u]m o[bse]ssio· s[ecund]o s[ub]dit[ur] ei[us] remotio ibi· p[ro]pterea· et tertio s[u]b[i]tum[?] p[ri]uatio ibi· p[ro]ph[et]a cu[m] errauerit· Impedimentu[m] aut[em] diui[ni] responsi [est] ip[s]u[m] q[ue]re[n]tis fictio/ ut pote ad temptand[um] p[ro]ph[et]e u[er]itate[m]· Vel quia q[uae]runt e[i]us responsum p[ro]pter curiositate[m] et n[on] p[ro]pter u[er]itate[m]· p[ro]p[ri]e cu[m] medacio[n]e[m]· et tales erant de quib[us] hic d[icitu]r· et uenerunt ad me uiri· [et]c[etera]· Ideo s[ub]ditur· Viri isti posuerunt immunditias i[n] cordib[us] suis·i· fictione[m] p[ro]posuerunt aut[em] p[er]seuerare i[n] eis· et scandalu[m] iniquitatis sue·i· iniquitate[m] sua[m] que p[re]bet aliis ruendi occasione[m]. statuerunt c[ontra] faciem sua[m]· habentes ea[m] in iugi memoria/ ad iterandum ea[m]· nunq[uid] interrogatus respondebo eis· q[uasi] d[icat]· n[on] ad uotu[m] suu[m]/ quia i[n]digni s[unt] eo q[uod] n[on] q[uae]rit i[n]te[n]tio[n]e recta s[ed] p[er]uersa· Cetera patet ex dictis usq[ue] ibi· ego d[omi]n[u]s respondebo ei i[n] multitudine immunditiaru[m] suaru[m]· s[ecundu]m demeritu[m] sue immunditie· et iustu[m] est q[uod] sibi n[on] respondeat[ur]· Aliqu[an]do e[nim]· ponitur affirmatio p[ro] negatio[n]e· Sicut d[icitu]r alicui male petenti uoce· ego faciam quod petis· Vel s[ed] respondeatur ei respo[n]debitur ita o[b]s[cur]e et obscure q[uod] n[on] intelliget· ut capiatur dom[us] isr[ae]l in corde suo [et]c[etera]· Illud ut n[on] tenetur causaliter q[uia] de[us] n[on] pot[est] [ess]e ca[usa] mali culpe s[ed] tenetur co[n]secutiue· ad hoc e[nim] q[uod] de[us] n[on] respo[n]det male petenti· Vel obscuru[m] responsum dat ei· sequit[ur] q[uod] remanet in errore suo ¶ Propterea· hic o[m]nit[er] ponitur h[uius] i[m]pedime[n]ti remotio cu[m] s[ub]di[tur]· Conu[er]timini et recedite ab ydolis u[est]ris· p[er] ueram penite[n]tiam et perfecta[m]/ et sic simplic[ite]r habebitis bonu[m] et clarum responsum· quia homo homo·i· quilibet ho[mo]· de domo isr[ae]l· uel de aduenis· et de p[ro]selitis·i· de gentilib[us] co[n]uersis ad iudaismu[m]· Si alienatus fuerit a me p[er] ydolatriam· et posuerit ydola sua in corde suo firmiter p[ro]ponens ea colere· et uenerit ad p[ro]ph[et]a[m]· s[cilicet] uerum· ego d[omi]n[u]s respondebo ei p[er] me· et non p[er] p[ro]phetam· et ista responsio erit sue iniquitatis punitio· Ideo s[ub]ditur· et pona[m] facie[m] mea[m] super ho[m]i[n]e[m] illu[m]· ad p[e]cc[at]a sua diiudica[n]d[um] et ea[m] puniend[um]· io[?] s[ub]d[itur]· et faciam eum in exemplu[m]· s[cilicet] terroris uidentib[us] ei[us] punitione[m]· et in prouerbiu[m]· ita q[uod] maledictione e[ius] dicet[ur] co[m]muniter· Sic faciat tibi d[omi]n[u]s sicut illi ¶ Et p[ro]ph[et]a· h[ic] o[m]nit[er] ponitur f[a]l[s]e p[ro]ph[et]ie punitio tam ex p[ar]te interrogantis q[uam] ex p[ar]te respondentis cu[m] d[icitu]r· et p[ro]ph[et]a· s[cilicet]· falsus cum errauerit· a sp[irit]u maligno ex suo demerito deceptus· et locutus fuerit u[er]bum· s[cilicet]· f[a]l[su]m· ego d[omi]n[u]s decepi p[ro]phetam illu[m]·i· decipi p[er]misi· et extendam manum meam·i· uirtute[m] mea[m] sup[er] eu[m] ad ip[su]m puniendu[m]· ideo s[ub]ditur· et delebo eum·i[n] p[ro]p[ri]a p[er]sona et posteritate sua· portabunt iniquitate[m] sua[m]· s[cilicet]· p[ro]ph[et]a et interrogans ip[su]m· io[?] s[ub]ditur· iuxta iniquitate[m] interroga[n]tis·i· iniq[ui]tas uniuscuiusq[ue] punietur· grauius t[ame]n iniq[ui]tas p[ro]ph[et]e quia maior [est]· ut n[on] erret ultra dom[us] isr[ae]l p[er] talem p[ro]phetam decepta· s[ed] sit michi i[n] p[o]p[u]l[u]m· cultu[m] latrie exhibendo· et ego sim eis in deu[m]· i[n] uia salutis dirigendo ¶ Et factu[m] est· hic o[m]nit[er] ponitur

trãsmigratorũ cõsolatõ. Sciend' tñ q' expositores latini communiter exponũt residuũ hui' ca'li contra habitatores ih'lm et iudee dicentes q' hic ab eis excludit' remedium speratum eo q' cõfidebant liberari a cõminatõnib' ieremie p' merita antiquorũ patrũ et hoc remouet' ab eis p' hoc quod dr q' si noe daniel et iob qui fuerũt valde iusti ẽent inter eos et p' eis orãtes nõ liberarẽt eos s; tm se ipos. Sz l'ra non videt' ad hoc concordare in fine ca'li. s; mag' discordare pp'ter q' Ra. sa. aliter exponit dicens q' de' hic distinguit inter punitõnẽ gentiliũ et iudeor. s. q' si pctis alicuius terre vl' ciuitatis gẽtiliũ deus iferat vnã de quatuor plagis hic enũatis ad ei' destructõz si noe daniel et iob ẽent ibi nõ liberarent pp'lm s; se ipos tantũ. et ciuitas vl' terra funditus destrueretur absq; repatõne. Sicut h; exẽplũ. geñ. 19. de s'uisione sodome a qua fuerũt liberati tñ tres iusti. s. loth cum duab' filiab' suis; Sz si oms q̃tuor plagas hic enũiatas induceret sup ih'lm ad ei' destructõnẽ aliqui tñ reseruabũt' in uita ad ciui'tis futurã repatõnẽ et sic factũ ẽ q' zorobabel nepos iechonie fuit dux veniẽtiũ seu redeũtiũ de babilone s' quo reedificatũ ẽ tẽplũ et p'ea ciuitas s' neemia et hoc dictũ erat ad magnã cõsolõnẽ trãsmigratorũ Igr applicando l'ram ad hãc s'niam Residuũ hui' ca'li in duas ptes diuidẽ. q' pmo ponitur mod' punitõnis terre gentiliũ. 2° iudeorũ ibi. qm̃ hc dicit. Circa pmũ dr i p' diu. terra. s. gentiliũ. cũ peccauit m' ut puaricet' puaricãs. exaggerando pctã pctis. extendã manũ meã sup eã ad ipsam puniendã. et conterã virgam panis. i. sustentamẽtũ cui' liber cibi qui nõie panis intelligit' in scriptura. et hec ẽ pma plaga. s. famis. noe daniel et iob. isti tres p'ceteris pñib' hic noiant' q' suis orõnib' nõ saluauerunt alios. noe. n. nõ saluauit orõib' suis orbẽ a diluuio. septẽ autẽ p'sone cum eo saluate fuerũt pp'ter iusticiã suã et ut p' eas multiplicaretur gen' hũanũ. siliter daniel suis orõnibus non liberauit ih'lm a destructõne. nec iob filios suos et filias a morte. ipi i iusticia sua liberabunt aĩas suas. i. p'sonas suas tantũ. Cõn' ponit' plaga. scda cũ dr. q' si et bestias pessimas. ut leones et s'pentes et drachones a quib' nullo mõ se pñt hões deffendere. Cetera patent ex dictis. Cõn' ponitur tertia plaga cũ dr. vel si gladiũ induxero super terrã illam. s. gẽtiliũ. et dixero gladio. hec est bellatoribus utentibus gladio. Cetera patent Cõn' ponitur q̃rta plaga. Si aũt pestilẽciã imisero. i. gen'alẽ mortali'tẽ ex corruptõne. et effudero idignatõẽ meã. i. effectũ vindicte mee. in sanguine. i. in destructõne vite gen'aliter. eo q' vita consistit in sanguĩe. s'm q' dr leuit'. 17. aĩa oĩs carnis i sanguĩe ẽ. Cetera patent ex pdictis. Quoniã hc dicit. hic cõn' ponit' mod' pũitõis ih'lm q' et si q̃tuor iudicia mea pessima. i. effect' vindicte mee predictos. io s' dicitur. gladiũ. et c'. misero i ih'lm. s. simul. sicut et factũ fuit i obsidione p' caldeos ut dictũ ẽ sup'. v°. ca'. tñ relinq̃t' in ea saluatõ. s. aliquorũ quorũ filii et filie reedificabũt ciuitatẽ et eã habitabũt sicut factũ fuit s' zorobabel duce. et neemia ut pdictũ ẽ et nõ fit hic mẽtõ de trib' pñib' pdictis. noe daniel et iob ad significand' q' etiã sine meritis patrũ deus hoc faceret ut dicit Ra. sa. eo q' elegit ciuitatẽ illã ad sanctum cultum. Vnde licet bis fuerit funditus euersa. tñ fuit bis reedificata et adhuc stat. ecce ipi egredient' ad uos. i. illi qui reseruabũt' viui destructa ih'lm p' caldeos venient ad uos trãsmigratos q' ducti fuerũt in babilonẽ ut h;. c. R. ultio. et videbis viã eor et adinuẽtõnes. i. pctã p'fectam pene a deo iposite. et cõsolabimini sup malo quod induxi in ih'lm. i. illud malũ erit uobis occão cõsolõnis contra hoc q' dolebatis uos tradidisse caldeis dõ consilio ieremie. quia p' hoc uidebitis uos euasisse maius malum sine cõparatõe. et cõsolabũt' uos. dicentes uos fuisse btõs r'li ipo'. et cognoscetis q' non frustra fecerim. et c'. p'o. n. amara nõ dr frustra ẽe qñ ex hoc sequitur sanitas; siliter nec illa dura pena a deo inflicta sup ih'lm q' hoc fuit ad declaratõnẽ diuine iusticie et ad correctõnẽ pp'li. et quia hoc uiderũt pus trãsmigrati. io fuerant cõsolati.

Et factus XV

est. Supius descripta ẽ ipi' ih'lm et pp'li vastatõ. hic cõn' ponitur dicte vastatõnis rõ que ẽ multiplicatio flagitiorũ i ih'lm et iudea et hoc describitur s' decẽ methaforis q' patebunt l'ram p'sequẽdo. pma autẽ ẽ de ligno vitis Circa q' sciend' q' multiplicatõ pctõrũ diminuit habilitatẽ liberi arbitrii ad bonũ. et qñ tal' multiplicatio mlĩũ iualescit uidetur hõ totaliter inhabilis ad bonũ. s'm q' dr p' ub. 18. ipius cũ i pfundũ pctõrum venerit cõtẽpnit. et hoc figitur fuisse i pp'lo iude p' methaphorã ligni p'sensi de vite quod nõ est ad aliquod op' utile s; tm incendium. et s'm hoc p; litera hui' capituli paucis exceptis que discurrentur. aut fabricabitur de ea paxillo. i. cauilla ad suspendend' vas etiã modici ponderis. q. d. non diuiditur tñ hoc capl'm i duas ptes. q' pmo pabola p'libat'. 2° ad pp'ositũ applicat' ibi. pp'terea. Circa pmũ occurrit exponẽdũ. vtrãq; ptẽ ei' cõsumpsit ignis. i. statim q' ponitur i igne totũ cõburit' et medietas eius. i. magna ps redacta ẽ i fauillam. q' nõ remanẽt etiã carbones. n pauci et modici. nũquid utile erit ad op'. s. p' cõbustionẽ. q. d. nõ q' etiam ante nõ erat. Sic exponũt aliq' In hebreo h; sic. duas extremitates ei' comedit ignis et sic p; q' p' illud quod dr in trãslatõe nr̃a. vtrãq; ptẽ ei' cõsumpsit ignis. p' vtrãq; ptẽ intelliguntur due extremitates q' sic applicant ad pp'ositũ expositores latini dicentes q' p' medium intelligit' pp'lus melior et fortior qui cum iechonia trãslatus fuit i babilonẽ ut h; Iere. 2. p' extrema vo residuũ pp'li. pp'ter q' remãsit s' sedechia rege q' illi et illi fuerũt i afflictõne que p' combustionẽ intelligit'. sicut quodlibet penale seu afflictiuũ nõie ignis designat' Ra. sa. aliter applicat. d. q' p' duo extrema itelligunt'

et s'm hoc diuidit' i nouẽ ptes et q' ps vltĩa continet duas methaphoras.

illi qui primo fuerunt translati in babilonem capto ioa
chim filio iosie secundum quod habetur danielis primo et illi qui postea
fuerunt translati cum iechonia eius filio qui proprie dicitur
tur transmigratio. per medium vero lignum quod fortius
comburitur quam extremitates eo quod est in medio ignis
intelligitur populus qui fuit sub sedechia qui fuit gravi
us afflictus predictis. videlicet fame peste et gla
dio captivitate ut patet per supradicta et hec applicatio ro
nabilior videtur quam prima. Propterea. hic ostenditur posi
tur applicatio parabole ad propositum ex dictis patet sen
tentia usque ibi. de igne egredietur. et ignis consu
met eos. id est si evaserunt unam penam incident in aliam
secundum dicitur propter iohannan filium charee et alios qui post de
structionem civitatis fugerunt in egyptum contra consilium iere.
et hoc timore gladii regis babilonis ut habetur ie
remie. xlii. et gladio regis babilonis consumpti fue
runt in egypto. Cetera patent ex dictis

Et factum est. XVI

Hec est secunda pars in qua flagitia populi iu
dei describuntur. sub metaphora mulieris
nate pauperrime et a viro magno misericorditer
educate et tandem ornate et sibi matrimonialiter despon
sate que tamen omnino ingrata exponit se omni adultera
tioni miserabiliter. et secundum hoc presens capitulum in tres partes
dividitur. quia primo ponitur paupertas nascentis. secundo pie
tas educantis et desponsantis ibi. transiens autem.
tertio utilitas adulterantis ibi. et habens fiduciam. Circa
primum dicitur. notas fac ihrlm. id est populo regni iuda. abho
minationes suas. sub sequitur metaphora. Radix tua
et generatio tua de terra cananea. quod exponunt ali
qui dicentes quod terra cananea dicitur terra egypti quia
mesraym a quo denominatur egyptus fuit filius chaam
ut habetur gen. x. capitulo et in hebreo egyptus mes
raym nominatur ubique in vetere testamento. dicitur autem ge
neratio populi inde de egypto eo quod pauci qui cum
iacob in egyptum descenderunt illic in magnam multi
tudinem creverunt ut habetur exo. i. Sed huic expositioni non
videtur bene consonare quod subditur. pater tuus amor
reus. quia secundum precedentem expositionem debet dici e
gyptius. Et ideo Ra. sa. aliter exponit dicens quod hic
ad literam accipitur terra chanaan in qua peregrinatus
fuit abraham pater huius populi. Unde in hebreo sic habetur.
mansiones tue. ubi nos habemus radix tua. quia abra
ham terram chanaam transivit de loco ad locum per diversas
mansiones sicut advena et peregrinus ut patet genesis in
pluribus locis. Ideo subditur. pater tuus amorreus. scilicet abra
ham qui dicitur amorreus non natione sed cohabitatione eo
quod habitabat amorreus in terra illa et in parte do
minabatur. et mater tua cethea. id est sara eo quod sepul
ta fuit in terra filiorum heth qui erant de ceteis et
quod dictum est de abraham patre iudeorum potest dici de y
saac et iacob qui similiter dicuntur patres eorum. et de u
xoribus suis. scilicet rebecca et lya que sepulte fuerunt in
spelunca duplici cum sara. Sed adhuc expositio hec non
consonat ei quod infra dicitur intelligitur de imitatione
in ydolatria. Sara vero non fuit ydolatra sed fidelis.
Et ideo dicendum quod hic per patrem et matrem intelligitur

eodem c. sic mater tua et filia quia secundum omnes hebreos et latinos.

populus qui ante filios israel habitavit in terra chanaan cui
successit in hereditate sicut proles parentibus. modus tamen
succedendi fuit molestus imitatio enim fuit populus israel
populum chanaan in ydolatria ut patet. iiii. Re. in illo vero populo
aliqui erant amorrei et quantum ad hoc dicitur. pater tuus a
morreus. et aliqui cethei et sic dicitur. mater tua cethea
et dicitur. pater. ratione masculorum. mater. ratione feminarum
et quando nata es. tempus nativitatis huius populi fuit
in exitu de egypto. quia tunc proprie incepit esse populus. an
te enim ingressum egypti fuerunt ita pauci quod non po
terant convenienter dici populus et post ingressum fuerunt
in dura servitute detenti quod similiter est contra rationem populi
ab alio distincti eo quod servus est res domini sui. In exitu
vero de egypto fuit datus libertati et data est eis lex
specialis in monte synay tamquam populo ab aliis distincto. non
est precisus umbilicus tuus. id est loquitur de illa gente
per modum femine de novo nate cuius primo precinditur
umbilicus per quem fetus attrahit alimentum a matre quamdiu
est in utero eius et postea lavatur a sanguine et salitur ad
desiccationem et obturationem et abstersionem et involvitur
vitur pannis quia pueri de novo nati aliter non pos
sent nutriri. dicitur autem hic quod talia non sunt facta populo in
dicto predicto in ortu suo et per negationem precisionis
umbilici intelligitur quod ille populus tunc non fuit totaliter
ab ydolatria separatus quod patet ex hoc quod cito post hoc vitu
lum conflatilem adoraverunt per negationem locionis. defectus
vere contritionis de peccatis per negationem salis defectus sapi
entie salutaris. nec involuta pannis. scilicet virtutum. non pe
percit super te oculus. quia egyptii valde dure populum
illum tractaverunt in egypto et postea ex iram persecuti sunt
ad mortem. exo. xiiii. Proiecta es super faciem terre. quia
ex una parte occlusi erant deserto ex altera mari ut ha
betur ibidem. In abiectione anime. Ex hoc enim credebant
egyptii eos faciliter interficere. et ita fuisset. nisi
deus sua misericordia impedivisset. Transiens autem. hic
ostenditur ponitur misericordia dei educantis. ornantis et desponsantis
primum ponitur cum dicitur. transiens autem per te. non quia in de
o sit motus. sed quia scriptura loquitur de deo ad modum
hominis transeuntis per viam et puero a matre derelicto com
pacientis. ideo subditur. Vidi te. oculo misericordie. conculcari in
sanguine tuo. id est propter effusionem sanguinis tui modo predic
to. et dixi tibi. cum esses in tali periculo. Vive. quia sua
in manu tua. per mare rubrum te deduxi de. Dixi inquam
etc. Repetitio est ei dicitur ad maiorem expressionem. multi
plicatam quasi germen agri dedi te. multiplicando id est mi
nus et plus. et grandis effecta. loquitur enim de populo israel ad
modum per nutritionem et augmentum deducte. et ingressa
es. scilicet tempus pubertatis et facta es nubilis. et pervenisti
ad mundum muliebrem. id est ad tempus quo solent puelle
nubiles ornari. ubera tua etc. tempore enim pubertatis
intumescunt ubera et pili germinant. Et eras nu
da. hic secundo ponitur pietas ornantis et desponsantis cu
ius ornatus ostenditur primo necessitas cum dicitur. et eras nu
da. virtutibus et per omnis confusione plena. turpius est
enim mulieribus nudas esse quam viris. et transivi per te. con
descendendo nuditati tue. et ecce tempus tuum tempus
amantium. quia ostendi tibi dilectionem sponsi ad
sponsam. et expandi amictum meum super te. scilicet nube
coram estum solis te protegentem. et operui ignominiam

tuam. dando tibi libertatem ab ignominia servitutis quam
sustinebas in egypto. et intravi tibi etc. i. accepi te in
uxorem in synay dando tibi legem. et facta es mihi obli
gata et alligata preceptis legis. et lavi te aqua
etc. mundando te a peccato ydolatrie erga vitulum con
flatilem. et unxi te oleo gratie mee. et vestivi te di
scoloribus etc. per ista ornamenta intelligitur tabernaculum
federis quod precepit sibi fieri in signum reconcilia
tionis post adorationem vituli conflatilis. Cortine enim
tabernaculi erant pluribus coloribus decorate. et calcia
vi iacincto etc. per hoc intelligitur summi sacerdotis
ornamentum qui erat institutus ad orandum pro toto populo.
et indui te subtilibus. ornamenta enim pontificis fuerunt
valde subtilia facta ut patet exo. 28. et dedi armil
las in manibus tuis. quia manus eius fuerunt conse
crate. et torquem circa collum tuum. i. rationale iu
dicii quod erat in pectore summi sacerdotis. et dedi in
aurem super os tuum. i. ornamentum legis quod debet esse in o
re sacerdotis. et circulos auribus tuis. i. duos lapides
onichinos in superhumerali existentes super aures summi
sacerdotis ex utraque parte. et coronam decoris in capite
tuo. i. mitram in capite sacerdotis. et ornata es auro
etc. omnia enim ista erant in ornamentis et vestibus pon
tificis. similam et mel etc. omnia enim ista dedit deus populo
in habundantia. introducendo eos in terram promissionis
que dicitur manans melle et lacte exo. 3. et decora fac
ta es vehementer. superatis chananeis. et profecisti
in regnum. tempore david et salomonis. et egressum est no
men tuum in gentes. omnes enim reges terre desiderabant
videre salomonem et eius sapientiam audire. quia perfecta
eras in decore meo. q. d. ista non habuisti ex te vel
ex meritis tuis sed ex mera gratia mea. ¶ Et habens fidu
ciam. hic ostenditur positum ultimum fornicationis populi. i.
israel ingratus de bonis predictis tibi collatis fornica
ta es et adulteria ex [illegible] te omnibus ydolatriis [illegible]
[illegible] in duas. quia primo ponitur ydolatrie culpa
absolute. 2o comparative ibi. ecce omnis. prima in
duas. quia primo ponitur culpa. secundo pena ibi. ecce ego. Cir
ca primum dicit. et habens fiduciam in pulcritudine tua. i. nimis
confisa et elevata de bonis predictis a me tibi datis
fornicata es in nomine tuo. i. ydolatrie exposita ex tua
malicia [illegible] et despectu meo. et exposuisti fornica
tionem tuam omni transeunti nullam ydolatriam contemp
nens et recipiens sed omnes amplectens. et sumens de vesti
mentis fecisti tibi excelsa. ornamenta divini cultus depu
tata ydolatrie applicando. et non solum modo ornamenta
sed etiam vasa sacra. ideo subditur. et tulisti vasa etc. ymagines masculinas. i. ydola que vocantur sub yma
gines masculine prosequendo parabola de meretrice que cum
masculis fornicatur. potest etiam hoc dici per ydolo priapi
quod figurabatur in magnitudine virilis membri. fuit enim pri
apus iuvenis de elesponto habens membrum virile valde exces
sivum in alienis hominum. propter quod a gentilibus fuit inter
deos repositus qui omnia in solitum credebant aliquid
habere numinis et istud ydolum colebatur in iherusalem. unde
iii. Re. xv. dicitur quod rex asa matrem suam amovit ne esset
princeps in sacris priapi. et sumpsisti vestimenta tua mul
ticoloria. ornando te in veneratione ydolorum. et oleum
meum etc. i. illa que debebant mihi offerri. obtulisti eis.

oleum enim offerebatur in templo domini ad continuandas lucernas
et thimiama ad cremandum super altare incensi et non
solum ea que debebant mihi offerri sed etiam illa unde debebas
nutriri obtulisti eis subtrahens ori tuo ex vehementi
ydolatrie desiderio. ideo subditur. similam. i. farinam triti
ci delicatissimam. et mel quibus enutrivi te. i. que dedi ad nu
trimentum tuum. posuisti in conspectu eorum. i. ydolorum eis
offerendo. in odorem suavitatis. i. ut placares eos tibi.
et tulisti filios tuos. quod est gravius predictis. quos gene
rasti mihi. i. existens in desponsata per legis susceptionem
propter quod debuerunt deputari ad servicium meum. et immo
lasti eos. i. ydolis. ad devorandum. i. moriendum pro
veneratione ydolorum. hoc enim fiebat specialiter ydolo
moloch quod sicut supra dictum est pluries erat ydo
lum ereum interius concavum in cuius concavitate fiebat ignis
et cum erat bene accensum ponebatur puer in manibus ydoli
ubi cremabatur. sed tunc sacerdotes percutiebant tympana
propter quod loco ille vocabatur tophet quod in latino
sonat tympanum ne parentes puerum offerentes audirent
clamorem pueri et dolerent sed magis gauderent creden
tes puerum sine dolore ad felicem vitam transisse. nunquam
post omnes fornicationes tuas. i. ydolatrias istas q. d. non.
[illegible] horribilis et magna. ideo eam replicat dicens. [illegible] mo
lasti filios etc. et post omnes abhominationes predictas. non
es recordata dierum adolescentie tue. i. vilitatis et
abiectionis in qua eras quando in principio accepi te. quod autem
expositum est supra eodem capitulo. et accidit post omnem ma
liciam tuam ve ve tibi. i. pro tanto aballiveris et iterum
[illegible]. et edificasti tibi lupanar. i. templa pro y
dolatria. in cunctis plateis etc. i. in locis communibus ubi plu
res possunt convenire. et abhominabilem fecisti decorem tuum
quem ante habebas. loquitur enim de populo sub metha
phora meretricis que ex continuatione et frequentia ve
nereorum turpior redditur et abhominabilis. et fornicata es
cum filiis egypti. i. cum egyptiis in ydolatria commu
nicando cum eis. magnarum carnium. i. membrorum
virilium. per quam magnitudinem methaphorice intel
ligitur ydolatrie magnitudo. ¶ Ecce ego. Posita y
dolatrie culpa. hic ostenditur positum pena. et dividitur
in tres partes quia primo ponitur pena simpliciter. 2o repe
titur culpa ydolatrie ibi. et fornicata es. tercio re
sumitur pena magis diffuse ibi. propterea. Circa pri
mum dicit. ecce ego extendam manum meam super te. ad
te puniendum. et auferam iustificationem tuam. i. tem
plum ubi offerebant sacrificia pro peccatis iudeorum quod
per caldeos fuit incensum. iiii. Re. ultimo. et dabo te in animas
odientium te. i. ad voluntatem eorum. filiarum palestinarum.
i. gentium de terra philistinorum que semper oderunt iu
deos. isti enim cum caldeis venerunt ad destruendum iherusalem.
que erubescunt in via tua scelerata. i. erubescerent
facere tam horribilia que fecisti. et fornicata es
in filiis assyriorum. colendo ydolatrie eorum. sicut
patet de rege achaz. 4. Re. 16. eo quod nondum fuis expleta. i. satiata ydolatria. et multiplicasti fornicationem
tuam. i. ydolatriam. in terra chanaam. i. in iudea que
ante fuit dicta chanaam terra. cum caldeis. eorum
ydola colendo in iudea. in quo mundabo cor tuum
quasi dicat. tanta est immundicia tua quod non apparet via mun
dandi te. quia fabricasti lupanar. i. templa pro cultu

ydolorum ut dictum e sup. nec facta es quasi meretrix fa
stidio. frequentis concubitus. augens precium. sui concu
bitus. sed quasi mulier adultera. que per legem es mi de
sponsata. que super virum suum inducit alienos
ad suum concubitum dando eis premium quod e contra consue
tudinem meretricum. et hoc provenit ex magna libi
dine adulterandi. Sic populus ihrlm et regnum iude
dabat dona preciosa sacerdotibus assentientibus sibi ydola gen
tium varia. Propterea. hic resumitur pena mag
distinste cum dicit. quia effusum est es tuum. i. divicie tue
sunt consumpte in cultu ydolatrie modis predictis. et
revelata e ignominia tua. i. manifesta e vilitas
tua in ydolatria et maxime in filiorum immolatione ut
dictum e sup. ecce ego congregabo omnes amatores tu
os quibus commixta es. committendo ydolatriis eorum. cum
universis quos oderas. i. cum philisteis qui semper fue
runt odiosi iudeis et econverso. et congregabo eos super
te. in obsidione ihrlm. et nudabo ignominiam tuam
. i. vilitatem culpe tue manifestabo per evidentiam
vindicte. et iudicabo te iudiciis adulterarum que q
bus secundum legem moysi e infligenda. et dabo te in san
guinem. i. in effusione sanguinis pessima. furoris et
zeli. i. procedentem ex furore ire mee et zelo iusticie
mee. et denudabunt te vestimentis tuis etc. i. omnibus
diviciis tuis et adducent super te multitudinem
in exercitu regis babilonis. et lapidabunt te lapidi
bus. tunc enim multi de iudeis fuerunt interfecti la
pidibus machinarum. et trucidabunt te gladiis su
is. In captione enim civitatis multi fuerunt trucida
ti gladiis. et comburent domos tuas. ut habetur e. Re.
ultimo ubi dicit quod nabuzardam incendit domum do
mini et domum regis et domos ihrlm per circuitum
et facient in te iudicia. penas iuste inferendo
in oculis mulierum plurimarum. i. plurimarum gentium
que erant in illo exercitu. et desines fornica
ri. i. ydolatrare quia non instabit tibi premium tri
bulatione. et mercedes ultra non dabis. sacerdotibus
ydolorum quia non habebis unde. et auferetur ze
lus meus. i. amor singularis qui e viri ad uxorem. a te.
sicut repudiata a me. et quiescam nec irascar
amplius. loquitur scriptura de deo tamquam de homine qui non ira
scitur de quocumque malo culpe vel pene supvenien
ti uxori repudiate. et tamen huius repudiationis subdi
ditur. eo quod non fueris recordata dierum adolescen
tie tue. i. beneficiorum que tibi feci in adolescentia
tua sicut e expositum sup. quapropter et ego vias
tuas in capite tuo dedi. te puniendo. tamen
citra condignum. ideo subditur. et non feci iuxta s
celera tua. Ecce omnis. hic arguitur malicia populi
iude sub nomine ihrlm et hoc comparative. s. ad populum sodo
morum et ad populum decem tribuum. Et dividitur in
duas quia arguitur culpa. secundo subditur pena ibi ergo
tu. Circa primum premittitur populi iude radix prima
que hic accipitur pro gente in terra iuda habitante
ante quam filii isrl ingrederentur terram promissionis cum
dicit. ecce omnis qui dicit proverbium vulgo. ad derisio
nem alicuius. in te assumet illud. te deridendo dicens
Sicut mater ita et filia eius. i. sicut gens que precessit
in terra iuda filios isrl fuit fornicatrix spiritualiter

per ydolatriam sicut populus iuda. filia matris tue es
tu. per imitationem. que proiecit virum suum. s. deum per ydo
latriam. et soror sororum tuarum. s. sodome et samarie
ut exprimitur infra per quas intelligitur populus sodo
morum et populus decem tribuum. mater vestra ceth
ea etc. exponatur ut sup. et soror tua maior samaria.
maior enim fuit populus decem tribuum quam populus regni iu
de. et filie eius. i. alie civitates et ville quarum sama
ria erat metropolis. que habitant ad sinistram tuam sunt
enim in aquilonari parte respectu ihrlm que pars aquilonaris
vocatur hic sinistra eo quod ab aquilone venerunt sup ihrlm
multa mala. Ieremie primo ab aquilone pandetur omne ma
lum. soror autem tua minor te. quia populus sodome minor
fuit quam iude. que habitat a dextris tuis. quia declinat versus
meridiem respectu ihrlm et sic dicitur hic dextera sicut pars oppo
sita sinistra. Sed nec in viis earum ambulasti. sed in pecca
tribus. pusillum minus pene scelerantiora fecisti illis.
quod exponit Ra. Sa. sic. si fecisses talia mala et
non maiora parum reputarem. aliter autem legitur interr
ogative. pusillum minus etc. quasi dicat non. immo multo ma
iora mala fecisti. et hoc concordat littere sequenti cum dicit.
et non fecit sodoma soror tua etc. et hoc declarat cum
cum dicit. ecce hec fuit iniquitas sororis tue. superbia de
se presumendo. saturitas panis. deliciose vivendo. no
mine enim panis intelligitur omnis cibus in scriptura et ha
bundantia divitiarum male acquisitarum. ocium. a bo
nis operibus. et manum egeno et pauperi non porrige
bant. per defectum misericordie non potentie. ut patet ex predictis
et quia ista ducunt ad vicia magis peiora ideo subditur
et fecerunt abhominationes coram me. exercendo vicium contra
naturam quod e abhominabile. et abstuli eas. subvertendo ci
vitates illas gen. xix. sicut vidisti. et tu exemplo
eius non castigasti quod aggravat peccatum. In hebreo habetur. sicut
vidi. s. iuste fiendum. unde gen. 18. dicit dominus de sodo
ma et gomorra descendam. et videbo utrum clamorem
qui venit ad me opere compleverint. peccatum autem sodo
me hic enumeratum fuit magis gravia de genere. sicut e ydo
latria que cum multis aliis viciis vigebat in ihrlm. et ter
ra iuda et samaria. dimidium peccatorum tuorum non
peccavit. quia populus habitans in ihrlm coluit ydola
in domo domini posita a manasse. e. Re. 21. quod fuit gra
vissimum. sicut turpissimum e mulieri quod inducat ad
ulterum ad lectum proprium mariti. et iustificasti soro
res tuas. non absolute. sed in comparatione tua. sicut pal
lidum comparatum ad nigrum dicitur album. et secundum hoc di
xit iudas gen. 38. de thamar iustior me e. etc. Ergo
Reprehensa malicia subditur pena. et primo denun
ciatur comparative. secundo absolute ibi. et facta. et utrumque
parte simul ponitur pene comminatio et sequens liberatio.
Circa primum dicit. ergo et tu porta confusionem tuam
. i. penam confusibilem. que vicisti sorores tuas. in ma
lis. igitur et tu confundere. Repetitio e eiusdem sine ad
maiorem affirmationem. et convertam restituens eas etc. Ra.
Sa. exponit hoc de tempore messye quem expectant iu
dei. d. quod tunc terra sodomorum que subversa igne et sul
phure legitur gen. xix. tunc salvabitur et erit ita
pulchra sicut a principio. et tunc de ea dicitur gen. 13. cum quod
tunc irrigabatur sicut paradisus domini. Sed hec expositio fundatur
super erroneum fundamentum. s. quod xpistus sit venturus in mundum

propter quod dicat Jero. quod scriptura loquitur hic methaf. per
conuersionem sodomorum significans conuersionem gentilium
ad xpm. et per reuersionem samarie reuersionem hereticorum
ad vnitatem ecclesiasticam a qua discesserant sicut decem
tribus a regno dauid. iij. Re. xij. per reuersionem uero ihrlm
conuersio xpianorum peccantium in fide tamen informi manen
tium ad bonum. Sed quia expositio uidetur magis aliquibus
mistica quam litteralis. ideo aliter exponunt dicentes quod per so
domam intelliguntur due tribus et dimidia existentes
ultra iordanem eo quod erant prope sodomam. per samari
am alie vij. tribus cum dimidia. per ihrlm. regnum
iude et huic dicitur quod omnia ista. et conuertam restituens
etc. impleta fuerunt in reditu de captiuitate babilonica
in qua due tribus s. iude et beniamin et aliqui de decem
tribubus qui effugientes manum regis assiriorum uene
runt ad habitandum in regno iude et cum illis de regno
illo captiuati fuerunt et cum redeuntibus redierunt. Sed
hec expositio uidetur in duobus deficere. primo quia sors iude fuit
magis propinqua sodome quam sortes ultra iordanem existen
tes. quia mare sal' ubi antiquitus fuit terra sodomorum
habitabilis. claudit terminum sortis iude a parte orientali et
partim a meridionali quia est in angulo utriusque lateris
ut patet in descriptione terre promissionis. Secundo quia rede
untes de babilone non recuperauerunt terram samarie et
ciuitates ei propinquas. sed tenuerunt eas gentiles illic
missi a rege assiriorum ut patet primo esdre. et neemie et e
tiam in euangelio et in actibus apostolorum propter quod uidetur
in saluo meliori iudicio quod hec littera potest aliter exponi
magis litteraliter quam dicat iero. et uitando errorem ra. sa.
Conuenio tamen cum utroque in quantum dicunt hanc litteram
referri ad tempus xpi. sed secundum expositionem meam per sodomam
intelliguntur populus amon et moab eo quod loth pater eorum
habitauit in sodomis gen. xix. et filie loth matres eorum
ibi nate fuerunt. per samariam uero gentiles ibi habitan
tes ut dictum est. et per ihrlm populus iudeorum. de omnibus
istis aliqui fuerunt conuersi ad fidem xpi per predicationem
eius et apostolorum. sicut patet de iudeis in euangelio in multis
locis et in actibus apostolorum. similiter de samaritanis quorum
aliqui crediderunt ad predicationem xpi. jo. iiij. et postea
ad predicationem apostolorum actuum. viij. ca. et similiter de a
monitis et moabitis quorum quorum terre erant propin
que iudee vnde exierunt xpi discipuli ad predicandum
fidem xpi per orbem et sic primo predicauerunt in partibus
propinquis. et secundum hoc patet littera ex dictis usque ibi. ut por
tes ignominiam tuam. li. ut. tenetur hic consecutiue. ad
conuersionem enim iudeorum ad fidem secuta est eorum erubes
cencia et confusio de peccatis preteritis et maxime in pro
curatione et consensu mortis xpi per ueram penitentiam ut
patet actuum. ij. ca. in omnibus que fecisti consolans eas.
quoddam enim consolacium miseri est habere socios in miseria. vel
melius. quia per mortem xpi a iudeis procuratam uenit
consolatio gentilibus per apostolorum predicationem. vnde actuum
xiij. paulo et barnabas dixerunt iudeis obstinatis quia
nos iudicastis indignos eterne uite. ecce conuertimur
ad gentes. sic enim precepit nobis deus. et soror tua so
doma et filie eius reuertentur ad antiquitatem suam. s. ad
fidem loth vnius ueri dei cultoris. sicut edoctus
fuit ab abraham cum quo diu mansit. et sic habuit fi
dem xpi abrahe promissi. gen. xxij. In semine tuo ben

dicentur omnes gentes. et samaria et filie eius reuer
tentur ad antiquitatem suam. i. ad fidem iosue et aliorum
seniorum fidelium qui habitauerunt ibi in primo ingressu filiorum
israel in terram illam qui habuerunt fidem de xpo uenturo.
et tu et filie tue reuertimini etc. quod patet impletum in apostolis et
aliis de iudeis ad fidem uocatis. non fuit autem sodoma
etc. i. quando fuisti in gloria prosperitatis tue. ita despiciebas
eam quod dedignabaris aliquid de ea dicere uel audi
re. antequam reuelaretur malicia tua. per manifestam
dei vindictam. sicut hoc tempore. s. captiuitatis sedechi
e et populi sui. in opprobrium. s. actuum. filiarum sirie. et
aliarum terrarum. talem in eorum opprobria dicebant de populo
iude captiuato. scelus tuum et ignominiam tuam tu
portasti per vindictam dei. et loquitur hic propheta de fu
turo per modum preteriti quia ezechiel istam prophetauit ante
destructionem ciuitatis ihrlm quia hoc dicit dominus deus. cuius
verbum non potest esse falsum. Et faciam. hic consequenter denuncia
tur pena absolute et cum hoc futura misericordia xpi tempore
dicit igitur in persona dei. et faciam tibi. inferendo penam. sicut
despexisti iuramentum transgrediendo legem ad cuius obser
uationem te obligasti in monte synay. exo. xix. omnia
quecumque locutus est dominus faciemus et erimus obedientes
et recordabor ego pacti mei. tunc enim promisit deus se eis
mittere xpm. secundum quod dicitur deutro. xviij. prophetam sus
citabo eis sicut te etc. in diebus adolescentie tue quando
fuit in exitu de egypto et tempore dationis legis. et sus
citabo tibi pactum sempiternum. i. pactum noue legis
cui non succedet alia in futurum. et recordaberis uia
rum tuarum. penitendo de peccatis preteritis ut predictum est
Cum receperis sorores tuas tecum. i. alias gentes in ec
clesiam que inchoata fuit in iudeis. maiores te cum
minoribus tuis. quia alique gentes ad fidem xpi con
uerse erant maiores gente iudeorum et alique mino
res. et dabo eas tibi in filias. quia omnes sunt filii ec
clesie in apostolis inchoate. sed non ex pacto tuo. hoc est ex
uirtute legis ueteris sed noue. ideo subditur. et susci
tabo ego pactum meum tecum. quia dicitur pactum nouum. non
secundum pactum in oreb initum. Jere. xxxi. et scies quia ego
dominus. per miracula diuinitatem xpi ostensa. ut recorde
ris et confundaris de peccatis tuis preteritis. ut non sit tibi
ultra aperire os. quia non poteris dicere quod aliquid obmi
sum de beneficiis pollicitis promissis. cum placatus tibi fue
ro. per carnis assumptionem. In omnibus que fecisti. quia
passio xpi in carne assumpta fuit sufficiens ad de
lendum omnia peccata.

XVII

Et factum est

hec est tertia pars in qua
propheta arguit populi iude flagitia sub me
taphora cedri transplantate et vinee uento uren
ti desiccate. Et diuiditur in duas partes. quia primo po
nitur flagitii punitio. secundo remedii promissio ibi. hec dicit
dominus. prima in duas. quia primo parabola ponitur secundo ex
ponitur ibi. et factum est. prima diuiditur in tres quia primo
sub parabola describitur iechonie transmigratio et sede
chie substitutio. Secundo eiusdem rebellio ibi. et factum est.
tertio eius captiuatio ibi. dic. Circa primum dicitur. propone
enigma. i. uerbum huius obscuritatem quia uelatum per pa

bolam

ista

magis

et ipsi quam ciuitates

sz ꝯtrariū eueniet. io sbdr̄. cogregatōe argēti et eris
et. i medio fornacis. quia capta ihrlm et incēsa
aliqui iusti tpraliter pierūt cū iniustis ut dictū ē
capitulo precedenti qui p argentū hic intelligūtur. de sig
nificatōne heris et ferri stagni et plūbi dictū ē. et
requiescā. loqtur deus de se ipo ad modū hoīs irati cuius
ira po punitōnē quiescit. et scietis. q̄ ego dn̄s. p expi
entiā mee ptatis. Et factū ē. hic repetitur ppli ui
tia q̄tū ad diuisos status cū dr̄ pmo genaliter. tu
es terra imūda. ex peccatis pteritis. et nō ꝯpluta
. i. carens opibus bonis sicut terra nō ꝯpluta caret
fructibus. et ꝯsequenter sbditur crimen pphatarū cū dicit. ꝯiu
ratō pphatarū. s. falsorū. sicut leo rugiens et. q̄
psequebant ad mortē pphas dn̄i et rapiebant
eorum bona. uiduas eius multiplicauerūt. occidendo
pphas ueros earū maritos. et sbditur crimē sacer
dotū cū dr̄. Sacerdotes eius ꝯtēpserūt legē me
am. de eius obsuantia nō curādo et polluerūt
sctūaria mea. ydolatriā ibi exercendo. inter sactū
et pphanū nō habuerūt distātiā. indifinter pmo
lantes aīalia mūda et imūda. et a sabbatis meis
auerterūt oculos suos. cultū meū negligendo

et ad

et ad terrena lucra se convertendo. Hic ostendit̄ ponitur crimen principum cum dicitur principes eius in medio eius quasi lupi innocentes iugulantes et bona eorum rapientes et avare sectando lucra subvertendo iustitiam propter munera. prophete autem eius s. falsi. linebant eos absque temperamento. i. idcirco commedentes vitia principum quae debebant quae debebant arguere colorantes ea pallio false iustitie dicentes: hoc dicit dominus deus. quia simulabant prophetas domini in modo loquendi ut facilius deciperent. Consequenter tangit crimen populi communis cum dicitur. populi terre calumpniabantur. s. simplices. calumpnia. i. sine causa. et rapiebant violenter. eorum bona. egenum et pauperem affligebant etc. i. illos qui se deffendere non valebant. et quesivi de eis. s. de omnibus predictis prophetis sacerdotibus principibus vulgaribus. virum qui interponeret sepem. i. pacem efficacem et staret oppositus contra me. i. ad impediendum rigorem iustitie mee. et non inveni. saltem unum ut exponunt aliqui. Sed hoc non videtur bene dictum quia ibi erant Jeremias et baruch qui erant iusti et orabant pro salute populi. et sicut dictum est supra in captione iherusalem plures iusti cum impiis fuerunt occisi de quibus non est verisimile quin deum orarent pro liberatione populi totius et sua. et ideo aliter dicitur hic. et quesivi de eis virum. i. viros in numero sufficienti ut pro illis deberem parcere toti civitati. unde et abraham gen. 18. cum quesivisset a domino si parceret civitati sodomorum propter x. iustos non fuit ausus de minori numero querere ulterius. et ideo quod subditur. et non inveni. s. viros iustos in numero sufficienti. iniquitas. n. civitatis erat nimis gravis ex multiplicitate enormitatum et diuturnitate ut patet ex predictis et diffusius. iiii. Re. et secundum pal. per talem modum dicitur communiter non est vir in civitate quando sunt ibi pauci utiles et animosi. ideo subditur vindicta cum dicitur. et effundi super eos indignationem meam etc. et patet litera

Et factum est XXIII

Hec est octava pars in qua describitur malitia populi sub methaphora duarum sororum turpiter fornicantium minor post maiorem per quas intelliguntur samaria et iherusalem et exprimitur in litera et per consequens regnum israel et regnum iuda quorum fuerunt metropoles que fornicate sunt enormiter per ydolatriam ut patet de cursu tertio et quarto et sexto pal. Igitur presens capitulum in tres partes dividitur. quia primo sub dicta methaphora de utroque regno agit coniunctim secundo divisim ibi. fornicata est. Tertio iterum coniunctim ibi. et ait dominus. Circa primum dicitur. due mulieres. i. duo regna predicta que dicuntur mulieres quia erant ad omne bonum effeminata. matris unius fuerunt. quia tempore david et salomonis fuit unum. sed divisum in diebus roboam in duo divisum. 3. Re. 12. et fornicate sunt in egypto. non potest hoc intelligi de duobus regnis in se ipsis. quia ista divisio regni per quingentos annos facta fuit post egressum de egypto. Et ideo exponitur uno modo in quantum fuerunt originaliter in patribus in egypto existentibus et ad ydolatriam egyptiorum declinantibus. Alio modo exponit Ra. sa. quod hoc intelligitur per imitationem quia ista duo regna ad modum patrum in egypto existentium declinaverunt ad ydolatriam. in adolescentia sua fornicate sunt. quia statim in principio divisionis regni ieroboam rex israel fecit vitulos aureos a populo suo coli. 3. Re. 12. et postea regnum iuda ad ydolatriam declinavit. ibi subacta sunt ubera earum. prosequitur methaphoram designando ydolatrandi actum per carnalem concubitum. et fracte sunt mamme pubertatis earum. i. defloratione. n. iuvenile mollificantur mamme. nomina autem earum oola maior. i. samaria sive regnum israel ut exprimitur infra que dicitur maior eo quod regnum illud continebat. x. tribus. regnum autem iuda duas. et nominatur oola. quod in hebreo sonat tabernaculum quia postea fuit ibi templum baal. 3. Re. x. et minor regnum vero iuda ooliba quod interpretatur tabernaculum meum. quia ibi fuit templum domini in iherusalem et pepererunt filios et filias. multiplicando populum in utroque regno. ¶ fornicata est. hic consequenter agit de utroque regno divisim. et primo de regno israel. secundo de regno iuda ibi. Quod cum vidisset. Circa primum dicitur. fornicata est igitur super me. i. in iniuriam meam qui sum vir eius. oola. i. regnum israel sub nomine samarie statim a tempore ieroboam ut est colendo vitulos ydolatravit. et insanivit in amatores suos in assyrios propinquantes. i. sibi propinquos in situ quia sunt. n. regnum israel cum assyriis fedus et amicitiam et ex consequenti recepit eorum ydolatriam. et ut dicit Ra. sa. hoc fuit impletum tempore manahem regis israel. quia per regem assyriorum confirmatus fuit in regno suo propter quod dabat ei singulis annis magnum tributum. iiii. Re. xv. principes et magistratus etc. Cum istis. n. qui erant maiores post regem confirmavit manahem ex causa predicta amicitiam. et secuta est postea ydolatria. insuper et fornicationes suas quas habuerat in egypto non reliquit. quia cum hoc colebat vitulos aureos ad modum patrum qui fuerant in egipto. ut patet exo. 32. de adoratione vituli conflatilis. Ra. sala. aliter exponit dicens quod hoc fuit impletum tempore osee regis israel qui intendens rebellare regi assiriorum quesivit amicitias regis egypti. 4. Re. 17. et sic coluit ydolatrias eius ut maiorem favorem inveniret apud eum. propter ea. propterea tradidi eam in manus amatorum suorum. et qui sint illi subditur. in manus filiorum assur. isti fuerant amatores tempore manahem ut dictum est et tempore osee. salmanasar rex assyriorum cepit osee regem israel. samariam et populum captivavit ut patet ibidem. ipsi discooperuerunt ignominiam illius. regem et populum capiendo et partim occidendo et partim captivando. et facte sunt famose mulieres. i. diffamate per orbem. et secundum hoc loquitur de samaria et iherusalem coniunctim. sed non concordat quod subditur. et iudicia perpetraverunt in ea. propter quod videtur translatio in aliquo deficere quia in hebreo sic habetur. et facta est famosa. i. diffamata. mulieribus. i. aliis civitatibus et gentibus ad quas devenit confusio captionis dicte. iudicia perpetraverunt in ea. s. assyrii eo quod osee et populus eius fregerant pacta cum eis inita ¶ Quod cum vidisset. hic agitur divisim de iherusalem seu regno iude et primo exprimitur eius malitia. secundo subditur pena ibi propterea ea. prima adhuc in duas quia primo exprimitur eius ydolatria cum assyriis. secundo cum caldeis ibi. Cumque vidisset. Tertio cum egyptiis ibi. et multiplicavit. Circa primum dicitur. quod cum vidisset soror eius ooliba. i. iherusalem sive regnum iuda punitionem regni israel. propter confederationes

suum cum gentilibus ex diffidentia divini adiutorii ex qua confederatione secuta est communicatio ydolatrie. debuisset regnum iuda a talibus cavisse quod non fecit. sed peius operata est quia ydola fuerunt posita in templo domini tempore manasse. 4. Reg. 21. quod fuit gravissimum sicut ad ulterium carnale quo mulier recipit adulterum cum marito intra lectum. ideo subditur. plusquam illa insanivit libidine ad filios assiriorum prebuit impudenter. et hoc tempore achaz ut dicit Ra. sa. quod quesivit familiaritatem theglathphalasar regis assiriorum mittens ei nuncios et munera ut preberet ei auxilium. 4. Reg. 16. et in favorem eius abstulit cultum dei de domo domini ponens ibi altare peregrinum ut habetur ibidem. ducibus et magistratibus. isti erant principales in exercitu regis assiriorum de quibus magis confidebat achaz quam de auxilio divino. et auxit fornicationes suas peius faciens quam regnum israel. ¶ Cumque vidisset. hic consequenter exprimitur eius malitia circa caldeis quorum audiens victorias quesivit cum eis amicitias ex parva confidentia in deum et nimia in hominem. et hoc est quod dicit Cumque vidisset viros depictos in pariete. quia facta probitatis cito solent depingi in diversis locis. et accinctos baltheis. id est militaribus cingulis in signum probitatis. et tyaras. in signum nobilitatis. Insanivit super eos concupiscentia oculorum suorum. querendo eorum amicitiam. et misit nuncios in caldeam. de istis nunciis habetur. si referatur ad tempus sedechie. quia a nabuchodonosor rege institutus mittebat singulis annis nuncios defferentes ei tributum et munera usque ad rebellionis sue tempus. Cumque venisset ad eum filii babilonis etc. Ra. sa. hoc exponit de nunciis regis babilonis qui venerunt ad ezechiam in quorum adventu nimis gloriatus ostendit eis omnia secreta regni. Unde dominus iratus fuit contra eum ut patet 4. Reg. 20. Sed quia habetur. polluerunt eam stupris suis. quod proprie dicitur de ydolatriis quas ezechias non recepit. ymo eas que ante erant in regno suo extirpavit. ideo videtur melius exponendum de babiloniis tempore ioachim filii iosie et tempore sedechie venientibus in iherusalem quia uterque rex predictis annis servivit babilonis et sic babilonii venerunt et veniebant in regnum iuda ad querendum tributa et verisimile est quod iudei invitabant eis in ydolatriam ad captandum eorum benivolentiam maxime cum primi essent ad omnem ydolatriam. et recessit anima mea. id est dilectio mea ab ea. sicut ipsa discesserat a cultu meo ¶ Et multiplicavit. hic consequenter describitur eius malitia circa egyptios cum dicit. multiplicavit enim fornicationes suas. id est ydolatrias. recordans dies adolescentie sue. quibus fornicata est in terra egypti. quod intelligitur originaliter in patribus vel per eorum imitatores ut dictum est supra. et insanivit libidine super concubitum eorum. et hoc fuit tempore sedechie qui ut liberaretur a tributo regis babilonis contra iuramentum suum amicitiam cum rege egypti quesivit munera ei mittens et eius ydolatrie communicans. quorum carnes sunt ut carnes asinorum etc. per hoc designatur magnitudo ydolatrie et insatiatio tunc vigentis in egypto. sicut hec animalia sunt excessive luxuriosa. et visitasti scelus adolescentie tue. exponatur sicut supra ¶ Propterea. hic consequenter subditur correspondens pena cum dicit in persona dei. ecce ego suscitabo omnes amatores tuos. id est illos cum quibus contraxisti amicitiam et ydolatriam. contra te. ut per eos puniam te. de quibus saciata est anima tua. sedechias enim rebellans regi babilonis in hoc ostendit se saciatum amicitia eius et ante dictum. nobiles tyrannos etc. id est potentes et voluntarios ad te destruendum. Et nominatos ascensores equorum. id est famosos equites. et venient super te instructi curru. id est curribus ad portandum exercitum necessaria et etiam ad pugnandum quia antiquitus aliqui pugnabant in curribus. et dabo coram eis iudicium etc. id est faciam eos executores iustitie mee in te. et ponam zelum meum in te. id est zelum iustitie mee quantum ad effectum. ideo subditur. quem exercent tecum nasum et aures tuas precidendo. id est deformabunt te et hoc fuit potissime in excecatione regis sedechie et nobilium occisione 4. Reg. ultimo. et novissimum tuum devorabitur igni. quia finaliter civitatem et templum combusserunt caldei sublatis prius inde omnibus preciosis. ideo subditur. et denudabunt te vestimentis tuis etc. et requiescere faciam scelus tuum de te. quia non vacabit tibi ydolatrare. et fornicationem tuam de terra egypti. id est communicationem in ydolatria et amicitia. neque levabis oculos tuos ad eos sperando ab eis auxilium ex tali spe vana rebellavit sedechias et destructa fuit civitas. ecce ego tradam te in manus eorum quos odisti. id est caldeorum quibus rebellasti. Cetera patent ex dictis usque ibi. in via sororis tue. id est samarie. ambulasti. multiplicater ydolatrando. et dabo calicem eius in manum tuam. id est puniam te consimili pena que in scriptura nomine calicis designatur. bibes profundum et latum. id est magnam penam intensive et extensive sustinebis. que est capacissima. id est afflictionis et ignominie dignissima. et potabis usque ad feces etc. loquitur methaphorice quia de homine qui potat nimis avide et sic non solum bibit feces que sunt in fundo. sed etiam videtur quod velit quodam modo cyphum glutire et per hoc designatur magnitudo pene. et ubera tua lacerabis. pre dolore. sicut homines in magna tristitia existentes trahunt capillos suos et lacerant se unguibus. proiecisti me post corpus tuum loquitur de iherusalem per modum adultere mulieris que a corpore suo elongat virum et currit ad adulterum sic populus iherusalem elongavit se a deo et ydola coluit. ¶ Et ait. hic iterum agitur de regno iude et samarie coniunctim et primo ponitur culpa. 2o ponitur pena. ibi vi. g. Circa primum exprimitur culpa coniuncti cum dicit. nunquid iudicas oola et ooliba. quasi dicat ad te pertinet iudicium condempnationis earum nunciare. quia adultere sunt. ydolatria. et sanguis in manibus earum. per homicidia. Insuper et filios suos quos genuerunt mihi. id est quos debuerunt applicare meo cultui. obtulerunt eis. id est ydolis. ad devorandum. id est comburendum per modum supradictum frequenter dictum de pueris oblatis ydolo moloch. polluerunt sanctuarium meum in die. id est tempore manasse quo in templo posita fuerunt ydola. 4. Reg. 21. Cumque immolarent filios suos etc. quia post talia nephanda eadem die volebant intrare templum et deo servire. et minus malum esset a sacro loco se retrahere. miserunt ad viros venientes de longe etc. Io.

de pplo ad modum mulieris libidine ardentis que aliquem
mittit longe cum laboribus et sumptibus magnis pro adul
teris advocandis et in adventu eorum lavat se et ornat
ut eis placeat. Sic iudei mittebant longe et cum sump
tibus ad adducendum sacerdotes ydolatrie de novo ab
eis audite et illis ydolis offerebant bona que debe
bant deo offerri et sic patet litera usque ibi. et mensa
ornata est ante te. i. altare ydoli ornatum est ornamen
tis templi mei. ideo subditur. thimiama meum. de quo
preceptum exo. xxx. quod in soli offeratur. et unguen
tum meum. de quo preceptum exo. xxx. quod in soli of
feratur. i. quo vasa mei cultus debent ungi. po
suisti super eam. i. applicasti ad ydolatriam. et vox
multitudinis exultantis ad laudem ydolorum. et vi
ris qui de multitudine hominum adducebantur. i. sacerdo
tibus ydolorum. posuerunt armillas in manibus eorum. id est
ornando eos ornamentis sacerdotum domini. et ingressi
sunt ad eam. polluendo per ydolatriam. Viri ergo
iusti sunt. hic consequenter ponitur pena cum dicitur. Viri ergo
iusti sunt. i. aliqui nobiles et potentes qui in comparatione
iudeorum sunt iusti. et per illos intelliguntur assyrii qui
destruxerunt samariam et caldei et alii qui cum eis
fuerunt in exercitu contra ierusalem ipsi. n. non receperant legem
domini sicut iudei. et ideo quamvis essent ydolatre. tamen
in hoc minus peccabant quam iudei. hii iudicabunt
eas. i. erunt executores iustitie mee. iudicio adul
terarum. id est quod secundum legem dampnantur ad mortem. et hoc
modo caldei iudicaverunt regnum iuda et assyrii
regnum israel ut frequenter dictum est supra. ideo subditur
adduc ad eas multitudinem. s. exercitum ad eas
totaliter dispergendum et patet litera usque ibi. et aufe
ram scelus de terra. per captivitatem utriusque regni
et discent omnes mulieres. i. alie gentes. ne facia
nt secundum scelus earum. s. rumpendo iuramentum quod fecit
sedechias regi babilonis qui adiuraverat eum per
dominum. ut supra par. ultimo. et osee rex israel regi assyriorum

Et factum XXIIII

est. Hec est pars
nona in qua propter maliciam populi describitur
eius tribulatio sub methaphora duplici sub
una describitur populi afflictio. sub secunda afflictionis ag
gravatio ibi. et factum est. prima in duas quia primo
parabola ponitur. et secundo exponitur ibi. propterea. Circa
primum premittitur tempus cum dicitur in anno ix. s. transmigrationis
ioachim et idem fuit annus ix. regni
sedechie qui ei successit et eodem anno nabugodonosor
ierusalem obsedit mense x. decima die mensis ut habetur iiii.
Re. ultimo. ideo subditur. in qua confirmatus est rex ba
bilonis. i. obfirmatum adversus ierusalem ad eam de
struendam. et dices per similitudinem. i. parabolam que sequitur
dum dicitur. pone ollam. i. dispone ad ignem. et per ollam
intelligitur ierusalem ut exponitur infra quia populus fuit con
gregatus in ea pro refugio et deffensione civitatis et
templi contra caldeos. in aliquibus libris subditur. tamen
non est in hebreo. et eam. sed subintelligitur per ea que infra
secuntur. et propter hoc additum fuit ab aliquo expositore
vel forte a translatore qui non semper transtulit verbum ex verbo

sed aliquando sensum ex sensu. pinguissimum pecus assume. i.
istud in hebreo non est in hoc loco. sed postea. congere frusta
eius. i. pinguissimi pecoris de quo postea loquitur. per fru
sta intelliguntur partes populi in ierusalem congregati ad eius
deffensionem contra nabugodonosor. omnem partem bonam. i. omnes
fortes bellatores. electa et ossibus plena. i. omnes vi
ros fortes qui convenerunt ibi undique. pinguissimum
pecus assume. i. id quod melius est in hominibus de toto
regno. compone quoque struces ossium sub ea. i. fortes ig
nem de subtus. de ossibus qui est fortior quam de lignis. ita
exponunt aliqui. sed hoc non videtur bene dictum quia ista
bi de isto igne loquitur ubi translatio nostra sic habet. coge
re ossa que igni succendantur. In hebreo habetur. multiplica
accende ignem. propter quod Ra. Sa. sic exponit. compone
struces ossium sub ea. i. sic dispone frusta in olla quod
partes magis ossee sint de subtus quam alias sublevitates. per
quod designabatur dispositio bellatorum intra ierusalem per ta
lem modum quod fortiores pararent debilioribus fulcimentum
efferbuit coctio eius. i. insultus hostium invaluit intantum quod
etiam fortiores bellatores intra ierusalem existentes qui per
ossa intelliguntur et fuerunt quasi dissoluti virtute. ideo
fugerunt fracta civitate. ut iiii. Re. ultimo. Ve civitati. hic
consequenter dicta parabola exponitur et ad sensum ita dic
tum. sed aliqua superadduntur cum dicitur. Ve civitati sangui
num. i. ierusalem que effudit prophetarum et aliorum multum
sanguinem. olle. sic super notata est ierusalem ut dictum est
Cuius rubigo. i. malicia indurata. in ea est. perseverans
per partes eice eam. quia in longa obsidione aliqui de ierusalem
ratis in malis perierunt fame et alii pestilencia seu
aeris corruptione. et in eius captione alii sunt gladiati et
reliqui captivati. non cecidit super eam sors. quia. n. per
sors ad ostendendum qui debeant mori vel dimitti sors
petit plurimus. sicut Jonas fuit sorte deprehensus reus
et missus fuit in mare proiectus. sed hic omnes capti sunt
modis perditis. et si aliqui evaserunt ut hysmael et
aliqui alii fuerunt ita pauci comparative quod quasi pro nichilo
computandi erant qui tamen postea fugientes in egyptum cum
iohanna filio caree perierunt saltem pro maiori parte. Iere
mie. xliii. Sanguis. n. eius. i. peccatum. super limpidissimam
petram effundet illum. i. ita publicum et manifestum omnibus
quod non potest aliqua tergiversatione celari. sed iustitia divina ipsum
exigit statim puniri. ideo subditur. Ve civitati sanguinum.
i. ierusalem. cuius grandem ego faciam pyram. i. ignitionem a
pyr quod est ignis. Congere ossa. In hebreo habetur ligna. con
sumentur carnes. i. fame et peste morientur debiliores
et coquetur universa compositio. i. tota congregatio populi in ierusalem
super modum affligetur. et ossa tabescent. quia etiam illi qui
sunt fortiores deficient. pone quoque eam super prunas va
cuam. quia postea evacuata civitate a populo et divitiis
finaliter incensa fuit a caldeis. ut incalescat et li
quefiat es eius. i. materia hedificiorum. et consumatur rubigo
eius. ut sic locus incendatur in detestationem malicie in
eo diu perpetrate. multo labore sudatum est. ad amotionem
dicte rubiginis per ieremiam et alios prophetas populi ma
liciam arguentes et ob hoc multas iniurias sustinentes
non exivit inde rubigo eius neque per ignem. s. tribulationis que
frequenter contigit illi populo ante eius destructionem. immun
dicia tua execrabilis. quia mundare te volui. medio
similioribus ut patet per prophetarum correctiones et predicationes

afflictiones et no eo nudata. talib9 modis. Sz nec
mundaberis prius donec quiescere faciam indignationem
meam in te. totaliter destruendo. sicut indignatio
dominis irati quiescit in destructione ad ulciscendum. Et factum
est. hic ponitur scda parabola ad ostendendum doloris
augmentum. et primo parabola ponitur. scdo exponitur ibi
et dixit. Circa primum sciendum quod dolor cordis alle
viatur per fletum et planctum secundum quod dicit philosophus 2°
rethorice. quia quamdiu tenetur clausus in corde magis
pungit. sed per fletum et planctum evaporat et evane
scit. et dolor apostematis quamdiu est integrum et
clausum magis affligit. mitigatur autem cum rumpitur
et sanies fluere incipit. ezechieli vero data fuit
materia doloris de morte uxoris et prohibitus fuit eam
flere et lugere. et hoc est quod dicit. ecce ego tollo a
te desiderabile oculorum tuorum. idest uxorem tuam que est
magis diligibilis quam aurum et argentum. ingemisce
tacens. ita quod non appareat signum doloris exterius
sed contineatur interius. corona tua. idest mitra seu ai
cufa. circumligata sit tibi. ad compositionem capillorum
tuorum quod est contra modum lugentium. nec amictu o
ra velabis. trahendo capucium ante oculos sicut
solent facere lugentes. nec cibos lugentium comedes
idest non vinies austere sicut solent lugentes. Et
locutus sum ergo ad populum in mane. nunciando ista ad
ventura in predicta. mortua est uxor mea vespere. eius
dem diei ad verificationem dicti. Fecique mane. diei
sequentis. sicut preceperat michi. continendo a luctu. et
dixit. hic autem parabola exponitur. per hoc enim designa
batur quod iudei qui transmigrati fuerant cum iecho
nia in babilonem habebant materiam doloris de destru
ctione iherusalem et templi et de interfectione populi in qua erant
eorum amici et consanguinei et tamen non audebant
lugere existentes in caldea ne viderentur dolere de re
gis babilonis victoria et sic durius tractarentur
et secundum hoc patet littera pro magna parte. hec dicit dominus deus
qui mentiri non potest. ecce ego polluam. idest pollui
permittam. sanctuarium meum. idest templum per caldeos destru
endum. superbiam. idest gloriam imperii vestri. scilicet iherusalem que
erat metropolis in regno iude unde transla[ti] fueratis
isti. et desiderabile oculorum vestrorum. idest omne illud quod
desideratis videre redeundo in iudeam. et de cuius de
structione timuistis. et facietis. sicut feci continendo
vos a luctu et gemitu ratione predicta. eritque ezechi
el vobis in portentum. idest in signum facti vestri futuri. quia
sicut non luxit mortem uxoris. sic nec vos audebitis
lugere destructionem templi et civitatis. ecce in die
qua tollam ab eis fortitudinem eorum. idest viros bella
tores de iherusalem. et gaudium dignitatis. idest regum
et sacerdotum. et desiderium oculorum eorum. idest tem
plum et alia que desiderant iterum videre. aperie
tur os tuum. idest tunc poteris secure loqui de ista
destructione que tunc patebit per effectum de qua
populus tuus non vult modo tibi credere. et scie
tis quia ego dominus. per experientiam vindicte mee

Et factum est. XXV

In precedentibus a principio capituli

usque huc prophetavit ezechiel contra iudeos primum de a
liis gentibus interserendo. hic incipit prophetare contra
exteneos. Et dividitur in duas partes quia primo prophe
tat de gentibus exteneis. 2° interserit aliqua de iude
is. 33. capitulo. tertio resumit de exteneis capitulo 38. prima
in duas quia primo prophetat contra quatuor populos finitimos.
2° contra duos alios distantes capitulo 36. prima adhuc
in tres. quia primo prophetat contra amonitas. 2° contra ydume
os et moabitas ibi. hec dicit. Tertio contra philiste
os. ibi. hec dicit. Circa primum dicit. pone faciem tuam
contra filios amon. idest contra terram eorum ut non solum ex mo
do loquendi sed etiam standi. ostendas te contra eos loqui
pro eo quod dixistis euge euge. interiectio est gaudentis
super sanctuarium meum. idest templum. quia pollutum
est. idest destructum per caldeos. idcirco ego tradam te fi
liis orientalibus. idest caldeis quorum terra vergit ad o
rientem. 2a terre amonitarum illi. enim amonite descen
derunt de loth nepote abrahe propter quod tristari debe
bant de iudeorum afflictione et ipsi gaudebant ex
odio et invidia moti. propter quod meruerunt destrui et
captivari. et collocabunt caulas suas in te. idest ita
destruent hedificia civitatum quod ponentur ibi caule pro
ovibus. daboque rabath. metropolim terre amon. in
habitaculum camelorum. idest sic destruetur quod cameli pa
scentur ibi et residuum ut ibi dicitur. pro eo quod plausisti
manu et cetera. idest omnia ista signa leticie pro iherusalem et templi
destructione. extendam manum meam super te. idest vindic
tam meam. Hec dicit. hic consequenter prophetat contra moabitas
et ydumeos cum dicit. pro eo quod dixerunt moab et seyr
idest moabite et ydumei. ydumea enim et seyr sunt
nomina sinonima. ecce sicut omnes gentes domus
iuda. idest regnum iude est destructum et captivatum sicut
alia regna hoc dicebant insultando et gaudendo
cum tamen deberent compati et condolere eo quod moabite
descenderunt de loth nepote abrahe et ydumei de
esau fratre iacob. Idcirco ego aperiam humerum moab. idest for
talitia et munitiones fortes que sustinent pondus
adversariorum que nominantur cum subditur. thechiesimoth
et cetera. filiis orientis. idest caldeis ut dictum est supra. ut non sit me
moria ultra filiorum amon. idest non sint in reputatione
usque ad tempus magnum. et in moab faciam iudicia. idest vin
dictas. pro eo quod fecit ydumea ultionem. persequendo odio
se filios iuda. quasi in ultionem benedictionis paterne quam ob
tinuit iacob ante esau primogenitum propter quod esau per
sequebatur iacob fratrem suum et similiter posteri esau po
steros iacob. que tamen persecutio erat iniusta. tum quia hoc
factum fuerat ex ordinatione divina. tum quia esau ven
diderat iacob sua primogenita. et faciam eam desertam ab
austro. idest a iudeis qui sunt in parte australi 2ae ydumee
Ideo sequitur. per manum populi mei israel. hoc fuit tempore ma
chabeorum qui ydumeos impugnaverunt. 1° macha. 5°
capitulo. Hec dicit. hic probat contra philisteos qui
semper fuerunt inimici iudeorum ut patet ex libro iosue iu
dicum et regum. et ulti sunt toto animo. interficien
tes iudeos ex mera libidine occidendi. et implen
tes inimicitias veteres. idest addendo ad inimicitias
quas habuerant philistei contra iudeos a primo ingressu
eorum in terram promissionis. et perdam reliquias mari
tine regionis. philistinorum que sita est supra mare

mediterraneum :-

Et factum est. XXVI

Hic consequenter prophetat contra duos populos diffuse, scilicet contra tyrios et egyptios qui multas molestias iudeis intulerunt quia tyrii erant propinqui iudeis a parte aquilonis, egyptii vero a parte austri. Sic ergo dividitur in duas partes quia primo prophetat contra tyrum, secundo contra egyptum capitulo xxix. Prima dividitur in tres secundum tres causas destructionis tyri et hoc in isto capitulo et duobus sequentibus. Prius autem dividitur in duas quia primo destructionis tyri ponitur causa demeritoria, secundo effectiva ibi quia hec dicit. Circa primum sciendum quod civitas ierusalem fuit valde nobilis et famosa ut patet ex tercio Regum quia salomon eam nobilissime hedificavit. et ideo propterea habitatores tyri contra iudeam fuerunt invidia moti et de destructione civitatis et populi gavisi, propter quod invenerunt a domino punitionem quia salomon et hyram rex tyri fuerant adinvicem valde amici. 3. Regum v. Primo igitur ponitur tempus huius revelationis cum dicitur et factum est in xi anno scilicet transmigrationis ioachim prima mensis primi prima die. pro eo quod dixit tyrus. id est habitatores tyri. de ierusalem. destructa per caldeos. euge. interiectio gaudentis est. Confracte sunt porte populorum. id est porte ierusalem ad quam declinabant populi multi causa mercationis et negociationis. conversa est ad me scilicet mercatorum multitudo. implebor scilicet mercationibus et lucris eo quod ierusalem destructa est. ecce ego super te tyre. ad te destruendum et patet usque ibi. et radam pulverem eius de ea etc. id est sic destruam omnia hedificia quod vento tollet pulverem et remanebunt soli lapides. siccatio sagenarum erit in medio maris. hoc dicit quia tyrus erat undique circumdata mari ideo ipsa destructa piscatores siccabunt ibi rethia sua. filie quoque eius. id est civitates et ville ei subdite que sunt in agro id est in arido site et non in mari sicut tyrus gladio cadent. interfectis earum habitatoribus. Quia hec. hic consequenter ponitur huius destructionis causa effectiva que est duplex. una principalis scilicet deus, alia instrumentalis scilicet rex babilonis qui in hoc fuit flagellum dei. et utraque tangitur cum dicitur in persona dei. ecce ego adducam ad tyrum nabugodonosor regem babilonis ab aquilone. per illam partem adduxit exercitum ad tyrum. regem regum. quia multos reges habebat tributarios. Cetera patent usque ibi et comportabit aggerem. voluit enim a litore maris usque ad tyrum ponere tantam congeriem lignorum terre et lapidum quod hereret mari usque ad civitatem. sed complere non potuit propter quod per navigium eam cepit et elevabit contra te clipeum. id est clipeos bellatorum suorum ad te invadendum. et vineas et arietes temperabit. id est in debita proportione collocabit ad destruendum muros tuos. est autem vinea instrumentum bellicum ad destruendum murum et in libro qui catholicon dicitur vocatur cattus alio nomine. et dicitur vinea quia iungitur muro et de subtus latent homines murum perforantes. sicut vinea adheret muro et sub ea obumbrantur homines. inundatione equorum etc. ex maxima multitudine eorum. operiet te pulvis eorum. id est tantus pulvis elevabitur quod civitas extra aliquantulum a longe non videbitur. a sonitu equitum et curruum et rotarum movebuntur muri tui. id est videbuntur moveri. Cetera patent usque ibi. et statue nobiles. id est idola tua. vel dicuntur hic statue nobiles ymagines notabilium personarum que antiquitus in civitatibus erigebant ad honorem ipsarum. et pulverem tuum in medio aquarum ponent. quia ventus elevans pulveres de ruinis proiciebat eos in mare ibi etiam fuit proiecta magna pars lapidum et lignorum que fuerunt in hedificiis et quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum. quia non habebis materiam cantandi sed magis lugendi. Cetera patent usque ibi nec edificaberis ultra. id est usque ad magnum tempus post quod tamen fuit reedificata et iterum destructa per alexandrum magnum. et iterum reedificata et postea a christianis capta anno domini millesimo centesimo xxv. ut habetur in cronica helynandi. Hec dicit. hic consequenter describitur stupor admirationis de destructione tante civitatis cum dicitur. nunquid a sonitu ruine tue etc. id est auditis rumoribus ruine tue commovebuntur insule. id est habitatores insularum qui solebant frequentare portum tuum. qui dicunt sic per admirationem et stuporem et descendent de sedibus suis. in signum tristicie et humiliationis. omnes principes maris. id est navigiorum qui frequentabant portum tuum. dicent tibi. comparaciendo. quomodo perisli etc. quasi diceret non videbatur possibile fieri virtute humana. et sine dubio ita fuit quia victoria illa fuit principaliter virtute divina ut predictum est. nunc stupebunt naves. id est portantes mercimonia in navibus eo quod nulla egrediatur ex te. qui eos recipiat. et merces eorum emat et adduxero super te abyssum. id est omnimodam destructionem. et detraxero te cum hiis qui descendunt in lacum. id est in mortem vel in infernum. ad populum sempiternum. quia a morte et inferno non est regressus ad priorem vite statum. Porro cum dedero gloriam. electis in iudicio dicendo. venite benedicti patris mei etc. in nichilum redigam te. quia cessabit status mortalis vite.

Et factum est XXVII

Hic ponitur secunda causa destructionis tyri que fuit nimia opulentia. unde tyrii fuerunt deo ingrati et in superbiam elati. et dividitur in duas partes quia primo describitur hec opulentia, secundo opposita miseria ibi. in aquis multis. ut opposita iuxta posita magis elucescant. Prima in tres secundum quod hec opulentia in tribus ostenditur. primo in apparatu navium. secundo in exercitu bellico. tercio in excessu mercimonio. ibi persae et lidii. et tercia ibi. carthaginienses. Circa primum dicitur. assume super tyrum lamentum. id est describe miseriam lamentabilem sibi superventuram eo quod abusa est opulentia bonorum. et dices tyro qui habitat in introitu maris. quia sicut dictum est erat undique clausa mari. sed in una parte erat propinqua litori. negociatorum populorum. qui ex diversis partibus veniebant ad portum. o tyre tu dixisti. te iactando. perfecti decoris ego sum. in diversis bellatoribus et edificiis. finitimi tui. id est sydonii in finibus tuis habitantes. qui te edificaverunt apportantes ad edificationem tui ligna et lapides. abietibus de sanir. nomen est montis in quo crescunt abietes magne et pulchre. cum omnibus tabulis maris. quia de illis abietibus non solum fiebant edificia sed etiam tabule.

experimentis

ab experimento

p nauiu construccione · cedrum de libano tulerunt · libanus
mons e in quo crescunt cedri alte et pceres nauium naui
apte · quercus de basan dolauerunt in remos tuos · ibi eni
crescunt quercus fortes et leues et sic apte p remis fa
ciendis · transtra tua · i · sedes remigum que ponuntur
ex transuerso nauis ex utraque pte · fecerunt tibi ex
ebore indico · i · de india apportato · et pretoriola · i ·
domunculas p vias que sunt in nauibus ad reponend
necessaria · de insulis ytalie · i · de lignis inde apportat
et dicit hic insule ytalie q sunt in mari mediterra
neo ppinque litori ytalie ut et sicilia et huius · bis
sus uaria de egipto texta e tibi uelum · e autem bis
sus genus lini candidissimi de quo fiebant tele ad
faciendum uela nauium · Jacinctus et purpura de
insulis elisa · i · maris Jonii · de purpura enim et iacinc
to crescente in illis insulis fiebant panni ad faciend
inde operimenta nauium contra calorem solis et intempe
riem aeris · tu sup ista operimenta preciosa que erant ad de
corem hominum in naui erant alia de materia vili expo
sita ventis et pluuiis sicut in tabernaculo moysi sup
operimentum de cortinis opere uario contextis erant alia
operimenta de pellibus et sagis · habitatores sydonis · q
erat sub dominio tyri · et aradii · sic nominati ab arado insu
la tyro ppinqua · fuerunt remiges tui · i · ducentes remos
vnde ista · Est remex ducens est remus ductus in naue
isti · n · erant assueti a pueritia remigare · et ideo me
lius faciebant facere · sapientes tui tyre · i · ualde experti
in mari · facti sunt gubernatores tui · quia ex illis dependet
salus nauium · et qui sunt isti subdit · senes biblii · a
biblos insula dicti qui p experienciam longam habe
bant nauigandi sciam · habuerunt nautas ad mi
nisterium qui gubernabant naues paruas in quibus
mercimonia portabant ad litus de magnis nauibus
que non poterant tantum appropinquare terre · omnes naues
maris · etc · yperbole e ad designandum multitudinem nauium
et nautarum portum tyri frequentantium ¶ Perse · hic
consequenter ostenditur opulencia tyri in exercitu bellico · Ci
uitates · n · et regna diuiciarum non possent tueri nisi ha
berent · ualidos bellatores qui inuadentibus resisterent
ideo subditur · perse et libies · isti erant optimi sagit
tarii · clipeum et galeam suspenderunt in te · ut in
promptu possent se armare · p ornatu tuo · hoc · n ·
erat ad gloriam ciuitatis et terrorem aduersariorum · fi
lii aradii · i · homines de arado insula · sed et pigmei ·
homines sunt cubitalis magnitudinis · dicunt tamen hic
expositores aliqui quod erant optimi sagittatores · licet
essent parui · et ideo ad deffensionem ciuitatis in turribus
ponebantur · sed hoc non e verisimile quia in tam paruo corpore
esset uirtus ad efficaciam sagittandi quia de eis dicitur quod pug
nant contra grues et uix se possunt ab eis deffendere
ideo melius dicitur quod ibidem ponebantur ad declarationem fortitu
dinis qui dicerent si non essent ibi alii pugnatores
possent tamen resistere aduersariis · sicut · 2 · R · ceci et
claudi sup portas ihrlm fuerunt positi ad insultand
dauid ac si diceretur isti soli possent deffendere ciui
tatem contra te sicut vnam opinionem · ideo subditur · ipsi comple
uerunt fortitudinem tuam · i · completam ostenderunt in forti
tudinem ¶ Carthaginenses · hic ostendit opulentia
tyri in excessu mercimonio · Circa quod sciendum quod per

ciuitas

mercatores illa que habundant in vna terra et vil
la emuntur deportantur ad aliam ubi care venduntur et sic
intelligitur de terris in inferioribus nominatis quod bona
ibi habundancia portabant ad nundinas tyri ubi
mercatores de diuersis nationibus conueniebant · ideo subditur
Carthaginenses negociatores tui · portantes metalla
diuersa ad nundinas tyri · erat autem cartago ciuitas
magna affrice capitanea · grecia et tubal · i · hyspa
nia · et mosoch capadocia · ipsi · i · homines de illis terris
nati · institores tui · i · mercatores sic dicti quia instant
mercibus uendendis et emendis · mancipia · i · seruos et
ancillas uenales · de domo thogorma · i · de frigia
equos et equites ut essent ibi stipendiarii · filii de
dan · Ciuitas e ydumee ut dictum e sup · xxv · ca ·
dentes eburneos · i · dentes elephantorum de quibus
fiunt opa eburnea · et hebeninos · Est autem hebenus
arbor que cesa durescit in modum lapidis et habet lignum
nigrum ideo frequenter coniungitur in operibus curiosis cum ebo
re ut album iuxta nigrum magis appareat et ergo dicuntur
autem dentes hebenini in portiones ligni dicto modo
indurati · tyrius negociator tuus · i · ad utilitatem tuam
propter multitudinem operum tuorum · i · ante fiendorum
guttam · i · tincturam preciosam · et purpuram et scutula
ta · i · pannos uarie contextos ad modum scutorum · et
sericum et chodchod · nomen e hebraicum et dicunt
hebrei quod e nomen lapidis preciosi quis tamen sit non di
citur in speciali · institumento primo · i · optimo quod erat
in iudea · Cetera patent usque ibi · in vino pingui in
lanis coloris optimi · In hebreo habetur · In vino albo
et lana alba · vinum · n · album assimilatur pingue
dini · Color etiam albus tenet supremum gradum in
coloribus · dan et grecia et mozel · noia sunt regi
onum orientalium ut dicunt aliqui · proposuerunt fer
rum fabrefactum · i · formatum in diuersa instrumenta · stacten · i ·
guttam mirre · et calamus · species aromatica que crescit
iuxta libanum · Cetera patent usque ibi · Cum vniuer
sis primis aromatibus · i · preciosis · aram et chime etc
noia sunt regionum vnde ueniebant mercatores ad ty
rum · in uoluctis · i · fardellis · Jacincti et polimitorum
quia in eis preciosi panni iacinctini coloris et panni mul
ti coloris qui dicuntur hic polimiti a pol quod e pluralitas et
mitos gutta · cedros quoque etc · quia ad nundinas ty
ri non tantum apportabant p mare panni et cetera
sup dicta · sed ligna etiam cedrina · et repleta es et glo
rificata diuiciis et glorificata nimis in corde maris · i · ele
uata in supbiam propter situm difficilem et quasi inex
pugnabilem ¶ In aquis multis · hic consequenter ponitur
ipsius tyri sequens miseria · Et diuiditur in duas partes
quia primo ponitur ipsius tyri destructio · secundo aliorum
compassio ibi a sonitu · Circa primum describitur destruc
tio tyri sub methaphora nauis in medio maris exi
stentis et tempestate surgente conteritur et diuicie ibi
existentes perduntur et homines submerguntur et hoc e quod di
in aquis multis · i · in tribulationibus magnis · adduxe
runt te remiges tui · i · rectores tui p negociationem
eorum et supbiam ut dictum fuit in principio ca · ventus
auster · i · exercitus caldeorum qui comparatur austro eo
quod uentus e tempestuosus · contriuit te · i · conteret lo
quendo de futuro p modum preteriti propter certitudinem

pphie. In corde maris divicie tue. etc. quia caldei quidquid preciosum erat ibi absorbuerunt rapientes sibi. Nauete tui. i. gubernatores populi qui tenebant supellectilem. i. civitatis regimen. Viri quoque bellatores tui qui erant ad tui deffensionem. cadent in corde maris. absorti a caldeis. ¶ A sonitu. hic ostenditur aliorum compassio. multi enim populi audientes compassione tyri dolebant. Tum quia lucrabantur per mercationes ut dictum est. Tum quia timebant sibi similia vel maiora pati a caldeis. ideo dicitur. A sonitu clamoris gubernatorum tuorum. i. a rumoribus auditis de detectione maiorum tuorum. conturbabuntur classes. i. alie civitates. et descendent de navibus suis. i. inhabitatores et timebunt. omnes qui tenebant remum. i. auctoritatem gubernandi. naute et universi. i. alii minores presidentes sub maioribus. eiulabunt super te. i. pro tua destructione vocibus predictis. et superiacient pulverem capitibus suis. in signum tristicie et humiliationis. et induent super te. i. propter te. calvicium. capillos proprios tondendo. sicut dicitur de iob in amaritudine posito et tonso capite corruit in terram. Cetera patent usque ibi. que est ut tyrus. i. similis ei in divitiis et fortitudine. que obmutuit in medio maris. non potens resistere caldeis. que in exitu negotiationum tuarum etc. i. de bonis apportatis in te per mare et ibi venditis diversis gentibus. et sic de te exeuntibus. implesti populos multos. eorum indigentias supplendo. nunc contrita es a mari. i. a nabugodonosor qui comparatur mari propter eius tempestuositatem. vel hoc dicitur quia per navigium cepit civitatem. Universi habitatores insularum obstupuerunt super te. i. pro tua destructione. et reges earum omnes tempestate perculsi. i. timentes ne simile contingeret eis. mutaverunt vultus. pre tristicia et timore. negotiatores populorum sibilaverunt super te. sicut super rem perditam solent homines sibilare in signum totalis destructionis.

Et factus est. XXVIII

Hic ponitur tercia causa destructionis tyri que fuit nimia superbia. Et dividitur in duas partes quia primo describitur tyri detectio. secundo israel erectio ibi. et non erit ultra. Sicut enim dictum est supra. una causa destructionis tyri fuit quia gaudebat de destructione ierusalem. ideo consequenter post destructionem tyri ponitur sublevatio populi israelitici. Prima in duas quia primo describitur destructio tyri metropolis. secundo sibi subdite sydonis ibi. et factus est. Prima in tres quia primo circa tyrum ponitur excessus elationis. secundo causa destructionis ibi. propterea. Tercio modus lamentationis ibi. et factus est. Circa primum sciendum quod aliqui capitulum istud exponunt de casu dyaboli. sed hec expositio videtur magis mistica quam litteralis ideo alii exponunt ad litteram de rege tyri cui dicitur. eo quod elevatum est cor tuum. per nimium superbie excessum. et dixisti deus ego sum. i. potens in terra sicut deus in celo. est autem yperbole. sicut communiter dicitur de aliquo multum potente in aliqua patria vel civitate. talis est deus talis civitatis vel patrie. Vel forte hoc dicitur quia rex tyri ex nimia elatione faciebat sibi exhiberi honores divinos sicut ioas rex iuda. 2° paralipomenon 24. et nabugodonosor. daniel' iii°. et gaius imperator. cum sis homo fragilis et mortalis unde deberes humiliari. ecce sapientior es tu daniele etc. secundum estimationem tuam presumptuosam vel hoc dicitur derisorie. In sapientia et prudentia tua. terrena carnalia et dyabolica fecisti tibi fortitudinem. aggregando tibi bellatores vel tamen dimet. Cetera patent in littera. ¶ Propterea. hic ostenditur ponitur causa detectionis qui iuste infertur excessui elationis. Ideo subditur. ego adducam super te alienos. i. caldeos quorum linguam non intelliges. robustissimos gentium. et ideo non poteris resistere. et tunc cognosces fragilitatem tuam. Ideo sequitur. numquid dicens loqueris deus ego sum etc. quasi diceret non. quia deicietur superbia tua. morte incircumcisorum morieris. i. non solum morte corporali sed eterna. et loquitur hic scriptura de incircumcisis ydolatrie deditis quod tunc erat commune per orbem. Incircumcisi tamen qui non tenebantur ad legem moysi et erant cultores unius veri dei sicut iob et plures alii moriebantur in statu salvandorum. ¶ Et factum est. hic ostenditur ponitur modus lamentationis cum dicitur. leva planctum etc. et quia sicut dicit boecius primo de consolatione infelicissimum in fortunium genus est fuisse felicem. ideo in hoc planctu primo recolitur felicitas regis tyri preteriti cum dicitur. tu signaculum similitudinis. scilicet dei. bona enim a deo data et [illegible] ut dominus [illegible] potentia et huiusmodi sunt quedam impressiones bonitatis divine quam maxime habundant tunc erant rege tyri et suis principibus [illegible] [illegible] plenus sapientia. i. claritate ingenii per quam ac[illegible] sapientia [illegible] sapientia ad divina [illegible] ad [illegible] et terrena. ideo [illegible] perfectus decore. in [illegible] et vestibus [illegible] et [illegible] [illegible] in deliciis paradisi fuisti. [illegible] yperbole [illegible] [illegible] quia [illegible] [illegible] per talem modum [illegible] de regione [illegible] quod [illegible] sicut paradiso dei. omnis lapis preciosus operimentum tuum. [illegible] habebant lapides preciosos ad orna[illegible] quos nominant aliqui cum dicitur. sardius thopasius etc. per quos intelliguntur etiam alii non nominati. aurum opus decoris tui et foramina etc. quod gemme iste erant auro incluse ex una parte. et ideo in auro fiebant quedam fosse que dicuntur hic foramina ut ibi gemme includerentur ex parte una. tu cherub extentus etc. cherubim existentes in templo extendebant alas suas ita quod rex tyri extendebat potentiam suam et gloriam ad regiones alias per fame diffusionem. et posui te in monte sancto. i. in honore regio firmo. sanctum enim una significatione idem est quod firmum. dei. quia omnis potestas a deo est. in medio lapidum ignitorum. i. ad modum ignis radiancium. ambulasti tamquam [illegible] ornatus ut dictum est. perfectus in viis tuis. i. prospere incedens in temporalibus bonis. donec inventa est iniquitas in te. per quam demeruisti deiici a dignitate. in multitudine negotiationis tue repleta sunt interiora tua iniquitate fraudulenter acquirendo. et eieci te de monte dei. i. de sublimitate regni a me tibi dati. Cetera patent ex dictis usque ibi. perdidisti sapientiam tuam in decore tuo. ex decore enim potentiarum et divitiarum elevatus fuit in superbia quam obnubilat intellectum et sic destruit sapientiam. ante faciem regum dedi te. i. in exemplum ut sibi caveant a malis tuis. polluisti sanctificationem tuam. i. regni tui firmitatem.

pducam ergo ignē de medio tui. qr dissensio fuit in tyro ppter quā aliqui exierūt latent' cūtes ad regem babilonis et nūciauerūt eū ut ueniret contra tyrum ad eam incendendū. omnes qui uiderūt te i gentib' obstupescent. ex tuo casu repentino. nichil facta es. Ciuitas .n. fuit ita destructa q' quasi nichil erat reputanda. et nō eris in ppetuū .s. reedificata usq3 ad tēp' magni. Vnde in hebreo hēt'. et nō eris in seculū. qr nō reportat ppetuitatē simplr.

Et factum est. hic cōiter describitur destructō sydonis que erat de regno tyri cum dr. ecce ego ad te sydon .i. ad te puniendū. et glorificabor in medio tui .i. gloriosus apparebo p effectū iure puniēs. cū fecero in ea iudicia. puniendo eā fm sua demerita. et sanctificatus fuero in ea. quia dicar sanctus p eius punitōne iusta. et immittā ei pestilētiā .i. mortalitatē ex lōga obsidione. et sanguinē .i. effusione multi sanguinis in eius captione.

Et nō erit. hic p' de ereccōnē tyri et sydonis que multa mala intulerūt iudeis pōit eorū cōsolatō cū dr. et nō erit ultra domui isrl' offendiculū amaritudinis. p tyrios et sydonios spoliantes isrl' bonis suis. et spina dolorē inferēs. qr nō solū bonis suis isrl' spoliabant s3 etiā corporib' ledebant [illegible] et scient quia ego dns ds'. p experientiā [illegible] [illegible] et hoc fuit ipletū i reditu babilonice captiuitatis [illegible] qui [illegible] i eis .i. facto apparebo in eorū [illegible]. et habitabūt in ea secure. reedificata ierlm p neemiam [illegible] .n. samaritani et alij eorū adiacētes cessauūt eos molestare. et edificabūt domos. qr p' reedificatōnē urbis uniuersi cōstruxerūt domos intra ad habitandū. cū fecero iudicia .i. punitiones debitas in oībus qui aduersant' ei p circuitū. ante n. tēp' reuersionis de babilone tyrij egypcij et assyrij et ceteri qui molestabant iudeos fuerūt captiuati p regem babilonis et p' eo babilonij p cyrū et dariū darmedē. Vc. et p' hoc p duos annos quib' regnauit darius cyro ei succedens dedit pplo iudeo licentiā redeundi in iudeā ut hēt' .i. esdre .i.

In anno XX IX

super me manus domini etc. videbatur enim prophete ymaginaria visione quod per manum tunc datam effigiem dei reputantis portaretur in campum plenum ossibus mortuorum. et circumduxit me per ea in gyro. ita quod non intrabat intra ossa sed circuibat extra. erat enim ezechiel sacerdos qui non debet contaminari ex tactu ossium alicuius mortui. Si putas ne vivent etc. qui hominum iudicium defunctorum. domine deus tu nosti. qui habes scientiam non solum preteritorum et presentium sed etiam futurorum. ossa arida audite verbum domini. qui potest inspirare vobis sicut inanimatis creaturis. ecce ego intromittam in vos spiritum. licet hoc ponatur primo tamen fuit ultimum quia precessit ossium ad iuncturas debitas reunio et extensio nervorum et carnium et cutis desuper ut postea subditur. et dabo super vos nervos etc. et ultimo ponitur et dabo vobis spiritum et vivetis. factus est autem sonitus etc. quia ex commotione ossium ad suas iuncturas appropinquantium videbatur ymaginarie sonitus procedere. Cetera patent ex dictis usque ibi. a quatuor ventis. id est a quatuor mundi plagis unde flant quatuor venti principales non quia habeant virtutem vivificandi. sed quia flantibus illis videbatur ymaginarie a deo dari eis spiritus vite. ¶ Et dixit. hic ponitur huius visionis intellectio. Et dicunt aliqui quod visio ista intelligenda est de resurrectione generali tempore iudicii. Sed salvo meliori iudicio non videtur hoc michi verum quia statim exponendo dicit. ossa hec universa domus israel est. Resurrectio autem generalis non solum erit filiorum israel sed omnium generaliter. Item quia subditur. ipsi dicunt aruerunt corpora nostra et periit spes nostra. Si autem intelligeret de resurrectione generali illud dictum ita se extenderet ad prius defunctos sicut ad viventes. Iusti autem defuncti a principio mundi usque ad tempus ezechielis et usque resurrectionem christi habebant certam spem resurgendi in parte electorum. ipsi autem existentes in infernum sciunt se esse resurrecturos ad augmentum sue pene quia tunc punientur in anima et corpore. Et ideo videtur quod hec visio intelligenda sit ad litteram de liberatione populi israel a babilonica servitute que est mors civilis. Et ideo talis liberatio convenienter dicitur vivificatio et loca in quibus detinebantur sunt eorum sepulcra et tumuli. Sic igitur exponenda est hec littera. ipsi dicunt. scilicet iudei in captivitate detenti. aruerunt ossa nostra id est virtus nostra defecit que per ossa designatur in quibus consistit robur corporis. et periit spes nostra. scilicet redeundi in iudeam. et abscisi sumus a terra nativitatis nostre. propterea vaticinare. ad auferendum ab eis hanc desperationem. ecce ego aperiam tumulos vestros. id est loca in quibus estis servi et carceres in quibus aliqui erant ligati. et educam vos. per licentiam regis cyri qui dedit licentiam populo redeundi esdre primo. et dedero spiritum meum in vobis. id est constantiam redeundi in iudeam et propositum meliorandi vitam vestram. ¶ Et factum est. hic consequenter describitur unio populi dispersi. Et dividitur in duas partes quia primo signum sensibile ponitur. secundo exponitur ibi. Cum autem dixerint. Circa primum sciendum quod prophete ad magis movendum corda audientium aliquando prophetabant non solum verbis sed etiam sensibilibus signis sicut invenitur ysaias nudus et discalciatus ysa. xx. capitulo et iheremias portavit cathenas ligneas in collo suo iheremie. xxvii. et eodem modo precipitur hic ezechieli. Sume tibi lignum unum et scribe super illud iude. In hebreo habetur iude est dativus casus. et filiis israel sociis eius. id est tribui beniamin que in divisione regni adhesit roboam. sicut et tribus iuda propter quod illud regnum dicebatur duarum tribuum tribus etiam levitica fuit illi adiuncta eo quod ieroboam primus rex israel cultor idolorum amovens sacerdotes et levitas domini eiecit de regno suo et sic venerunt in regnum iude. et tolle lignum alterum et scribe super illud Ioseph lignum effraym. quia primus rex ieroboam fuit de tribu effraym filii ioseph. et cuncte domus israel sociorum eius. id est aliarum tribuum. et adiunge illa unum ad alterum. coniungendo ita quod videantur lignum unum. Cum autem dixerint. hic consequenter ponitur expositio dicti signi cum dicitur. ecce ego assumam lignum ioseph etc. per hoc enim designabatur futurum quod regnum israel erat coniungendum regno iude sub uno rege christo. non enim potest exponi ad litteram de zorobabel seu quocumque alio usque ad christum quia de semine david non fuit aliquis rex usque ipsum. ideo subditur postea. et servus meus david rex super eos. per quem intelligitur messias sive christus in lege et prophetis promissus. sicut fuit declaratum diffusius iere. xxiii. et osee. iii. et secundum doctores hebreorum et pastor unus erit omnium eorum. scilicet christus secundum quod dicitur io. x. capitulo. et fiet unum ovile et unus pastor. Et sciendum est quod per regnum israel non solum intelliguntur hic x. tribus sed etiam omnes vocati ad fidem de gentibus qui colebant ydola ante susceptionem fidei sicut et regnum israel coluit a principio regni sicut et ieroboam ut habetur iii. Re. xii. Unde et conversi de gentibus nomen israel sortiuntur secundum quod dicitur ysa. xliiii. et in iudiciis meis ambulabunt. servando legem euangelicam. et habitabunt super terram. scilicet viventium. quam dedi servo meo iacob id est datam promisi. Iudea enim non fuit terra principaliter promissa abraham ysaac et iacob quia primum a deo dati principaliter non est minus bonum quam naturam sed manus opera autem virtutum propter que facta fuit promissio patribus sunt maiora bona quam quecumque mala terre. et ideo in promissione mali terre intelligebatur principaliter promissio terre viventium ut dictum fuit diffusius gen. xv. et sic intellexerunt patriarche secundum quod declarat apostolus hebre. xi. dicens de ipsis nunc autem meliorem appetunt patriam et subditur scilicet celestem. in qua habitaverunt patres vestri. mente. per fidem eo modo loquitur quo dicitur phil. iii. nostra autem conversatio in celis est et habitatio corporalis ipsorum in terra mali erat huius habitationis signum. vel potest dici. in qua habitaverunt patres vestri. id est habitabunt loquendo de futuro per modum preteriti propter certitudinem prophetie et tali modo loquendi utuntur continue et frequenter prophete ut dictum est supra in multis locis. ideo subditur. Et david servus meus princeps eorum in perpetuum. quod non potest intelligi de primo david nec de aliquo de semine eius nisi de christo cuius regnum est eternum. et pactum illis federis pacis. quod hic inchoatur in observantia legis euangelice que est lex amoris et perficitur in patria ubi pax et amor consummatur. et dabo sanctificationem meam. id est faciam eos sanctos. et erit tabernaculum meum in eis. id est habitabo cum eis in presenti in terra per gratiam et in celo per gloriam. et scient gentes quia ego dominus sanctificator israel. id est cuiuslibet fidelis qui nomine israel nominatur ut

sup

sup̄ dictum est

Et factus e XXXVIII

Postq̄ ꝓphauit ꝓspera et adūsa de iu
deis. hic reūtitur ad ꝓphand̄ de ext̄neis
.s. contra gog et magog. Circa q̄ sciend̄ q̄ hebrei
dicūt q̄ sūt gentes que uēture sūt ad pugnād̄
contra ihrlm et debellabūt p rege messyā quē
expectant adhuc uenturuꝫ. Sꝫ hoc dictuꝫ ē errone
uꝫ. quia aduentus xp̄i iam trāsiit ī ptituꝫ. io ali
qui doctores nr̄i dicūt q̄ gog et magog nō ē aliqua
gens determīata. sꝫ genaliter significat psecutores
ecclie. Sꝫ hec expōitō videtur minus mistica. ꝓpter
q̄ saluo melioru iudiciō videtur m̄ p gog intelligi ā
tixp̄us. dr̄. n. gog et gog q̄ significat tectū ī hebreo
quia licet antix̄us sit futurus homo. inhabitabit tn̄ to
taliter a dyab̄lo. et sic erit q̄si ei⁹ tegumētuꝫ sb̄ spē hūa
na. magog aūt significat de tecto p q̄ intelligūt
adherētes antixp̄o tāq̄ de eius familia seu ꝓplo.
huic aūt sīie concordat qd̄ dr̄. apoc. xx. Solvet̄
sathanas de carc̄e suo et ibit seducere gentes super
q̄tuor āgulos terre gog et magog. et c̄. q̄ expōitur
de psecutiōe antix̄ quē dyab̄lus pimo seducet et p⁹
ea alios ad adherend̄ sibi. huic etiā dicto ↄsonat
dictuꝫ ap̄li si referatur ad 2ᵐ aduētuꝫ xp̄i scd̄a thess.
ii. quē dn̄s interficiet spū oris sui et destruet illu
stratōneꝫ aduētus sui. Silr̄ et dictuꝫ alioꝝ ex
pōitoꝝ ī q̄ tp̄re antix̄ erit maxīa psecutō fideliū
et s̄m hanc sn̄iam pimo agitur de psecutiōe ecclie ab
antixp̄o. et s̄o de antix̄ destructiōe cum exercitu suo
ibi conuocato. Pima ī duas q̄r pimo ponit̄ hui⁹
psecutiōis ipatō. s̄o eius executō. ibi. p⁹ dies. Cir
ca pimū dr̄. pone faciem tuā contra gog. i. dispo
ne te ad ꝓphand̄ de aduentu antixp̄i et ei⁹ destr̄
tiōne. pncipem capitis mosoch et tubal. q̄r isti re
ges subicient̄ ei. s. capadocie et ybērie. et circūa
gam te. i. discurrere pmittā ad fideliū ipugnatōꝫ
et ponā frenū ī maxillis tuis. q̄r antix⁹ nichil po
terit facere nisi q̄tuꝫ de⁹ pmittet. vestitos loricis.
i. armis ad sustinend̄ et etiā ad inuadend̄. Ideo s̄
hastā et clipeū arripientiū et c̄. gomer et togorma.
nōia sūt ꝓploꝝ antixp̄o adhēreꝰuꝫ. ꝑpara et īstr̄
te. i. ꝑpabis te ad uastatōꝫ. et esto eis ī preceptuꝫ
i. multitudo tibi coaduanda tibi obediet ad nutū.
Post dies. hic ↄñter ponit̄ executō psecutōis
et diuiditur ī duas quia pimo pōitur hec executō
psecutiōis. 2º ei⁹dem pnūciatō ibi. hec dicit. Cir
ca pimū pmittitur tp̄us cū dr̄. p⁹ dies. post dies
multos uisitaberis. i. punieris quia finaliter ātix⁹
a deo fulminabitur ut īfra dr̄. in nouissimo annoꝝ
uenies. i. circa finē mūdi ad terraꝫ que reūsa ē a gla
dio. i. ad ecclīam dissipandā que pimo fuit sb̄ gla
dio iudeoꝝ et tyrannoꝝ. sꝫ a tp̄re constātini habu
it paceꝫ et sic reūsa ē a gladio et ↄgregata est de
ꝓplis multis. quia de oībꝰ gentibꝰ aliqui crediderunt xp̄o. ad motes isr̄l. i. ad iudeaꝫ mōtuosaꝫ
hēt. n. ueniet ad uastand̄ ubiq̄ eccliaꝫ. tamē
spāliter ueniet ī ihrlm ut in tēplo dei sedeat tāq̄ sit

deus. cum dr̄. scd̄a thess. ii. qui fuerunt deserti iugr̄.
i. freq̄nter. q̄r pimo p caldeos. et p⁹ea p antiochū
nobileꝫ. et iteruꝫ p romanos. p⁹ea p sarracenos
hec de ꝓplis educta ē et c̄. quia ante aduētū anti
xp̄i xp̄iani de pluribꝰ terris uenient ī iudea et ca
pient eā et ibi pacifice hītabunt ad tp̄s. et p⁹ea
q̄si subito ueniet antix⁹. io subditur. ascendens aūt
q̄si tēpestas uenies. i. subito ī magna multitudine
ita q̄ fideles nō poterūt tibi resistere. In die illa
ascendent sermones sup cor tuū et c̄. quia extollē
tur sup̄ oīe id q̄ deus dicitur aut qd̄ colit̄. ii.
thess. ii. et dices. pnimia elatōe. ascendā ad ter
ram absq̄ muro et c̄. i. ita facilit̄ capiā ac si nō eēt
ibi muꝝ ul̄ munitō ul̄ aliqua belli suspitō. ut diri
piās spolia. xp̄o credenciuꝫ. ut inferas manū tuā sup
eos qui deserti fuerūt et p⁹ea restituti. quia sicut dic
tuꝫ est tp̄re tyrannoꝝ fideles uidebantur a deo deserti.
et tēpore pacis secure restituti. vel quia fideles eiecti
de terra ꝓmissionis p sarracenos ibi restituent̄ ante
aduentuꝫ antix̄ ut dictuꝫ ē. qui possidere cepit. et
erat habitatoꝝ umbelici terre. i. ihrlm et terre ꝓmis
sionis que ē in medio terre hītabil̄ quia ē ī quarto
saba et dedā. et c̄. nōia sunt gentiuꝫ antix̄ adherentiū
et omēs leones ei⁹. i. ferores contra xp̄ianos. dicēt
tibi. adulando. et q̄ fideles incitando. numquid ad su
menda spolia tu uenis. q. d. sic. et ideo ad hoc ē inte
dendum. Cetera patent in līa usq̄ ibi. numqd̄ nō in
die illo. cum hītauit ꝓplus me⁹ isr̄l. i. vniūsitas fi
deliuꝫ. confidenter. recuperata terra ꝓmissionis ab eis
ut p̄dictuꝫ est. Venies et uenies. tūc ad ipsam inua
dendum cum satellitibꝰ tuis. et ascendes super ꝓplm
meuꝫ isr̄l q̄si nubes. i. subito sicut nubes aliqn̄ insur
gunt ex inspato. ut opias terrā multitudīe tibi adhe
rentiuꝫ. et adducam te super terrā meā. i. sup terrā
ꝓmissionis que dr̄ dei iuo spāli q̄r ibi opatus est salutē
in medio terre in assūpta p nob̄ hūanitate. ut sciant
gentes mee cum sanctificatus fuero in te. i. sanctus
appareero te ibi interficiendo cū exercitu tuo ut post ea
dr̄. hec dicit. hic ↄñter pōitur dicte psecutōnis
pnūciatō cum dr̄ in p⁹ dei. tu ergo ille es de quo
locutus sum et c̄. quia ysaias Jeremias et alij ꝓphe
locuti sunt de hac psecutiōne ut pꝫ hic et ī pluribꝰ
aliis locis ad electos purgand̄ et puniend̄ repro
bos. io subditur. ascendet indignatō mea et c̄. i. vindic
ta. quia ī die illa erit ↄmotō magna super terrā
isr̄l. quia multi fideles erant uacillantes ita ut ī
errorem ducant̄ si fieri pōt etiā electi. m̄. xx. et ↄ
mouebūt̄ a facie mea. i. vacillabūt ī fide. pisces
maris et c̄. i. existentes in eccīa in quolibet statu quoꝝ
aliqui sunt uoluptuosi io ↄpant̄ piscibꝰ existentibꝰ
ī mari et aliqui supbi alta petentes ut uolucres ce
li et aliqui simplices ut bestie agri. et aliqui cupidi
sup terra reptantes. et aliqui hoīes rōnabilit̄ ui
uentes. et subuertent̄ montes. i. multi de platis et pn
cipibꝰ. et cadent sepes. i. multi de religiosis et docto
ribus. vl̄ p montes et sepes et muros intelligūt̄
fortalicia in mōtibꝰ sita et muris et clausuris mu
nita que nō poterūt resistere potētie antixp̄i.
Gallicus scripsit .1236.

Et tu conuoca ad u[ersus] XXXIX

Hic incipit c[a]p[itu]l[u]m in hebr[eo] XXXIX in quo agitur de destructione antix[ris]ti et sui exercitus. Et p[ri]mo circa hoc ponit[ur] antix[risti] deiectio. 2[°] deiecti spoliatio ibi: hec est dies. tercio spoliati tumulatio ibi. et erit. q[ua]rto concluditur intenta co[n]clo ibi. et ponam. Circa p[ri]mum d[icitu]r. Et conuoca aduersus eum. i. antix[ris]tum et ei[us] exercitum. i[n] cunctis montibus meis. i. i[n] iudea que e[st] montuosa. gladium. ad interficiendum ip[su]m. gladius uni[us]cuiusq[ue] i[n] fr[atr]em suu[m]. q[ui]a fulminato antix[risto] in monte oliueti et magna p[ar]te exercitus sui erit dissensio inter residuos imponentes ad inuicem q[uod] incitauerit eos ad sequendum antix[ristu]m et sic inter eos erit bellum. et iudicabo cu[m] peste quia aliqui de ei[us] exercitu morient[ur] pestilencia alii gladio et aliqui tempestatib[us] descendentib[us] de celo. et magnificabor et sanctificabor. i. sancto et magno app[ar]ebo in deiectione mirabili superbi et exercitus sui. Co[n]sequenter resumitur mod[us] eius uenien[d]i cu[m] d[icitu]r ecce ego super te gog. q. d. n[on] poteris facere nisi q[uantum] tibi p[er]mittam. p[rin]cipem capitis mosoch &c. exponatur ut sup[ra]. Co[n]sequenter resumitur deiectio sua cu[m] d[icitu]r et p[er]cuciam archum tuu[m] i[n] manu sinistra tua &c. i. deiciam sagittatores tui exercitus ita q[uod] no[n] poterit ut tenere archum in sinistra manu uel sagittas i[n] dextera. feras et auib[us] &c. p[er] aliquod temp[us] remanebu[n]t cadauera saltem mul[torum] in sepulta. et emittam igne[m] i[n] magog. quia magna pars exercitus antix[ris]ti fulminabitur. et in hiis qui habitant in insulis co[n]fidenter. s[cilicet] antix[ris]ti co[n]fidencia co[n]fidentes de ei[us] potencia. et scietis q[uia] ego d[omi]n[u]s. p[er] experienciam uindicte mee. et nomen sanctum meum notu[m] faciam i[n] medio isr[ae]l. i. p[o]p[u]li xp[ist]iani qui no[m]i[n]e isr[ae]l no[m]i[n]atur ut sup[ra] dictum e[st]. et no[n] polluam nome[n] sanctu[m] meum amplius. i. pollui p[er]mittam p[er] blasphemias antix[risti] et sibi adherencium. ecce uenit et factum e[st]. q. d. ita certu[m] e[st] de futuro ac si iam tra[n]sisset i[n] p[re]teritum. ¶ Hec e[st] dies. hic co[n]sequenter describitur exercit[us] antix[risti] spoliatio cu[m] d[icitu]r. hec est dies. s[cilicet] destructionis antix[risti] et exercitus sui. de qua locuti sunt p[ro]phetas ut dictum est ca[pitu]l[o] p[re]cedenti. et egredient[ur] habitatores de ciuitatib[us] isr[ae]l. ad colligendu[m] spolia. expositores aut[em] nu[n]c dicunt co[m]muniter q[uod] p[er] habitatores de ciuitatibus isr[ae]l intelligu[n]t[ur] ciues celestes i[n] diuersis mansionibus habitantes s[ecundu]m i[llu]d Jo. xiiij. in domo p[at]ris mei mansiones multe sunt. i. diuersi gradus beatitudinis qui cu[m] xp[ist]o egredient[ur] ad iudicium. et cu[m] eo iudicabunt i[m]pios a p[ro]bando ei[us] iusticiam et iudicium et maxime de antix[risto] et da[m]pnandis cu[m] eo de quib[us] s[u]bditur. et co[m]burent et succendent arma clipeu[m] &c. i. antix[ris]tum et ei[us] exercitum condepnabu[n]t ad igne[m] eternum modo dicto qui uocantur hic arma eo q[uod] armis i[m]pugnauerit fideles eos crudeliter occidendo q[uo]d erit cu[m] da[m]pnationis i[m]p[io]r[um]. et succendent ea igni. vij. an[n]is. i. eternaliter q[ui]a p[er] vij. annos intelligitur. eo q[uod] uniuersitas t[em]p[or]is septenario designatur. et no[n] portabu[n]t ligna de regionib[us]. i. non co[n]dep[n]abu[n]t illos fructu[m] p[e]n[i]tentis facientes sicut ligna regionu[m]. neq[ue] succident de saltibus. i. non co[n]depnabu[n]t eos qui habitant in saltu p[e]n[itenci]e. q[uonia]m arma succendent igne. i. condepnabu[n]t ad igne[m] eternum i[m]pios tam[en] no[n] et no[n] illos. Sz expositio uidetur magis mistica. q[uia] l[itter]alis. io absq[ue] p[re]iudicio pot[est] ali[ter] dici q[uod] interfecto antix[ris]to et eius exercitu egredientur xp[ist]iani qui remanebu[n]t uiui de locis ubi eru[n]t absconditi ad colligendum spolia et ea que eru[n]t apta ad incendium ut clipei haste et hui[us]modi applicabu[n]t igni. ideo d[icitu]r. et succendent &c. et aliqui eoru[m] tantu[m] co[n]gregabu[n]t q[uod] sufficiet eis ad magnu[m] temp[us] q[ui]a experimentur hic p[er] septe[m] annos. et io no[n] erit n[ecess]e aliunde ligna colligere. et depredabunt[ur] eos quib[us] p[re]de fuerant. arma et spolia eorum colligendo. Sz hoc dictum uidetur e[ss]e contra illud quod d[icitu]r co[m]muniter a doctorib[us] q[uod] p[ost] morte[m] antix[risti] dabuntur. xlv. dies ante iudicium ut decepti ab eo habeant locum penitendi et accipit[ur] de daniele. xij. ubi d[icitu]r sic. beatus qui expectet et p[er]uenit usq[ue] ad dies mille trecentos xxxv. iste n[umerus] excedit nu[m]erum ibi suppositum de regno antix[risti] i[n] xlv. dieb[us] et sic inter morte[m] antixp[ist]i et iudicium spacium vij. anno[rum] no[n] erit. ¶ Ad q[uod] dicendum e[st] q[uod] licet hoc dictum sit satis co[m]mune. tamen no[n] e[st] o[mn]i[n]o certum q[ui]a non determinatur p[er] scripturam utrum illi dies sint usuales. s[cilicet] co[n]tinentes tam[en] una[m] diem et una[m] diem et una[m] noctem uel annales sic[ut] d[icitu]r sup[ra] c[a]p[itulo] iiij[°]. diem p[ro] anno dedi tibi. et io de illis xlv. diebus post morte[m] antix[risti] no[n] h[abet]ur certum utrum sint xlv. dies n[atur]ales. uel xlv. an[ni]. et dato q[uod] esset determinatum de dieb[us] usualib[us] tamen no[n] e[st] determinatu[m] utru[m] statim post illos xlv. dies i[m]me[diat]e sequat[ur] iudicium. i[m]mo uidetur q[uod] sit ma[gnum] spaciu[m] t[em]p[or]is intermedium. p[er] illud q[uo]d d[icitu]r m[athei] xxiv. de aduentu x[ris]ti ad iudicium. sicut .n. erant in dieb[us] ante diluuium comedentes et bibentes nubentes et nuptui tradentes usq[ue] ad eam diem quo intrauit noe i[n] archam et no[n] cog[n]ouerunt donec uenit diluuium et tulit omnes. ita erit ante aduentum filii ho[m]i[n]is. et illud referunt aliq[ui] doctores nu[n]c ad temp[us] quod erit int[er] morte[m] antix[risti] et di[em] iudicii. tal[is] autem pax et securitas in qua co[m]missa et co[n]nubia absq[ue] timore exercent[ur] non uidet[ur] e[ss]e tam p[ar]ui t[em]p[or]is sicut xlv. dieru[m] s[ed] magni. ¶ Et erit. h[ic] co[n]sequenter agitur de sepultura antix[risti] et suoru[m]. et primo ponitur p[ro]positum. 2[°] remouet[ur] dubiu[m] ibi. tu aute[m]. Circa p[ri]mu[m] sciendum q[uod] sicut p[re]s i[m]mediate p[re]cedens exponitur a doctorib[us] co[m]muniter de sanctis qui cu[m] xp[ist]o adiudicabunt i[m]pios igni gehenne ita et h[ic] de sepultura eoru[m] in inferno eo modo loq[ue]ndi quo d[icitu]r luce xvi[°]. mortuus e[st] diues et sepultus e[st] i[n] inferno qui uocatur hic uallis uiatorum. quia lata e[st] uia que ducit ad p[er]ditionem et multi igrediu[n]t[ur] p[er] ea[m]. m[athei] vij. et d[icitu]r hec sepultura fieri septe[m] mensib[us] q[ui]a eternalit[er] erunt ibi ut sup[ra] dictum e[st] de vij. an[n]is q[uod] aut[em] ibi d[icitu]r de ossibus remanentib[us] sup[er] terra[m]. q[uod] statuet iux[ta] illa titulu[m] donec sepeliant. p[er] hoc intelligitur q[uod] si post mortem antixp[ist]i i[n]ueniant[ur] aliqui de secta sua obstinati ab aliis p[er] excommunicatione[m] separabuntur donec p[er] morte[m] sepeliant[ur] cum aliis in inferno. Sz q[ui]a hec expositio sicut et p[re]cedens uidet[ur] m[u]ltum mistica

ideo

Ideo pōt exponi de sepultura corpali nō ꝓpt̄ āntx̄ et suorum honore ſ; ad terre purgatoꝝ ut dr̄ i lr̄a sic ḡo exponit. et erit in die illa. s. notabili ꝓpt deiectōnez antixp̄i. dabo gog. i. antixp̄o et eius exercitui. locū. s. sepulture. noīatuz. i. famosū ex tanta multitudine ibi sepulta. vallē uiatorū qr ibi erit strata publica. ad orientē maris. i. uersꝰ mare mortuuz qd̄ ē i pte orientali iudee. q̄ obstupescere facit ptereuntes. i. admirari ex tali et tanta deiectōne antixp̄i et suoꝝ ibidem sepultoruz ut mūdent terraꝝ a cadauib;. vii. mēsib;. tātū eīz tēps apponent illi qui ad hoc statuent. et erit eis noīata dies. i. celebris. in qua glificatus sum. interficiendo antixp̄m et eius exercitum. dies. n. uictorie solent hr̄i celebres. et viros iugiter cōstituent. qui sīt diligentes ad hoc opꝰ pficiendū. Cumq; viderint os hōis statuent iuxta illud titulum. i. notabile signum ut de facili possit inueniri ut sic multa ossa sic iuēta simul p signa de facili colligant̄ et sepeliant̄. pollutores. i. cadauerum curatores. nomē aūt ciuitatis. i. loci ubi fiet sepultura. amona. i. ꝑplosa s̄m ꝑprietatē hebraici sermonis. ꝑpter multitudinē ꝑpli ibi sepulti. Tu aūt. hic remouetur dubium. quia hic actum ē de sepultura cadauerum. io posset aliqs credere qr nō fuissent ab auib; et bestiis corrosa q̄ ē cōtra illud quod dictum ē supra breuit̄ oī uolatili et bestiis terre dedi te ad deuorandum. io de illa deuoratione hic plenꝰ dr̄. cum dr̄. dicit oī uolucri ꝛc̄. cōuenite ꝑperate currite vndiq; ad uictimā meam quā ego imolo uob. i. ad corrodendū cadauera vir mortuorum a me in exercitu antixp̄i. ante q̄ eūz sepelirent̄ cadauera aues et bestie fuerūt de eis saturate. arietū agnoꝝ ꝛc̄. i. ita comedetis ꝑncipū carnes et bibetis sanguinē ac si eēnt arietes et agni pingues occisi. et saturabimini sr̄ mēsaꝫ meā. i. superiorum a me uob; paratuz. Et ponam. hic ponitur itē tacitū ad hoc. n. fiet antixp̄i et exercitus sui deiectō ut deus glificetur et de eius oppssione ꝑplus xp̄ianꝰ liberetur et hoc ē qd̄ dr̄ i pꝰ dei. et ponam gliam meā i gētibꝰ. qr omnes gentes remanētes uidebunt in hoc potētiaꝫ meā gliosaz. et sciēt domꝰ isrl̄. i. ꝑplus xp̄ianꝰ. quia ego dn̄s eorum. p spālez ꝑtectōnez. a die illa et deinceps. quia post mortē antixp̄i non hebit tribulatoꝫ. et sciēt gētes q̄ in iniquitate sua capta sit domꝰ isrl̄. i. ꝑplus xp̄ianus fuit oppssꝰ ab antixp̄o p suis iniquitatibꝰ. qr s̄m qd̄ dicit saluator ante tp̄us antixp̄i habūdabit iniqtas et refrigescet caritas multoꝝ i ecclia dei a qua iniqtate purgabitur p tribl̄atōnē antixp̄i. et abscondi faciem meā ab eis ꝛc̄. tp̄re tribl̄atōnis. sicut hō auertit faciem ab illo quē non uult a miseria releuare. sꝫ quia tēpꝰ illius psecutōnis erit breue ut dr̄. cā. ꝛe. io sbdit̄. nūc. i. in breui. reducā captiuitatez iacob. i. ꝑpli xp̄iani eius liberando ab oppssione antixp̄i. et assumaz zelum. s. vindicte mee contra antixp̄m. p noīe meo sancto. quod ipe blasphemabit. et portabūt cōfusionē suā. s. xp̄iani pꝰ mortē antixp̄i in se ipis erūt de pctīs cōfusi ꝑ ctītis. ꝑpter que traditi fuerunt psecutōibꝰ antixp̄i. et reduxero eos de ꝑplis. i. de erroribꝰ ꝑploꝝ quibꝰ assenserunt decepti ab antixp̄o et sibi adherentibꝰ. quia sicut dictum ē dabitur eis penitendi tēpus. et cōgregauero de terris inimicorū suoꝝ. ad vnionez uere fidei et caritatis. et sciēt qr ego dn̄s deꝰ eoꝝ. p experiētiaz vindicte in antixp̄i psecutōne. io sbditur eo qr trāstulerim eos i natōnes. sbiciendo eos oppssioni et furori antixp̄i et suoꝝ qui erūt diuersaꝝ nationum ut dictum ē sup̄ et p experiētiā grē me io sbditur. cōgregauerim eos sup terrā suā. i. terram ꝑmissionis que ē terra fidelium a qua tēpore antixp̄i aliqui fuerūt fugitiui. et aliqi i captiuitatez ducti qui eo mortuo ibi fuerūt reuersi. vl̄ super terrā suā. i. i ecclia militāte p grāz. et triūphante p gliam que ē terra uiuētium. et nō dereliquerim quēq ex eis. i. ex pdestinatis. nō abscondā ultra faciez meaz ab eis. qr i patria uidetur facie ad faciez. eo qr effuderim spm̄ meū. i. plenitudinez grē i ecclia militante et glie i triūphāte

In vicesimo XL

In vicesimo ꝛc̄. hec est ultima pars pn̄cipalis huiꝰ libri i qua agit̄ de remuneratōne bonoꝝ usq; ad finē libri. hec tn̄ remuneratō s̄m aliquos intelligit̄ de bonis tp̄alibꝰ seu fortune s̄m alios de bonis grē s̄m alios ptim de bonis grē et ptim de bonis glie. put in fine libri magꝰ uidebit̄ dn̄o cōcedente. Sciendū igit̄ qr in hac pte ultiā ē aliqd in quo cōueniūt xp̄iani et iudei. videlicet q̄ illa que dicūt̄ hic usq; ad finē libri fuerūt ostēsa ezechieli i ymaginaria uisione. cuiꝰ tn̄ significatōnē itellexit. aliter nō eēt uisio ꝑphetica et est ibi aliquid in quo dissentiunt. videlicet i significatōne huiꝰ uisionis. pmo igit̄ exponet̄ lr̄a usq; ad finē libri q̄tum ad pmuz. et quia hec uisio ymaginaria ponitur hic satis obscure. io circa descrptōnē ymaginarie uisionis et eius expositōnē non solū variatur hebrei et latini. sꝫ etiā hebrei ab inuicē. qr. Ra. moyses et Ra. sa. ipam uarie describunt et exponūt similiter latini. quia magister ricardus de scō uictore et dn̄s hugo cardinal̄ de ordine de ordine pdicatorum. et frater girardꝰ de priuino de ordine frm̄ minorum. Cum dictā descrptōꝫ et expōitōꝫ multiplr̄ uariantur. nec ē mirum de dictis uariatōnibꝰ. qr descrptō huiꝰ hedificij ualde obscure traditur i textu et etiā trāslatō nr̄a i multis discrepare uidet̄ ab hebraica vitate. omnia uero eoꝝ dicta repetē et nō deficere vl̄ improbare eēt negociū ualde plixum et p oīns legētibꝰ tediosum maxīe quia in descrptōne ymaginaria et expōne nō cōsistit pncipaliter utilitas ꝑphetice uisionis. sꝫ i intellectu eiꝰ quod p visione ymaginariā designatur. sicut pꝫ ex dictis i pn̄o huiꝰ libri. quia in descrptōne ymaginaria. iiij. or aīaliū et rotarū non cōsistit pnr utilitas visionis illius sꝫ in intellectu eiꝰ p rotas et aīalia designat̄ qr fuit reuolutō. iiij. or regnorum que ꝑplm̄ isrl̄ cōtinue af

afflixerunt. Sicut ibidem plenius fuit dictum. Co
missis igitur descriptionibus predictis intendo ponere modum
unum qui videtur michi magis consonus littere et descriptioni
Ra. Sa. in pluribus conveniens. dicta etiam aliorum que a ve
ritate magis videntur discrepare exponendo litteram
supplere. Secundum hoc igitur residuum huius libri in duas
partes dividitur quia primo premittitur quedam brevis prefatio.
2o subditur visionis ymaginarie descriptio ibi. et men
sus est. prima in tres quia primo ponitur huius visionis
tempus. 2o locus ibi. et adduxit me illuc. tertio fructus
ibi et locutus est. Circa primam partem sciendum quod transmigra
tio babilonis incepit proprie a ioachim rege iuda qui dictus
est etiam Jechonias et tunc transmigraverunt et inter ezechi
el et mardocheus et post istam transmigrationem regna
vit sedechias .xi. annis et in xi.o eius anno destructa
fuit civitas ierusalem et templum ut habetur. 4. Re. 25. et .14. anno
post destructionem vidit ezechiel hanc visionem ut habetur hic
in littera et sic patet quod a principio transmigrationis usque ad tempus
huius visionis fluxerunt. 25. anni completi et in primo. 25.
facta est hec visio. et hoc est quod dicitur. in .xx. et .v. anno
etc. et patet ex dictis littera paucis exceptis que sequuntur
decima. scilicet die. mensis primi facta est super me manus domini.
i. virtus eius elevans me ad visionem sequentem. Et
adduxit me. hic consequenter ponitur huius visionis locus qui
est duplex. unus subiective qui tangitur cum dicitur. et ad
duxit me illuc in visionibus dei. non enim ezechiel fu
it eductus de babilone corporaliter sed tantum in visione
prophetica que est in vidente subiective. et ideo locus huius
visionis subiective fuit babilonia in qua erat ezechi
el. alius est locus obiective qui tangitur cum dicitur. et ad
duxit me in terram israel quam ymaginarie videbat
propheta et dimisit me super montem excelsum nimis.
Sic ymaginarie videbatur prophete. super quem erat he
dificium quasi civitatis. et dicitur quasi. quia non erat hedifici
um reale sed similitudo representans. vergentis ad austrum.
dicunt autem expositores nostri communiter quod nomine civitatis
et edificii idem importatur. nam templum cuius edifi
cium infra describitur habebat multas mansiones sicut
civitas et muri eius erant cum propugnaculis ad modum
civitatis. mons tamen in quo erat edificium templi al
titudinem erat devexum in parte australi magis quam aqui
lonari. ideo dicitur. vergentis ad austrum. sed quod illi dicunt
de propugnaculis non habetur. nam in tota descriptione templi
sequente nulla fit mentio de propugnaculis. tamen est satis
probabile. quia propugnacula faciunt ad decorem et fortitu
dinem edificiorum. sed quod dicunt nomine civitatis et hedi
ficii templi idem significari non videtur verum. nam in
fine libri describitur civitas separatim a templo. et ideo
hebrei dicunt et melius ut videtur quod propheta duo vi
dit. scilicet civitatem et templum. et quod templum erat in parte aqui
lonari. Civitas autem in parte australi et per hedificium
significavit templum et nomine civitatis civitatem urgen
tem ad austrum et ad hoc reducunt doctores nostri in fine
libri in descriptione terre tribubus israel dividende saltem
aliqui situantes templum in parte aquilonari illius ter
re et civitatem in parte australi ut ibi videbitur ple
nius domino concedente. Et ecce vir. hic consequenter ponitur
visionis fructus qui consistit in hoc quod angelus ostendit
ezechieli descriptionem et mensuram eorum que sequuntur

ut innotesceret filiis israel per quos universitas fidelium intel
ligitur ut studiosi per orationem et exercitium studii quererent
intellectum visionis sibi aperiri sicut dictum fuit dani
eli .xii. capitulo tu autem daniel claude sermones tuos et
signa librum usque ad tempus statutum pertransibunt plurimi
et multiplex erit scientia et sic intelligendum est de aliis vi
sionibus propheticis. quarum intellectus per prophetam non
aperitur. ponitur tamen aliquid unde habeatur aliqualis
via studiosis ad intelligendum. Sicut dixi in apocalip
si quantum spectat ad librum illum et in fine huius visio
nis similiter dicam quantum ad istum domino concedente. di
cit igitur. et ecce vir. i. angelus in specie viri. cuius erat species
quasi species eris. i. similitudo eris. es enim est durabile et so
nabile et per durabilitatem significatur immortalitatem
spiritus angelici et per sonabilitatem promptitudinem eius
ad resonandum laudes divinas secundum illud iob. 38.
ubi eras cum me laudarent astra matutina et iubi
larent omnes filii dei et ad revelandum hominibus secreta
dei. et funiculus lineus in manu eius. In edificiis enim recte
erigendis funiculus in cuius extremitate pendet plum
bum deservit. et calamus mensure. i. aptus ad mensurandum
per ista duo designabatur edificiorum sequentium quantitas
et rectitudo. stabat autem in porta muri exterioris.
et locutus est ad me etc. et patet ex dictis sententia usque ibi
et in manu viri. i. angeli. calamus mensure sex cubi
torum. hebrei dicunt. sex ulnarum. sed eadem est sententia. nam
ulna illa erat parva habens quasi longitudinem cubitalem
ut postea videbitur. et palmo. dicunt autem expositores
nostri communiter quod palmus erat pars calami. quam tenebat cum
angelus et residuo calami quod continebat sex cubitos
sive ulnas mensurabat et erant isti cubiti sex signa
distincte sicut in ulnis quibus mensurant pannum. signantur
autem distincte medietates et quarte. ideo angelus a
liquando mensurabat secundum partem calami. scilicet secundum unum cubitum
tantum vel duos vel tres. hoc autem ultimum dictum
de signatione cubitorum vel ulnarum in calamo satis
apparet verum. primum autem scilicet quod non mensurabat secundum quanti
tatem palmi non videtur verum quia mensurantes pannos
cum ulna brevi vel longa. ita mensurant secundum quantitatem
ulne quam tenent in manu sicut secundum alias eius partes
Ideo ad intellectum huius partis sciendum quod apud hebreos
pondera et mensure sanctuarii maiores erant quam in aliis
rebus communibus sicut manifeste habetur in libris exo. levit.
numeri. et deutro. similiter erat de ulna que maior erat
in sanctuario quam mensurabantur tele ex quibus fiebant
vestes sacerdotum et levitarum et cetera simili modo men
surabilia. ulna enim communis continebat quinque palmos.
ulna vero sanctuarii. vi. palmos et accipitur hic palmus
non secundum quantitatem manus extense sed clause. ita quod con
tinet quantitatem .iiii.or digitorum ex transverso. et vocatur
hec quantitas gallice. dour. hebraice tophat. et sic
ulna vel cubitus sanctuarii continebat unum palmum ultra
communem. quinque vero palmi dicto modo accepti faciunt quasi
magnitudinem cubitalem. ideo dixi quod ulna communis hebra
ica et cubitus sunt quasi eadem mensura. et sic patet quod ulna vel
cubitus sanctuarii continebat cubitum sive ulnam communem
et palmum. et hoc probatur per illud quod dicitur infra. xliii. capitulo.
Iste autem mensure altaris in cubito verissimo qui habebat
cubitum et palmum verissimum cubitum sive ulnam vo

Cap. XL

vetustissimam vocat ulnam vel cubitum sanctuarii et hic ulnam communem vel cubitum unum palmum predicto modo acceptum. Est igitur sensus huius littere. et in manu viri calamus mensure sex cubitorum et palmo. i. addito cum illis sex cubitorum. tales enim sunt cubiti sanctuarii ut dictum est secundum quod angelus mensurabat. et hoc clarius apparet in littera hebraica que talis est. et in manu viri calamus mensure vi. ulnarum in ulna et palmo. i. loquendo de ulnis que continent ulnam communem et palmum ita quod hoc et palmo non refertur ad partem calami quam angelus calamum tenebat. sed est determinato quod vi. cubiti debent intelligi de cubitis vel ulnis sanctuarii. Et mensus est. posita prefatione hic consequenter describitur ipsa visio. et dividitur in tres partes quia primo describitur templum et edificia ad ipsum pertinentia. secundo terra ipso dividenda cap. xlv. Tertio civitas edificanda ultimo cap. ibi et hii egressus. prima adhuc in duas quia primo describitur templum et pertinentia ad ipsum. secundo leges ministrantium. cap. ibi. et adduxit me. prima adhuc in duas quia primo ponitur descriptio templi. secundo altaris holocausti. xliii. cap. ibi. iste autem mensure altaris. Ad intellectum prime partis notandum quod totum templi edificium erat situm in spatio quadrato. Cuius unum latus erat directe ad orientem et oppositum latus ad occidentem. alia duo unum ad aquilonem. alterum ad meridiem. et in hoc spatio erat triplex murus. unus exterior. secundus medius. et tercius minor et spatium contentum inter murum interiorem et medium dicitur atrium exterius. et spatium contentum inter murum medium et exteriorem dicitur ab aliquibus ulterius locus hac forsitan ratione quia gentiles admittebantur ad locum illum ratione orationis. nam aliqui gentiles ex devotione ad templum veniebant ad adorandum illuc ut habetur iii. Re. viii. et Ioh. xii. Sciendum tamen quod istud spatium quadratum partim erat in summitate montis in plano. partim in montis pendulo ut magis videbitur infra. et hec gibbositas spatii seu inequalitas quantum ad altitudinem situs non potest in plano figurari. propter quod debet per ymaginationem suppleri. Ad maiorem autem dictorum et dicendorum intelligentiam posui hic figuram que ponitur in columpna sequenti. Sciendum tamen quod hec figura et alie consequentes non sic sunt proportionate in illa proportione que debet hic quia hoc esset difficile fieri. sed supponantur tamen sic esse. Sicut ad intelligendum conclusiones geometricas protrahuntur alique figure que non sic sunt facte in illa proportione que a doctore dicitur. sed ab ipso et auditoribus sic facte supponuntur. Item qui vult intelligere ea que dicuntur hic de edificio ezechielis non negligat hic dictas figuras et inspicere. nam aliter parum aut nichil posset intelligere nisi cum tedio et capitis sui fractione


Sequitur figura. etc.



Prima pars in duas dividitur. quia primo describitur pars anterior totius hedificii. secundo posterior. et dicitur hic pars anterior que incipit a latere orientali muri exterioris et protenditur usque ad murum occidentalem atrii interioris ita quod linea ymaginarie protracta a fimbrio illius muri versus aquilonem et versus austrum dividet partem anteriorem a posteriore quod prior est versus occidentem. Secunda pars incipit in fine xl. cap. ibi. Et adduxit me. Prima adhuc dividitur in tres partes quia primo describuntur porte muri exterioris. secundo porte medii ibi. et venit ad portam. Tertio porte muri interioris ibi. et introduxit me in atrium interius. Circa primum sciendum quod in orientali parte muri exterioris in medio eius erat quedam apertura decem cubitorum latitudinis in qua erat porta. et similiter in secundo et tercio muro directe se respicientes. quantum ad primum murum dicitur. et mensus est latitudinem edificii calamo uno. altitudinem quoque calamo uno. et secundum hebreos edificium hic vocatur murus exterior. Cuius spissitudo dicitur hic latitudo et sic est equalis altitudini. sed hoc non videtur convenienter dictum. nam intentio prophete est describere edificium decenter dispositum. non est autem decens dispositio muri cuius spissitudo est equalis altitudini. et ideo melius videntur dicere expositores alii dicentes quod nomine edificii hic accipitur quedam

domuncula super portam edificata. Cuius latitudo est unius calami secundum spissitudinem muri. ista tamen mensura unius calami accipienda est infra parietes domuncule sicut infra dicetur de thalamis et porticibus. et similiter altitudo. longitudo autem eius secundum latitudinem porte scilicet decem cubitorum sed non fit hic mentio de ista longitudine quia tres porte predicte se respicientes ab omnibus ponuntur eiusdem latitudinis. porte autem muri medii et interioris describuntur infra decem cubitorum latitudinis et per consequens ista. Item secundum hebreos in muro exteriori describitur una porta tantum scilicet in latere orientali. et tamen in medio muro et interiori ponunt duas portas. scilicet in latere aquilonari et similiter in australi que videntur pro nichilo poni nisi in muro exteriori. Sicut porte correspondentes ad introeundum. propter quod alii videntur melius dicere. dicentes quod in latere muri exteriori aquilonari et australi sunt due porte consimiles porte orientali. Ad capiendum vero melius et facilius que dicta sunt et dicenda ponitur hic talis figura

Sequitur figura




Et venit ad portam. hic consequenter describuntur porte medii muri. Et dividitur in tres partes. quia primo describitur porta orientalis. secundo aquilonaris ibi portam quoque. Tertio australis ibi. et eduxit me ad atrium. ad intellectum prime partis considerandum quod hec porta describitur habere vestibulum porticum. frontes. thalamos. et gradus. Gradus autem propter declinationem montis. et ideo a loco vulgi erat ascensus ad portam istam per vii. gradus. Vestibulum est quoddam spatium ante aperturam muri medii quinque cubitorum in latum


scilicet ab

.s. ab oriente in occidentem et .xxv. i longu ab aquilone in austrum. porticus aut e edificium situm sup apturam muri medij et ex pte intio ri ipsius muri transiens ultra murum mediu per octo cubitos intra atrium exteri9 et a terra usq ad summitatem hui9 porticus sunt cubiti quinquaginta et iuxta postes ostij sunt due turres quaru altitudo describitur sexaginta cubitoru. Sicut in portis castrorum et notabilium edificioz sunt due turres. una ex una pte ostij. altera ex altera et uocantur frontes quia sut ad decorem porte et ad eius deffensionem. Sicut fortalicia in extremitatib9 terrarum dicuntur frontarie et i summitatibus istarum turrium erant pomelli et sup pomellos rami palmaru celati sicut comuniter videm9 in pomellis turrium q hnt de sup folia celata uel ramos arboru. et iste turres erant edificate in spissitudine muri. tame excedebant illa spissitudine aliqntulum ex utraq pte iuxta turres illas describuntur sex thalami p portarijs tres iuxta unam. et tres iuxta aliam qui i hebreo uocantur appendicia quia describuntur adherentes muro medio ab exteriori tame porte ei9 et ostia thalamorum describuntur ad uestibulum porte itaq ostia thalamoru ex una pte sunt directe contra ostia thalamorum existentium in alia pte p modum hic figuratum put pot in plano figurari .s. sm situm fundamentorum et ante thalamos ex utraq pte ostij describitur quoddam sedile latitudinis unius cubiti q itern uocatur margo. Item sciend q porta hic accipitur dupliciter. uno mo large p aptura ostij et edificiorum in lateribus porte et desuper existencium. Sicut dicimus comuniter q porta ciuitatis est bn curata. et super bn edificata. alio modo stricte p isto ostio sicut dicim9 q porta ciuitatis est clausa quando ostiu est clausum et aperta qn est aptum. Item sciend q licet uestibulum pprie sit ante portam muri et porticus post. tamen utrumq spacium .s. anterius et posterius aliquado uestibulum aliquado porticus nominatur. Item iste tres porte sunt omino similes. et io quod i descriptone alteri9 omittitur et in descriptone alteri9 exprimitur intelligendum est ee in omnib9. Et idem dicendu de tribus portis terci muri exceptis illis in quibus differut a portis muri medij que inferi9 exprimentur. hoc autem dico ppter uestibulu quinq cubitoru latitudinis q solum exprimitur in descriptone porte australis tercij muri q similiter intelligend e ee i aliis Ad magis intelligend que dicta sut et dicenda posui hic duas figuras. quaz pma represetat situm porte porticus et uestibuli frontium et thalamorum sm lineas et fundamentales. tame intelligend e q fundameta frontiu no incipiut a terra ne impediant spacium int thalamos. sz q p decem cubitos altitudine muri, put exprimitur in figura sca. scda uero figura represetat altitudine porte porticus et frontium sm aspectu a pte orientali. thalami uo no put sic conueniet figurari sm altitudine sua ppt muru sm cui longit li de facili possint ymaginari tamq eleuate sup sua fundamenta iuxta frontes. qra tn sic eleuato no het ex textu

[margin: una]

Sequitur figura in colupnis sequentib9


protensio porticus
in atrio exteriori
latus orientale muri
medii et alia duo
latera.
frons
porte
ostium porte.
frons
porte
.s. aquilonare et
australe sunt
omnino similia.
thala
mus
thala
mus
thalamus
Vestibulum. viii. cubitorum
longitudinis et latitudinis
quinque.
thala
mus
thala
mus
thala
mus



Hic superius est in figura aspectus altitudinis porte orientalis atrii exterioris venientibus ad ipsam a porta muri exterioris. Et idem est intelligendum de aliis quinque portis nam in hoc similes sunt omnino. His premissis ad expositionem littere redeamus. Et venit ad portam que respiciebat viam orientalem. hec est porta secundi muri ad quam veniebatur de porta orientali primi muri sive exterioris. et ascendit per gradus eius etc. Ex hoc patet quod gradus isti erant extra portam in loco vulgi quia prius ascendit dictos gradus et postea occurrit sibi limen porte mensurandum. Si non essent isti gradus intra portam ut dicit magister Ricardus de sancto Victore. vel in spissitudine muri porte ut dicunt aliqui propheta dixisset. mensus est limen porte et ascendit per gradus eius quia limen prius occurrisset mensuranti quam gradus ascensus. et mensus est limen porte calamo uno latitudine. secundum muri medii spissitudinem. tamen in hebreo sic habetur. et mensus est postem porte. et dicitur postis illa pars muri ascendens sursum secundum altitudinem ostii ex una parte. Cuius latitudo est secundum spissitudinem muri sicut et liminis. i. limen unum. hic videtur littera corrupta per scriptores ponentes idest. pro et. nam in hebreo sic habetur. et postem unum etc. nam ostium quod hic dicitur porta habet duos postes scilicet dextrum et sinistrum et equalis mensure et similiter duplex limen scilicet inferius et superius et eiusdem mensure propter quod non variatur mensura si dicatur limen secundum translationem nostram vel postem secundum hebreos. et thalamum. i. quemlibet sex thalamorum. quia frequenter hic accipitur singulare pro plurali. uno calamo in longum et uno calamo in latum. istud spatium quadratum est intelligendum intra parietes thalamorum. ita quod muri claudentes et dividentes thalamos sint extra mensuram illam. ideo sequitur. et inter thalamos v. cubitos dicunt hic expositores mensura communiter quod quilibet murorum dividentium inter thalamos habebat quinque cubitos in spissitudine cuius mensura ponitur hic. nam spissitudo muri dividit inter thalamum et thalamum. Sed non est possibile quod spissitudo muri dividentis esset tanta cum spatium cuiuslibet thalami sit tantum sex cubitorum in quadrum ut dictum est. Et ideo melius videtur quod per hoc quod dicitur hic. et inter thalamos quinque cubitos. intelligantur duo muri dividentes tres thalamos ex una parte et spissitudo cuiuslibet sit duorum cubitorum et dimidii. et idem intelligendum est in tribus thalamis ex parte altera. et limen porte. Sic habetur in hebreo. ex quo patet quod supra non mensurantur duo limina quod est flm. sed mensurantur duo postes ut dictum est. hic autem limina. et accipitur singulare pro plurali. nam mensurato uno limine habetur mensura alterius quia sunt eiusdem mensure ut predictum est. iuxta vestibulum porte intrinsecus. In hebreo habetur. iuxta porticum porte intrinsecus. quod porticus est intra portam atrio exteriori vestibulum autem est in loco vulgi ut supra dictum est. calamo uno. hec est mensura liminis cuius latitudo est secundum spissitudinem muri medii. et mensus est vestibulum porte. hebreus hic habet. et mensus est porticum porte octo cubitorum. tantum .n. occupabat de atrio exteriori ultra portam procedendo ab oriente in occidentem et frontem eius duobus cubitis. de frontibus porte dicit Ra. Sa. quod sunt pilarii rotundi adherentes muro medio a parte exteriori unus ad dexteram et alius ad sinistram porte elevati sursum ultra totum porte edificium. et spissitudo cuiuslibet sive dyameter est duorum cubitorum. et sic exponit quod dicitur hic. et frontem eius. i. quamlibet duarum frontium

duobus cubitis in spissitudine .s. Sed hoc non videtur verum. nam infra dicitur quod in frontibus erant fenestre oblique ad dandum lumen interius quod non esset nisi intra frontes esset concavitas aliqua in qua saltem fieret ascensus sursum per eodem que gallice dicitur viz. hoc autem esse non potest intra circulum cuius dyameter est duorum cubitorum tantum. Et ideo melius dicitur quod frontes iste sunt due turrelle ex utraque parte porte ut predictum est tante latitudinis quod intra concavitatem sit ascensus per modum eodem et muros circumdans spissitudinis duobus cubitis. In talibus autem turrellis sunt fenestre oblique .i. stricte exterius et late interius ad diffusionem luminis. et gallice vocantur archieres et sic dicitur. et frontem eius .i. quamlibet duarum frontium. duobus cubitis in spissitudine muri modo dicto. de istis vero frontibus dicunt expositores catholici irrationabiliter et plurimus et magis confuse quam hebrei. propter quod prolixitatem repetere et improbare hic omitto. Vestibulum autem porte. hebreus sic habet. porticus autem porte erat intrinsecus .i. intra portam in atrio exteriori ut supradictum est. porro thalami porte. hebreus habet. appendicia ad viam orientalem. In illa .n. parte mensurabat ut predictum est. tres hinc et tres inde .s. tres ex una parte et tres ex altera porte. mensura una trium. quia quilibet est sex cubitorum. et mensura una frontium. quia murus cuiuslibet est spissitudinis duorum cubitorum. ex utraque parte .s. ostii porte. et mensus est latitudinem liminis. que est procedendo ab oriente in occidentem. hic autem mensurat eius latitudo que est ab aquilone in austrum. cum dicit decem cubitorum. et tanta est apertura ostii inter duos postes. et longitudinem porte .i. altitudinem ostii porte que vocatur hic longitudo eo quod est maior dimensio eius. tresdecim cubitorum. et tanta est altitudo postium ostii et marginem ante thalamos cubiti unius .i. sedile porrectum. et cubitus unus finis utrimque. nam illud sedile non est ante ostium thalamorum quod impediret ingressum. sed ex utraque parte ostii procedens usque ad finem muri. thalami autem etc. hoc patet ex dictis. Et mensus est portam a tecto thalami usque ad tectum eius longitudinem .xxv. cubitorum. tantum .n. est spatium a tecto thalami primi exterius ex una parte porte usque ad tectum thalami primi exterius ex altera parte porte. ita quod apertura porte tenet decem cubitos. et spatium inter aperturam et thalamum vii. cubitos cum dimidio et tantum ex altera parte qui simul iuncti sunt .xv. cubiti et notabiliter dicit. a tecto thalami etc. nam a pede thalami usque ad pedem oppositi thalami sunt tantum .xx. cubiti. nam margo sive sedile ante thalamos occupat unum cubitum ex parte una et alterum cubitum ex parte altera. ab ostio tamen unius thalami usque ad ostium alterius sunt .xxv. cubiti quia non est ibi sedile ut predictum est. ostium contra ostium. sic .n. est dispositum ostium thalami ex una parte quod secundum lineam rectam opponitur ostio thalami ex altera. et fecit frontes .i. mensuravit. per .lx. cubitos. tantum .n. sunt elevate a terra. et ad frontem .i. ante frontem a parte tamen interiori muri medii. atrium porte. et hoc est atrium exterius et est quedam platea quadrata. et ante faciem porte etc. et est eadem sententia dum tamen li ante designet loci eminentiorem. quod pertingebat usque ad faciem vestibuli porte interioris. In hebreo. usque ad faciem porticus et sic patet quod in translatione nostra vestibulum ponitur pro porticu. Ad huius intellectum litere sciendum quod porticus est hedificium super portam edificatum tamen transiens ultra portam in atrio exteriori ut supradictum est et habet duas mansiones .s. superiorem et inferiorem. et inferior incipit a pede porte et inde usque ad summitatem superioris mansionis sunt quinquaginta cubiti. dicitur autem hec porta interior respectu porte claudentis vestibulum quod est in loco vulgi. ut dictum est supra. et fenestras obliquas etc. nam in thalamis sunt fenestre magis stricte exterius et magis late interius ratione supradicta. et in frontibus eorum sunt similiter fenestre oblique. et dicuntur hic frontes porte etiam frontes thalamorum. nam habebant portam ex uno latere et thalamos ex alio ut patet in figura. que .s. fenestre sunt intra portam undique per circuitum. nam sunt in hedificiis adherentibus porte undique. Similiter autem erant et in vestibulis. hebreus habet. et in porticibus per girum [margin: et dicitur in porticibus] quia sicut sunt fenestre in porticu orientali porte sic sunt in porticibus portarum aquilonaris et australis. et ante frontes pictura palmarum. In hebreo habetur. et in frontibus palme. nam in superiori parte frontium que tendit in acutum est similitudo palme celata ut dictum est supra et eandem sententiam continet translatio nostra cum dicit. et ante frontes etc. si li ante denotet eminentiam sicut dicitur Ioh. primo qui post me venit ante me factus est .i. superior in vita prelato. Et eduxit me. hic consequenter describuntur aliqua que sunt ultra portam muri. Et primo dicitur. et eduxit ad atrium exterius me. quod est inter murum medium et tertium. et ecce gazophilacia. hebreus habet. cameras et pavimentum stratum lapide. est .n. quedam platea sed duo pavata tamen xxx. gazophilacia in circuitu pavimenti. excepto tamen spatio a porticu porte atrii exterioris occupato a porticu et vestibulo et thalamis porte atrii interioris que omnia sunt situata in atrio exteriori ut videbitur infra de longitudine vero et latitudine illorum gazophilaciorum nichil dicitur in textu. nec de eorum equalitate vel inequalitate. sed de eorum situ dicitur quod sunt in circuitu pavimenti. non tamen accipitur circuitus pro toto eius ambitu ut predictum est et sic frequenter accipitur circuitus in descriptione huius edificii ut infra videbitur. debent igitur hec gazophilacia situari circa pavimentum orientale decentiori modo quo potest fieri. salvis tamen debitis situationibus aliorum que in textu exprimuntur quod videtur tamen tale esse .s. quod ad latus aquilonare pavimenti ponantur decem que occupant centum cubitus unum iuxta aliud et ad latus australe similiter decem. ad latus autem orientale vero .iiii. ex una parte porte atrii exterioris et .iiii. ex alia parte eiusdem porte que cum ipsa occupant .c. cubitos. duo vero residua gazophilacia ponuntur iuxta thalamos porte orientalis atrii interioris unum ex una parte alterum ex altera que cum ipsa et eius thalamis occupant centum cubitos per modum inferius figuratum. et ad maiorem distinctionem a thalamis gazophilacia sunt rubei coloris. Sciendum etiam quod in angulis circa pavimentum non ponuntur aliqua gazophilacia quia non possent habere ostia super pavimentum quod tamen oportet esse. et pavimentum in fronte portarum. In hebreo habetur.

in heb. habetur et super faciem porte.

ad latus portarum. et ponit singulare pro plurali. s. la tus pro latera secundum longitudinem portarum. i. in recta di stantia earum ab oriente in occidentem. q. d. non solum est pavimentum ad latera portarum declinando ad austrum et aquilonem. sed etiam inter duas portas recte procede do ab oriente in occidentem erat inferius hoc addi tur ad ostendendum quod non loquitur de pavimento a licui superioris mansionis vel solarii. et quanta sit dimensio pavimenti inter duas portas predictas ostenditur consequenter. et mensus est latitudinem a facie porte in ferioris. i. porte atrii exterioris. usque ad frontem etc. In hebreo habetur. usque ad faciem atrii interioris. i. porte atrii interioris. dicuntur autem hic facies portarum parietes ipsarum ex opposito se mutuo respicientes. centum cubitus. per quod ostenditur quod quantitas portarum non inclu ditur in istis centum cubitis sed excluditur. ad orientem procede do ab oriente in occidentem sunt centum cubiti inter duas portas et aquilonem. i. procedendo ab aquilone in austrum per pavimenti sunt centum cubiti similiter. et dicit a facie porte inferioris usque ad faciem. ad designandum quod in latitudine portarum maior est dimensio pavimenti ab oriente in occidente tem quam inter duas portas. s. quantum porta atrii interioris plus intrat atrium exterius quam eius thalami quod est per vii. cubitus vel circiter. ¶ Portam quoque. hic consequenter describitur porta aquilonaris que similis est omnino porte orientali propter quod ex dictis in descriptione illius patet hec litera usque ibi. quinquaginta cubitorum longitudinem eius .i. altitudinem que dicitur hic longitudo eo quod est maior dimen sio a pede .s. porte usque ad summitatem edificii supra ipsam sunt quinquaginta cubiti sicut dictum est de porta ori entali. et latitudinem .xxv. cubitorum. que hic accipitur a tecto thalami ex una parte usque ad tectum thalami ex altera quod spatium est .xxv. cubitorum. tantum enim spatium occupabat porta cum frontibus suis ab oriente in occidentem. et septem graduum erat ascensus eius. et idem numerus graduum intelligendus est in porta orientali prius descripta de quibus loquitur scriptura. sed non exprimitur ibi numerus. et porta atrii in terioris contra portam aquilonis et orientalem. hec litera apud hebreos ponitur deficienter .i. indigens suppletione sicut est in multis locis sacre scripture et est sensus. et porta .s. aquilonaris atrii interioris .i. per quam intratur atrium interius. contra portam aquilonis .i. portam aquilonarem atrii exterioris. et orientalem .i. similiter in parte orientali porta atrii interioris est contra portam orientalem atrii exterioris. Iste enim por te secundum lineam rectam sunt opposite in parte orientali et a quilonari et australi sicut dictum fuit in principio huius edificii. et mensus est a porta usque ad portam usque ad portam .c. cubitos. hec est mensura pavimenti ab aquilone in austrum intra duas portas. In lateribus autem istarum portarum est maior dimensio pavimenti ab aquilone in austrum quam in lateribus portarum orientali um eo quod circa istud pavimentum non ponitur aliquod gazo philatium ut dicitur infra. mensura autem huius pavimenti ab oriente in occidentem hic tacetur quia supponitur esse .c. cubitorum sicut est dimensio pavimenti orientalis ab aquilone in austrum. ¶ Et adduxit me ad viam australem. hic consequenter describitur porta australis atrii exterioris que similis est aliis duabus predictis propter quod ex dictis patet litera ponens exceptis. et vestibulum eius. i. porticum. sic enim est in hebreo. et vestibula .i. porticum in plurali quod dicitur eo quod tota porta habet duas man siones .s. superiorem et inferiorem ut dictum est supra de porticu porte orientalis. et vestibulum ante fores eius. hic accipitur proprie vestibulum pro spatio vacuo quod est ante portam inter thalamos ex una parte. et thalamos ex altera ut dictum est supra. in fronte eius. i. in utraque frontium quia super utraque est celata similitudo palme ut predictum est. et porta atrii interio ris in via australi. i. porta atrii interioris australis est directe opposita porte australi atrii exterioris. et mensus est a porta etc. hec est mensura pavimenti australis ab austro in aquilonem. ¶ Et introduxit me. postquam descripte sunt porte muri medii cingentis atrium exterius. hic consequenter describuntur porte atrii muri cingentis atrium interius et dividitur in tres partes secundum tres portas. partes patebunt prosequendo. Circa primum dicit. Et introduxit me. s. angelus mensurans et dicitur in atrium interius ad portam australem mensurando eam postquam atrii exterioris ultimo men suravit portam australem ut patet in parte immediate sequente procedente. Ideo mensurando portas atrii interioris incipit a porta australi que directe respicit portam au stralem atrii exterioris ut supra dictum est. et mensus est portam iuxta mensuras superiores. nam porte atrii interioris que sunt omnino similes portis atrii exterioris exceptis aliquibus que infra exprimuntur. thalamum eius. i. thalamos. et frontem eius. i. frontes. et ve stibulum eius. i. porticum. in quinquaginta cubitos longi tudinis .i. altitudinis. que dicitur hic longitudo eo quod maior dimensio. tot enim cubiti sunt a pede porte usque ad summitatem porticus sive ut supra dictum est de aliis portis et latitudinis .xxv. cubitos. et accipitur hic latitudo a termino frontis porte a parte orientali. et vesti bulum. hic accipitur proprie vestibulum pro spatio va cuo quod est ante portam cuius longitudo est .xxv. cu bitorum. accipiendo longitudinem ab ostio thalami ex una parte usque ad ostium thalami ex parte opposita quod est xxv. cubitorum eo quod ostia thalamorum non habent mansi ones sive sedilia ante se occupantia duos cubitos hinc et inde. et ideo equalis est distantia inter ostia sicut inter tecta que supra dicta est .xxv. cubitorum et accipitur hic longitudo ab oriente in occidentem. et vestibulum eius. i. porticus. ad atrium exterius. i. in atrio exteriori et hoc est unum in quo differunt porte atrii interioris quia non est in atrio interiori ut predictum est. et pal mas eius in fronte. i. in frontibus supradictionis. et oc to gradus erant quibus ascendebat per eam. hoc est secundum in quo differunt porte atrii interioris a portis atrii exterioris. nam iste habent octo gradus. ille vero vii tantum ut predictum est. sunt enim edificia ista in pendu lo montis. et ideo de loco inferiori ad superiorem describitur ascensus per gradus. ¶ Et introduxit me. hec est secunda pars in qua describitur porta orientalis atrii in terioris. et patet litera ex dictis in descriptione portarum precede ntium usque ibi. et vestibulum eius. i. atrii exterioris. In hebreo habetur sic. et porticus eius ad atrium exterius. s. versus


orientali usque ad termi num frontis porte a parte

quia pōitur in atō exteriori. Sicut dictū ē de por
ta aquilonari ī pte imme^te pce^ti et io lr̄a nr̄a vi
detur hic ēē corrupta p scptores ul' ignaros cor
rectores. nam ī porta australi iam descpta. et a
quilonari imme^te p^9 describenda nō ponit^r. et ve
stibulū eius. i. atrij exterioris. sed sic. et uesti
bulū eius ad atriū exteri^9. ut p3 ex textu et ac
cipitur hic uestibulū p porticu. pōt tn̄ litera
sic expom̄ licet aliq̄ntulū extorte. et uestibulū
eius. i. porticꝰ porte oriental'. i. atrij ext^rioris
. q. d. Cuius situs ē in pte atrij exterioris. Cete
ra patent ex dictis in descptōne aliarū portarū
Et introduxit me. hec est tercia pars ī qua
describitur aquilonaris porta interioris atrij. et
p3 litera ex dictis in parte pce^ti. et p singula gazophi
lacia 7c. Circa istā lrām magister ricard^9 de sancto
uictore et dn̄s hugo cardinal' dicūt q sicut ī pte o
rientali sunt gazophilacia. sic ī pte aquilonari in
gentes hanc lr̄am litere īmediate pce^ti. et silit^r ī
pte australi. ad hoc etiam uidetur facere qd' sup̄ dixi
. s. q illud quod exp̄mit^r in descptōne vni^9 porte ītel
ligendū ē ēē in aliis portis exceptis hiis q̄ p tex
tum excluduntur. Sicut ē numer^9 graduū qui est
alius in portis atrij interioris et exterioris et situs por
ticuū ut sup̄ dictū ē. Ra. sa. hebre^9 nō ponit gazo
philacia nisi in pte orientali. nam si ēēnt ī pte aq̄
lonari et australi sicut in orientali describendo por
tas aquilonares et australes fieret aliqua mētō
de gazophilaciis salt' breuit' tāgēdo sicut fit de
porticib^9 uestibulis frontib^9 et thalamis et fene
stris. que om̄ia simil' iūcta et mlto mag^9 quodlibet
eorū p se sup̄tū sunt quid satis minus q̄ gazophi
lacia. quorū. xv. simil' iūcta s̄m latitudines suas
occupant centū cubitos in longitudīe et alia. xv.
tantū ex pte opposita in atō exteriori ī pte orientali
s̄m dictos doctores. q aūt in descptōne portarū a
ustraliū et aquilonariū fiat replicatō de minimis
respectiue modo pdicto. et nō fieret de mltomaio
rib^9. s. de gazophilaciis si ēēnt ibi. nō ē uisile nec
rōnabile uideatur. Qd' aūt ad oppositū īducit^r de
silitudine portarū. nō ual3 q3 hoc intelligit^r de ptinē
tibus ad portas. Sicut sūt porticꝰ frontes. et huiusmōi
gazophilacia uero nō sūt huiōi cum porte sint ptes
gazophilacia mag^9 ex^a eas et etiā separata ī situ s̄3
descptōnē cui^9 libet dictorū doctorū. Item ipi non
seruant in hoc silitudīē quā inducūt. nā ī pte o
rientali ponūt. xxx. gazophilacia. xv. ex vna p
te pauimēti et. xv. ex altera. In pte uo aq̄lōari po
nūt. xv. tantū et ex vna pte pauimēti et silit'
in australi. Qd' aūt obicitur de textu tn̄ dr̄. et per
singula gazophilacia ostiū ī frōtib^9 portarū. non
ualet. nam in hebreo sic h̄r. et gazophilaciū et osti
ū eius. ī frōtib^9 portarū. q exponit Ra. sa. sic et
gazophilaciū erat ibi. s. in atō interiori ut patebit
ex seq̄tib^9. et ostiū eius in frontib^9 portarū. i. uso
frontes illi^9 porte. que frontes aliq̄ntulū transeūt in
atrium interi^9. ut p3 p supradicta. porticꝰ autē il
lius porte ē ex altera pte muri interioris ī atrio
exteriori ut supra dictū ē. et io ostiū dicti gazo
philacij nō respicit porticū s3 frontē porte aq̄lona
ris que ponitur hic in plurali cū dr̄. ī frontib^9 portarū
nam in illa porta large sūpta sūt tria ostia. s. muri
interioris et porticꝰ et uestibuli que ostia porte
dicūtur stricte accipiēdo portā ut dictū ē sup̄. pōt e
nī iste passus expōi s̄m translatōnē nr̄am cū dr̄. et p
singula gazophilacia ostiū in frontib^9 portarū. nā
in atō interiori sunt plura gazophilacia ut pate
bit ex litera seq̄nti et ostia eorū nō poñt respicere
portas porticꝰ portarū que porticꝰ sūt ī atrio ex
teriori. s3 respicere pūt frontes non solū porte aq̄
lonaris s3 etiā aliarū quarū frontes prīm sunt
in atō interiori uo supposito. Et io inclusiue dr̄ q
ī hac pte describūtur aliqua que sunt in atō in
teriori. Sicut dictū ē in diuisione. dicit igr̄. et per
singula gazophilacia. intra atriū interi^9 erāt
ostiū in frontib^9 portarū. diuisarū ut mag^9 uidebit^r
et ibi lauabant holocaustū. i. carnes cremādas ī al
tari holocaustorū quod ab oīb^9 expositorib^9 poīt^r
in atō interiori Et in uestibulo. hic inseritur
de mensis quarū aliqua sūt in atō exteriori. s3
mēse que seruiūt ymolatōi uictime holocausti
eo q immediate locutꝰ ē de holocausto. dicit igr̄
et in uestibulo porte. s. aquilonaris. et accipit^r
hic uestibulū p porticu que ē in atō exteriori ut
frequēter dictū est. due mense hinc et in vno
latere. et due mense inde. s. in altero. ut ymole
tur super eas holocaustum. i. victima totaliter cre
māda et p pctō et p delicto. i. uictima p pctō co
missionis et p pctō omissionis quod dr̄ delictū q̄i
derelictū. et ad latꝰ exteri^9. i. ex porticu iuxta
tamē eius parietem. q ascendit ad ostiū porte 7c.
Unde ascenditur ad ostiū porte aquilonaris exitus
ī muro interiori. nam ad illam est ascensꝰ p octo gra
dus ut p3 ex pcedētib^9 et illi grad^9 sūt ante porticū.
due mēse. et ad latus alterū ante uestibulū. i. por
ticū. Cetera patent ex pdictis usq3 ibi sup quas ymo
labant. i. ymolatōnē disponebant. nam q̄tuor sūt
p ymolatōne ipa et q̄tuor p uasis ymolatōnis de
quib^9 subditur. iiij^or aūt mēse 7c. quarū mā et forma
describitur cū dr̄. de lapidib^9 quadris. et trina dimē
sio cū subditur. longitudīe cubiti vni^9 7c. super quas
ponant uasa in quib^9 ymolat^r. i. instr̄a ymolatiū
deseruiencia. s̄m eū modū lo^di hebraycū instru^ta
cui^9 libet artis vocant^r uasa cōit'. Unde gen̄. xlj.
ubi dr̄. Sume arma tua pharetrā 7c. In hebreo
h̄r. Sume uasa tua et labia eorū palmi vni^9. hic
accipitur palm^9 non s̄m longitudīē manus. s3 s̄m
latitudinē et uocatur gallice dour et ē dimēsio
iiij^or digitorū ex transuerso. reflexa intrinsecꝰ p circui
tū. uerso pte superiore sicut ē ī scamnis et sūt ad h̄
hec labia ut uasa sup mēsas posita. s. cultelli baci
ni ad recipiend' sanguinē et huiusmōi ibi melius
reponantur. Super mēsas aūt carnes oblatōnis. i.
offerende in altari holocaustorū Et ext^a portam
hic reuertitur ad plenius describend' gazophila
cia pdicta ī atō interiori ext^a dicēs. et extra
portam interiorē. i. atrij interioris. gazophilacia can
torū ī atrio interiori. ex hoc et sequētib^9 uidetur mai^te

q ricard⁹ de sancto uictore et hugo cardinal' et alij
eos sequtes non dicit bn̄. dicentes q nullū hedifici
uz nisi soluz altare holocaustoruz ē in atō intiori.
nam gazophilacia cantoruz dicit hic ee ibi. i. s. ōt
hoc est quod dr̄ hic. et extra portaz. ⁊c. nam illud
quod est ultra portaz uel citra potuit dici ex ēa licz
corp⁹ dicatur de eo qd ē citra. ppter quod excludēd
hunc intellectum subdr̄. in atō intiori. et ad ōndēd
i qua pte atrij sūt subdicitur. q erat in latē porte re
spicientis ad aquilonez. i. porte aquilonaris. et fa
cies eoruz. i. ostia. contra uiaz australez. i. contra
austrum ut melius appebit in figura seq̄. una ex
latere porte orientalis que respiciebat. ⁊c. hec
litera uidetur fallificata p scriptores uel p īpitos
correctores. nam sic debet ee. unū ex latere por
te orientalis. ibi est eim unuz gazophilacium in
quod respiciebat. ⁊c. et sic habem⁹ quatuor gazo
philacia in atō intiori ex ūcia duo p cantoribꝫ
et unuz supra pōitum secūduz literam hebraicaz
et hic alterum. et p quibꝫ sint ista duo subdicitur
hoc gazophilacium quod respicit uiaz meridia
nam. s. ex ūsuerso sacerdotum. supple ē. qui ex
cubant in custodius tēpli. ne aliquid īdecens fiat
ibi. porro gazophilaciuz quod respicit ad uiam
aquilonis. i. frontes porte aquilonaris ut dictū
est supra que porta est uia intrandi atriū ītius
ab aquilone sicut meridiana ab austro. sacerdo
tum erit qui excubant ad misteriuz altaris. i.
ad hoc uigilant. sicut. ii. pa. i. par̄. xxiiij. da
uid amplians cultuz diuinuz instituit. xxiiij.
sacerdotes maiores alijs, tamē sub sūmo pōtifice
qui mistrarent p ebdomadas successiue et idē
pporcōnaliter fuit ordinatuz de minoribus sac
dotibus et cantorib⁹. ppter q ī atrio interiori po
nūtur. iiij.or gazophilacia duo p cantoribꝫ et duo
p sacerdotibus ut manerent ibi tpre ebdoma
de sue mistratōnis. uel aliter pōt dici q nō mane
bant ibi de nocte nec comedebant: sz sacerdotes
manebant et comedebant in edificiis aqui
lonari et australi existentib⁹ in laterib⁹ tē
pli ut infra dicetur. Cantores autez cuz alijs
leuitis in gazophilaciis existētib⁹ in atrio exte
riori in pte orientali. dicebantur tamē ista. iiij.or
gazophilacia cantoruz et sacerdotuz quia cōser
uabantur ibi instrā eoꝝ misterio ūcia ut cithare
tympana et huiusmodi pro cantorib⁹. accepta
bilia uero phialas thuribula et hui⁹modi p
sacerdotib⁹. ne bis in die p sacrificio uesptino
et matutino oporteret talia exportare et repor
tare. Sicut in ecclīis nr̄is remanēt frequēter ca
lices libri et uestimēta et ministri in alijs locis
comedūt et iacent. Isti sunt filij sadoch. ⁊c. hoc
dicitur quia salomon. iij. Re. ij. abiecto abia
thar de sūmo sacerdotio instituit loco ei⁹ sa
doch et sic sūmuz sacerdotiuz fuit reductum
ad pgeniē eleazari filij aaron. sicut dictum
fuit plenī⁹ ibidem. Consequēter ponitur mē
sura atrij interioris cum dr̄. et mensus est a
triuz. ⁊c. et pz litera. et in hoc terminat̄ descripcō

partis anterioris hedificioꝝ tēpli q incipit ab
exteriori muro orientali et terminat̄ in laté
occidentali atrij interioris et linea ex inde p
imaginarie ptracta usqz ad muros exteriores
aquilonarez et australē. ad pdicta uo facili⁹
capiendūz posui hic figurā pdicta repñtatē
quātū ad line fundamētales


Sequitur figura ī
pagina sequenti :·



et introduxit

Et introduxit me. descripta pte anteriori edificiorum tepli. hic co(n)ntr describitur posterior in qua s(ecundu)m doctores latinos sunt quinq(ue) edificia p(ri)ncipalia. s(cilicet) porticus tepli. ip(su)m teplum. edificiu(m) aquilonare ex vno latere tepli. et edificium australe ab altero / et edificium sepatum ab occidentali parte tepli. hebrei uero no(n) ponu(n)t istud ult(imu)m dicentes q(uod) edificium in textu dictum sepatum e(st) ip(su)m teplum cum sua porticu q(uod) ro(n)nabiliter pot(est) dici. nam accipie(n)do sic teplum cu(m) sua porticu inter ip(su)m et alia edificia e(st) spatium et sic e(st) ab eis sepatum in situ similiter in altitudine. nam a terra in sursum excedit alia edificia in. lx. cubitis. ul' circiter. Similit(er) dignitate q(ui)a dignius e(st) cetis edificiis. Sic ig(itu)r ps ista in tres ptes diuidit(ur) q(ui)a p(ri)mo describit(ur) porticus tepli. 2(o) teplum ip(su)m in p(ri)n(cipi)o xli cap(ituli). Tercio aquilonare et australe edificium cap(itu)lo. xlii(o). Ad maiorem intelligentiam dicendoru(m) sciend(um) q(uod) accipiendo teplum cum porticu teplum habet tres ptes. P(ri)ma est porticus h(abe)ns. xi. cubitos i(n) latitudine que accipitur ab oriente in occidentem et. xx. cubitos in longitudine s(ecundu)m latitudine(m) tepli ab austro i(n) aquilonem. Secunda est sanctum ul' sancta habens viginti cubitos in latitudine. s(cilicet) ab austro i(n) aquilonem et quadraginta in longitudine. s(cilicet) ab oriente in occidentem / Tercia pars tepli e(st) sanctum sanctorum habens xx(ti) cubitos in longitudine et. xx(ti) in latitudine. et accipiuntur iste mensure intra parietes per modu(m) hic figuratum. Gallicus

Sequitur figura



His p(re)missis ad l(ite)ram accedam(us). et introduxit me in uestibulum tepli. i. i(n) eius porticum. ita q(uod) accipitur hic uestibulum p(ro) porticu et similiter i(n) l(ite)ra se(quen)ti. et mensus e(st) uestibulum quinq(ue) cubitis hinc. i. ptem uestibuli ex vna pte ostij. et quinq(ue) cubitis inde. ex altera ostij pte et ostium e(st) latitudinis. x. cubitorum sicut dictum e(st) de aliis portis atrioru(m) et hec e(st) longitudo porticus uel latitu(di)ne tepli ut p(re)dictu(m) e(st). et latitudinem porte triu(m) cubitoru(m). h(oc) accipit(ur) porta p(ro) postib(us) eminentib(us) ex utraq(ue) pte ostij i(n) quib(us) sunt q(uo)da(m) celature. et simil(ite)r i(n) limine superiori et q(uod) celatura e(st) trium cubitoru(m). latitudinis p(er) modu(m) hic figuratum

Et longitudinem autem vestibuli etc. hoc patet ex predictis. Et octo gradibus ascendebatur ad eam. Littera octo non est de textu quia non est in hebreo ubi sic habetur: et gradibus ascendebatur ad eam. Templum enim cum sua porticu est in summitate montis. Et ideo de atrio interiori est ascensus per gradus ad porticum templi. Sed numerus graduum non ponitur hic sed probabiliter potest dici .xv. sicut in templo Salomonis. Et columpne erant in frontibus etc. Frontes hic dicuntur due partes parietis existentes ex utraque parte ostii quorum quelibet dicitur supius .v. cubitorum. Et ante illos parietes in porticu erant due columpne una hinc altera inde sicut in templo Salomonis ut habetur .iij. Re. vij.

Et introduxit

XLI

Hic autem describitur ipsum templum et primo quantum ad partem que dicitur sanctum vel sancta. Secundo quantum ad illam que dicitur sanctum sanctorum ibi: Et introgressus. Tercio quantum ad aliqua templo adiuncta ibi: Et mensus. Circa primum dicit: Et introduxit me in templum. Ex hoc quod dicit introduxit patet quod iste mensure accipiuntur intra parietes ut predictum est, ita quod spissitudo parietum non includitur. Et mensus est frontes, id est exteriores superficies parietum existencium ex utraque parte aperture ostii, que frontes nominantur eo quod venientibus ad ostium statim patent. Interiores autem superficies latent. Vi. cubitos latitudinis hinc, quantum ad unam frontem; et vi. cubitos latitudinis inde, quantum ad alteram. Aliqui libri hic habent altitudinis, et male, nam hebrei et libri bene correcti habent latitudinis. Latitudinem tabernaculi, id est templi, quod frequenter in scriptura vocatur tabernaculum, quia dicte due frontes dicte cum apertura muri per ingressum a parte exteriori continent precise latitudinem templi. Sed hoc videtur falsum quia statim subditur: Et latitudo porte .x. cubitorum erat. Decem autem et bis sex faciunt .xxij. cubitos. Latitudo vero templi intra muros est .xx. cubitorum tantum ut dictum est supra. Et ideo dicendum est quod porta hic accipitur pro ostio cuius latitudo excedit latitudinem aperture ingressus tantum quanta est spissitudo ostii ut patet ad sensum in ostiis domorum, et per hoc insinuatur quod spissitudo huius ostii est unius cubiti. Et sic latitudo eius excedit latitudinem huius aperture uno cubitu hinc et altero inde et sic apertura exterior in muro est tantum .viij. cubitorum que cum .xij. cubitis frontium faciunt .xx. cubitos precise et quod iste sit intellectus patet ex littera sequente cum dicit: Et latera porte quinque cubitis hinc et quinque cubitis inde, nam ab extremitatibus latitudinis ostii usque ad parietes templi sunt tantum quinque cubiti ex una parte et quinque ex altera ut patet ex dictis. Nec inconveniens quod spissitudo ostii dicta est unius cubiti tantum quia de porta templi per romanos combusta dicit Iosephus .vij. libro de iudaico bello quod erat tanti ponderis quod vix a .xx. viris claudebatur. Et mensus est longitudinem eius, scilicet templi quantum ad illam partem que dicitur sanctum vel sancta .xl. cubitorum etc. Hoc patet ex dictis. Et introgressus. Hic consequenter describitur pars templi que dicitur sanctum sanctorum cum dicit:

Et introgressus intrinsecus et sanctum sanctorum quod dicitur interius templum sicut in tabernaculo Moysi dicebatur interius tabernaculum. Mensus est in fronte porte, id est in pariete ex utraque parte ostii existente, duos cubitos. Hec est spissitudo parietis sive frontis. Paries enim iste non est multum altus nec sustinet super se aliquod pondus quia solum dividit inter sanctum et sanctum sanctorum in inferiori mansione templi. Et ideo non describitur tante spissitudinis sicut alii parietes templi. Propter quod doctores nostri videntur male dicere qui dicunt eius spissitudinem sex cubitorum sicut alii parietes claudentes templum. Et portam, id est aperturam ingressus exteriorem, .vi. cubitorum in latitudine et latitudinem porte, id est ostii, .vij. cubitos, nam eius latitudo excedit latitudinem aperture dicte dimidio cubito hinc et dimidio inde sicut dictum est de cubito integro in descriptione porte immediate precedentis. Et mensus est longitudinem etc. Hoc patet ex dictis supra ubi describitur sanctum sanctorum quadratum equilaterum. Ante faciem templi, id est partis anterioris templi. Et dixit ad me, scilicet angelus hoc ostendens: Hoc est sanctum sanctorum, scilicet quod est ultimo descriptum.

Et mensus est. Hic consequenter describuntur quedam adiuncta templo et dividitur in partes .xiiij. secundum numerum adiunctorum que patebunt prosequendo. Circa primum sciendum quod templum strictè et proprie accipitur pro spacio inter parietes incluso. Et secundum hoc parietes sunt quedam adiuncta de quibus agitur primo cum dicitur: Et mensus est parietem domus, id est parietes templi comprehendo singulare pro plurali, sicut frequenter fit in descriptione huius edificii, .vi. cubitorum, scilicet in spissitudine. Non enim potest aliter intelligi, nam longitudo parietum templi est centum cubitorum et altitudo centum viginti cubitorum ut plenius infra dicetur. Et dicit parietem domus, id est templi, quia paries anterior porticus secundum hebreos non est tante spissitudinis ut inferius dicetur. Et latitudinem lateris. Hec est secunda pars in qua describuntur quedam adiuncta templo que vocantur hic latera, de quibus dicit Ricardus de Sancto Victore quod sunt deambulatoria et infra dicuntur .xxxiij., id est .lxvi. Secundum ipsum et alios doctores latinos quorum sex ponunt intra murum in inferiore mansione templi tria in uno latere eius et tria in alio. Et primum distat a pavimento templi per sex cubitos, secundum per duodecim et tercium per .xviij. Et hoc est in una parte templi et similiter in altera. Sed dictum est irracionabile quia sic impedirent illuminationem templi per fenestras et aspectum pulcritudinis parietum templi qui describuntur interius decorati cum plurimis celaturis. Et ideo considerandum est quod ut videtur quantum ad latera que sunt extra templum, scilicet triginta in uno latere et triginta in alio, nam inferius latus sive deambulatorium distat a terra per sex cubitos et secundum a primo per alios sex et sic quantum de aliis in altitudine muri templi. Ex quo sequitur quod hec altitudo habet viceses sex cubitos vel sexies viginti quod idem est. Et sic altitudo murorum templi est centum octoginta cubitorum. Ipse vero dicit quod est tantum centum viginti cubitorum sicut de templo Salomonis dicitur .ij. Paral. iij. Cum assimilat illud templum. Propter quod dominus Hugo cardinalis dicit quod ista latera sunt sedilia iuxta latera templi interius circumposita pro sacerdotibus

C. XLI

diuinas laudes cantantibus. et quia quodlibet latus dicitur esse quatuor cubitorum istam latitudinem ponit procedendo a parietibus templi uersus medium. Secundum autem dimensionem aliam .s. procedendo secundum longitudinem parietum templi quodlibet latus siue sedile habet duos cubitos tantum ex quo sequitur quod xx.ti latera implent longitudinem anterioris partis templi ex una parte que est xl. cubitorum. et similiter xx.ti latera ex parte opposita. x. autem latera implent similiter sanctum sanctorum ex una parte et .x. ex alia. nam eius longitudo est .xx.ti cubitorum. vi. uero latera que remanent collocat ex utraque parte ostij templi per modum figuratum in altera columpna. licet autem hoc dictum habeat apparentiam prima facie. non tamen uidetur posse stare. primo quia sanctum sanctorum ingreditur solus pontifex summus et semel in anno ut patet ex ueteri et nouo testamento et sic non sunt ibi ponenda sedilia pro sacerdotibus. nam hoc esset frustra quod non est dicendum. Item dimensio sedilium secundum quam homines sedent lateraliter iuxta longitudinem parietis non est minor sed maior communiter quam illa dimensio qua protenditur a parte parietis uersus medium chori uel templi. ipse uero ponit eam minorem de medietate ut patet ex dictis et sic dicta sedilia redduntur inutilia et inepta ad sedendum ut de facili potest ymaginari. Item contradicit sibi ipsi quia ponit in anteriori parte templi .xl. sedilia totam eius longitudinem ex utroque latere complentia et tamen cum hoc ponit unum ostium ad orientem in quolibet latere. et per omnes contra aperturam illorum ostiorum non potest aliquod sedile poni. nam impediret transitum maxime cum quodlibet sedile iuxta parietem templi ascendat per vi. cubitos secundum ipsum. propter quod non solum impediret transitum sed etiam totaliter obstrueret. Oportet etiam dicere quod quodlibet ostium sit ad minus latitudinis duorum cubitorum et sic tollitur unum sedile ex uno latere et unum ex altero. propter quod non remanent nisi .xxxviii. ad plus et sic secundum eius dicta sunt .xl. et non .xl. plura etiam alia inconuenientia ad eius dictum sequuntur que propter prolixitatem omitto propter quod dico cum hebreis quod ista latera sunt appendicia lateribus templi exterius adherentia. propter quod latera nominantur sicut .iij. Re. vi. Circa templum salomonis fuerunt appendicia secundum hebreos prout plenius ibi dixi. latera uero de quibus hic loquitur ponenda sunt in tribus lateribus huius templi .s. occidentali aquilonari et australi. In orientali uero non sunt ponenda eo quod ex illa parte est ingressus templi. In latere uero occidentali quod est breuius ponuntur sex appendicia siue latera. In latere uero aquilonari quod est maius longitudine ponuntur xxx. et similiter in australi quod est equalis longitudinis et sic habetur numerus laterum siue appendiciorum .s. lxvi.

Sequitur figura istorum appendiciorum in columpna sequenti



[E]t Modus autem ponendi talis est. In templo namque isto describuntur inferius pilaria prominentes extra parietes ad ipsos fortificandum sicut fit communiter in nobilibus et ardmis edificiis. Igitur in pariete occidentali ipsius templi ponuntur tres pilaria duo in eius extremitatibus et unum in medio eius. nam ex parte occidentis non est aliquis ingressus et dicta pilaria prominent extra parietem templi .v. cubitis et hec prominentia pilariorum perforatur in tribus locis uno super aliud et in illis foraminibus figuntur trabes de pilario ad pilarium super quas firmantur ligna que gallice dicuntur solliuez ex una parte et ex altera parte figuntur iste solliue in pariete claudente appendicia in pariete exteriori ad portandum tria tabulata unum super aliud ita quod primum tabulatum tectum est appendiciis inferioribus et pauimentum mediis et secundum est tectum mediis et pauimentum superioribus. nam hec tecta ponuntur plana et sunt hec tabulata sic disposita quod primum distat a terra per vi cubitos et secundum a primo per alios sex et similiter tercium a secundo. et sic patet quod ascendunt iuxta murum templi per xviij. cubitos. nam computata spissitudine tabulatorum que ponatur duorum cubitorum et sic appendicia ascendunt usque ad vicessimum cubitum inclusiue parietum templi et tanta est altitudo parietis claudentis appendicia exterius. et quia inferior mansio templi usque ad primum tabulatum seu cenaculum ponenda est .xxx. cubitorum sicut in templo salomonis .iij. Re. vi. ideo super appendicia remanet paries templi liber sine obstaculo per .x. cubitos ad recipiendum lumen per fenestras ad sufficientem illuminationem inferioris mansionis templi. Si uero mansionis huius ponatur altitudo .xl. cubitorum sicut di


tercium uero tectum est tantum superioribus


dicit aliqui. Sic adhuc erit conuenientior illuiatio et qua in videtur hec dispositio decentior quia p hoc fuat uniformitas triu mansionu. ideo sic inferius figurat. Ex dictis sequitur q in latere occidentali templi sunt .vi. latera seu appendicia duo ppe terra distincta per pilarium medium et ptensa usq ad pilarios i extremitatibus existentes et cu spacium totum inter duos extremos pilarios sit xx^ti cubitorum scdm latitudinem templi sequitur q quodlibet appendicium sit decem cubitorum ab aquilone in austrum coprehensa tn spissitudine pilarij medij et super duo appendicia inferiora sunt duo alia media et sup illa duo superiora i omnibus similia et similiter dicendu e de appendicijs i latere aquilonis exterioribus. nam ibi ponuntur .xi. pilarij i longitudine parietis aquilonaris q cu muro claudente appendicia in parte occidentali faciunt decem interpedines i quibus ponuntur decem appendicia inferiora et super illa decem alia superiora sicut dictum e de appendicijs occidentalibus. licet autem appendicium unum triplicatum tamen scdm infimu et medium et suppmu mo dicto claudatur ex una pte pariete occidentali claudente appendicia occidentalia. et ex altera pte claudatur pariete aquilonari claudente appendicia aquilonaria. et sic computari posset cum illis appendicijs et cu illis. tamen ne idem bis computetur hic tantu computatur cum aquilonaribus. et eodem mo dicendum de angulari appendicio in pte australi. Item a dicto appendicio angulari inclusiue usq ad .ix. cubitu in fine opposito parietis aquilonaris templi exclusiue ut magis videbitur. Sunt centu cubiti et sic decem appendicia i hac longitudine collocata occupant centum cubitos et ponens quodlibet eorum e decem cubitorum ab occidente in orientem inclusa tn spissitudine pilariorum inter ipa dividentium et spissitudine parietis claudentis extra a pte occidentali. in .ix. autem cubitis remanentibus de aquilonari longitudine templi ponitur coclea ad ascendendum scdm i cenaculum templi primu et scdm. et similiter ad appendicia media et superiora nam ibi ponuntur ostia ex una pte ad ingressu appendiciorum et ex altera ad ingressum cenaculorum. ppter quod hec coclea ascendit usq ad summitatem templi. ut p eam sit ingressus ad templi tectu q ab omnibus expositoribus ponitur planum. quod autem dictu e de appendicijs et coclea i aquilonari latere templi idem p omnia intelligendum e in eius latere australi. Et si dicatur q una coclea sufficit ad pdicta et p qns alia superfluit dicendum e q non. nam hec duplicatio valet ad securitatem ut si immineat periculum ignis vel aliquid p plura loca sit ascensus securius ppter q in ecclesijs magnis sunt tales coclee communiter in earum frontibus ex utraq pte. Circa vero duo latera templi. s. aquilonare et australe ab omnibus expositoribus ponuntur duo edificia a muris templi p .xx.^ti cubitos distancia. et quodlibet duorum edificiorum est longitudinis centum cubitorum. de altitudine vero non fit mentio in textu. pbabile tn e q est lxxv. cubitorum ita q quelibet triu mansionum que ponuntur ibi una sup aliam sit xxv. cubitorum sicut dictum est sup de mansionibus porticuum. verumptamen quia latitudo istorum edificiorum ponitur i pendulo montis. ideo due superiores mansiones tantum eleuate sunt super terram. ad tertia vero descenditur p gradus sicut i celarijs. ppter quod et eorum ostia describuntur i latere. interius eorum versus vulgi locum. reliqua vero circa templum et edificia ista dicenda dicam litteram exponendo. Ad capiendum vero familius q dicta sunt et dicenda. ponuntur hic due figure. Prima representat scdm lineas fundamentales posteriorem ptem tocius edificij que incipit a latere occidentali atrij interioris et ptenditur versus occidentem usq ad murum claudentem exterius vulgi locum i qua pte est ipm templum cum suis appendicijs pdictis et duo edificia. unum quod vocatur aquilonare eo q est situatum in pte aquilonari respectu templi. et aliud australe eadem rone. s. quia situatum e i pte australi respectu templi. Scda repntat altitudinem templi et cocleam et edificiorum circa ipm eo mo quo possunt in plano figurari. nam oportet p imaginationem inspicientis multa supplere:—

Sequuntur figure i columpnis sequentibus

cubitorum

CXLI


auster
locus vulgi
atriolu
edificium australe
oriens
sanctum
scm scorum
occidens
edificium aquilonare
locus vulgi
atriolum
aquilo



huius primus ad exp

in quo ponitur quedam murus continuo cum pilariis usque ad parietem exterius claudentem appendicia

XLI

Deinde premissis ad expositionem littere revertamur. In latitudine lateris. id est appendicii quatuor cubitorum. Cum manifestum sit per supradicta quod hic accipitur cubitus usualis et non geometricus patet quod si latitudo cuiuslibet appendicii esset quatuor cubitorum tantum nulla posset ibi esse conveniens habitatio quod non est dicendum cum non describatur hic valde decens edificium. Et ideo dicendum quod loquitur hic scriptura de spacio existente inter pilariorum terminos et parietem exterius claudentem appendicia cuius longitudo est quatuor cubitorum et latitudo eadem cum spissitudine pilarium que potest poni duorum cubitorum vel trium ad plus. nam tales pilarii in altis edificiis sicut est in proposito sunt nimis spissi de necessitate vel circiter quod habent accipiendo latitudinem pro eorum progressu extra parietem templi. Cum igitur progressus sit quinque cubitorum ut supra dictum est et muro ei coniuncto quatuor sequitur quod spacium quod est inter murum templi cui adherent appendicia et murum ipsa claudentem exterius sit .ix. cubitorum. alia vero dimensio appendiciorum est .x. cubitorum ut supra dictum est comprehensa tamen pilariorum et murorum claudentium appendicia spissitudine. In tali enim spacio potest esse habitatio conveniens. per circuitum domus. id est templi et quia in parte orientali non sunt appendicia patet quod circuitus non accipitur hic pro ambitu ex omni parte sed ex tribus partibus tantum nec tamen adhuc integre. nam appendicia aquilonaria et australia non procedunt usque ad terminum occidentalem murorum templi sed remanent .ix. cubiti pro coclea ut patet est in [illegible] de tali acceptione circuitus pro ambitu ex duobus partibus tantum. latera autem latus ad latus. id est appendicia sic disposita sunt quod unum est coniunctum alteri ut dictum est supra et patet in figura et erant eminentia. id est ingrediuntur sic littera. et erant eminentia. id est pilarii eminentes ultra murum templi. per parietem domus. id est dispositi proportionaliter secundum longitudinem parietis templi. que ingredientur. scilicet ultra murum templi. in lateribus. id est per latera seu appendicia sustinenda modo supradicto et est ibi [illegible] loquendi quo ponitur hec prepositio in pro ista prepositione pro. satis frequens in hebreo. ut continerent. id est ut pilarii sustinerent appendicia media et superiora per trabes in eis positas modo supradicto. et non attingerent parietem templi. id est ligna dictorum appendiciorum non figerentur in pariete templi sicut ex opposita parte figuntur in parte claudente exterius appendicia. unde in hebreo hic habetur. et non tenerent in pariete templi. ex quo patet quod non attingere hic accipitur pro non infigi. Et platea. hec est tertia pars in qua describit cocleas templi cum dicit. et platea erat in rotundum. id est quedam vacuitas rotunda intra quadraturam murorum in qua tamen ponuntur gradus circulariter ascendendo que gallice vocatur viz. et in cenaculum templi. id est in primum solarium et secundum. nam templum ponitur hic tres mansiones sicut et templum salomonis. deferebat per gyrum. id est per circularem ascensum. idcirco latius erat templum. id est quod in templo ponitur duplex solarium. scilicet unum super aliud ut dictum est idcirco templum de latius in duabus superioribus mansionibus quam in inferiori. nam immediate post tabulatum primum restringuntur parietes a parte interiori sicut apparet in edificiis habentibus solaria et sic secunda mansio est latior quam prima quia parietes magis distant et similiter tertia mansio est latior quam secunda. Et vidi. hec est pars quarta in qua revertitur ad describendum aliqua de dictis appendiciis que dimiserat. dicit. et vidi in domo. id est in latere templi. altitudinem per circuitum fundata latera. id est appendicia. ad mensuram calami .vi. cubitorum. tantum enim distat tabulatum quod est tectum inferiorum appendiciorum a terra et similiter tabulatum secundum quod est tectum mediorum appendiciorum et pavimentum superiorum tantum distat a primo tabulato. et similiter tectum superiorum a tabulato secundo. et latitudinem per parietem lateris forinsecus .v. cubitorum. tante enim spissitudinis describitur paries claudens appendicia in parte exteriori. ex opposita vero parte clauduntur muro templi. et erat interior domus. id est templum. in lateribus domus. id est circumdatum appendiciis in tribus partibus ut supra dictum est. Et inter gazophilacia. hec est pars quinta in qua describitur distantia inter murum templi et edificium aquilonare ex una parte. et inter murum templi et edificium australe ex altera que est .xx.ti cubitorum hinc et .xx.ti cubitorum inde. hec autem edificia vocantur hic gazophilacia sicut plenius exprimitur capitulo sequenti ubi principaliter agitur de istis duobus edificiis. hic autem non agitur de eis nisi ratione distantie a templo. In circuitu domus undique. id est ex duobus lateribus. circuitus enim sicut supra dictum est circuitus non semper dicit totalem ambitum in descriptione huius edificii. nec etiam in communi modo loquendi. Et ostium. hec est sexta pars in qua agitur de loco orationis in quo secundum omnes expositores orabant illi qui templum ingredi non debebant. et ideo cum dicit. et ostium lateris ad orationem. non potest intelligi quod istud ostium sit in muro templi ut aliqui exponunt quia sic non possent ingredi locum orationis nisi prius ingrederentur templum et sic sequeretur contradictio. scilicet quod ingrederentur templum et non ingrederentur ut predictum est. lateris igitur hic accipitur pro appendiciis sicut in precedentibus. et accipitur singulare pro plurali. id est laterum sive appendiciorum et est sensus. et ostium lateris ad orationem. id est unde est ostium per quod intratur in locum orationis et vadit ad appendicia quibus immediate coniungitur locus orationis. ostium unum ad viam aquilonis. id est ab angulo enim orientali ipsius templi protenditur vestibulum usque ad angulum orientalem edificii aquilonaris in quo ponitur illud ostium per modum superius figuratum. et e contrario ex alia parte templi usque ad australe edificium. Ideo subditur. et ostium unum ad viam australem. id est ad partem austri. et latitudinem loci ad orationem .v. cubitorum. et hec latitudo intelligitur secundum duo in circuitu. id est circa tres partes templi et eius edificia iste enim locus circuit totum templum et eius edificia parte orientali excepta. Et edificium. hec est pars septima partem istam expositores latini communiter exponunt de quodam edificio quod dicunt esse situatum inter occidentalem partem templi et locum vulgi. hebrei vero non ponunt hoc edificium ut dictum est supra. et iusto ut videtur. nam in textu non dicitur de quo deserviat. cum tamen

nec aliud in hoc edificio accipitur cubitus

de aliis edificiis hoc dicitur. propter quod cum ipsis ex
ponitur textus de templo et aliquibus sibi adiunctis et de
scribitur hic latitudo templi cum suis appendiciis et
loco orationis in latere occidentali cum dicitur. et edificium quod
erat separatum. secundum quod dicit Ra. Sa. per edificium hic intelli
guntur illa que sunt templo adiuncta ut per separatum ipsum
templum ratione supradicta capitulo xl. et hoc patet per litteram he
braycam que sic habet. et edificium quod erat contra
bagnisera usus mare. et dicit quod bagnisera significat
edificium valde notabile. propter quod dicit quod intelli
gitur de templo et potest etiam dici separatum propter eius
eminentiam super alia edificia. et ideo sic dicit
hic nostra translatio. et edificium quod erat separato
i. adiunctum ipsi templo. nomina enim hebrayca sunt in
dechinabilia sicut cornu et gelu. propter quod in transfe
rendo possunt sunt nominativus casus pro dativo vel for
te factum fuit hoc scriptoris vitio. Versumque ad viam
respicientem ad mare. i. ad occidentem. quia mare me
diterraneum claudit iudeam ab occidente in qua
describitur situs huius templi ut patet supra in principio xl. capituli.
latitudinis lxx. cubitorum. in quibus includitur quod
sequitur. paries autem edificii v. cubitorum etc. et similiter
quinque cubiti de loco orationis supradicti. numerus autem iste
sic intelligitur. latitudo templi intra parietes xx. cu
bitorum ut patet ex supradictis in textu. prominentia pi
lariorum ultra parietes hinc et inde x. cubitorum
latitudo appendiciorum hinc et inde viii. cubitorum
paries claudens appendicia hinc et inde x. cubitorum
et latitudo loci orationis similiter x. cubitorum ut patet
ex dictis in textu. Isti vero numeri simul iuncti faciunt
lxx. et longitudo eius nonaginta cubitorum. quia sicut
supradictum est a termino occidentali appendiciorum
procedendo versus orientem usque ad locum vel ubi ter
minatur appendicia sunt centum cubiti de quibus re
scinduntur hic decem s. appenditiorum angularium clau
sorum ex una parte pariete occidentali ex altera parie
te aquilonari propter quod illud spatium potest computa
tum ex utraque parte ut supradictum est. hic autem
computatur in parte occidentali. et ideo rescindendum
est a parte aquilonari. aliter idem bis computaretur. et
idem dicendum de angularibus appendiciis in parte australi.
li. et mensus est domum i. templi longitudinem centum
cubitorum. et qualiter istud sit accipiendum expo
nitur cum dicitur. et quod separatum erat. et pro i. quod separatum erat
edificium etc. i. templum quod dicitur separatum cum edificio ap
pendiciorum. et parietes eius. s. edificii appendi
ciorum. longitudinis centum cubitorum. tot enim sunt cu
biti ab illo loco templi ubi incipiunt appendicia versus
orientem usque ad eorum terminum in occidente et sic non
mensuratur hic tota longitudo templi sed remanent ix. cu
biti versus orientem a quibus exclusive incipiunt appendi
cia. ¶ Latitudo autem. hec est pars octaua in qua de
scribitur quedam platea extra inter templum et atri
um interius. Ad cuius intellectum sciendum quod platea
dicitur a platos quod est latum vel latitudo. propter quod latitudo
ponitur pro platea aliquando et econverso. et sic est in hebreo et
adhuc magis. nam dictio hebrayca que ponitur hic est
equivoca ad latitudinem et plateam et hic ponitur pro
platea. et similiter latitudo cum dicitur. latitudo autem ante

faciem domus. et que sit ista domus sequitur. et eius etc.
et pro idest i. eius quod erat separatum per quod significatur
templum ut supra dictum est. contra orientem. i. contra a
trium interius quod est in orientali parte respectu templi. centum
cubitorum. longitudinis. s. secundum longitudinem atrii inte
rioris intra parietes que supra xl. capitulo dicitur centum cubitorum
et hec longitudo platee accipitur ab aquilone in
austrum. spatium autem eius ab oriente in occidente s. inter
atrium interius et templum x. cubitorum ut magis vide
bitur capitulo sequenti. et isti decem cubiti a termino pilari
orum orientalium templi usque ad murum occidentalem atrii
interioris accipiuntur. ¶ Et mensus est. hec est pars
nona in qua describitur mensura templi tota secundum
longitudinem et per se. s. sine appendiciis sicut supra
posita est particulariter tamen cum appendiciis dicit igitur.
Et mensus est longitudinem etc. sequitur. hethecas etc.
Ad intellectum huius partis sciendum quod expositor latinus
dicit quod hethece sunt ambulatoria sed hec significatio
non habet ex aliqua dictione graeca vel latina. propter quod videtur
simpliciter ficta et maxime quia dictio hebraica hic posita
significat pilarios qui inseruntur parietibus magnorum edificiorum
ad ipsa fortificanda. sicut dicit Ra. Sa. in glossa super locum
istum. Cui quantum ad hoc videtur esse credendum cum sint
peritissimus in hebreo. dicit igitur propheta. et mensus est
longitudinem edificii quod erat contra faciem eius quod erat separatum
ad dorsum. quia separatum edificium intelligitur tem
plum ut dictum est supra per faciem eius pars prima. et per
dorsum ultima. est igitur sensus quod angelus mensurauit
longitudinem templi a principio usque ad finem ne aliquis cre
deret quod pilarii orientales et occidentales non inclu
derentur in hac longitudine eo quod prominent ultra
muros claudentes ab oriente in occidentem. ideo remouet
hoc dicens. hethecas ex utraque parte. i. pilarios
prominentes ex parte orientis et ex parte occidentis simul
includendo. centum cubitorum. hic autem numerus sic colligitur.
prominentia pilariorum a parte orientis v. cubitorum. paries
claudens longitudinem porticus templi. v. cubitorum. porti
cus enim non tantum ascendebat in altum quantum ipsum templum
propter quod paries iste ab hebreis ponitur minoris spissitu
dinis uno cubito quam paries templi. latitudo vero porticus
xi. cubitorum ut supra habetur in fine xl. capituli. paries orientalis
templi vi. cubitorum ut patet supra circa principium huius
capituli. longitudo templi quantum ad partem que dicitur sanctum
vel sancta xl. cubitis ut patet ibidem. paries diuidens inter
sanctum et sanctorum duorum cubitorum. paries enim iste ascen
debat in altum xx^ti cubitis tantum. nec portabat aliquod pon
dus propter quod minoris spissitudinis est ponendus. lon
gitudo sancti sanctorum xx^ti cubitorum ut patet supra circa prin
cipium huius capituli. paries occidentalis templi vi. cubitorum
prominentia pilariorum ultra parietem v. cubitorum quod simul
iuncta faciunt centum cubitos. ¶ Et templum. hec est pars
decima in qua supplet aliqua superius dimissa. nam
superius non fecerat mentionem de hethecis siue pilari
is qui tamen sunt in aliquibus aliis edificiis a templo. ideo
dicit. et templum. ibi est punctus propter quod per templum hic signi
ficatur pars anterior templi que etiam alibi nominatur
templum exterius. interius. i. sanctum sanctum sanctorum quod
dicitur templum interius. et vestibula atrii. i. porticus atriorum
nam hic accipitur singulare pro plurali. liminia et

fenestras

oblique, et ad eundem sensum accipienda est l[ite]ra ista p[er] tres p[ar]tes .i. p[er] tria edificia dicta distincti distincti sunt pilarii sic limina et fenestre.

fenestras obliquas et hecthemas. q.d. sicut dictum est supra q[uod] hec tria h[ab]ent limina et fenestras obliquas sic similiter h[ab]ent hecthemas siue pilarios he dificia ista fortificantes. p[er] tres p[ar]tes. i[n] hebreo h[abe]t h[is] tribus. s. templo interiori et exteriori. et porticibus atriorum insunt pilarii sicut limina et fenestre. ¶ Contra ostium interius. hec est pars undecima in qua describitur ornatus parietum templi a parte interiori. Circa q[uod] sciendum q[uod] parietes templi salomonis fuerunt interius operti lignis ut habetur .iij. Re. vi. ca[pitulo]. ad hoc ut celature et picture auree melius fierent et conseruarentur in ligno q[uam] i[n] lapide. et idem dicitur hic de isto templo licet inuolute. nam translatio n[ost]ra videtur i[n] p[ar]te defectiua. dicit igitur contra ostium interius. limen. li interius autem q[uod] non e[st] de textu. quia non e[st] in hebreo. similiter q[uo]d subditur. stratum q[uod] ligno. li q[uod]. non e[st] de textu. hec est .n. l[ite]ra hebraica. contra limen. s. templi. asseres ligni. i. asseres lignei cooperientes undique intus parietes templi ratione p[re]missa q[uod] exprimitur ulterius magis p[er] partes cum dicit terra aut usque ad fenestras .i. a terra usque ad fenestras erat talis coopertura lignea et tali modo loquendi frequenter utuntur hebrei et latini. s. subintelligendo hanc p[re]positionem a. et fenestre clause. In hebreo sic e[st]. et fenestre opte. s. asseribus ligneis. q.d. non solum parietes usque ad fenestras erant operti asseribus ligneis. sed etiam apertura parietum p[ro] fenestris erant sic opte in circuitu fenestrarum. super ostia. similiter erant celature et sculpture infra scripte ut sit uniformitas ostiorum et parietum. usque ad domum interiorem. i. in sancto sanctorum erat talis ornatus. et foris et intus .i. i[n] alia p[ar]te que dicitur templum exterius. p[er] omnem p[ar]tem in circuitu. s. ante et retro et a dextris et sinistris intrinsecus et forinsecus. et p[ro]pter hoc dicunt aliqui expositores latini q[uod] iste ornatus cherubin et palmarum non solum erat in templo a parte interiori sed etiam exteriori. Sed non e[st] u[ero]similis q[uod] talis ornatus sit exterius ad uentum et pluuiam. nec habetur ad hoc simile de tabernaculo moysi. nam exterius fuit opertum de pellibus arietum et sagis ciliciniis. Interius aut[em] fuit ornatum cortinis diuersorum colorum et tabulis deauratis. Similiter templum salomonis h[ab]uit talem ornatum interius tantum. et ideo sicut dicunt hebrei et melius ut videtur. intrinsecus et forinsecus. intelliguntur de sancto sanctorum et de alia p[ar]te q[ue] dicitur sancta. sicut dictum e[st] ante immediate. ad mensuram. i. equ[ali]ter p[ro]portionaliter factus e[st] talis ornatus i[n] anteriori p[ar]te templi que dicitur templum exterius sicut i[n] sancto sanctorum. et fabre facta. i. artificialiter facta. duas q[ue] facies habebat cherub. in visione uero que describitur i[n] p[ri]ncipio huius libri cherubin dicuntur habere .iiij. facies. Cetera patent usque ibi. de terra usque ad superiorem p[ar]tem. Ex hoc dicunt aliqui expositores n[ost]ri q[uod] talis ornatus non solum erat i[n] mansione inferiori ipsius templi. sed etiam in media et superiori. Sed hoc non videtur esse verum q[uia] talis ornatus e[st] p[ro]pter reuerentiam cultus diuini ad quem deputatur in inferiori mansione. media uero et superior ad reponendum cortinas et alia utensilia et iocalia ad templum p[er]tinentia. et ideo cum dicit de terra usque ad superiorem p[ar]tem. subintelligendum e[st] inferioris mansionis et sic exponunt hebrei. limen quadrangulum. In hebreo h[abe]t postis. i. postes

accipiendo singulare p[ro] plurali sicut frequenter fit i[n] descriptione huius edificii. et sic fuit i[n] templo salomonis sicut dicitur .iij. Re. vi. fecit i[n] introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulos. ¶ Et facies. hec e[st] duodecima pars i[n] qua breuiter s[ecundu]m hebreos describitur una visio p[ro]phetie futura et s[ecundu]m hoc tra[n]slatio n[ost]ra videtur esse corrupta .i. et facies aspectum sanctuarii contra aspectum altaris lignei. nam l[ite]ra hebraica talis est. et facies sanctuarii visio sicut visio et est sensus q[uod] p[ro]pheta vidit in sanctuario visionem simile illi quam viderat sup[er] flumen chobar que describitur in p[ri]ncipio huius libri. et hic terminatur ista in hebreo et sequens immediate incipit sic. altare ligneum trium cubitorum altitudo eius etc. ubi describitur mensa p[ro]positionis unde p[ost]ea subditur. et locutus e[st] ad me. s. angelus. hec est mensa coram domino. p[ro]pter aut[em] translatio n[ost]ra sic exponitur et facies aspectus sanctuarii contra aspectum altaris. s. incensi s[ecundu]m expositores latinos quod altare describitur situatum ante parietem sancti sanctorum ut p[atet] in exod. et .iij. Re. et ex opposito mutuo se respiciunt. ligneum. contrarium videtur quia exod. xxx. ca. et i[n] pluribus aliis locis uocatur altare aureum. Dicendum q[uod] mensa p[ro]positionis de qua loquitur hic scriptura s[ecundu]m hebreos et altare incensi de quo loquuntur hic s[ecundu]m latinos utrumque dicitur in exodo ligneum interius et aureum exterius. sed de auro hic tacetur nam alibi satis exprimitur. ¶ Et duo ostia. hec e[st] pars tredecima in qua describitur forma hostiorum templi cum dicit. et duo ostia erant in templo. s. exteriori. et in sanctuario. i. in templo interiori. non sic intelligendo q[uod] i[n] quolibet essent due aperture. sed una tantum et p[ro] omnis unum ostium tantum cum quodlibet habebat duas portiones. ideo subdit. et in duobus ostiis. s. principalibus. ex utraque parte. s. templi. quarum una dicitur sanctum alia sanctum sanctorum. bina erant ostiola. et ex hoc innuitur corpulata q[uod] unum poterat claudi et aperiri sine alio sicut apparet in ostiis que dicuntur [illegible] et similiter in fenestris. bina enim ostia erant ex utraque p[ar]te ostiorum. q[uod] exponitur dupliciter. uno modo q[uod] in quolibet ostio principali sunt due value que clauduntur i[n] medio aperture et q[ua]libet valua sit fracta modo dicto. alio modo q[uod] una valua claudat totam aperturam. sed una claudat a p[ar]te interiori parietis. alia uero a p[ar]te exteriori parietis. ita q[uod] quando clause sunt ualue iste appareat paries uniformis interius et exterius et quasi continuus quantum ad sculpturis et picturas q[ue] dicuntur in ostiis sicut i[n] parietibus. Unde subditur. et celata erant in ostiis templi cherubin etc. tamen iste ualue intelligende sunt fracte sicut dictum e[st]. quapropter erant grossiora ligna in uestibulo. i. porticus fronte forinsecus. q[uod] exponunt aliqui latini dicentes q[uod] in fronte porticus erant celature maiores et magis p[ro]minentes q[uam] in templo ad quod requirebatur maior grossities lignorum. Sed hoc non videtur esse verum quia sicut dictum e[st] supra talis ornatus non erat in templo exterius et multominus i[n] fronte porticus exterius. hic aut[em] dicitur. erant grossiora ligna i[n] uestibuli fronte forinsecus. et dato q[uod] essent ibi. non tamen est aliquo modo u[ero]similis q[uod] essent magis p[ro]minentes celature et p[ro]pter omnes magis notabiles q[uam] in templo appter q[uod]

translatio in aliquibus hic corrupta. nam in hebreo non habetur. quod ob rem. et ideo hanc sequens non continuatur littere precedenti de celaturis. sed incipit alia sententia. cuius est talis littera in hebreo. et superliminaria super faciem porticus extrinsecus et fenestre oblique et palme hinc et inde in humerulis porticus et lateribus domus et tabulata (?). Ubi notandum quod hec est pars quinta in qua post descriptionem ornatus templi quantum ad sanctum et sanctum sanctorum describitur ornatus quantum ad templi porticum. primo tamen ponit unum de fortitudine huius edificii cum dicitur. et superliminare ligni .i. grossius. super faciem porticus exterius. ad remedium edificii fortificandum ex inferiori parte. sicut solet fieri in frontibus edificiorum et secundum de ornatu. et fenestre oblique. supple fuerunt in porticu ad eius illuminationem sicut in templo. et palme. s. celate. hinc et inde. in una parte et parte alia interiori. In humerulis porticus et lateribus domus. Dicuntur autem hic humeruli claudentes porticum ex utraque parte ostii et nominantur humeruli quia sunt breviores quantum .s. v. cubitorum ut dictum est supra in fine xl. capituli. latera vero dicuntur muri claudentes porticum ab oriente in occidentem qui sunt .xi. cubitorum secundum latitudinem porticus sicut dictum est in fine xl. capituli. dicuntur etiam latera domus quia continuantur muris claudentibus longitudinem templi. et in tabulatis. supple interioribus. sunt similiter palme celate ad ornatum. licet autem dictum sit prius ab hebreis potest tamen exponi secundum eandem sententiam sic. quod ob rem. que .s. subintelliguntur licet non exprimantur et illa est fortificatio edificii et est similis modus loquendi .ii. Re. v. qui percusserit iebuseum subintelligitur hic magister (?) licet ibi non exprimatur sicut diximus sunt declarata ibidem. erant grossiora ligna et cetera dicta. super que fenestre oblique. quia fuerunt in altiori situ quam hec ligna. et similitudo palmarum hinc atque inde in humerulis vestibuli .i. porticus. hec littera exponitur sicut prius. et similiter sequens. secundum latera domus et cetera. quia dicuntur similiter parietes porticus continuati parietibus templi lateralibus. Sicut similiter ornati (?) E buillinus (?). 1236. iulii. i.

XLII

Et eduxit

me. Post descriptionem templi quantum ad tres partes eius .s. porticum sanctum et sanctum sanctorum. et quantum ad appendicia sibi adiuncta. hic consequenter describuntur duo edificia a muris templi per .xx. cubitos distantia. unum in parte aquilonari alterum in australi. Et dividitur in duas partes quia primo describitur hoc duplex edificium. secundo describitur mensura ad murum exteriorem totius edificii describendum ibi. Cumque complesset. prima in tres quia primo describitur edificium aquilonare. secundo australe ibi et erant. tertio usus utriusque. ibi et dixit ad me. Circa primum primo describitur situs cum dicitur. et eduxit me in atrium exterius. sicut dictum est supra et patet ex textu templum et edificium aquilonare et australe sunt in atrio exteriori. Ignoro (?) quia sic eductio de templo ad atrium exterius. [illegible] quia [illegible] circa cellas (?) extrinsecus et similiter

totum spatium cellis est continuum et tamen aliquis dicitur esse de cellis in anteriori (?) et cetera. Ita similiter est in proposito. et induxit me in gazophilacium. edificium ex aquilonari secundum totalitatem suam habet centum cubitos in longitudine ab oriente in occidentem. et secundum hoc dicitur gazophilacium in singulari. est tamen divisum per parietes interiores ex inferiori (?) totius edificii [illegible] et secundum hoc inferius dicitur gazophilacia in plurali propter plures divisiones et quodlibet gazophilacium est longitudinis .l. cubitorum secundum latitudinem totius edificii. quod erat contra edificium separatum .i. contra templum et contra edem .i. appenditiorum continuationem. vergentem ad aquilonem. latus .s. aquilonare templi et appenditiorum sibi adherentium fuit contra latus australe aquilonaris edificii. in facie longitudinis .c. cubitorum. tantum .s. protenditur longitudo totalis edificii. ostium aquilonis. quasi dicat quamvis latus australe huius edificii sit contra templum tamen eius ostia sunt in eius latere aquilonari. unde in hebreo ponitur ostium in nominativo et ponitur etiam singulare pro plurali. nam ibi sunt ostia plura ut exprimitur infra. et latitudinis .l. cubitorum includendo non solum spatium inter parietes sed etiam parietes et pilarios. nam capitulo precedenti dictum est in porticibus atriorum que fuerunt edificia multo minora contra .xx. cubitos atrii interioris et cetera. Una pars istorum .l. cubitorum est sita ex opposito .xx. cubitis atrii interioris et reliqua pars contra pavimentum aquilonare atrii exterioris et sic patet quod illa pars que est contra atrium interius est .xx. cubitorum. nam .xx. cubiti unius correspondent .xx. cubitis alterius et reliqua pars est .xxx. cubitorum. Sciendum etiam quod in istis .xx. cubitis atrii interioris includitur spissitudo muri claudentis atrium interius a parte aquilonis que spissitudo est .vi. cubitorum. ubi erat porticus iuncta porticui triplici. secundum hebreos hec est littera. exedra contra exedram in triplicibus. est autem exedra idem quod camera vel gazophilacium et exedre. est igitur sensus. exedra contra exedram .i. divisiones edificii aquilonaris et divisiones edificii australis que posita sunt similes mutuo correspondent et ex opposito situantur templo tamen intermedio. In triplicibus. dicuntur autem edificium aquilonare et australe triplicia et similiter eorum divisiones eo quod sunt ibi tres mansiones una supra aliam. Et ante gazophilacia. hic secundo describitur quedam via existens inter illa gazophilacia per .xx. cubitos et inter atrium interius protensa ad oppositam partem usque ad .xx. cubitum edificii australis cum dicitur. et ante gazophilacia a parte orientali. deambulatio .i. via. x. cubitorum latitudinis. et hec via capitulo precedenti dicta est platea centum cubitorum longitudinis. et ad interiora respiciens .i. usque templum. vie cubiti unius. secundum enim ricardum de sancto victore et hu. cardinalem ibi ponitur quedam via latitudinis unius cubiti per quam sacerdotes vadunt ad templum. Sed hoc non videtur verum nam secundum ipsos oportet dicere quod via sit longitudinis .xxx. cubitorum ad minus. talis autem deserviens transitui sacerdotum debet esse sic lata quod duo homines ad minus sibimet obviantes

possint

possint transire vno iuxta aliu hoc aut e ipo de
in uia vni cubiti latitudinis. Nam hic accipit
cubitus humanus ut pz ex pcedentib in cui latitu
dine no pot transire vn ho grossus. nec etia vn
satis tenuis p tanta uie logitudinem. ideo dice
du q via vni cubiti de hic quida introitus struc
tus de atrio interiori ad via dece cubitoru dicta
ex transuerso. et inde intratur porticus tepli ante q
transit ista x. cubit uia et p talem modu ablato sa
crificio in altari holocaustorum quod e in atrio pce
dit sacerdos ad consumandu sacrificiu i teplo per
oblatione incensi. dr autem dicto introitus ita struc
tus ut ea que sut in teplo minus pateret extranib
i atrio interiori. ppter q etia p transitu sacerdotis ille
introitus est claudend. Sciendu etia q iste intro
itus ex pte tepli est vni cubiti. s ex pte atrii inte
rioris est maioris latitudinis ut expeditior sit
transitus sacerdotis. sicut videm in fenestris turriu
que uocant gallice archieres q a pte exteriori
hnt qi latitudine vni palmi et ex pte interiori
duoru ul triu pedu. Ex dictis pz q via cubit.
x. pcedendo de gazophilaciis aquilonarib uers
teplu recte uenit ad introitu vni cubiti et eo
dem mo pcedendo ex pte opposita. s. de gazophila
ciis australib ad teplu. ¶ Et ostia. hec e ps tcia
ubi agitur de situ ostiorum et de altitudie gazophi
laciorum cu dr. et ostia eorum. s. gazophilaciorum aqlo
nariu. ad aquilone. supple respicientia. dicut aut
doctores latini q ex pte altera istorum gazophilacio
ru sunt etia ostia uersus teplu quod e i austra
li pte et aquilonariu gazophilaciorum. Sz no vide
tur uerum. tum quia scriptura de hoc nulla facit
mentione. Tum q terra uersus teplu e altior. xvi.
cubit q ex pte altera. et io illa teplu no pnt ee
sic conuenienter ostia. Ite p illa ostia eet igressus ad
locum orationis et sic inquietaret a transeuntib p o
stia illa cu tn dz ee quietus. ppter q sicut dicit scrip
tura in pte aquilonari tantu sut hec ostia ponda
quot aut sunt ibi ostia ponenda pcise no hr ex scrip
tura. s hr q sunt plura ex hoc quod dr ostia et
scdm hebreos sunt duo quia comuniter plurale positu
sine additione sigt numeru binariu et scdm hoc
totu hedificiu aquilonare diuidr i duas por
tiones ex transuerso et queli porto e. l. cubitorum
longitudinis. et. l. cubitorum latitudinis coprehensa
tn spissitudine parietu. ubi erant gazophilacia i
superiorib mansionib humiliora. In hebreo het
strictiora. i. minus spissa. et e eadem sntia cu translatione
nra. q sicut supbus dr grossus. ita humilis pt dici s
tricus. et scdo ponit causam dr. q supportabant porticus
i. inferiores mansiones gazophilaciorum que dici
tur hic porticus q p illas e ingressus ad supiores
sicut p porticu est ingressus ad domu. que ex il
lis eminebant. s. medias et supiores mansiones
ideo scdo ditur de inferiorib et de mediis. edificii
aquilonaris. tristega eni erant. i. hntes tres ma
siones. vna sup aliam. et non hebant columpnas.
sustentantes. sicut erant columpne atriorum. i. ga
zophilaciorum atrii exterioris sicut dictu est

sup. xl. ca. in atrio exteriori i pte orientali sunt
. xxx. gazophilacia sacerdotu et cantorum ebdomada
riorum. et in illis sut columpne sustentantes. i illis at
gazophilaciis que sut maioris altitudinis et po
deris no ponutur tales columpne sustentantes. sed
muro spisso et forti cu bonis pilariis. Iste tame
murus e spissior i inferiorib mansionib q i mediis
et i mediis q i supiorib scdm magnitudinem ma
ioris ponderis supportati. et ppter hoc dr de sup
q gazophilacia sunt in supiorib. humiliora. i. stri
ctiora. q muro mediarum mansionu e minus spissus
quia retractus e a pte exteriori et p ons e strictior q
inferior masio. et eodem modo dicend e de supio
ri et medie. ppterea eminebat. supiores masioes
de inferiorib et de mediis a terra. l. cubit. id e
quia muro inferiorum mansionu e ita fortis. ideo
mansiones supiores possut tantu eleuari. ¶ Et pe
ribolus. hec est pars qrta i qua describit murus
claudens edificiu aquilonare ab orietali pte.
scdm qd dicit hic Ra. sa. et hoc quia ab illa pte e
uia ueniendi ad gazophilacia i edificio aquilo
nari contenta. dicit igr. et peribolus. i. murus clau
dens a pte orientis. et dr. a pi. q e circu et am
bulatio quia iuxta murum illu e deambulatio
siue uia p quam sacerdotes de teplo et atrio veni
ut ad gazophilacia aquilonaria et eo. exteri
or. hoc dr ad dria muri diuidentis totu he
dificiu australe p mediu ex transuerso. ppter q
est interior muro et ex pte occidentis ht tria ga
zophilacia vnu sup aliud et tria siliter ex pte
orientis. secundu gazophilacia. i. ptensus e iste
pibolus scdm longitudine vnius ordinis gazophilaciorum
que accipitur ex transuerso totius edificii aquilonaris
que erant in uia. i. iuxta uia sacerdotu predicta
atrii exterioris. sicut dictu e sup teplu et ista ga
zophilacia sunt in atrio exteriori et p ons ista uia an
te gazophilacia. i. ex pte orietali q e anterior resp
tu istorum gazophilaciorum. sicut et totius edificii ps
orientalis dr anterior et pars occidetalis posterior ut dic
tum est sup ca. xl. longitudo eius. i. dicti piboli. l. cu
bitorum. et scdo ditur ro. quia logitudo erat gazophi
laciorum. in edificio aquilonari contentorum. l. cu
bitorum. quia tanta e latitudo totius edificii aqlo
naris scdm qua accipitur longitudo istorum gazophi
laciorum eo q eorum ostia sunt in latere aquilonari
totius edificii ut dictum e sup dicitur etia ista ga
zophilacia. atrii exterioris eo q sut i eo sita ut dic
tum est. et logitudo ante faciem tepli. c. cubitorum
ista est platea que sup xli. ca. dr latitudo. c. cubi
torum de qua fit hic iterum mentio q p illa e via sac
dotum de teplo ad ista gazophilacia p magna p
tem. et erat scdo gazophilacia hec introitus. na
eorum ostia sunt in inferiorib mansionib et in p
te aquilonari ubi terra e demissior ppter pendu
lu montis ab oriente ingredientiu in ea. licet. n.
uenientes de teplo ad gazophilacia hec ueniut
recte contra aquilonem usqz ad angulu edificii a
quilonaris clausum muro orientali et aqlonari
tame ex illo angulo ad ostia gazophilaciorum est

in hedificio aquilonari contenta ideo describendo gazophilacia.

processio ab oriente in occidentem ut in figura patet et de facili sine figura potest ymaginari (et propter hoc dixit propheta ad orientem venientium ad ea. scilicet ab oriente ingredientium in ea. *de atrio exteriori.* Similis modus loquendi est sicut cum dicitur apud nos aliquis ecclesiam ingredi de cimiterio quamvis ipsa sit cimiterium ut dictum est supra

Et in latitudine. post descriptionem aquilonaris edificii hic consequenter describitur edificium australe quod est per omnia aquilonari simile. et quia descriptionem predictam terminavit in via veniendi et introeundi gazophilacia australia quasi continuans se precedentibus incipit a via veniendi de templo ad ipsa eo quod hec via continetur ex una parte inter templum et atrium interius ex altera. dicit igitur. *et in latitudine peribuli.* id est in spissitudine muri. *atrii.* scilicet interioris quod dicitur atrium sacerdotum sive propter altare holocaustorum ubi offerebantur sacrificia. *quod erat contra viam orientalem.* id est templi. ideo subditur. *in faciem edificii separati.* id est templi cuius ingressus quod dicitur hic facies est versus orientem et supplendum est quod in peribolo atrii est ostium per quod est exitus ad viam ducentem ad gazophilacia australia. et illud ostium supra dicitur via unius cubiti. *et erant ante edificium.* In hebreo habetur. *ante templum.* ideo per edificium hic intelligitur templi *gazophilacia.* scilicet australia sicut dictum est de aquilonaribus ex parte altera. *et via.* veniendi ad gazophilacia. *ante faciem eorum.* id est ante murum orientalem ipsorum. *iuxta similitudinem gazophilaciorum.* etc. nam in omnibus sunt similia. propter quod ex dictis supra patet littera usque ibi. et ostia eorum secundum ostia gazophilaciorum que erant in via *respicientes ad notum.* etc. id est ad austrum videtur quod deberet esse ad aquilonem quia loquitur de similitudine gazophilaciorum australium ad aquilonaria. dicendum quod hec similitudo est mutua et ad hoc exprimendum loquitur hic de ostiis gazophilaciorum aquilonarium assimilando ea ostiis gazophilaciorum australium ac si diceret sicut australia sunt similia aquilonaribus sic econverso. Potest etiam aliter exponi de ostiis gazophilaciorum australium sic. *et ostia eorum.* scilicet gazophilaciorum australium *secundum ostia gazophilaciorum.* et supplendum est aquilonarium eo quod de ipsis supra locutus est. et quod subditur. *que* scilicet ostia refertur ad ostia gazophilaciorum australium *erant in via respiciente ad notum.* id est sicut ostia gazophilaciorum aquilonarium respiciunt ad aquilonem sic ostia gazophilaciorum australium respiciunt ad austrum. *ostium in capite vie.* supple est quia supra dictum est quod in spissitudine muri occidentalis est introitus strictus propter quod dicitur via unius cubiti. et non est supra in textu expressum quod ibi sit ostium. ideo hic exprimitur cum dicitur. *et ostium in capite vie.* dicitur autem caput vie locus unde est processio ad diversa loca. Sicut dicitur ezechielis. xxi. stetit rex babilonis in capite duarum viarum a loco vero qui est inter ostium illud et porticum templi incipit processio versus gazophilacia australia ex una parte et versus aquilonaria ex altera. ideo vocatur caput vie. *que via erat ante vestibulum separatum.* id est ante porticum templi quod dicitur edificium separatum. In hebreo habetur *ante clausuram organizationis.* et redit in eandem sententiam tamen paulum modicum. ad cuius intellectum sciendum quod sicut supradictum est ab atrio interiori erat ascensus per xv.

gradus sicut in templo salomonis in quibus stabant cantores tempore salomonis propter quod et xv. psalmi vocantur cantica graduum. ad huius similitudinem ponuntur gradus in hoc edificio. In summitate vero horum graduum est ostium latitudinis cubiti unius predictum et vocatur clausura organizationis quia claudit inter gradus ubi est organizatio cantorum et viam que est inter ipsum et templi porticum propter quod ista eadem via est ante templi porticum ex una parte et ante templum organizationis ex altera. verumptamen quia hec clausura organizationis est in parte orientali huius vie. ideo subditur. *per viam orientalem ingredientibus.*

Et dixit post descriptionem gazophilaciorum aquilonarium et australium hic consequenter describitur usus eorum cum dicitur. *et dixit ad me* angelus hec ostendens. *gazophilacia aquilonis et gazophilacia austri.* predescripta. *que sunt ante edificium separatum.* id est ex utraque parte templi sita. *hec sunt gazophilacia sancta.* id est sanctis usibus deputata. *in quibus vescuntur sacerdotes qui appropinquant ad dominum in sancta sanctorum.* ad ministrandum ibi. id est in gazophilaciis dictis. *ponent* scilicet sacerdotes *sancta sanctorum.* id est ea que sunt necessaria ad ministerium in sancto sanctorum. *et oblationem pro peccato et pro delicto.* id est partes de istis oblationibus que cedunt in usum sacerdotum. nam secundum legem comedi debent in loco sancto. *Cum autem ingressi fuerint sacerdotes.* gazophilacia dicta. *non egredientur de sanctis in atrium exterius.* atrium exterius hic accipi non potest generaliter. nam sic accipiendo gazophilacia illa sunt in atrio exteriori. sicut frequenter dictum est supra. sed accipitur particulariter pro illis locis ad que admittebatur populus ut magis patet ex sequentibus *et ibi.* id est in dictis gazophilaciis. *reponent vestimenta sua in quibus ministrant domino vestientur que vestimentis aliis et sic procedent ad populum.* scilicet ad loca atrii exterioris ad que admittitur populus

Cumque complesset. Superius descripte sunt interiores mense. hic consequenter describuntur exteriores mense. Sciendum tamen quod expositores latini dicunt quod hic describitur mensura muri medii qui dividit inter atrium exterius et locum vulgi. et mensa cuiuslibet lateris eius est quingentorum cubitorum quod probatur per hoc quod ponitur in fine huius capituli. *per quatuor ventos mensus est murum eius undique per circuitum longitudine quingentorum cubitorum et latitudine quingentorum cubitorum dividentem inter sanctuarium et vulgi locum.* Sed contra hoc est quod premittitur de mensura eiusdem muri expressius et magis diffuse quod non in fine capituli dicitur. *per quatuor ventos mensus est* etc. est recapitulatio brevis sive precedentis de qua dicitur. *mensus est autem contra ventum orientalem calamo mensure quingentos calamos* etc. calamus vero continet vi. cubitos ut dictum est supra. centum xl. quinquies vero sex faciunt. xxx. et sic latus orientale muri quod mensuratur hic habet tricesies. c. cubitos qui faciunt tria milia cubitorum. ad hoc autem respondent quod sicut quelibet pars panis est panis ita quelibet pars calami est calamus et sic quantitas unius calami in calamo signata dicitur hic calamus. ad hec etiam probanda inducunt quod dicitur in textu. *In calamo mensure.* quasi diceret. non in toto calamo sed in una eius parte que continet cubitum quantitate

dicitur .n. et verum est quantum ad hoc quod sex cubiti sunt distincte signati in calamo totali. nam mensure supra descripte alique dicuntur unius cubiti. alie duorum. alie trium. alie quatuor. et alie quinque. et alie sex. sed dictum eorum .s. quod cubitus dicatur calamo non potest stare cum hebraica veritate ut magis patebit in fine huius capituli. ubi litteris latina nostra est corrupta. nec etiam potest stare cum ratione quia hoc nomen calamus equivocum est ad significandum rem nature et ad significandum quantitatem mensure que est sex cubitorum et hoc secundo modo accipitur calamus in tota ista descriptione ut patet ex superdictis .xl. capitulo. nunc autem ita est quod licet quelibet pars calami sit calamus in quantum calamus est res nature non tamen sic est ut significat quantitatem mensure. ad hoc autem est exemplum sensibile. In normannia vulna vocatur virga et sic virga equivoce dicitur de re naturali et de ulna. et licet quelibet pars virge sit virga prout dicitur de re naturali non tamen quelibet pars virge est virga ut est nomen ulne sed sola ulna integra dicitur virga et medietas eius dimidia et quarta pars unum quarterium. Quod autem inducunt illud quod sequitur. In calamo mensure. non est pro eis sed magis contra. nam per hoc ostenditur manifeste quod calamus non accipitur hic prout est res nature. sed prout est determinata quantitas mensure .s. vi. cubitorum et sic patet appositum .s. quod calamus non potest dici unius cubiti ut credo. Item si sic acciperetur eo quod quelibet pars calami potest dici calamus ut dicunt eadem ratione posset dici de dimidio cubito et de duobus cubitis et de tribus et de quatuor et de quinque et sic in tota descriptione huius edificii ubi tamen exprimitur mensura nomine calami nichil esset certum eo quod indifferenter posset accipi pro toto calamo et singulis eius partibus et per omnes dictum istorum destruit ipsorum dicta superiora pro parte magna. ad textum autem quem pro se inducunt de fine huius capituli dicetur ibi. Dico ergo cum Ra. sa. quod hic describitur mensura muri exterioris totum edificium claudentis. et hoc patet ex modo loquendi cum dicitur. Cumque complesset .s. angelus ipse viri. mensuras domus interioris. ex quo videtur quod includit omnia prius mensurata inter que continetur plura extra murum medium existentia .s. thalami portarum atrii exterioris et vestibula earum. et domuncule edificate super portas muri prout ex dictis exterioris sicut ex predictis patet. eduxit me. extra totum edificium. per viam porte etc. .i. per portam orientalem prima. et mensus est eam undique .s. spacium latitudinis porte et muri orientalis ex utraque eius parte. per circuitum .i. a parte exteriori qui longior est interiori .xii. cubitis propter spissitudinem murorum que est .vi. cubitorum et sic pars interior restringitur .vi. cubitis in qualibet eius extremitate. mensus est autem contra ventum orientalem .i. partem muri orientalem. quatuor .n. venti principales frequenter accipiuntur in scriptura et etiam in communi modo loquendi pro quatuor partibus mundi .s. oriente. occidente. aquilone. et austro. quingentos calamos. qui faciunt tria milia cubitorum ut dictum est supra. et hoc modo exponatur littera de tribus aliis partibus sequentibus usque ibi. per iiii. ventos. ubi ponitur recapitulatio brevis dictorum. longitudinem quingentorum cubitorum. et latitudinem cubitorum quingentorum. latera .n. muri exterioris sunt equalia

ex hoc autem quod ponitur hic cubitorum. mali quidam libri arguunt expositores latinos communiter quod per calamos predictos intelligitur cubiti ut predictum est et male. nam in hebreo non ponitur cubitorum. sed absolute ponitur. longitudinem quingentorum. latitudinem quingentorum. ex quo patet quod iste numerus refertur ad calamos predictos. propter quod Ieronimus super ezechielem retractat quod cum ad hoc translator. d. quod ex celeritate in transferendo male posuit hic. cubitorum. propter quod libri latini bene correcti non habent cubitorum. dividentem inter sanctuarium et vulgi locum. In hebreo non sic habetur. dividentem inter sanctum et vile. quicquid autem est intra murum exteriorem dicitur sanctum. etiam spacium inter murum exteriorem et medium contentum quia divino cultui deputatum nam ibi est oratoris locus ut supra dictum est .xl. capitulo. propter quod dominus de illo loco eiecit vendentes et ementes Io. ii. tamquam de loco sancto. quod autem est extra murum exteriorem dicitur vile quia non est divinis usibus applicatum. Circa secundum quod magister ricardus de sancto victore quicquid mirum probare de mensuris atriorum et murorum ipsorum fundat super hoc quod medius murus sit .cccc. cubitorum in quadro prout dicitur hic secundum suam opinionem que videtur falsa ut dictum est propter quod non videtur valere quod dicit de dictis mensuris excepta mensura atrii interioris que dicitur in textu .c. cubitorum per quadratum

XLII

XLIII


Et reduxit

me. Postquam descripta est edificiorum mensuratio. hic ponitur prophete quedam specialis visio et secundo prophete informatio ibi. et audivi. Circa primum dicitur. et eduxit me ad portam etc. hec est porta orientalis atrii interioris. et ecce gloria dei israel .i. cherubin et rote etc. in primo capitulo descripta maiestatem dei representantia. ingrediebantur per viam orientalem. atrium interius. et vox erat ei quasi vox aquarum multarum. signum divine virtutis et magnitudinem. et terra splendebat a maiestate eius. videbatur .n. prophete per imaginariam visionem quod claritas illius visionis illuminabat totam terram. et vidi visionem secundum speciem .i. similem illi visioni. quam videram quando veni ut disperderet civitatem. hec visio descripta est supra .x. capitulo et xi. et species secundum aspectum quem videram etc. que visio describitur supra primo capitulo et cecidi super faciem meam. ex humana fragilitate iuxta apparitionem maiestatis divine. et maiestas domini ingressa est in templum. de atrio interiori. et levavit me spiritus .i. angelus qui prophetam cecidisse ut dictum est. et introduxit me in atrium interius. de porta eius. Et ecce repleta erat gloria domini domus .i. templum de atrio .n. interiori videbat in templo per ostium ex more spissitudinem muri contra ostium templi. Sciendum autem quod sicut supra .x. et xi. capitulo ubi describitur destructio civitatis et templi propheta vidit gloriam domini exeuntem de templo et atrio per portam orientalem et post ea de civitate tota in quo designabatur recessio protectionis divine a templo et civitate. Ita hic per portam orientalem vidit propheta gloriam domini intrantem atrium et inde templum ad significandum assistentiam divine virtutis ad protegendum templum et civitatem

que ibi describuntur. Unde in fine libri di. et nomē
ciuitatis ex illa die dns ibidē. ¶ Et audiui. h' aut
ponitur pphe instructo de domo descripta cui dr. et au
diui loquētē ad me de domo. dicunt aliq et posito
res q de domo sigt terminum a quo procedebat ista lo
cutō et sic loquens dr et intelligi eē in domo quem
audiebat pphā extūs in atrio et p ons iste loquens est
alius ab angelo existente iuxta pphām i atō. hebrei uo
dicunt et melius q li de ut uidetur tenetur h' iñalit'
et est sēns. et audiui loquētē ad me de domo. i. in
struentē me de condicōib' dom'. et s: hoc iste loquēs
est angelo stans cum pphā et hoc p; p hoc qd sbdit'
et uir. i. angelus in spē uiri. qui stabat iuxta me di
xit ad me. instruendo me de condicōib; dom'. pdicte
io sbditur. fili hominis loco solii mei. rc. dr aut tēpliū
descriptum locus sessionis et hitatōis diuine maiestatis et
grē. et nō pollueut ultra dom' isrl' nomē sanctū me
um. p ydolatriam sicut ipi et reges eorum fecerūt multi
pliciter ut p; iii. R. et iiii. et in fornicatōib' suis. dr
aut ydolatria fornicatō spual' eo q ibi fornicantur cū
dyabolo. dicit' etiā fornicatō corpōlis eo q i aliqb'
ydolatriis exercebatur fornicatō corporal'. s. in ydolatriis
ueñs et priapi. qui fabricati sunt limen suū iuxta li
men meum. q exponūt aliqui de regib' hitantibus
iuxta templum. Sicut dr de salomone. iii. R. et de atha
lia. iiii. R. q̄m sancti reges legūtur in habitasse ut
dauid ezechias et iosias. et illud quod dr hic. fabri
cati sunt limen suū. rc. dr tanq̄ quid illicitum et per
tinens ad ydolatriam. io melius dr. limen suum
rc. ly suum. refertur ad ydolum. nam aliqui reges. iiii.
R. legūtur posuisse ydola iuxta templum et aliq etiam
i atriis templi ut dr de manasse. e. R. et murus erat it'
me et eos. i. deos alienos qui p parietem modicum e
rant diuisi a sancto sanctorum ubi erat ppiciatorium tāq
sedes dei. pptere qd assūpsi eos. p regem babilonis. Ce
tera patent usq; ibi. tu autem fili hoīs ostende domui
isrl' templum. i. formā templi supra descripti p me edificā
di. et confundantur ab iniquitatib' suis. ppter quas templū
salomōis est destructum. Cetera patent usq; ibi. et uni
uersa precepta eius. s. q̄liter custodiri debeat et officiari
Cunctumq; ordinē eius. i. ordine sacerdotū leuitarū et
ianitorum. et omnes leges eius. i. cerimonias diui cultus
Cetera patent usq; ibi omnes fines eius in circuitu. i. o
mnia edificia et loca circa templum existēcia usq; ad mu
rum exteriorē inclusiue que dicunt' sancta rōe scī
scōrum quod ē in templo. et io supponitur ē q murus ex
terior diuidit inter sanctum et uulgare. ¶ Iste autem
mense. post descriptōnem templi. hic cōuñter ponitur de
scriptō altaris holocausti. et diuidit in ptes tres. nā
pmo describitur eius dimēsio. 2°. eiusdem dedicatio
ibi. et dixit ad me. Tertio offerenciūm i illo uaria
condicō in pnº. xliii. cª. Ad intelligētiā pme pt'
sciend' q altare holocaustorum describitur hic qua
drū equilaterum et ex ptibus. ix. cōpositum. pma ps
iuxta terrā uocatur sinus siue fundamentū et eleua
tur sup terram p cubitum unū. sc̄a crepido minor.
Nam ibi incipit discrepare edificium altaris a fundamēto
restringendo a latitudine fundamenti p unū cubitū et
ascendit sursum p duos cubitos. Tertia crepido
maior. nam ibi iterū restringitur edificiū altaris
p unū cubitū modo dicto et eleuat' sursum p q̄tuor
cubitos. ppt' qd dr maior rōe p̄cedentis que ascendit
p duos cubitos tantum. q̄rta uocat' ariel et ascēdit
sursum p q̄tuor cubitos et eius supficies supior est
locus ubi crematur holocaustum et sic altitudo al
taris sup terrā ē. xi. cubitorum et sup altare i. in s̄.
eius angulis eius q̄tuor cornua de quorum altitudīe
non fit mētō in textu nec in glō. Sciend' q i(sta)
iiii°r. cornua distant ab extremitatib' altaris fa
cientib' eius āgulos et locus crematōis holocau
sti et sic circa locū crematōis unus cubitus addit'
in circuitu. ex quo sequitur q tota supficies sup
ior altaris hēat in quadro. xx. cubitos quia locus
crematōnis est. xii. cubitorum i quadro. Itē in ex
tremitatib' altaris ē quedā erectura sursum eleua
ta p unū palmum sicut fit in scanniis et illa uoca
tur labium altaris sicut describitur in figura. Sci
endum tamē q cum altare sit quadratū eq̄la
terum nō pot figurari totū i plano. s; unū latus
tantum. Alia uo tria sunt p ymaginatōnem aspi
cientis supplenda :~ ¶ Uullicus scripsit yspal'
anno dni. 1236. h'. iiii

Sequitur figura in
colūpna sequēti

CXLI



Hiis ita uisis · Prima pars in duas diuiditur quia primo describitur altaris dimensio generaliter secundo particulariter ibi · hec quoque · Circa primum dicit · Iste autem mensure altaris · supple sunt que inferius describuntur in cubito verissimo · id est in cubito sanctuarii qui habet cubitum et palmum · nam ultra communem cubitum continet unum palmum · sicut dictum est supra · xl · capitulo · in sinu eius hebrei dicunt · in fundamento eius · potest tamen fundamentum dici sinus similitudinarie quia recipit ea que supponuntur sicut sinus ea que in eo supponuntur · erat cubitus. quia per unum cubitum ascendit super terram · et cubitus in latitudine · tantum enim excedit fundamentum sive sinus edificium altaris quod suppositum · et diffinitio · id est altaris terminatio · unde in hebreo ponitur et termino usque ad labium · id est altitudo altaris terminatur in superiori superficie que habet labium in circuitu ut predictum est et subditur quantitas huius labii cum dicit · in circuitu palmus unus · sursum ascendendo · et sic habetur dimensio altaris in generali quia descripta est pars inferior et superior · Hec quoque · hic consequenter describitur altaris dimensio particulariter cum dicit · hec quoque erat fossa altaris · Sciendum quod dictio hebraica hic posita aliquando accipitur pro fossa vel profunditate aliquando pro elevatione sursum sicut in latino · hoc nomen altitudo licet communiter accipiatur pro elevatione sursum · tamen aliquando accipitur pro profunditate pro opposito sicut psalmus lxviii · veni in altitudinem maris · id est in profundum · Ideo ibi dicitur · et tempestas demersit me · et Ioh. iiii · puteus altus est · id est profundus · et ideo ubi translatio nostra habet fossa · debet dici · altitudo · et hoc patet per litteram sequentem

cium dr̄. et de sinu terre. i. de fundamento altaris qd̄ i̅mediate adheret terre. usq; ad crepidinē nouissimā. In hebreo hr̄ p̄ruina. et hoc pz p lr̄am sequentem ubi uocatur crepido minor. duo cubiti. s. altitudinis i̅ferioris crepidinis et sic omittitur hic unus cubitus altitudinis fundamenti qui in fine resumitur. et latitudo cubiti unius. et accipitur hic latitudo spatium. s. illud qd̄ extenditur ultra edificium immediate suppositum eo q̄ ibi dilatatur pars edificium i̅mediate suppositū ab eo q̄ supponitur. et eodē mō exponendum ē qd̄ sbditur. a crepidine minore. i. ab eius superiore pte usq; ad crepidinem maiorem. i. usq; ad terminum eius superiorem. quatuor cubiti. propter q̄ dr̄ maior crepido quia ascendit p quatuor cubitos. alia p duos tantum. ipse autem ariel. i. superior pars altaris que uocatur ariel eo q̄ in superiori superficie est locus cremationis holocaustorum ut sup̄ dictum ē. Et sic deuorat illas carnes uel adipes sicut leo fortis deuorat carnes. ariel autem leo fortis interpretatur. quatuor cubitorum ascendendo sursum. et ab ariel. i. ab eius angulis. et ariel. xii. cubitorum in longitudine. etc. quia locus cremationis est. xii. cubitorum. s. p quadrum quia unus cubitus in quatuor lateribus altaris preueniebat ultra cornua ut predictum ē et sic tota superficies superior altaris ē. xiiii. cubitorum i̅ quadrū et uocatur ille cubitus crepido altaris quia ibi dilatatur pars altare ab eo q̄ ē inferius p unum cubitum ultra se extendens et [illegible] illius crepidinis ē dimidium cubiti. ideo subditur. et corona i̅ circuitu. etc. In hebreo hr̄. et crepido. pōt tamē dici corona q̄ superiorem partem altaris circuidat. et sinus eius. i. fundamentum altaris. unius cubiti super terram. et sic resumitur altitudo fundamenti que supra fuit omissa ut sup̄ dictum est. gradus autem eius. s. altaris. uersi ad orientem. i. positi in pte orientali altaris ut sic sacerdos offerens super altare hēat faciem usq; ad templū quod est i̅ pte occidentali. ¶ Et dixit ad me. hic consequenter describitur dedicatio altaris p sacrificia. vii. diebus et viii. die et deinceps fienda ibi sacrificia et oblationes rite et pz litera paucis exceptis que discutientur. et dabis sacerdotibus. i. dandū i̅ futuro denūciabis. qui sunt de semine sadoch. exponatur sicut sup̄ in fine. xl. cap. et mundabis illud. i. aptabis ad faciendū ibi oblationes. et comburens eum i̅ separato loco domus. etc. i. intra clausuram totius edificii. tamē extra atrium interius et templum. vii. diebus facies hyrcum. i. offeres ipsum et cetera animalia. et implebunt manus eius. i. locum cremationis. dictis sacrificiis. et dr̄ manus eo q̄ capit supposita sacrificia. Cetera patent ex supradictis

Et conuertit me.

Post descriptionem dedicationis altaris. hic consequenter agitur de oblationibus ibi fiendis. Et diuiditur in duas ptes. q̄ primo de hoc agitur quantum ad principes. scdo quantum ad ministros et sacerdotes ibi. et adduxit me. Circa primum sciendum q̄ princeps est uicarius dei i̅ temporalibus. et io describitur sbi

aurea armilla dyadema hec insignia sibi conuenienciam designabant honorem regium singula autem per se assumpta uel plura designabant aliquam participacionem honoris regii et hoc designatur hic vnde sequitur et tercius in regno meo erit. i. tercius a me erit in honore. Tunc ingressi omnes sapientes et non potuerunt scripturam legere etc. quia erat scripta hebraice et ipsi illas litteras ignorabant et dato quod scirent legere tamen non potuerunt scire intellectum eius quia in tribus uerbis mane techel phares continebatur tanta sententia quod non poterat intelligi nisi deo reuelante et hoc est proprie legere quod non solum cognoscitur littera sed etiam intellectus. Vnde rex balthasar. hic describitur regis perturbacio propter defectum interpretacionis cum dicitur quod unde satis conturbatur hoc est nimium et uultus eius inmutatus est. quia propter uehementiam timoris ire et perturbacionis frequenter mutabatur color eius in facie et optimates eius turbati. ex regis perturbacione et quia adeo erant perculsi cum essent participes criminis. regina autem .i. mater balthasar secundum origenem sed secundum iosephum erat eius auia quod uidetur probabilius et ideo poterat scire preterita que rex ignorabat que .s. facta fuerant tempore nabuchodonosor. regis ingressa est domum conuiuii ad consolandum regem et ei consulendum et patent eius verba usque ibi est uir in regno tuo qui spiritum sanctorum deorum habet loquitur de deo celi in plurali ad modum gentilium cetera patent ex predictis in aliis capitulis usque ibi spiritus amplior. quantum ad multitudinem cognitorum prudencia quantum ad cognicionis claritatem intelligencia et interpretacio sompniorum intelligencia dicitur quantum ad cognicionem occultorum. interpretacio quantum ad explanacionem uerbi et ostensio secretorum quia multa sunt alia secreta quam in sompniis sicut est in proposito de scriptura in pariete que fuit danieli ligatorum solucio quantum ad intellectum scripturarum aliis occultarum quedammodo eis ligate quia non possunt inde intencionem intellectum. hoc modo loquitur philosophus iii. methaphisice vbi dicit quod sicut nodum non potest soluere qui non nouit intricacionem nodi ita nec questionem dubitabilem soluere qui ignorat intricacionem racionum ex utraque parte inuente sunt in eo hoc est in daniele cui nomen imposuit rex balthasar. primo capitulo. dictum est quod prepositus eunuchorum imposuit hoc dicendum quod prepositus ipse fuit de mandato regis et ideo rex fecit hoc principaliter ut hic dicitur. Sequitur igitur daniel introductus est. etc. ex quo habetur quod consilium mulieris sapientis est non est contempnendum maxime quando non suggerit aliud sicut erat in proposito. sequitur tu es daniel. de filiis captiuitatis iude q. d. tu es. de illis apud quos consueuerunt esse prophete quia alibi quam apud iudeos raro leguntur fuisse prophete. quem adduxit pater meus. i. auus meus cum vero respondisti de occultis cetera patent ex predictis usque ibi. Ridens daniel ait coram rege munera tua sint tibi etc. quia ex pacto non est aliquid accipiendum pro reuelacione diuini secreti sed post factum potest aliquid accipi ex liberalitate dantis sicut fecit daniel ut

nota

racione

patebit infra eodem. ¶ O rex hec ē tercia
pars huius cap. ubi dr̄ regi p̄fusio a daniele ex
quo patet q̄ incia p̄ncipū tp̄re debito non
sunt tacenda et ut daniel niche ipm̄ argu
at ponit ex. 1m. an sui qui pp̄. supbiaz suā fuit
deiectus a regno ad tempus ut patuit capitulo
p̄cedenti et ideo iste grauius peccauit qui
nō fuit cor rectus exemplo eius. ¶ Nec valz
si dicatur q̄ iste non habebat adhuc discrecōz
qn̄ auus eius mortuus est et sic posset ignoran
ciā excusari per ignoranciā facti non valz
sicut dictū est q̄ facta regū sic notabilis scri
bebant̄ i annalibus cronicis hystoriis et depi
gebant̄ i ymaginibus et magis memorie
cōmendarent̄ ad exemplū aliorū et iō potu
it scire qui sui factū hoc est q̄. qd̄ dicit da
niel. o rex balthasar deus altissimus regnū
dedit nabuch. patri tuo. q̄ de infimo statu
statu eleuatus est ad monarchiaz ut. s.
dictū est et magnificenciā pp̄. expensas ma
gnas quas faciebat qd̄ est p̄priū magnifici
ut dr̄. iiij. ethicorū et gliam. quantum ad
diffusionē fame sue magnitudinis et honorē
qui ei ab vniuersis i pendebatur q̄ aliqui
honorabāt eū ex amore. s. illi qui erat ab eo
exaltati alij ex timore. s. illi qui erat depssi q̄
sequitur patet i lra ex dictis usq̄ ibi. qn̄ aut
eleuatū est cor eius. p supbiā animaz et sp̄s
obfirmatus est. i. obstinatus q̄ nō statim ad
p̄mū peccatum percutit dn̄s sed expectat correc
cōez qd̄ sequit̄ pz usq̄ ibi cor eius cum be
stijs positum est. q̄ sbtracto usu racōis homo
nō differt a brutis ut hētur p̄mo metha. s̄
q̄ fuit i nabuchodonosor per amenciā ut
infra est qd̄ sequitur pz ex dictis usq̄ ibi.
tu quoq̄ filius eius. i. nepos q. d. grauius pecca
sti q̄ exemplum i auo tuo habuisti. s. aduer
sus dn̄atorē celi. ele. er. p supbiā et ua
sa domus eius allata sunt coram te. etc. erat
blasphemia q̄ laudando deos suos deum ce
li qui i ihrlm colebat̄ blasphemabat porro
deum celi qui hēt flatum tuum. i. sp̄m tuū
uel uitam respirando i quo cōsiat uita. In
manu sua. i. ptāte. et oēs uias tuas. i. co
gitacōēs et opera. non glorificasti reddēdo
sibi grās p bn̄ficiis acceptis. ¶ Deinde hec est
quarta pars p̄ncipalis huius capli i qua po
nitur uisionis exposicō. Ideirco. i. pp̄. p̄dcā ma
la tua missus est. adeo. s. articulus manus etc.
i. digitus manus more hebrayca s̄monis qui
frequent̄ ponit singlāre pro plurali ut. e
xo. viij. venit musca grauissimā a multitudie
muscarū quia plures apparebāt digiti. legit̄
mane techel phares. p̄mum ptinet ad sicz
regni. mane ei idē est qd̄ numeracō pp̄. qd̄
subdit̄ numerauit dn̄s regnū tuū et compleuit
illud. i. finiuit scdm̄ pertinet ad finez inter
balthasar techel idē est q̄ appensio statere
pp̄. qd̄ subditur appensus es in statera diuini

iudicij. s. i quo ponderata sunt facta tua
et inuentus es minus habēs. i. minus i uita q̄ pu
tares dio iudicio hoc exigente pp̄. mala
tua. ¶ Tercium patz ad translacōēz regni
phares ei idez est qd̄ diuisio et hoc est
quod subdit diuisum est regnū tuū atē. s.
et a posteris tuis et datum est medijs et psis
q̄ ei i mediate successit darius medus et
postea cyrus rex psarū nepos darij. tunc
iubente rege indutus ē daniel purpura etc.
Sed q̄rit̄ quare talē honorez sibi exhibuit
cum dixerit ei contumelia. ¶ Dicendum q̄ hoc fuit
ne coram oibus me ndacij argueret̄ q̄ talez
honorē p̄miserat legēti scripturā et inter
pretanti ut pz ex p̄dcīs. ¶ Alr̄. q̄ credebat per
hoc irā dei placare exibendo honorē eius
p̄phe. ¶ Sequit̄ eadem nocte interfectus est
balthasar. i hoc appet interpretacōis im
plecio et scdm̄ aliquos balthasar alius eubi
cularijs fuit interfectus et ciuitas p̄dicto eorum
tyro tradita. ¶ Scdm̄ glosaz interfectus ē
ab exercitu medorū et psarū qui audita uisi
oē eā et dcā sua cōtra balthasar per explo
ratores suos fecerunt insultum audacter cōtra
ciuitatem et viri bellatores ciuitatis non pote
rant eis resistere cum q̄ erat attoniti et i sta
pore querebatur ex p̄dcā uisione et daniel interpta
cōe cum q̄ fatigati erant a cibo et vino.
Qd̄ autē exercitus cibo debēt babilō i uadi
et capi p̄dixerat ysaias. xxj. babilō dilecta
mea facta es i miraculū pone mensam contem
plare i specula hostes. s. insurgentes sequitur
comedentes et bibentes surgite principes ar
ripite clipeum et lanceam etc. q. d. magis est
tempus plorandi q̄ festinandi. sequit̄ et darius
medus successit in regnum. licet eī cyrus ob
sideret ciuitatem cum dario tn̄ cessit qui dario
qui erat antiquior et eius auunculus ita tn̄ q̄
post eum regnaret et ita factum fuit q̄ cyrus
dario i regnū successit. ¶ Moralit̄ expone
do dicendum q̄ in hoc caplō cōtra uicium carnalitatis
in balthasar nota superfluitatem q̄ i ē p̄cipuum
capillus capitis qui nascit̄ ex supfluitate
in cibo gulam. in vino in ebrietatem. leticiam in
concubinis manifestam luxuriam. In obtimatibus
adulatorum applaudenciā et i istis unum ab alio
nascitur ut patet. i uasis aureis supbiam nā
tales hoīes faciūt i supbiam inter cōsimiliat
q̄ querunt̄ felicitas pp̄. supbiam iō probat oū
genes q̄ omnis diues est c supbus. hoc de ui
cio carnalitatis quantum ad uicium cupidita
tis nō q̄ cupiditas est ydolorum seruitus scdm̄
aplm̄ q̄ unusquisq̄ rem quā pre ceteris dili
git p̄ponit deum suum scdm̄ iohannem. signum i
diis aureis notat̄. opulencia. i argenteis ap
parencia q̄ argentū est sonorum in ereis. frau
dulencia q̄ uidetur esse aurum et non est. In ferreis
insolencia q̄ ferrum domat oīa sic isti in oibus
sunt sine misericordia. ¶ Contra duo vicia p̄dcā

contumelia quā nō fecerat nabuch. deos quoq̄ aureos i c. etc.

notatur hic iudicium equitatis et processus
et determinacionis diuine scribens est pater.
manus. filius digiti. spiritus sanctus sunt enim dig
iti et manus sunt a brachio. ita spiritus sanctus
a patre et filio unde de christo dicitur. exo. viii. digi
tus dei hic est in pariete. notatur plenitudo ab
sumpti hominis in aula. uteri uirginalis. in can
delabro. contra quod scripsit certitudo uisionis diui
nis quia defecit in oculis huius presentandis in
scriptura. altitudo extremi examinis quod
erit tale. mane numeracio techel. appensio
phares diuisio quia in finali examine deus omnes actus
numerabit omnes circumstancias ponderabit omnes
omnes homines separabit et tunc sequitur terror as
sercionis quod notatur in faciei mutacione. terror co
gitacionis quod signatur in cogitacionum. per turba
cionem terror afflictionis in renum dissolucione. ter
ror desperacionis in genuum collisione. erit indi
cium terribile contra uicium carnalitatis et auaricie.

Placuit dario: VI

hoc est quinta uisio que licet sit
hystoria tamen dicitur uisio quia hic fit mencio de an
gelo in lacum descendente et ora leonum un
dique concludente et danielem liberante in qui
bus notatur misterium christi refulgentis ut supra
dictum est. Causa igitur materialis huius uisionis est
emulacio principum contra danielem et reclusio
eius in lacum et liberacio eius per angelum. Causa
finalis ut innocencia teneretur dei iusticia pan
deretur et nequicia plebis iusticie lederetur.
Causa efficiens est angelica apparicio hec
merente innocencia daniel eius deuocione et pa
ciencia. Causa formalis in modo procedendi consistit
procedit autem hic per modum fraternitatis in indice et
exploracionis contra uitam innocentis et habet
quatuor partes quia primo ponit honorem exaltacio
nis ex parte danielis secundo liuorem emulacionis
ex parte principum ibi Unde et principes. tercio ri
gorem condempnacionis ex parte regis ibi. quod uerbum
cum audisset rex. quarto tenorem liberacionis
ex parte dei ibi et tunc primo diluculo. Circa
primum notantur tres gradus honoris exhibiti
danieli scilicet positiuus comparatiuus superlatiuus primus
est positiuus quantum tenuit daniel in dignitate
quia a dario qui balthasar successit fuit consti
tutus unus de tribus principalibus regis principibus
audito enim quod precedentem uisionem exposuerat
duxit eum secum in mediam honorifice propter eius sa
pienciam et tenuit eum in tali honore in quo po
suerat eum balthasar qui fecerat eum tercium
in regno suo ut dictum est capitulo precedenti. i. unum
de tribus principalibus regni sui et hoc est quod
dicitur hic placuit dario. scilicet filio asswerus ad
dicitur aliquis dario qui fuit filius assueri quem debella
uit alexander magnus et constituit super re
gnum suum satrapis centum. xx. sicut supra
dictum est satrape dicuntur quasi satis sapientes

illi quorum erant constituti per totum regnum in diuersis
partibus ad pecunias colligendas et super eos
tres principes. tres maiores scilicet post regem sequi
et rex non sustineret molestiam duplici de causa
una quia regnum erat antiquum alia quia erat monar
chia nouus et in principio talium solent aliqui ma
gis rebellare ideo curam regni aliis tradiderat ut
ipse possit magis uacare contra hostes reprimendos
si insurgerent. Ergo daniel hic secundo ponitur
gradus comparatiuus honoris ipsius danielis quia non so
lum satrapas superabat sed eciam alios duos
principes qui erant constituti cum eo super totum reg
num ut iustum est et causa subditur quia spiritus dei. i. uirtus a deo
data ad cognoscendum que agenda sunt et exequen
da. amplior erat in eo. i. maior intensiue et ex
tensiue et porro rex. hic ponitur gradus superla
tiuus quem rex uoluit sibi exhibere propter eminenciam sue
sapiencie quia rex uoluit eum aliis duobus maioribus preponere
ut sic esset super totum regnum inmediate post ipsum.

Unde et principes. postquam descriptus est honor ex
parte danielis hic consequenter ponitur liuor emulacionis
ex parte principum qui solet oriri in curiis magna
tum et quia in iudicio semper querunt occasiones contra
innocentem ideo primo querunt occasiones contra danie
lem circa quantum carnale secundo circa edictum le
galem ibi dixerunt ergo uiri contra oreum pertiz
regalem ibi uiri ergo. in prima parte dicitur sic unde. i.
propter excellenciam danielis quam rex uoluit prepo
nere principes et satrape. moti a principibus querebant
ut inuenirent occasionem danieli ex latere regis. i. circa
uendicionem regni a familiaritate regis uel alia similiter
in ponendo danieli quod equalitatem regis ambiret sed
habere. uel a latere. i. ex uxore regis que dormit ad
latera eius imponendo danieli quod haberet familiaritatem
suspectam cum ea. nullam quidem causam et suspicionem
potuerunt etc. ex hoc patet eminencia uirtutis danielis
quia inuidi et emuli eius non poterant notam
eum. diligenter considerantibus de aliquo crimine neque
nec in facto quod notatur cum dicitur nullam causam. nec in
signo quod notatur ibi et suspicionem. suspicio enim est
quando aliquis incipit dubitare de bonitate alicuius
ex aliquo leui signo. Dixerunt. ergo. hic secundo
querunt occasionem contra danielem circa legalem et hoc
est quod dicitur. non inueniemus dan. aliquam occasionem. arguendi
eum scilicet ergo regem nisi forte in lege dei sui quia sic
bant quod ipse uellet magis facere contra edictum regis quam
contra mandatum dei legis et ideo cogitauerunt
qualiter rex faceret aliquod edictum quod non posset
seruari sine transgressione legis iudeorum ut sic ca
perent danielem mandato regis non obedientem
et hoc est quod subditur tunc principes et satra
pe subripuerunt. regi. subripere est aliquem uerbis fallere quo
modo sub specie eum cum sit contra eum et sic factum
est in proposito quia induxerunt regem ad faciendum
edictum per cuius obseruanciam daniel qui erat
sibi maxime utilis et fidelis uideretur cum prima fa
cie illud edictum esse pro regis utilitate et hoc est
quod dicitur rex in eternum uiue. quasi diceret nos optamus
salutem tuam consilium inierunt omnes principes re
gni tui pro bono statu regni confirmando ut decretum

hupatoris exeat edictum et edictum .i. lex firma et irrevocabilis ut omnis qui petierit ab aliquo deo et homine. hoc dicit ut postea non possit danielem excusare usque ad dies .xxx. nisi a te rex tunc temporis ponitur. ut daniel non posset evadere quin caperetur in oratione quia in uno parvo tempore posset sic deum secrete orare quod alios lateret. mittatur in lacum leonum ad devorandum quod condempnati ad mortem illic proiciebantur. hoc enim edictum videbatur facere ad firmitatem regni et monarchie in quantum per hoc homines inducerentur ad tantam reverentiam et timorem regis quod non auderent aliquid petere ab eo [illegible] ideo et ideo rex qui erat novus monarcha consensit nesciens eorum fraudem. simile edictum fecit assuerus ad suggestionem aman. ut habetur hester .iii. et iiii. c. quod zelatus pro pace regni impetravit sicut edictum de destructione iudeorum et cum hoc impetravit ut aliud edictum fieret ne aliquis accederet ad regem infra .xxx. dies in hoc simulans se celare pro regis magnitudine ex tanta reverentia nullus auderet ad eum accedere in tanto tempore sed hoc fiebat ne aliquis infra hoc tempus ad regem accederet qui liberationem iudeorum impetraret hoc modo familiares principibus aliquando inducunt eos ad faciendum aliqua statuta pessima simulantes quod zelant pro rege cum tamen aliud intendant. ¶ Sequitur. nunc igitur confirma sententiam. quasi dicat libenter debes facere quia est pro regni utilitate et scribe decretum ut non immutetur etc. quasi dicat quod tot et tantorum sapientium consilio ordinatum est non debet immutari per nocere unius hominis quod statutum est a medis et persis ex hoc patet unum erat regnum medorum et persarum quia cirus nepos darii ei in honore successit ut predictum est. Quod cum daniel comperisset ingressus domum suam etc. ut ostenderet [illegible] de periculis [illegible] ne temptaret deum exponens se mortis periculo sine causa si hoc faceret in aperto. et fenestris apertis in cenaculo suo contra ierusalem. hoc habetur ex .iii. R. viii. ubi dicitur quod filii israel dum in captivitate debent orare versus terram contra ierusalem ut ex memoria templi ubi deo celebrabant oratio eorum esset magis devota et exaudibilis. tribus temporibus in die scilicet hora matutinali quia lotis manibus iudei tunc benedicunt deum et hora tercia vel sexta ante comestionem exemplum habetur actuum .x. ubi dicitur ascendit petrus in superiora domus ut oraret circa horam sextam et hora vespertina secundum quod dicitur actuum .iii. petrus et iohannes ascenderunt in templum ad horam orationis nonam que accipitur pro tempore vesperarum ut patet in ecclesiis maioribus ubi cum dicitur nona. flectebat genua. quantum ad actum laicum exteriorem et orabat quantum ad actum interiorem. confitebatur coram etc. scilicet ipsi pro israel et sua quia oratio humilis nubes penetrat ut habetur in ecclesiastico .xxxviii. c. illi. hic tertio ponitur accusatio contra danielem circa acceptationem regalem et hoc est quod dicitur viri illi curiosius inquirentes. i. cum magna sollicitudine per oculos suos et per oculos aliorum. invenerunt danielem orantem. de regis edicto et obse-

crantem: obsecratio est oratio que fit per invocationem alicuius rei sacre per quam oratio fiat exaudibilis unde dicitur obsecratio quasi ob aliquid sacrum deprecatio sicut cum dicitur per crucem et passionem tuam libera nos domine et similia et ideo in omnibus orationibus ecclesie ad hoc quod fiant magis exaudibiles dicitur per dominum nostrum ihesum christum filium etc. ubi est invocatio sancte trinitatis. [illegible] et accedentes in modum exploratoris etc. locuti sunt regi super edicto. hoc de lege firma et irrevocabili premittunt hoc faciunt ne rex habeat viam liberandi danielem et hoc est quod subditur rex nunquid constituisti ut omnis homo. sic loquuntur tacito nomine danielis ut cum rex responderet generaliter quod omnis transgrediens statutum sit morte puniendus non possit postea excipere danielem quo [illegible] regem ut patet in littera responderunt autem danielem primo nominant nomine iudaico tacito nomine balthasar quod erat nomen regium. addunt etiam conditionem humilem ut magis provocent regem de filiis captivitatis iude. qui debet esse humilis non curavit de lege tua. que omnibus est veneranda. et de edicto quod peius est quia decretum lex posita sub precepto quod contempsit transgrediendo quod probant per hoc quod subditur sed tribus temporibus per diem orat etc. ¶ Quod verbum. hec est tertia pars principalis huius capituli ubi describitur rigor condempnationis ex parte regis ubi tria notantur primum est malitia impellentium hostium secundum est iniuria hominis innocentis ibi tunc rex precepit. tertium est malitia regis [illegible] ibi et abiit rex. Circa primum dicitur sic. quod verbum cum audisset rex satis contristatus est. quia percepit fraudem eorum et non audebat de plenitudine potestatis frangere in principio sue monarchie quia reges de novo creati solent iurare quod servabunt consuetudines regni et ideo si contra consuetudinem frangeret tale edictum timeret periculum de seditione que de talibus solet accidere et ideo alio modo cogitavit rex danielem liberare propter quod subditur et pro daniele posuit cor .i. intelligentiam et cogitatum ut liberaret eum interpretando s. edictum et se multipliciter excusando et licet modus hic non exprimatur videtur intelligi per hoc quod in talibus detinuit arbitratores usque ad occasum solis ut dicitur in littera et patet sequitur viri autem illi. s. accusatores pessimi intelligentes regem quod s. vellet modis variis liberare danielem dixerunt ei. ad quod tenentur arguendo scito rex quod lex medorum et persarum est etc. ideo reducunt edictum regis ad memoriam quia sic erat expressum quod nullo modo poterat danielem excusare ex parte legis que erat firmata irrevocabiliter ut visum est nec ex parte orantis quia in ea sic habetur omnis homo qui petierit etc. et sic in ea includitur daniel sicut et alii nec ex parte orati quia ibi dicitur quocumque deo vel homine ¶ Tunc rex precepit hic describitur iniuria hominis innocentis. s. danielis videns enim rex quod non poterat liberare danielem nisi frangendo decretum quod firmatum erat [illegible] periculosa et [illegible] iniquitatem regni predictam ideo

tamen

tamquam ymma malum secundum estimacionem suam elegit tradere eis danielem et mactare quia firmiter credebat quod deus eum liberaret sicut audierat de tribus pueris socijs suis de camino liberatis et hoc est quod sequitur deus tuus quem colis semper ipse liberabit te. quia secundum quod dicit glo. non loquitur dubitative sed affirmative. allatusque est lapis unus magnus scilicet et ponderosus. et positus est super os laci. ne aliquis posset ingredi quia magis timebat rex de crudelitate hominum contra danielem quam de feritate leonum et hoc est quod subditur quem obsignavit rex etc. ne aliquis sine eius scitu circa ea subditur ne quid fieret contra danielem. Et abijt rex hic ponitur mestitia regis ex condempnacione danielis et hoc est quod dicitur et dormivit incenatus. i. abijt ad dormiendum quia non dormivit ideo sequitur et somnus recessit ab eo tum ex tristicia tum ex defectu cibi. ¶ Et tunc primo hec est quarta pars principalis ubi describitur tenor liberacionis etc. dei ubi eius innocencia scilicet innocencia liberata et iudicia laetata ubi primo iubente rege dei magnificencia predicatur ibi. Tunc darius. Circa primum dicitur sic. Tunc primo diluculo. i. summo mane transacta illa nocte consurgens rex festinus ad lacum leonum pergit. ex magno enim desiderio liberandi danielem rex qui per noctem vigilaverat ut dictum est etiam in mane non dormivit quia tamen solet esse remedium maximum contra vigiliam noctis. appropinquansque lacui. i. lacui vicinus. ex affectu enim cordis lacrimata est quia tamen reges solent cavere quantum possunt maxime coram populo ne muliebres videantur. daniel serve dei viventis. hoc dicit ad differenciam ydolorum que non vivunt. deus tuus putas ne valuit te liberare a leonibus. non dicit hoc dubitando de dei potencia sed ut cum daniel contra opinionem humanam illesus appareret iusticia appareret et indignacio regis contra accusatores regis danielis sequitur deus meus misit angelum suum. quia opera mirabilia facit ministerio angelorum et conclusit ora leonum. etc. quasi dicat. naturalis feritas leonum non est mutata sed ab angelo prohibita quod patuit ex effectu sequenti in accusatores suos. ¶ Iubente autem rege. hic describitur iudicia laetata circa dictum adducti sunt viri illi qui accusaverant. et in lacum leonum missi sunt. hoc erat iustum secundum penam talionis que habet locum inter equales sicut erat in proposito. et non pervenerunt usque ad pavimentum laci. etc. Josephus dicit quod accusatores dixerunt leones saciatos fuisse carnibus et ideo danielem non tetigisse et tunc rex iussit ut ipsi darent carnes leonibus quod cum vellent facere leones eos decerpserunt antequam venirent prope ad pavimentum et ex hoc patuit manifeste quod daniel ex sola iusticia fuit liberatus. ¶ Tunc darius. hic describitur dei magnificencia predicata per regem darium etc. usque in finem capituli et patet sententia ex predictis in principio capituli. et in fine presentis. ¶ Moraliter exponendo processum emulacionis describitur in hoc capitulo quia in emulis primo notatur ambicio et hac sequitur

est elacio ex hac emulacio ex emulacione insidiacio ad ruinam istorum deiectio et hec omnia patent in littera. ¶ Ad evadendum autem emulacionem exemplo danielis recurrendum est ad oracionem et in modo orandi considerandum quod daniel ingressus est domum. in qua notatur consideracio mentis. orabat apertis fenestris in quo notatur excellencia contemplacionis. tribus temporibus. in quo notatur ordinacio temporis. flectebat genua. in quo notatur composicio corporis ad illam sequitur eius liberacio in qua apparet dei caritas et emulorum punicio in quo apparet dei severitas.

Anno primo. C. VII

Balthasar. Supra posuit propheta quinque visiones que respiciunt Christi primum adventum hic consequenter ponit alias quinque que respiciunt eius adventum secundum. ¶ Prima est de quatuor animalibus monstruosis et adventu iudicis et designat istarum tribulacionum totalem processum. ¶ Secunda de pugna persarum et grecorum sub specie arietis et hyrci caprarum designat eandem tribulacionem principaliter consummandam. ¶ Tercia de ebdomadibus abbreviatis usque ad mortem Christi que designat eiusdem tribulacionis solacium quia tempore persecucionis antichristi maximum solacium erit fidelibus de memoria passionis Christi. ¶ Quarta de apparicione magnifica apparicione viri sub racionis ipsi principaliter que designat eandem terminum. ¶ Quinta de pugna Christi et victoria finali sub signo regis aquilonis et austri et designat eiusdem tribulacionis triumphum. partes autem in quinque capitulis sequentibus per ordinem ponit. ¶ Circa primam visionem considerandum quod causa materialis eius est de quatuor regnis mundi principalibus fideles successive affligentibus et de regno Christi perfecte obtento in iudicio finali omnia regna conterente. Causa finalis est prudencia et cautela contra futuram tribulacionem quia iacula que previdentur minus feriunt et ut ostendatur quod usque ad finem mundi persecutorum molestia est fideles impugnatura et horum molestia tandem finitura et antichristi molestia finali finitura et Christi milicia eternaliter regnatura. ¶ Causa efficiens principalis est spiritus sanctus animo desiderantis et devoto infundens cognicionem regnorum temporum et futurorum. ¶ Daniel autem est causa efficiens ministerialis. ista sub quadam brevitate describens. ¶ Causa formalis in divisione consistit et dividitur in duas partes quia primo premittitur quedam prefacio capituli sequentis. secundo describitur ipsa visio ibi Videbam in visione mea. ¶ Circa primum tria ponuntur. primum est tempus in quo ista visio facta fuit cum dicitur. anno primo balthasar. ex quo patet quod daniel non ponit visiones secundum ordinem hystorie vel temporis in quo facte sunt danieli quia illa que descripta sunt in capitulo precedenti fuerunt post istam visionem quia facta fuerunt sub dario qui successit balthasar. ut visum est in fine vi. capituli. ¶ Racio autem huius ordinis est quia ista visio est prima et ideo ponitur visionibus sequentibus que sunt eiusdem ordinis precedentes visiones ut sunt prime hystorie vel pre

exponitur hystorice. ¶ Capitulum istud est precedentes cum in parte ad Christi primum adventum ut dictum est supra primo capitulo. hic autem cum consequentibus pertinet ad adventum Christi secundum. s. ad iudicium ut videbitur magis prosequendo. Secundo tangitur modus videndi cum subditur Daniel somnium vidit etc. Ex quo patet quod vidit in sompno et non in vigilia. Tertio subditur modus scribendi cum subditur. Et somnium scribens brevi sermone comprehendit etc. ¶ Videbam. hic ostenditur describitur ista visio secundo ipsius interpretatio ibi horruit spiritus meus. prima in duas partes quia primo ponitur visio in generali secundo explicatur magis in speciali ibi prima leena. In prima parte dicit sic Daniel. videbam. i. intelligebam. in visione mea quia sibi visionis ymaginarie intellectus intelligencie cum opus est ut dicitur supra. iiii. capitulo noctis quia tunc quietatis sensibus exterioribus facilius cognicio supernaturalium accipitur ut supra dictum est. ¶ Et ecce quattuor venti celi pugnabant. i. quattuor angeli qui propter similitudinem vocantur venti. ventus enim invisibilis est propter suam subtilitatem. propter quod vocatur spiritus et angelus potest autem hic locus exponi dupliciter. Uno modo de angelis malis et sic dicuntur pugnare quia excitant homines ad pugnam alio modo de angelis bonis qui presunt diversis regnis et sic dicuntur pugnare pro subditis in quantum proponunt coram deo merita que aliis sunt contraria tamen angeli ista merita contraria proponendo coram deo non habent voluntates contrarias sed super hoc requirunt beneplacitum divinum de futuris ut quod tale regnum dominetur tali vel econverso. scita enim super hoc divina voluntate accepta est utrique angelo sive sit pro exaltacione gentis cui preest sive pro depressione. ista autem diffusius tractantur secundo. In mari magno. i. in hoc mundo qui dicitur mare propter instabilitatem et variabilitatem regnorum sicut mare agitatur et procelle ibi oriuntur. Et quattuor bestie. i. quattuor regna magna et dicuntur bestie propter potenciam et superbiam. ascendebant. i. oriebantur sicut scilicet diverse inter se. i. moribus et legibus differentes. Prima hic explicatur visio in particulari et dividitur in quattuor partes secundum quattuor regna. secunda incipit ibi et ecce. tertia ibi post hec aspiciebam. quarta post hoc. Prima igitur bestia signat regnum caldeorum et maxime quantum ad regem eius nabuchodonosor. ideo dicitur quasi leena propter ferocitatem et luxuriam que in caldeis vigebat. leena enim inter bestias est ferocior et maxime sicut catulos nutriat et semper gestit coitum. et alas habebat aquile. ala una est habundancia diviciarum in quibus habundabat illud regnum unde supra signabatur per caput aureum ut supra dictum est. alia est pericia armorum propter exercicium in bellis quibus nabuchodonosor debellavit et subiugavit sibi regna multa. istis duabus alis. s. pericia armorum et diviciarum ferebatur in altum per superbiam in tantum quod faciebat se adorari sicut deum ut visum est supra capitulo. iii. propter hoc de ipso scribitur ysaie. xiiii. super altitudinem celi conscendam et similis ero altissimo etc. Dicuntur autem iste ale aquile quia aquila

ferocitatem [illegible]

est rex avium in quo signatur monarchia nabuchodonosor. aspiciebam donec evulse sunt ale eius. quia quando in bestiam versus est nabuchodonosor. quando recipiebat divicias suas simpliciter potencia eius omnino deficiebat ad tempus et sublata est de terra. quia ab omnibus abiectus est ut supra dictum est. Et quasi homo stetit quia quando restitutus est ei sensus recognovit se hominem fragilem et cor eius datum est ei. i. cor humanum quia prius se reputabat quendam deum potest etiam per hoc exponi de toto regno et sic ale huius regni. i. divicie et potencia caldeorum ablate sunt per cyrum et darium qui subverterunt babilonem et quasi homo stetit. quia caldei medis et persis subiecti sunt quia tunc cognoverunt se esse homines fragiles etc. ¶ Et ecce alia bestia. hic signatur regnum medorum et persarum ideo subditur similis urso. quia respectu leone ursus est minor vel magis proprie loquendo minus crudelis sic regnum istud erga iudeos fuit minus respectu precedentium quod patet quia cyrus captivitatem iudeorum remisit et templum reedificari precepit ut habetur esdre primo. licet alia ratione comparatur urso quia ursus est potentissimus ad labores et verbera et parvo cibo contentus. ita quod pro magna parte nichil sumit. ¶ Sic persi se perstringi gentes erant laboribus et insuperabiles bello et adeo parvi victus ut pene sicco viverent nisi gratia hospitum ut scribit ut dicit trogus pompeius hystoriographus. et in parte stetit quia illud regnum non venit contra iherusalem ad debellandum ut dicit iudith. ¶ Sed hystoria iudith dicit contrarium quod cambises filius cyri qui alio nomine dictus est nabuchodonosor. misit holofernem ad debellandum filios israel sed contra hystoriam illam non recipiunt iudei nec ut dicitur habet apparenciam veritatis quia illo tempore erant iudei ita subiecti persis quod non audebant hedificare templum sine licencia regis et ideo non est verisimile quod auderent exercitui tanto resistere quantum habebat holofernes dux illius regni exercitus. et tres ordines dencium erant in ore eius. i. tria regna sibi iuncta virtute persarum. s. regnum caldeorum medorum et persarum. et sic dicebant ei. i. cuidam regi illius regni. s. assuero. surge et comede carnes plurimas quia aman. et socii eius suaserunt regi assuero interfectionem iudeorum ut patet hester. iii. Et notandum quod de iudeis magis loquitur propheta quam de aliis gentibus quia propter eos hec visio et alie principaliter ostendebantur danieli quia tamen persuasio iniqua aman non habuit effectum ut patet hester. vii. ideo non dicitur hic quod bestia comederat sed quod suadebatur ei comedere. Et post hoc aspiciebam et ecce alia. s. bestia per quam designatur regnum alexandri et grecorum ideo subditur. quasi pardus. pardus enim est animal velocissimum et ipse alexander mira celeritate totum orientem sibi subiecit quia in. vi. annis partem europe et totam asiam obtinuit ut dicit hic glosa. varietates autem pardi significant diversa regna et partes que sibi subiecit. Unde dicitur. i. machabeorum quod obtinuit reges terre et tyrannos et siluit terra in conspectu eius.

et habebat alas avis quatuor super se. iste quatuor ale
sunt robur corporis audacitas largitas et industria
tam ex naturali ingenio quam ex studio et armorum
exercicio que omnia fuerunt excellenter in alexandro i-
sunt autem quatuor alis quibus volabat ad victorias
scilicet velocitatem debellandi adversarios. et
quatuor capita erant in bestia. quia alexander habuit
quatuor successores quibus divisum fuit regnum eius
ptholomeus qui successit sibi in egypto. seleucus
in assyria/philippus in grecia. ¶ Et potestas data est ei
quasi dicat victorie predicte non fuit facte virtute alexan-
dri sed virtute a deo sibi data. unde legitur in
scolastica hystoria quod cum alexander cogitaret
sibi subiugare orbem terrarum apparuit ei in macedonia deus
sibi apparuit in similitudinem summi sacerdotis iude-
orum indutum pontificalibus ornamentis et sibi
victoriam promisit. scilicet quod alexander veniens
contra iherusalem et ipse ei obviaret et summus sacer-
dos pontificalibus indutus alexander de equo
descendit et deum qui sibi apparuerat adora-
vit in homine qui eius similitudinem gerebat et ideo civitati
pepercit. Post hec. hic describitur regnum quartum
scilicet romanorum et dividitur in duas partes quia primo
describitur fortitudinem huius regni secundo ostendit ex
ipso ortum antichristi ibi. considerabam cornua. ¶ Circa
primum considerandum quod hec bestia quarta non
nominatur proprio nomine sicut alie precedentes quia non habebant
aliquod proprium nomen alicuius bestie per quod posset
ferocitatem huius regni scilicet quod in glossa hebrei
romanum regnum vocant semper regnum ne-
de sevicia huius regni contra fideles patet manifeste
in plenitudine martirum et in ordine precipuorum
apostolorum petri et pauli et hoc est quod dicitur. bestia
quarta id est imperium romanum terribilis scilicet eiusdem
hominibus predictis. mirabilis. scilicet humanam sapientiam
que vigebat in romanis in tantum quod per eam device-
runt orbem magis quam per fortitudinem. et fortis
nimis scilicet potencia. dentes ferreos habebat
magnos. quia sicut ferrum domat omnia ita regnum
romanum domavit alia regna sicut dictum est
supra capitulo ii. comedens atque comminuens. aliquos
occidendo. et reliqua pedibus suis conculcans. ceteros
tributo subiugendo. dissimilis autem erat ceteris be-
stiis. etc. quia ferocitatem precedencium regnorum
in istum excessit et habebat cornua decem. id est
decem reges sicut enim in cornibus est defensio
animalium ita reges debent defendere populum sibi subiec-
tum. ¶ Considerandum autem quod isti x. reges non intel-
liguntur hic per successionem unus post alterum sed in-
telliguntur reges simul existentes ut patet infra eodem capitulo
ex expositione angeli loquentis cum daniele/ quia futurum est
quod romanum imperium dividatur in x. regna simul existen-
cia in tempore antichristi ut habetur capitulo ...
¶ Considerabam cornua. hic describitur adventum antichristi
ex predictis regibus orientis et dividitur in duas partes
quia primo facit quod dictum est secundo describitur adventum
christi ad iudicium eum potenter destruentis ibi
aspiciebam donec throni. Circa primum dicitur hic
considerabam cornua. id est diligenter intuebar decem

reges predictos et ecce cornu aliquod parvulum
ortum est de medio eorum. id est antichristus qui erit
parvus respectu illorum decem predictorum quia erit homo
privatus quantum ad potestatem in principio. Set postea
crescet diaboli adiutorio et tria de cornibus
primis evulsa sunt a facie eius. quia reges affrice.
egypti ethiopie subicientur in primis antichristo
per ista prophetias porphyrii exponentis hoc de
anthyocho epyphane. quia non fuit decimus ab
alexandro magno nec invenitur quod tres reges
occiderit et septem alios sibi subiecerit ut hic
dicitur. ¶ Item bestia quarta ab angelo dicitur
regnum quartum ut patet infra eodem capitulo regnum
autem quartum ab omnibus dicitur esse regnum romanum
de quo non fuit antiochus sed de regno gre-
corum. et ecce oculi quasi hominis erant in cornu isto
quasi dicat licet antichristus faciat multa mirabilia ut
ab aliquibus credatur deus tamen erit homo purus
et os loquens ingencia. quia promittendo quam magna
do multos decipiet et de magnis iactabit se
que facere non poterit. ¶ Aspiciebam. hic ponitur
adventus christi ad iudicium venientis et regnum
antichristi destruentis et dividitur in duas partes quia primo
ponitur eius iudicialis potestatis presidencia secundo
describitur eiusdem triumphalis victoria ex
parte humanitatis ibi aspiciebam. ergo in visione
noctis. in prima parte dicitur sic. aspiciebam
id est considerabam illud attente donec throni positi sunt
dicit thronos in plurali quia non solum christus iudi-
cabit sed apostoli et viri perfecti assistent in iudi-
cio super thronos sedendo. et antiquus dierum
sedit. hoc dicit quantum ad iudicem principalem
qui dicitur antiquus propter eternitatem. vestimentum eius
candidum quasi nix. in hoc notatur excellencia
deitatis que est lux inaccessibilis quia candor in-
ter alios colores plus habet de luce. et capilli ca-
pitis eius quasi lana munda. hoc dicitur propter maturitatem
iudicantis quia dei sentencia non est festina sed matu-
re placita. thronus eius flamme ignis. etc. hic dicitur
propter zelum iusticie ille qui omnes iudicare debet esse in
vero iudice. fluvius igneus rapidusque. per hoc de-
signatur pena infernalis trahens peccatores in in-
fernum. a facie eius quia tollentur impii ne videant glo-
riam dei. milia milium etc. Est duplex angelorum
officium. scilicet angelicum ministerium nobis exhibitum et
divine contemplacionis. ministrabant ei et officium an-
gelorum assistencium qui vacant contemplacioni divine
eius. subditur et decies milies centena milia assi-
stebant ei. ¶ Et notandum quod hic ponitur nu-
merus determinatus pro indeterminato quia angeli
sunt in maiori numero nobis indeterminato. videmus
et sensibiliter quod corpora celestia in quantitate exce-
dunt elementa quia una stella minus notabilis
in firmamento maior est tota terra cum igitur
angeli videantur se habere respectu hominum sicut
corpora celestia respectu elementorum nec angeli
possunt excedere homines in continua quantitate sed
et hoc arguunt sancti et doctores quod excedunt
eos. quasi incomparabiliter in multitudine. iudicium sedit

cornu parvulum quod signat

et libri aperti sunt. i. libri consciencie quia conscientia cuiusque
liber patebit omnibus ut singula undique appareat
omnibus tunc sicut liber iuste aperietur qui tenebitur
in manu dei et liber mortis in manu accusatoris
aspiciebam. i. considerabam que singula dicerentur de bestia.
s. de regno antixpi qui iuste uiam est quo
dam modo pertinet ad iiii^m regnum. propter uocem
sermonum grandium quos cornu illud loquebatur. i.
propter blasphemias ab antixpo prolatas contra deum
et uidi quod interfecta esset bestia quia iussu dei
interficietur antixpus secundum quod dicit apostolus ii. thess.
ii. quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui etc. et
corpus eius. i. omnis mali qui sunt corpus antixpi sicut
xpus est caput omnium bonorum. traditum esset ad combu
rendum igni. s. infernali. s. aliarum quoque bestiarum
ablata esset potestas. i. uidi supple quod omnis potestas tunc
cessabit et tempora uite constituta essent eis. a deo
preordinante usque ad tempus. et tempus. i. quamdiu du
rabit persecucio bonorum a malis et per primum
tempus intellige persecucio que fuit ante xpi aduentum
primum per secundum tempus persecucio fidelium usque
ad aduentum xpi secundum. s. ad iudicium uel secundum
aliquos hoc est referendum ad tempus persecucio
nis antixpi sed prima expositio melior uidetur quia per
secucio antixpi durabit per tempus et tempora
et dimidium temporis ut habetur infra. vii. Aspi
ciebam. hic describitur xpi triumphalis uictoria
quantum ad eius humanitatem et hoc est quod dicitur aspi
ciebam. i. considerabam cum potestas ablata esset ab anti
xpo daretur et ecce in nubibus celi. sicut enim xpus
ascendit in celum secundum humanitatem obsequio nu
bium ita eciam ueniet ad iudicium ut habetur act.
primo ubi dicitur hic ihesus qui assumptus est a nobis
sic ueniet etc. quasi filius hominis dicitur. quia non solum
est filius hominis sed pro quia est filius dei et hoc
est quod sequitur et usque ad antiquum dierum per
uenit. i. ad equalitatem dei patris. s. in natura
diuina et in conspectu eius obtulerunt eum. angeli
s. qui in iudicio erunt ei obsequentes et dedit
ei potestatem etc. quia tunc omnia erunt subiecta plene ipsi
xpo ut habetur heb. ii. Et non quod dicit hic. pota
tem. s. coherendi iniquorum se extendit ad punitio
nem malorum. et regnum intelligitur. hic respicit salutem
electorum rex enim hic dicitur qui prouidet ad bonum sub
ditorum et honorem. s. latrie que sibi impenditur
non solum ab electis. sed eciam a dampnatis secundum
quod dicit apostolus ad phil. ii. in nomine domini ihesu
omne genu flectatur celestium terrestrium et infer
norum sequitur. potestas etc. que non auferetur etc. quia
regni eius non erit finis ut dicitur luce. i. Exponunt
pater aliquas prophetiam exponentes hoc de iu
da machabeo et fratribus eius quia omnes populi et lin
gue non seruierunt eis ut dicitur hic sed solum modo
pauci de iudaico populo et lingua hebrea nec
regnum eorum fuit eternum sed fuit ablatum per
herodem ascalonitam. Item iudas non uenit
in nubibus ut hic dicitur et ideo littera ista non potest exponi
nisi de xpo. Horruit. hic ponitur uisionis in
terpretacio et primo in generali. ii. in speciali quantum

ad xpi regnum ibi post hoc uolui. Dicit ergo primo
sic daniel horruit. spiritus meus etc. propter ma
la que uidebat fieri in futurum et propter blasphemias
sequitur accessi ad unum de assistentibus. s. an
gelis qui assistebant iudici iste enim accessus fuit
in ymaginaria uisione. hee. iiii^or bestie qua
tuor sunt regna que consurgent sunt de terra. s. sic
patet ex predictis suscipient autem regnum post
ista iiii^or regna. sancti dei altissimi. et hoc erit
in iudicio finali quia tunc cum xpo regnabunt
illi qui modo propter ipsum opprimuntur et obtinebunt re
gnum usque in seculum seculi seculorum. i. eternali ubi enim illud
noc seculum sic duplicatum intelligitur eternitas ut supra
dictum est. post hec. hic ponitur interpretacio uisi
onis in speciali de quarta bestia et paruulo cor
nu eius et patet sententia ex hiis que dicta sunt de iiii^to
regno usque ibi et de cornu illo. i. de antixpo
quod habebat oculos quod significat nimiam eius astu
ciam et os loquens grandia. i. blasphemias contra deum
et maius erat quia regnum antixpi erat quia regnum
antixpi erit maximum secundum extensionem licet
sit paruum secundum duracionem. aspiciebam. i. conside
rabam et ecce cornu. etc. i. antixpus faciebat bel
lum aduersus sanctos. etc. quia tunc erit maxima per
secucio sanctorum donec uenit antiquus dierum
etc. quia cum aduenerit iudicio interficietur antixpus
et iudicium dedit sanctis excelsi. i. uictoriam iudicii
dedit eis contra oppressores eorum secundum quod dicitur sap. v.
stabunt iusti in magna constancia aduersus eos qui
se angustiauerunt uel quia perfecti cum xpo iudica
bunt et tempus aduenit. s. iudicii finalis et re
gnum obtinuerunt sancti. i. potestatem contra eos qui in uita
eos afflixerunt et sic ait. s. angelus qui loquebatur
cum daniele. bestia quarta regnum quartum
erit. s. regnum romanum ut predictum est quod
autem sequitur iam supra expositum est usque ibi
porro cornua. x. ipsius regni. x. reges erunt. s.
simul regnantes in imminente tempore antixpi sibi di
uident regnum romanum et alius consurget post
eos. s. antixpus quod sequitur. patet ex predictis
usque ibi et putabit quod possit mutare tempora.
i. cursum et modum uiuendi et hoc ex nimia
eius superbia procedit et leges adeo dictas quia
cultum dei auferret pro posse suo et sibi cultum
illum usurpabit quando ostendet se quasi sit deus
ut dicit apostolus. ii. ad thess. ii. sequitur usque ad
tempus et tempora. et dimidium temporis. i. usque ad iii^s
annos et dimidium quia tantum durabit persecucio
antixpi. et iudicium sedebit. ut dei sententia aufe
ratur malorum potencia ut dicitur in littera sequitur
regnum autem. et post et magnitudo regni que est sub
omni celo detur populo sanctorum quia omne quod includitur
infra ambitum ultimi celi. s. empyrei dabitur
sanctis quia totum sedet ad gloriam electorum et ex
uerbis istis patet quod non loquitur daniel tantum
de regno terreno sed eciam de celesti. huc usque
finis uerbi. angeli loquentis cum daniele et docen
tis eum de predicta uisione sequitur ego daniel
multum cogitacionibus meis conturbabar propter

blasphemias dei futuras et oppressiones sanctorum et
facies mea mutata est in me. quia ex vehementi
cogitatione et abstractione a corporis sensibus multum
immutatur homo valde verbum in corde meo conserva-
vi. usque ad debitum tempus declarationis et demon-
strationis vel aliter conservavi .i. memorie tenui sicut rem
dignam memoria. Moraliter exponendo possumus
dicere quod prima bestia scilicet leena tyrannorum secunda
perfidiam hereticorum tertia fraudulentiam simulatorum
quarta maliciam emulatorum. ¶ Prima hic corpo-
ratio in qua notatur crudelitas principis que
est efficacissima ad male agendum. habet autem
duas alas .s. nobilitatem generis et potestatem. hoc ei
duo maxime sibi subportant crudelitatem sed cum
ale iste auferuntur. stat super pedes suos qualis homo
.i. sicut humanus qui ante erat crudelis et durus et
cor eius datum est ei per recognitionem sui et dilectionem
dei. ¶ Secunda bestia est ursa que habet debile caput
quia heretici habent debile fundamentum et in parte
stetit quia preciditur ab ecclesia. tres ordines dentium
in ore eius. quia tribus modis se muniunt heretici
.s. per auctoritates canonicas male intellectas per
rationes sophisticas et per rationes veras sed male ap-
plicatas etc. hoc dicitur apocalypsis .xvi. de ore pseudo-
prophete procedebant tres spiritus immundi in modum
ranarum. ¶ Tertia bestia est pardus qui est to-
tus varius ita simulatores sunt alii corde verbo
facto ut decipiant. quocirca modo quatuor capita
huius bestie sunt quatuor intentiones mali .s.

vanitas superbie.	invenitur et assequendi
voluptas lascivie.	ista vel aliquid istorum pro-
Cupiditas avaricie.	cedit quam fraudulentia
libertas insolentie.	simulatorum quatuor autem

ale quibus nituntur ad sequendum predicta sunt amicicia
ficta vel pruritus beneficentia largitionis. apparen-
cia mentiens .s. sanctitatem applaudentia blan-
diens .s. superiores ¶ Quarta bestia innomina-
bilis et terribilis continens in se omnem ferocita-
tem aliarum bestiarum est malicia emulatorum
quia malicia emulatorum continet in se malicias pre-
dictorum maiorum habet enim emulator seviciam tyran-
norum ideo dicitur hec bestia terribilis. perfidiam hereticorum
ideo mirabilis. fallaciam simulatorum ideo fortis. de-
scribitur per hoc quod sic dentibus vorat pedibus con-
culcat cornibus pugnat per dentes intelliguntur
seductores invidie. sectatores. per cornua de-
tractores. ad alios attrahendum et seducendum
habet cornua decem. quia decem sunt modi detrac-
tionis et septem eorum dyabolo subiciuntur tres
vero destruuntur seu minuuntur primus modus
detractionis est in absentia detrahere secundo malum
fictum imponere tertius in quibusdam divulgare quar-
tus in multis despicere quintus bonum denigrare
sextus in nocentiam decipere septimus decipere ac
omnem alii tres modi detractionis residui omnino
destruuntur primus ecclesiastica sive secunda amicicia
tertium tertio presentia prelati quam emulator
detrahit dicat ille quod contineri cum incipiat ad
talia dicentia vel quia diligit eum quem

emulatur vel quia fecerit contra sententiam vera pre-
lati si talia taceret tamen dicat solo volunta-
te detrahendi et non propter aliquid istorum.

In anno

tertio regni balthasar. Hic ponitur septima visio et est de
de persecucionibus ad adventum Christi secundum sicut in
visione precedenti habita est persecutio generalis usque
tribulationis sic in ista explicatur consummatio pre-
dentis ulterius tribulationis. Causa materialis huius
visionis est pugna regum grecorum et medorum sub
similitudine arietis et hirci et pugna antiochi
epyphanis unde ostenditur similitudine cornu mo-
dici sunt non huius visionis est exponere sun-
cam precedentem visionis quia scripture visiones sunt
quam expositione ipsius unde in precedenti visione
dictum est .iiii. fuit illa quod daniel fuit edoctus
de illa visione ab uno angelorum assistentium
veraciter illud de quo fuit edoctus non exprimit
totum in capitulo precedenti et ideo exprimit magis in
sequentibus capitulis sicut enim est evidens magnitudinem
dicit dies tribulationis tempore antichristi et suorum mem-
brorum quod precedentium et robur factorum con-
tra eos et minimum. Causa autem efficiens est
istimus spiritus sanctus filio danieli etc. affectum devo-
tionis et cognatum attentionis ¶ Causa formalis
in divisione consistit. ¶ Secundo ad evidentiam se-
quentis sciendum quod in sacra scriptura aliquando est duplex
sensus litteralis quia ea que sunt facta in veteri testamento
sunt figure eorum que sunt in novo dicente
apostolo .i. cor. x. omnia in figura illis et ideo
quando in veteri testamento predicitur aliquid quod est imple-
tum in aliqua parte veteris testamenti verum tamen et
perfectius in aliqua novi testamenti tunc est ibi duplex
sensus litteralis unus unum principalis et alius principa-
lior de illo .s. in quo perfectius impletur verbum pre-
dictum verbi gratia .i. paralip. xvii. dicit ego ero ei
patrem et ipse erit michi in filium quod est ad
dominum loquentem de salomone qui fuit filius dei per
adoptionem in principio regni sui etc. quod ad litteram
hoc dico dictum est secundum ut patet. secundo re. vii. et sic
verbum illud impletum est ad litteram in salomone
perfectius autem impletum est in Christo qui est filius
dei per naturam cuius figura fuit salomon et ideo illa
auctoritas ad litteram intelligitur de salomone minus principa-
liter et de Christo principaliter etc. quod apostolus hebr. i.
allegat predictam auctoritatem tamquam de Christo dictam
ad litteram sic est in proposito quod sub similitudine arie-
tis et hirci tractat daniel de pugna regum
grecorum et medorum principaliter tamen eius intentio
est tractare de pugna antichristi vel membrorum
eius et christianorum Et ideo est ibi duplex sensus
litteralis ut patet ex dictis etc. quod sciendum quod sicut in
prima visione eiusdem regis subvertendus
per quintum quod est Christi regnum ita hic et quod ibi
intelligitur per statuam et lapidem intelligitur hic per besti-
as et filium hominis seu iudicem ¶ Igitur circa causam
formalem considerandum quod primo ponitur visionis

VIII est in orientali parte respectu regni persarum.

visio secundum eius expositio ibi factum est autem cum viderem. Circa primum tria tanguntur quia primo tangitur de visu arietis i. regni medorum. secundo de visu hirci i. regni grecorum. ibi Ecce autem hircus. tertio in visu cornu modici i. antiochi in persecutione iudeorum ibi de uno autem ex eis. per simile autem potest exponi de christianis et antichristianis ut in ariete intelligatur populus christianus et per hircum populus malignorum quia scriptum est Mat. xxv. Statuet oves a dextris hedos autem a sinistris. per cornu modicum populus antichristi et suorum contemporaneorum. Advertendo autem ad sensum quem primo intendit hic non principaliter s. de regibus medorum et grecorum considerandum quod circa quemcumque regem vel regnum tangit triplicem statum s. regni initialem medium et finalem. Circa primum dicit daniel Anno tertio regni balthasar etc. ex quo patet quod visio facta est per duos annos post precedentem et hoc tangit cum dicit post hec que videram in principio. quia precedentem visionem vidit daniel primo anno regni balthasar. Cum essem in susis castro. hic tangit locum visionis. dicit autem in susis castro quia illa civitas erat clausa fortibus muris ad modum castri que est in elam regione ab elam dicta regnum elamitarum et metropolis illius regionis erat susis quia multa regna et multas regiones tenuit sub rege medorum. vidi in regione ymaginaria. s. Eram super portam ulai. ulai est proprium nomen [illegible] porte civitatis predicte et interpretatur pallus quia ante illam portam sunt paludes a quibus illa paludis porta est denominata. Et ecce aries per quem significatur regnum medorum quod non fuit multum infestum iudeis ut dicunt hebrei [illegible]. quod signatur per animal mansuetum. Stabat ante paludem et per hoc significatur instabilitas regni eius sicut palus non est locus firmus. habens cornua excelsa i. duos reges magnos inter alios s. darium filium astragis et cyrum eius nepotem et unum excelsius altero quia cyrus fuit potentior dario. et succrescens quia fere totam asiam sibi subiugavit. postea vidi arietem cornibus ventilantem contra occidentem etc. quia reges medorum et persarum ad omnes istas partes dilataverunt regnum illud. unde in hystoria iudith primo capitulo scribitur quod cambises filius cyri misit holofernem ad subiugandum sibi omnia regna occidentis et omnes bestie non poterant resistere ei etc. quia multi reges circumiacentes non poterant ei resistere. Sequitur et magnificatus est quia istud regnum obtinuerat monarchiam et grecia ei subiacebat sub tributo ut patet tempore phylippi patris alexandri magni qui reddebat tributum dario regi persarum et medorum. Et ego s. daniel intelligebam quid significaret visio et mutationem regnorum futuram

quia regnum grecorum huic regno successit. Ecce autem hircus hic ponitur descriptio regni grecorum quod regnum significatur per hircum quia greci fuerunt luxuriosi sicut hircus animal luxuriosum et fetidum et maxime alexander qui fuit primus rex ut dicitur [illegible]. cui missa fuit sibi puella veneno nutrita ut in concubinam suam accedens ad eam intoxicaretur sed aristoteles per gestus et aspectum oculorum illius puelle comprehendit eam sic fuisse nutritam et prohibuit alexandrum ab eius concubitu ut scribit libro de secretis secretorum. veniebat ab occidente etc. quia macedonia ubi primo regnavit alexander et unde movit exercitum contra darium regem persarum et medorum. et non tangebat terram. quia alexander tanta festinatione venit contra darium quod videtur magis volasse quam ivisse secundum communem modum loquendi ad exprimendum velocitatem. Advertendum quod iste darius non fuit filius astragis de quo dictum est nec fuit ille darius filius ystaspis sub quo consummatum est templum et hoc secundum opinionem communem latinorum et etiam iosephi sed fuit darius filius arsami sub quo secundum dictum latinorum defecit regnum persarum et alexandrum qui debellavit eum secundum hebreos [illegible] fuit filius assueri et hester regine et hoc dictum videtur michi verius [illegible] et scripturis magis consonum ut diffusius dixi in principio libri hester et primo esdre [illegible] et ad hoc dicemus inferius .xi. capitulo. Porro hircus i. regnum grecie habebat cornu insigne inter oculos. istud cornu significat alexandrum primum regem et dicitur insigne quia fuit nobilissimus princeps in armis ut patuit capitulo precedenti. Sed dicitur istud cornu situm inter oculos quia dirigebatur per philosophos et potissime per aristotilem. Et venit usque ad arietem cornutum. quia alexander invasit darium quem videram stantem etc. quia darius adventum alexandri pro nichilo reputabat et ideo ei non occurrit sed [illegible] in loculo misit aliquos de principibus suis precipiens eis ut adducerent ad sibi alexandrum ligatum et flagellatum. et cucurrit ad eum in impetu fortitudinis sue quia alexander primo occurrit principibus darii predictis et devicit eos iuxta fluvium granicum. Cumque appropinquasset prope arietem. quia devictis principibus darii venit contra ipsum darium. Efferatus est in eum i. ferino more invasit et percussit arietem s. darium regem persarum et comminuit duo cornua eius i. robur regni medorum et persarum. Sequitur cumque misisset eum in terram conculcavit i. gloriam illius regni deiecit. et nemo quibat liberare arietem etc. quia nullus amicorum suorum vel confinitorum poterat sibi facere auxilium contra alexandrum. hircus autem caprarum factus est magnus nimis quia magnitudo alexandri et eius fama crevit supra modum subiugata sibi asya tota

9 sic per

et affrica pro magna parte. Cumque creuisset
fractum est cornu magnum, quia immediate post
illas victorias mortuus est alexander anno
xii. regni sui, etatis autem sue xxxiii. anno in ba
bilone nec potuit redire in terram natiuitatis sue
ut diffusius dicitur in scolastica hystoria. et
orta sunt cornua quattuor subter illud. i. iiii^or regna
in quibus est diuisum imperium alexandri
per quattuor uentos celi. i. per iiii^or partes prin
cipales mundi. unde conuenit uenia quia pto
lomeus lagi filius regnauit in egypto philippus
frater alexandri in macedonia seleucus in sy
ria et babilone antygonus in asia secundum quod dicit
hic glo. De vno autem. hic describit in carnem an
tiochi epyphanis orti ex predictis contra iudeos
cum dicit de vno autem ex eis. i. de seleucho rege
syrie egressum est cornu vnum modicum. i. anty
ochus epyphanes qui descendit de seleucho tamen
fuerunt plures intermedii. et dicitur illud cornu modi
cum. quia prius fuit rome obses ut dicitur prima mach.
primo et factum est grande. quia antiochus igno
rante senatu exiit de roma et occupauit re
gnum syrie ut dicitur prima mach. i. et preuenit
filium patris sui primogenitum. s. seleuchi philo
metoris regno sibi debito contra meridiem quia
tholomeum regem egypti fugauit de campo
et egyptum occupauit ut habetur prima mach.
i. egyptus autem est in situ meridionali respectu
syrie et contra orientem. quia in perside que est
in oriente respectu syrie multos deuicit et
sibi tributarios fecit ut ibidem dicitur iii. ca. et contra
fortitudinem. i. contra ierusalem ubi deus qui est
fortitudo colebatur et magnificatum est
usque ad fortitudinem. i. contra filios israel qui ab
angelorum custodia antiquitus ualabantur. et de
iecit de fortitudine. quia plures eorum ydolatrare
fecit. et stellas. i. multos stabiles in cultu dei
occidit ut patet ii. mach. vi. et vii. et usque
ad principem fortitudinis magnificatum est
i. usque ad deum qui colebatur in ierusalem quia
ad tempus abstulit cultum eius et sic dicitur
preualuisse per quandam similitudinem. ¶ Vel aliter
per principem fortitudinis intelligitur symon sacerdos
qui tunc regebat ciuitatem et templum contra quem
preualuit antiochus et abstulit iuge sacri
ficium quod dicebatur agnus qui immolabatur
uespere et mane quia figurabat immolationem
corporis christi quod cothidie immolatur in altari
et deiecit locum sanctificationis quia antiochus
prophanauit prophanauit templum ponendo ibi ab
hominandum ydolum ut dicitur i. mach. i. veruntamen
quia ista non fecit antiochus propria uirtute sed
deo permittente propter peccata populi puniendo eos
subditur. Robur autem datum est ei. i. antyo
cho contra sacrificium propter peccata populi israel. et
maxime sacerdotum qui ut dicitur ii. mach. iiii.
iam non dediti erant circa altaris sed contempto
templo et sacrificiis neglectis festinabant participes
fieri palestre et ideo dicitur quia fecerunt prohibita

liuenum iuxta templum et prosternetur ueritas
in terra. i. vera dei cultus. et prosperabitur et faciet
s. antiochus secundum uoluntatem suam. et audiui
vnum de sanctis. i. de angelis loquentem alteri nesc
io cui. et cetera. hoc dicitur quia daniel non habebat in
tellectum huius uisionis ad plenum ut infra pate
bit. Vsquequo uisio. i. lex que illustrat intellectum
et que per danielem reuelatione habita est. et iuge
sacrificium. i. cotidianum. et peccatum desolationis
i. templi facta propter peccata populi per positionem ydoli in
templo. et sanctuarium. i. templum cuius una pars dice
batur sancta sanctorum et fortitudo sanctorum conculcabitur
et refertur hoc uerbum ad omnia predicta ex
cepto peccato desolationis de quo non conuenit
quod diu conculcabitur sed quod diu durabit. et hoc
est uerbum truncatum quia loquitur ad modum dolen
tis hominis qui aliquando in loquendo omittit.
Et notandum quod ista questio facta est ab uno angelo
quesita ab alio ut patet in littera ex quo patet quod angeli
superiores illuminant inferiores. et dixit ei. s. an
gelus superior inferiori usque ad uesperam et mane. i.
per successionem diei et noctis erit tantum tempus quod
sequitur dies duo milia trecenti. i. sex anni
q.d. per tantum tempus conculcabuntur predicta
et mundabitur sanctuarium. completo tempore predicto
pollucione facta ibi per antyochum quod factum
legitur a iuda machabeo et fratribus eius. i. mach.
iiii. ¶ Considerandum tamen quod totum tempus fuit
ab ingressu antyochi in ierusalem usque ad emun
dationem templi. ydolum tamen fuit positum in templo
per tres annos post ingressum antyochi in ierusalem
quia ydolum non stetit in templo nisi per tres annos
ut videbitur infra. xii. capitulo. Et factum est autem
hic ponitur predicte uisionis expositio. et diuiditur
in duas partes quia primo ponitur uisionis expositio
secundo infertur quedam conclusio ibi. et ego
daniel. prima adhuc diuiditur in tres partes quia
primo exponitur misterium arietis. secundo hyrci
ibi. porro hyrcus. tertio cornu modici ibi. et
post regnum eorum. prima diuiditur in duas partes
quia primo notatur desiderium sciendi in daniele
et modus reuelandi in gabriele. quia hoc fecit
per mandatum angeli superioris. s. michaelis
secundo ponitur expositio gabrielis ibi aries quem vidi
sed aries. dicit ergo factum est cum uiderem
ego daniel visionem. s. ymaginariam. et que
rerem intelligentiam. cum magno desiderio quia
licet eam intelligeret in parte ut predictum est
non tamen in toto. ecce stetit in conspectu meo quasi
species uiri. quia non erat vir sed angelus in specie uiri
s. michael qui erat princeps synagoge ut
patebit infra. x. capitulo. et ideo erat sollicitus
ut misterium danieli reuelaret. et audiui
uocem uiri. i. michaelis in specie uiri apparentis
inter ulay. i. apparens in tali loco. et cla
mauit et ait loquendo angelo inferiori. ga
briel fac intelligere uisionem istam. s. danielem.
ex quo patet ordo in ministeriis angelorum.
et uenit. s. gabriel. et stetit iuxta ubi ego

bis ad terram

stabam ad loquendum mecum. cumque venisset pavens corrui in faciem meam. hoc tamen est ut cum Daniel videret angelum cognosceret fragilitatem humanam. et ait ad me intellige fili hominis. i. corruptibilis eadem ratione qua praemissum est. ut cognoscat suam fragilitatem. quoniam in tempore finis complebitur visio. ex quo patet quod licet visio aliquo modo sit impleta in antiocho tamen perfecto complebitur in antichristo in fine mundi et ideo de ipso est principaliter ista visio ut praedictum est. cumque loqueretur ad me collapsus sum pronus in terram. i. cecidi loquente angelo ut magis cognoscerem fragilitatem meam. et tetigit me confortando. et statuit in gradu meo. erigendo me quia prius iacebat sicut quadrupes ad terram. dixitque mihi quae ventura sunt in novissimo maledictionis. i. tempore illius maledicti hominis qui propter habundantiam maliciae dicitur maledictio in abstracto et hoc est antichristus proprie et antiochus epyphanes aliquo modo inquantum fuit signum antichristi persequendo cultum dei ut visum. quoniam tempus habet finem suum. in quo. s. ista complebitur. Aries etc. praemissis praeambulis ad expositionem visionis hic gabriel incipit visionem exponere et primo tangit regem medorum et persarum et patet littera ex praedictis. ulterius autem in speciali tangit regnum graecorum dicens. hircus caprarum et patet usque ibi rex primus. i. alexander ut praedictum est quia ante tempus alexandri reges graeciae erant quasi nullius momenti et ideo dicitur primus inter nobiles. quod autem fracto illo. i. mortuo ante finem vitae suae quia per venenum mortuus est adhuc iuvenis existens. s. xxxiii. annorum ut patet ex praedictis et hoc significat per fractionem. surrexerunt quatuor pro eo. s. cornua hic significat quod quatuor reges de gente eius consurgent sibi regnantes et imperium tenentes alexandri secundum diversas partes. sed non in fortitudine eius. quia nullum istorum regnorum potuit equiparari regno alexandri in fortitudine licet plus duraverit. quia regnum alexandri valde parum duravit ut supra visum est. Et post regnum hic consequenter ponit expositionem cornu modici. s. antiochi. et antichristi cuius figura fuit antiochus et hoc est quod dicitur hic et post regnum eorum. s. regnum praedictorum. cum creverint iniquitates. consurget rex impudens facie. i. antiochus qui permissus est regnare ad puniendum iniquitates filiorum israel qui creverunt nimis illis temporibus ut visum est. dicitur autem antiochus impudens facie quia nullam turpitudinem verebatur facere etiam in loco sancto ubi statuit ydolum quem locum etiam erat replere scortantium cum meretricibus ut dicitur ii. machabaeorum vi. et hoc tamen est per antichristum. et intelligens propositiones. quia antiochus callidus fuit et praeveniebat alios sua calliditate vel aliter intelligens propositiones. i. intelligens similitudines quasi dicat Daniel quod praeter ea quae faciet intelliget istam visionem quae modo est ostensa. et roborabitur fortitudo eius sed non in viribus suis. quasi dicat licet sit roborata fortitudo antiochi ad faciendum ista non tamen hoc erat ex viribus suis sed propter peccata populi sic dimittente deo ut ageret quia sicut frequenter dictum est deus aliquando utitur malis ad puniendum bonos. et supra quam credi potest universa vastabit etc. quia non erat credibile hominibus quod ille qui erat iuvenis obses debet sic prosperari et tam ardua facere. Et interficiet robustos etc. s. septem fratres qui cum matre sunt robustissimi ad tenendum legem dei ut patet ii. machabaeorum vii. et quia non solum illi sunt interfecti ab antiocho sed etiam multi alii qui noluerunt derelinquere cultum dei ideo sequitur et populum sanctorum secundum voluntatem suam interficiet. s. et diriget dolum in manu eius. i. ad finem intentum quod ex proditione turpi cepit ea. et cor suum magnificabit. quia antiochus in tantum erat elatus per superbiam quod credebat habere potestatem ad navigandum in terra et mare ad ambulandum ut dicitur ii. machabaeorum v. in copia rerum omnium occidet plurimos. quia talem occisionem illorum fecit per temporales potentias sibi adeo permissas. et contra principem principum consurget. quia contra deum insurrexit auferendo cultum eius quantum ad tempus. et sine manu conteretur. quia antiochus rediens de persida percussus a deo morbo intestino mortuus est prout legitur ii. machabaeorum ix. Cum autem sicut dictum est antiochus fuit figura antichristi ideo visio ista quae exposita est de antiocho. Item mistice et perfectius exponitur de antichristo ab illo loco ubi incipit scriptura loqui de antiocho cum dicit et post regnum eorum. s. graecorum. quia regnum antichristi fiet quodam modo ad regnum romanum de quo dicitur ut praedictum est quod quidem regnum romanum est post regnum graecorum de quo fit mentio in parte in visione praecedenti ut patet. cum creverint iniquitates. quia secundum testimonium salvatoris matthaei xxiiii. in imminente tempore antichristi habundabit iniquitas et refrigescet caritas multorum. consurget rex impudens facie. quia antichristus ad omne malum erit inverecundus et intelligens propositiones quia antichristus erit callidissimus in ingenio mali et amplius propter familiaritatem sibi quia habebit demonem privatum. et roborabitur fortitudo eius. quia excedet omnem terrenam potentiam tempore suo sed non in viribus suis quia hoc non erit virtute humana sed dyabolica in cuius virtute faciet illa mirabilia deo tamen permittente. et supra quam credi potest universa vastabit etc. quia potentia antichristi sic subito apparebit quod omnibus admirabilis erit. et interficiet robustos etc. i. illos qui invenientur firmi in lege dei nolentes ei obedire. et diriget dolum etc. i. ad finem intentum ab eo prosperitas licet ad tempus breve et cor suum magnificabit quia extolletur supra omne illud quod dicitur deus aut quod colitur ut dicit apostolus ii. ad thessalonicenses ii. et in copia omnium rerum occidet plures quia per fortitudinem militiae et thesauros multitudinem et communicationem multos interficiet et contra principem principum consurget. i. contra deum cultum eius auferens et sibi usurpando quia et in templo dei sedebit ostendens se tamquam sit deus ut dicitur ii. thessalonicenses ii. et sine manu conteretur quia domino ihesu christo cum interficiet

spiritu oris sui ut dicit

spū oīs sim̄ ut ibidē dr̄ et sequitur et visio
mane et vespere que dicta est vera est. i. per
successionē tpīs apparebit veritas ipsius visio
nis et maxime ptinet ad antiochum et max.
ptinet ad antixpm ut alii exponūt ut p ma
ne intelligatur tps antiochi quod fuit pri
mū respectu tpīs antixpi ut sic sit visio p
dcā scdm qd refert. ad mane. i. ad tps an
tiochi et vespere. i. ad tps antixpi vera ē
qr ī utraq; sibi hēt veritatem ut visum est. Se
quitur tu ergo daniel signa visionē. i. manente cōmē
da eā scribendo ut possit sciri a posteris qr
post multos dies erit. i. complebitur. Et ego
hic ponitur quedam conclusio respectu preceden
cium et ego daniel langui. conclusa tēore vi
sionis et admiratione sequitur cū surrexissem
faciebam opa regis. i. negocia regni quia
sup ipa erat posita daniel ut visum est sup
et stupebam ad visionē pp. honorē maloꝝ
futurorū et nō erat qui interpretaretur qr l; vi
sio eēt sibi interpretata ī gnali nō tñ omnino
spāli quantum ad noīa regum et determinatam per
sonam. ex quo pz qr spūs scūs non semp revelat
pphis sēm plenarium visionis sed solum quantum
expediens est pro loco et tpe et psonis pro
quibus fit revelatio et pp. hoc pphē nō revela
te scripserunt misteria xpi de futuro sicut eu
vangeliste scribentes hystoriam de preterito.
videretur forte alicui qr hec visio non possit
litteraliter exponi de antixpo primo qr tribulatio
que hic describitur dr̄ durare per sex annos ut
dictum est qr non potest dici ad litteram de persecu
tione antixpi que durabit tñ per tres annos
et dimidium ut dicetur infra. v. caplo et xii.
Scdo qr hic dr̄ qr in hac tribulatione que hic de
scribitur debet auferri. iuge sacrificium. iuge
autem sacrificium nunc est sacrificium altaris
qd non cessabit usq; ad iudicium finale scdm
qd dr̄. mt. ultimo Ecce ego oībus diebus vobiscū
sum usq; ad consummationē seculi. Ad primū dicē
dum qr persecutio antixpi aliqn accipitur stricte pro
tpē in quo antixps persequetur fideles in
propria psona et sic nō durabit nisi p tres
annos et dimidium. aliqn accipitur large scilicet cum
hic accipitur aliquid de tpe precedenti in quo p
ministros antixpi fiet quedam dispō ad ipm p
deceptiones et malas psuasiones et sic accipitur
hic duratio illius persecutionis. Ad scdm dicē
qr sacramentum altaris tpe antixpi cessabit
quantum ad solempnitatem quia [illegible] misse non
celebrabuntur publice sed tñ occulte pp.
rabiē illius persecutionis et sic intelligitur hic cessa
tio iugis sacrificii.

IX

In anno primo. hic post
visio que fuit facta in anno primo
darii quo occidit balthasar postquam daniel
descripsit ultime tribulationis totalem decursum
et principalē eius conflictum ut visum est in duo
bus caplis precedentibus hic autem describitur eiusdem
tribulationis solacium qd maxime erit ipsis fidelibus
ex consideratione passionis xpi igitur causa materialis
est de. lxx. ebdomadibus definitis et prefixis
usq; ad passionē xpi que maxime erit limita
ta a tpe antixpi. Causa finalis ut ostendatur tps
expiationis pcti per mortē xpi et per hoc dete
consolatio xpi fidelibus ī tribulatione antixpi existentibus
Causa efficiens est instinctus spūs scti sciens dani
eli confitenti pctm suum et desideranti et postulan
ti remedium. Causa formalis ī divisione consistit
que talis est qr primo ponitur meritum orōis scdo
modus revelationis ibi cumq; adhuc loquerer
primum est ex parte danielis scdm ex parte an
geli revelantis. Circa primū tria notantur
primum est debita condicio orantis scdm con
fessio notantis penitentiam ibi. et oravi deum
tercium confessio petentis ibi et nunc dñe. Circa
primum considerandum qr debita condicio orantis est
qr attendat debitum tempus orandi hoc fecit
daniel hic qr intellexit qr appropinquabat tps
adeo promissum deliberationis ipsi et hoc est qd
dr̄. In anno primo darii filii assueri. Et atten
dendum qr iste assuerus non est ille sub quo hy
storia hester facta est qr ille fuit post per magis
tempus sed iste assuerus est ille qui supra dictus
est astiages et hoc est qd sequitur de semine
medorum. qr darius inito balthasar transtulit
regnum ad medos qui primus imperavit super
regnum caldeorum. primus non simpliciter et abso
lute sed primus de pdcto semine. s. medorum anno
uno. i. primo scdm modum loquendi hebraicum
unde dr̄. gen. primo factum est vespere et mane
dies unus. i. primus. ego daniel intellexi in
libris numerum annorum. et nota qr
iste cui revelabantur tanta secreta intelligebat
tñ scripturas sacras et aliorum pphetarum legebat
contra illos qui confidentes de proprio ingenio de
dignantur inde dicta aliorum scripturarum aut illa
de qua fit hic mentio hētur ieremie. xxix. cū
ceperint impleri ī babilonē. lxx. anni visitabo
vos et suscitabo sup vos verbum meum bonum
et reducam vos ad locum istum etc. completionem autem
annorum appropinquantem intellexit p tempora regum qui
regnaverant a principio desolationis ihrlm usq;
ad tps illud per que fuit completum eodem. i. cap. qr
h desolatio fuit completa anno primo cyri quia
darius medus regnavit duobus annis et sic com
plementum huius dilatabit tñ quinque annis et
principis sexti quia cyrus de quarto anno regna
vit tñ ī principio ut ibidem dictum fuit. et po
sui faciem meam ad dominum. i. attentionem
mentis et faciem corporis qr versa facie ver
sus ihrlm orabat ut dictum est. vi. cap. vs. rogare
fervente et deprecari per sermones in ieiunio
sacco et cinere. ut sic fieret deo sacrificium spūs
p orōem et p carnis eius macerationem qr scribitur
thobie xii. bona est oratio cum ieiunio. et sacco.

cilicio et cinere. recordationem fragilitatis humane
hic enim erat modus iudeorum quando erat in afflic
tionibus ponere cinerem super caput in signum
humiliationis quia dicitur eccl. xxxv. Oratio humiliantis
se nubes penetrabit. Et sciendum hic quod dani
el petiuit orando pro liberatione populi quia talis oratio
videtur procedere ex quadam dubitatione ne im
pleretur verbum dei dictum per ieremiam de li
beratione populi tempore determinato et hoc videtur
importare defectum fidei. Dicendum quod da
niel orabat pro dicte implecionis promissionis
impletione non quia dubitaret de dei fidelitate
sed ut ostenderet se gratum deo de promissione facta
promissione. Item daniel sciebat promissio
nes divinas etiam impleri per orationes bonorum
sicut enim deus ordinat aliquid futurum ita etiam
et modum eveniendi quia utrumque cadit sub
divina ordinatione. s. res et suus modus. et ideo
orabat impleri promissionem a deo factam. Item
promissiones divine in sacra scriptura semper
intelligende sunt sub conditione. s. nisi ponatur
impedimentum ex parte illius cui fit promissio
deum offendendo. Unde dicitur ieremie xviii. Su
bito loquar de gente et de regno ut e
dificem et plantem illud si fecerit malum in
oculis meis ut non audiat vocem meam peni
tentiam agam super bono quod locutus sum ut facere
rem ei timebat autem daniel ne filii israel per
peccata sua posuissent impedimentum divine promis
sionis et ideo orabat deum ad tollendum illud im
pedimentum sicut per dictam partem argumentum
quia oratio danielis non procedebat ex infidelitate
aliqua sed magis ex bonis causis. Et oravi
dominum. hic consequenter describitur confessio peccatoris ubi
notandum quod daniel assumit in se personam populi
israel quia non erat talis etatis nec conditionis quod ta
lia mala egisset quando fuit translatus quia erat
puer sed secundum personam populi dicit peccavimus sicut in
quantum erat populi illius membrum procedit autem sic quia
confitendo primo narrat malitias delinquentes
secundo removet circumstantias excusantes ibi non
obedivimus. tertio exaggerat conditiones aggra
vantes ibi. et stillavit. Et nota quod in omnibus
istis deo attribuit deo iustitiam et sibi et populo
israel iniustitiam. Circa primum sciendum quod mali
tie delinquentes sunt quando bonos mores omitte
re debita et committendo prohibita dicit quia peccavimus
magnitudinem dei et clementiam et per hoc pec
catum populi gravius appareat. Obliti sumus domine
deus mane quia sequuntur omnibus que possumus
de corde ut cogitare et tribulis. transgressio
nes puniendo. custodiens pactum promissa im
plendo et misericordiam ultra promissa addendo sed
quibus hoc fit subditur. diligentibus te etc. corde
et opere utrumque incipit peccata confiteri dicens peccavi
mus in omni genere peccati. s. quod explicat consequenter in
iquitatem fecimus contra homines impie egimus. contra
deum pietas enim est cultus divinus et ideo impietas
est recessio a debito cultu divino et recessimus a mandatis

tuis. ea totaliter deserendo. et declinavimus primo
et paulatim contra ea agendo quia non statim homo de
cidit in profundum peccatorum. dicit autem a mandatis
etc. precepta moralia ac iudiciis etc. iudicialia
non audivimus obedivimus hic consequenter removet circum
stancias excusantes que sunt ignorantia
et infirmitas primum removetur per hoc quod po
pulus israel fuit inobediens verbis prophetarum ex ore
dei loquentium secundum removetur per hoc quod non
solum vulgares homines peccaverunt ymmo etiam
illi qui debebant esse magis perfecti in populo et hoc
est quod dicit et non obedivimus servis tuis pro
phetis qui locuti sunt in nomine tuo. non ex capite
proprio. regibus et principibus nostris et patribus nostris.
i. sacerdotibus qui quasi patres habebantur omni populo
terre. hoc addit ut nec appareat excusabilis
tibi domine iustitia. quia mala inflicta iuste etc. peccati
nostri. sequitur tibi autem domine nostra. quia causa
condignum punisti nos et nota quod hic frequenter
repetit eandem sententiam sub aliis verbis ostendendo
dei iustitiam et iniquitatem et populi israel iniquitatem
talis. n. est modus loquentis ex affectu et plena
dentis iudicem ut ipsum magis invocat ad cleme
ntiam. Et stillavit. hic subiungit conditiones aggravantes
que sunt obstinatio in peccato et ingratitudo de
beneficiis. acceptis que patent ex hoc quod licet
dominus puniverit eos primo paulatim ad eorum
correctionem et miserit prophetas ad eos revocandum
non tamen revertebantur ad rogandum deum et regratiandum
dum de paterna correctione sed obstinati fuerunt
in malis suis etc. quod finaliter venerunt male
dictiones super eos scripte in lege moysi
deute. xxvii. ubi maledicuntur transgredientes
legem domini et hoc est quod dicitur hic. et stillavit
super nos maledictio etc. et subditur. stillavit
quia non sic uno impetu descendit super eos dei
punitio sed primo passi sunt aliquas persecuti
ones particulares ad eorum revocationem et correcti
onem antequam totalem captivationem per nabuchodonosor. ut patet
ex decursu quarti libri regum et secundum paralipomenon.
sequitur et statuit sermones suos etc. i. stabiles
ostendit in punitione nostra iusta. Sequitur ut in
duceret in nos malum magnum quale numquam
fuit sub omni celo. per parabolem est ad designandum
magnitudinem sue tribulationis. Vel secundum veri
tatem hystorie potest hoc exponi de templi com
bustione in quo deus colebatur et tale malum non
fuerat factum alicubi quia in nullo alio loco erat tem
plum deo celi dedicatum. et non rogavimus faciem
tuam domine deus noster ut reverteremur etc. in quo ostendit
eorum obstinatio. et cogitaremus veritatem tuam
in puniendo nos. et vigilavit dominus super ma
litiam nostram. s. super malitiam culpe. et addu
xit eam super nos puniendo nos iuste cetera
patent. Et nunc domine. hic consequenter declaratur ratio
postulandi et primo quantum ad petitionis ma
teriam. secundo quantum ad impetrandi fiduciam
ibi etc. temetipsum. tertio quantum ad potentis
instantiam et devotionem ibi exaudi domine. Circa

primum considerandum quod via hic peticionis est duplex
scilicet amocio mali et collacio boni ad impetrandum
primum reducit ad memoriam malum fugitivis
egypciace primo ab eis amotum per dominum
quo modo magnificum est dare cum beneficium
postulatur qui precedens beneficium ad memoriam
reducit ut patet iiii. ethicorum et hoc facit da
niel in proposito dicens et nunc domine deus noster qui edu
xisti de terra egypti in manu forti. plagatione percu
ciendo et mirabilia pro populo faciendo que non
poterant fieri nisi virtute infinita et fecisti tibi
nomen quod pro illud factum nomen domini publicatum
fuit quasi per universam terram. secundum diem hanc. id est
ut patet in hac die quod filii israel tunc dispersi per
orbem narrabant ea que dominus fecerat pro eis in
egypto sequitur auertatur obsecro ira tua et cetera.
methaphorica est locutio de ira dei quia punit
sicut ad modum irati se habet et sic daniel petit
punicionis amocionem a civitate tua iherusalem in qua
ingerebat cultus divinus ex divina electione et a monte
sancto tuo. in quo erat templum quia illa pars civitatis
iherusalem in qua erat templum erat ingeniosa sequitur
iherusalem et populus tuus in opprobrium sunt omnibus per cir
cuitum nostrum. quia non solum modo babilonii cap
tivaverunt filios israel sed etiam assirii et alii populi
qui erant in circuitu eorum irrisorie detrahebant cap
tivos de filiis israel ❡ Nunc ergo exaudi deus noster hic ponitur
secundum quod est via sue peticionis. scilicet collacio boni
scilicet super sanctuarium tuum et cetera. quod. restitue civitatem
et templum in statum pristinum. propter temetipsum. hic
secundo ponitur impetrandi fiducia quia in infinitam
divine bonitatem et clemencie et non propter meritum
et hoc est quod dicit propter temetipsum. id est propter bonita
tem tuam inclina deus meus. Exaudi domine. hic de
scribit orantis instancia cum dicit. exaudi domine.
preces benigne audiendo. placare. offensam
remittendo. attende et fac. nobis consolacionem per
effectum tribuendo ne moreris. scilicet in quo punisti
sed consolacionem dare nobis propter temetipsum ut scilicet ve
ritas tua circa eum appareat et bonitas et ve
lud tibi debito persolvatur propter quod subditur. quia nomen
tuum invocatum est super civitatem et cetera. ❡ Cumque
adhuc loquerer. descripto merito orationis ex parte
danielis hic consequenter ponitur modus revelacionis ex parte
gabrielis. Et dividitur in duas partes quia primo
ponitur danielis excitacio secundo ibi facta revela
cio ibi. lxx. ebdomades. Circa primum dicit sic Cumque
adhuc loquerer. confitendo dei potenciam
et iusticiam. et orarem. invocando eius clemen
ciam et confiterer peccata et cetera. ad impetrandum indulgen
ciam. adhuc me loquente. in quo ostenditur velocitas
exaudicionis divine ❡ Ecce vir gabriel. quia in specie viri
angelus apparuit quem videram in visione. a principio.
id est in visione descripta capitulo precedenti ❡ Cito volans
in quo exprimitur promptitudo angelorum ad exe
quendum dei mandatum tetigit me excitando
et confortando in tempore sacrificii vespertini ex quo
patet quod a mane usque ad vesperum oraverat
daniel. patet etiam quod predicta verba in oratione

fuerunt prolata cum magno tractu temporis et medi
tacionis et talis oracio est deo acceptabilis. non
autem illa in qua fiunt multa verba multiplicata
sine attencione animi et devocione qualis est oracio clericorum
ut dicitur. matthei vi. et docuit me de futuris. ad consolacionem
populi israel. dixitque nunc egressus sum ut docerem te et cetera.
dicitur autem angelus egredi quando mittuntur ad nos
a facie dei non quod ab eius contemplacione recedunt
sed quia ad nos qui sumus remoti accedunt. ab exordio
precum tuarum. hoc dicit ut ostendat oracionem danielis ac
ceptam coram deo egressus est sermo. id est dei sentencia
de futuris. ego autem veni ut indicarem tibi. scilicet de
futuris quia vir desideriorum es deo. id est deo ama
bilis vel aliter. desideriorum. id est desiderans scire secre
ta divina ad dei laudem et populi liberacionem. Tu ergo animad
verte sermonem et intellige. frequenter excitat eum
angelus ad ostendendum magnitudinem et altitudinem divini
secreti sibi revelandi quia adventus christi apud he
breos habebatur pro maximo secreto ad quod demon
strandum. lxx. interpretes illud ysaie. ix. vocabitur nomen
eius admirabilis consiliarius deus fortis et cetera. sic
transtulerunt vocabitur nomen eius magni consilii
angelus et in hoc officium extollitur sequitur
translacionem eorum que hic accipitur in introitu misse
in maiori in nativitate domini. lxx. ebdomades.
hic consequenter ponitur facta danieli revelacio et dividitur in
duas partes quia primo ponitur ipsa revelacio secundo
ipsius revelacionis exposicio ibi scito. ergo et animad
verte. ❡ Circa primum sciendum quod daniel movebatur
ex consideracione prophecie ieremie orare pro consolacione
populi israel et liberacione eius de captivitate babilo
nica ut visum est in principio capituli et deus qui pla
cat quasi ab eo petitum ex habundancia non solum
hoc futurum sibi revelavit sed etiam liberacionem
fiendam per christum cuius erat figura illa liberacio
de captivitate babilonica et sic deus revelavit
danieli plenum intellectum prophecie ieremie quia in illis
lxx. annis. in fine quorum liberacio captivitatis
babilonice facta est figurantur sunt mistice septua
ginta ebdomade in cuius fine erat fienda liberacio
perfecta per christi passionem ❡ Ad intellectum autem
dicendorum duo sunt hic premittenda primum est
quali accipienda est hic ebdomada secundum est
quantum contineat. lxx. ebdomades ❡ Circa primum
sciendum est quod ebdomada idem est quod septem
et ideo aliqui dixerunt quod hic accipitur septenarius
vel ebdomada iubileorum quarum quelibet continet
centum annos sed utrumque istorum patet falsum quia
primo adhuc non esset oblatum sacrificium et
hostia de iherusalem nec civitas iherusalem destructa
producta christi tempore quia ille ebdomades non
essent implete. ❡ Contrarium autem manifeste appa
ret quia a multis temporibus civitas iherusalem destructa est
per romanos et per consequens sacrificium ablatum est
iudeis et hostia et oblacio quia non est licitum iu
deis talia offerre alibi. ❡ Item nunquam invenitur
in scriptura aliqua ebdomada iubileorum
vel centenariorum sed bene invenitur ebdomada
dierum. levitici xxiii. ubi agitur de festo penthecostes.

quinquaginta annos / alii autem dixerunt quod hic accipitur ebdomada
centenariorum. quarum quelibet continet.

Marginalia: contra (beside "sed quia ad nos"); revelacio (beside "lxx. ebdomades"); instat (beside "effectum tribuendo")

et ebdomada annorum levitici xxv. ubi agitur
de iubileo et ideo exponere hunc passum de ebdo
madibus iubileorum vel centenariorum et similia
est cum talis ebdomada vel septena non inveniatur
alibi in scriptura. ¶ Item iudei numquam acceperunt
ebdomadam centenariorum vel iubileorum nec aliquis
eorum umquam exposuerunt sic locum istum et ideo xpi
anus qui sic voluit exponere in hoc magis iuda
izavit quam ipsi per hoc concludentes quod per locum istum
non potest probari xpi adventum esse completum. Alio modo
potest accipi ebdomada vel septena dierum sicut
accipitur communiter et hoc modo non potest accipi hic quia
tunc tempus lxx. ebdomadarum non contineret ultra
annum et dimidium et sic quod hic predicitur impleri
in illis ebdomadibus similiter impleretur infra annum
et dimidium. ¶ Tertio modo accipitur ebdomada vel
septena annorum quarum quelibet continet septem annos
et hoc modo oportet quod accipiatur hic per locum a di
visione quia nullo predictorum modorum et potest acci
pi nec alio modo potest rationabiliter dici ab
aliquo cum non inveniatur ebdomada aliter dici
in scriptura nec etiam in usu communiter loquentium.
Sed adhuc restat dubium qualiter accipiatur hic an
nus quia ut dictum est hic iste ebdomades
hic posite sunt ebdomades annorum et sic est
acceperunt omnes expositores tam hebrei quam catho
lici. ¶ Sed dubium est utrum isti anni intelligantur
lunares vel solares qui distinguuntur ab invicem
quia annus lunaris est brevior undecim diebus anno
solari. ¶ Dicunt igitur beda et africanus expositores
catholici communiter ipsos sequentes quod iste lxx. ebdoma
des annorum lunarium continentur aut ad lxx ...
quod iudei sic computant ut dicunt. ¶ Item per hoc quod
in littera iste ebdomades dicuntur abbreviate et sic
videntur intelligi de ebdomadibus annorum
lunarium et sic videntur intelligi de ebdomadibus
annorum lunarium que sunt breviores quam ebdomades
solarium: sicut enim annus solaris ex
cedit annum lunarem in undecim diebus sic eb
domada una annorum solarium excedit ebdo
madam annorum lunarium in lxxvii. diebus.
Sed hoc dictum non videtur verum. Primo quia iudei
non computant per annos lunares sed tantum
per solares aliter sequeretur quod pascha eorum ig
circuiret totum annum ita quod celebraretur similiter
in quolibet tempore anni quia tenentur facere pas
cha de mandato legis. xiiii. luna primi mensis.
Si igitur computarent per annos lunares seque
retur quod revoluto anno pascha eorum celebra
retur per xi. dies ante ante solempnitatem
paschalem precedentis anni et sic contra de aliis
solempnitatibus paschalibus ex quo patet quod ista
satis breui tempore celebrarentur in omnibus temporibus anni
quod manifeste patet falsum ex usu eorum. Et ideo dicendum
quod licet iudei incipiant annum a prima luna pro
pinquiori equinoctio vernali tamen per embo
lismos fit equatio temporis apud eos quia
tertius annus vel apud eos habet tredecim lunationes.
¶ Item dicitur quod ebdomades dicuntur hic abbreviate

non valet quia in hebraico dicitur precise et sonat
ac si diceretur quod illud tempus est determinatum et
taxatum adeo quod illa ita abbreviatio non sonat
hic diminutionem sed magis determinationem temporis
et prefinitionem. ¶ Item expositores iudeorum super
locum istum numquam fecerunt mentionem de annis luna
ribus sed tantum de solaribus ex quo patet quod hic sunt accipi
piendi anni solares aliter non haberemus argumentum
contra iudeos cum nullus eorum predicto modo acciperet
item in toto veteri testamento sic computatio per annos
solares et communes ut patet manifeste in genesi et
aliis libris. ¶ Ex quo patet quod dictum bede et africani
et aliorum sequentium supponit falsum. Sic igitur patet
primum qualiter ebdomades sint accipiende scilicet eb
domades annorum solarium. Annus autem solaris continet
trecentos sexaginta quinque dies. Annus autem
lunaris minor est undecim diebus ut predictum
est. ¶ Secundum quod est principale est quantum temporis
continent iste lxx. ebdomades et patet de facili
quod continent quadringentos nonaginta annos so
lares quia quelibet ebdomada continet vii. annos.
Si vero multiplicentur septuaginta decem per vii.
resultant cccc. xc. ¶ Tertium vero attendendum
est ad litteram exponendam et circa hoc primo po
nenda est et reprobanda quedam expositio que
apud iudeos est communior et celebrior et est expositio
raby salomonis. Incipit computationem lxx ebdoma
darum a destructione templi facta per nabuchodonosor et di
cit eas completas in destructione secunda templi per ty
tum et vaspasianum ita quod tempus medium inter
istas duas destructiones secundum ipsum non continet
nisi cccc. xc. annos in quibus licet populus israel su
stinuerit aliquas adversitates tamen cum hoc ha
buit aliquas prosperitates quia reductus de cap
tivitate babilonica et completum fuit reedifica
tum et civitas et sacerdotes et principes in
populo fuerunt et propriis legibus uti permissi sunt sed
post destructionem secundam per tytum et vaspa
sianum completis ebdomadibus predictis sunt in
perfecta captivitate in qua dimittit eos deus
ut dicit iste raby. salomon. ut per hoc desistant a
peccatis et puniantur pro peccatis preteritis et in
cidant quod visiones prophetarum de xpo impleantur et
ista captivitas durabit usque ad adventum
xpi. Sic igitur adaptat litteram variat tamen litteram
aliquo modo accipiendo in aliquibus locis
aliter quam habeat translatio nostra ut videbitur exponendo
litteram. ¶ Dicit igitur sic. lxx. ebdomades id est lxx.
septene annorum que continent tempus predictum scilicet illud
sunt. hoc est littera hebraica secundum eum id est cum pre
cisione diffinite adeo ita quod nec fuerunt plures
nec pauciores. super populum tuum scilicet israel et
super urbem sanctam tuam id est ierusalem a prima de
structione que facta est per nabuchodonosor usque ad secundam
que futura est ad hoc ut perfecte puniantur
de malefactis suis propter quod sequitur ut consu
metur prevaricatio id est ut desistant a prevarica
tionibus suis et per hoc mereantur apud deum
quod deleatur iniquitas eorum et adducatur iusti

ano solari

iste igitur [illegible]

[illegible]

sempiterna .i. ut sempiternus . insti. fiant
et tunc finaliter impleatur visio et prophetia .i. pro
missiones facte per prophetas de xpo. et vnguatur
sanctus sanctorum. ubi enim nos dicimus sancto. Ra. Sa. dicit
sanctum et in hebraico non est distinctio quia eodem
modo declinatur et pronunciatur in neutro et masculino.
Sic igitur exponit vnguatur sanctus sanctorum .i. templum
quod reedificabitur per messiam et archa testi et
alia vasa sanctuarii. ¶ Scito igitur. hic ponitur expli
catio predicte visionis magis in particulari quam sic ex
ponit. Rabi Sa. scito igitur et animadverte . verba
angeli danielem excitant ad attencionem de exi
tu sermonis ita quod ubi dicimus ab exitu. ipse
dicit de exitu. ut per propositionem quantitatis non
designetur terminus a quo sit incipienda computa
tio sed denotetur materia de qua angelus vult loqui
quia supra dixerat daniel ab inicio precum tuarum
egressus est sermo. ut sit sensus. Scito daniel igitur. et
animadverte de exitu sermonis ut iterum edificetur ierusalem
.i. intellige qualiter sermo egressus adeo de edificacione
ierusalem sit intelligendus. quia usque ad xpm ducem
ebdomades .vii. .i. usque ad cirum qui dictus est
xpus. ysa. xlv. hec dicit dominus xpo meo ciro. etc. ipse
enim fuit dux iudeorum ... precepto eius re
ducti fuerunt de captivitate babilonica et a de
structione templi et civitatis facta per nabuchodonosor
usque ad primum annum cyri fuerunt .lii. anni qui faciunt
vii. ebdomadas annorum .i. xlix. annos et adhuc
... tres annos sed angelus non nominavit in
ebdomadibus ... tres autem annos qui preveniunt
ad ebdomadam septimam dimisit quia enumeravit
eas ebdomadibus septem. et ebdomadibus
lxii. revertetur. ita quod ubi dicimus. ebdoma
des .lxii. in nominativo ipse posuit in ablativo et
hoc fit sine mutatione littere hebraice quia omnia
nomina hebraica sunt indeclinabilia ita quod non
est ibi variatio per casus sed tantum per plurale et sin
gulare et ubi dicimus . et iterum. ¶ ipse dicit re
vertetur. quia in hebraico satis consimiliter scribuntur hic
igitur exponit et ebdomadibus lxii. in tempore quod
fuit a licentia data per cyrum revertendi usque ad
destructionem factam per tytum . revertetur .s. populus
de captivitate et edificabitur platea civitatis et
muri in angustia temporis. quia in toto illo tempore ha
buerunt aliqua prospera ut patet in reditu cap
tivitatis et reedificatione templi et consimilibus et etiam
aliqua adversa et post ebdomades .lxii. oc
cidetur xpus .i. agrippa rex de quo legitur
actuum xxvi. qui fuit rex in iudea et dicitur
xpus propter hoc quod reges ungebantur sicut de saul
dicitur xpus propter hoc i. re. .i. quare non timuisti mit
tere manum in xpm domini. iste autem agrip
pa ut dicit Ra. Sa. occisus est in illa tempora
in quibus destructa est civitas per tytum et ves
pasianum et non illi. Sic enim est in hebra
ico ubi dicimus et non erit illi populus qui eum
negaturus est. hic igitur exponit et non illi
.i. ipse agrippa non erit quia per mortem tolletur
de medio alii autem iudei moderni hic addunt

dicentes hic et non ei .i. non erit ipse agrippa
nec aliquis rex de cetero de gente iudeorum quo
usque veniat xpus promissus in lege et prophetis. et
civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum du
ce venturo hic exponit sicut et nos de destructione
ierusalem et templi facta per ducem populi romani et fi
nis eius vastitas .i. finis populi romani quia ille populus et
omnes alii adversarii iudeorum finaliter vastabuntur
per regem messyam et usque ad finem belli sta
tuta desolatio. ita quod ubi dicimus. post finem
etc. quod exponit hic continuando predictis quia licet
omnes adversarii vastentur per messyam ut dictum
est . tum statuta est .i. adeo diffinita desola
tio civitatis ierusalem et regni iudeorum. usque ad
finem belli gog et magog de quibus loquitur
eze. xxxviii. et devincentur per regem messiam
et tunc restituetur civitas ierosolimitana et re
gnum iudeorum ut dicit iste Ra. Sa. confirmabit
autem pactum multis ebdomada una. etc. quia in ulti
ma septena annorum predictorum fuerunt treuge inter
populum romanum et iudeos quas treugas vocat
hic pactum .s. pacis ¶ Sed iudei cito fregerunt
treugas et rebellaverunt et sic in medio illius
ebdomadis et in iiii° anno venit exercitus romanus
et dissipavit civitatem et templum et captiva
vit populum et sic defecit hostia et sacrificium
iudeorum quia non est licitum talia facere extra
ierusalem et hoc est quod dicitur in dimidio ebdomadis
.i. in ultima eius media deficiet hostia et sa
crificium et in templo .i. in loco ubi fuerat templum
erit abhominatio desolationis quia ibi fuit postea
statua adriani imperatoris ubi in loco ubi steterat
archa. et usque ad consummationem et finem belli
gog et magog per messyam restituetur regnum
ierusalem iudeorum ut dictum est ¶ Contra istam exposicionem
arguitur primo de numero annorum quia a destructione
ierusalem per nabuchodonosor usque ad destructionem eius per
tytum et vespasianum non posuit iste Ra. Sa. ni
si cccc.xc. annos precise quod secundum omnes hystoriogra
phos sunt multo plures sed hanc obiectionem omit
to quia in computatione annorum secutus sum Ra. Sa. tamen
quia rationabiliter duratam super librum hester et in a
liquibus aliis locis ¶ Item secundo illud quod exponit
ut consummetur prevaricatio .i. ut desistat a prevari
cationibus et peccatis patet esse falsum eo quod a tempore de
structionis facte per romanos non desistierunt iude
i a peccatis ymo sunt augures et pravitatores et
multis aliis peccatis irretiti que maxime prohibentur
in lege moysi. ¶ Item contra illud quod expo
nit et deleatur iniquitas .i. mereantur apud deum
per captivitatem modernam ut iniquitas
eorum deleatur apud deum quero ab eis que sit
illa iniquitas delenda quia ante captivitatem
babilonicam fuerunt iudei ydolatre maxime et oc
cisores prophetarum ut patet .xxiiii. iiii. regum et multis
peccatis aliis irretiti et tamen pro omnibus istis dele
ndis non sustinuerunt captivitatem nisi .lxx.
annis secundum Ra. Sa. a tempore autem tyti sustinu
erunt captivitatem per mille ducentos

annos et amplius et adhuc nesciunt terminum
huius captiuitatis. ergo etc. quod illa iniquitas
que per hanc captiuitatem deletur sit maior quam
incomparabiliter quam illa que precessit captiuitatem babilonicam
non potest alia assignari nisi illa qua interfecerunt
christum que fuit maxima iniquitas. attendite autem
in captiuitate babilonica non leguntur iudei fuisse
ydolatre vel occisores prophetarum et auctores consili
um contrarium sicut ante patet. quod nulla alia causa huius
captiuitatis potest assignari rationabiliter nisi oc
cisio christi secundum quod predixit saluator. luce xix.
uidens ihesus ciuitatem fleuit super illam etc. et sic
non est expectandus christus de futuro ut dicunt isti
expositores. ¶ Item contra illud quod dicit. et impleatur
uisio et prophetia. id est per euentum iudeorum in hac
captiuitate et prophetie de christo quia aggei ii. dicitur
adhuc vnum modicum est et mouebo celum et
terram etc. sequitur et ueniet desideratus cunctis gentibus
et implebo domum istam gloria secundum omnes expositores
catholicos et hebreos iste desideratus cunctis genti
bus intelligitur christus cum ergo dicat propheta quod post unum
modicum debebat uenire non potest intelligi ad
huc venturus de futuro quia a tempore aggei usque
ad destructionem factam per romanos fluxerunt vc.
anni secundum et plus secundum quosdam computatores. secundum
uero computationem hebreorum fluxerunt anni iiii.
xx. et iiii. a destructione facta per tytum usque
nunc fluxerunt mille. cc. lx. anni scilicet usque ad
annum domini m. ccc. xxviii. inclusiue in quo hec po
stilla fuit ultimate completa. tantum autem tempus non potest
dici unum modicum. ¶ Item in eadem auctoritate dicit pro
pheta in persona domini replebo domum istam gloria
et loquitur de templo reedificato post captiuitatem
babilonicam. ergo stante illo tempore templo uenit deside
ratus cunctis gentibus id est christus. ¶ Item contra illud quod
dicit et ungatur sanctus sanctorum. per hoc intelligens
archam testamenti et alia uasa sanctuarii que per mes
siam debent recuperari. quia dicitur ier. iii. cum multi
plicati fueritis et creueritis in terra in diebus illis
ait dominus non dicent ultra archa testamenti domini neque
ascendet super cor neque fiet ultra. ergo non est per
messyam recuperanda. ¶ Item quod hic christum uo
cat ducem et postea agrippam cum dicitur occidetur
christus. patet ex unitate prosecutionis quia per sequentem textum
patet quod loquitur de eodem christo ¶ Item quod dicit a
grippam occisum fuisse tempore destructionis ciuitatis per
tytum et uaspasianum uidetur esse manifeste falsum
quia hoc non legitur in aliqua hystoria autentica
immo iosepho libro de iudaico bello dicit eum
confederatum fuisse romanis tempore illius belli. Item quod se
quitur scilicet usque ad finem belli. gog et magog sta
tuta est. id est diffinita adeo desolatio ciuitatis ierusalem
hoc patet falsum quia ciuitas ierosolimitana reedificata
fuit postea per adrianum imperatorem. ¶ Item
quod sequitur. confirmabit autem pactum multis etc.
quod exponitur de treugis factis inter iudeos et
romanos circa tempus destructionis ciuitatis uidetur manifeste
falsum quia iosephus de hoc non loquitur nec in libro
antiquitatum nec in libro de iudaico bello qui

ubi diligenter describit omnia que fuerunt inter
populum iudaicum et romanum tempore illo. hoc etiam
patet per hoc quod dicitur in littera multis quia sic esset nec
fuisset factum cum omnibus iudeis et non cum aliquibus
tantum. Ex omnibus predictis patet expositio predicta falsa
et irrationabilis. Propter quod ulterius ponenda est expositio
catholicorum exponentium istas ebdomadas
impletas in christi passione. ¶ Circa quod sciendum
quod hic est una communis expositio quam sequuntur
communiter expositores catholici et est expositio bede
sed illam ad presens omitto duplici de causa. vna est
quia hec expositio ponitur ulterius expresse in glosa
super danielem in loco isto et in scolastica hy
storia et ideo ibi potest recurrere qui uult eam ibi ui
dere. Alia causa est quia illa expositio uidetur michi falsa
quia computat per annos lunares supponendo quod hoc
modo computent iudei quod est satis implicatum ut infra
est. Ideo aliter exponendo computando per annos
solares. ad cuius euidentiam sciendum quod hec compu
tatio annorum solarium dupliciter potest accipi. vno
modo secundum iosephum. secundum quem a reditu captiuita
tis babilonice usque ad principatum machabeorum
fluxerunt anni cccc. viii. antiquitatum iudaice libro
viii. capitulo vlt. Et tunc herodes ascalonita cuius tempore
natus fuit christus ut habetur. mat. ii. regnauit in iudea
xxxviii. annis usque ad natiuitatem christi nec obstat
quod aliqui hystorie dicunt christum natum xxxi. anno
regni herodis quia computant ab anno quo fuit sibi
datum regnum per imperatorem romanum quod fuit per tres
annos antequam haberet illud occiso antigono qui ul
timus regnauit de machabeis et inde fluxerunt
xxx. anni et principium xxx. usque ad baptismum
christi. luc. iii. ihesus erat incipiens xxx. annorum etc. et
inde fluxerunt .vii. anni usque ad quartum annum
post passionem eius isti uero anni simul iuncti faciunt
sex centos quinque annos a quibus si subtrahantur
cxl. anni qui fluxerunt a reditu captiuitatis
babilonice accipiendo a primo anno cyri qui ex
tunc dedit populo licentiam redeundi de babilone
usque ad xx. annum exclusiue artaxersis qui tunc
misit neemiam ad reedificandum ciuitatem ierusalem
neemie ii. remanent precise. iiii. xc. anni qui fa
ciunt lxx. ebdomadas annorum solarium et sic
initium lxx. ebdomadarum incipit a xx. anno in
clusiue regni artaxersis et terminatur in iiii.to anno
post passionem christi. Modo restat ostendere quod a pri
mo anno cyri usque ad xx. annum artaxersis
fluxerunt cxl. anni quod ostenditur per cronicas
latinorum secundum quas cyrus regnauit xxx. annis
cambises filius eius viii. duo magi vii. mensibus
qui pro uno anno computantur quia est maior pars
anni darius ystaspis xxxvi. xerses filius eius
xx. arthabanus mensibus vii. qui computantur
pro anno artaxerses xx. usque ad missionem
neemie anni uero isti simul iuncti sunt cxl.
Hiis uisis attendendum ad litteram cum dicit lxx. ebdo
made etc. ubi primo ponitur ebdomadarum
reuelatio cum dicit lxx. ebdomade que continent
iiii. xc. annos ut supra dictum est. abbreuiate

sunt

sunt. i. in regulitate dei p'fecta. sup p'plm tu
u. s. iudaicum. et super urbem tuam. s. ihrlm
ut consumet' p'uaricacio. i. terminet'. io sedit
et hec accipiat p'ium. per xpi passione. et ad
ducatur iusticia sempiterna. per eius p'dicacione
et i'pleat' uisio et p'phia de xpo p'dcã et ungat'
sanctus scõz. i. xpc qui i humanitate unctus e
oleo gre p' consortibus. ¶ Scdo gº hic quo' po'i
tur dicte reuelacois expo. ad cuius intellectum
considerandu q' angels diuidit. lxx. ebdomades
i tres partes. s. in. vij. et lxij. et una. et h'

Exacta

q' i istis p'tibus specialr operabit i p'plo iudaico
i p'mis. vij. p'pls cu' labore magno reedificauit
ihrlm et eam tenuit con'. adusarios nam una
manu faciebat op'is et alta tenebat gladium
nec. iiij. p's. aduersarios i surgentes in edifica
cõe et post in aliis. lxij. p'pls aliq' huit p'spe
ra aliq' adusa i ultima uero xps predicauit et
passus fuit et fides xpi multu fuit dilatata
per p'dicacione aplor post xpi mortem ut p'z
in act. aplor dicit. g° angls Scito g° et aiad
uerte. tu daniel quali ebdomades sunt intel
ligende. ab exitu sermonis ut iterum redificetur ihrlm
s. a. xx' anno artharsis tunc uenit neemias
ad eius reedificacione usque ad xpm ducem. i. usq
ad xpi baptismum in quo fuit declaratus dux
fidelium per p'rs et sp'us sci testimonium. erit. vij.
ebdomades. vij. in quibus p'pls tunc cu' labor
magno ciuitatem reedificabit et tenebit et
ebdomades. lxij. in quibus mo' aduersa mo'
p'spera sustinebit. et iterum edificabit' platea
et muri. etc. hoc dicit ad ostendendum quid futu
rum erat in. vij. ebdomadibus p'mis et post
ebdomades. lxij. cum vij. p'mis que faciunt
ebdomades. lxix. occidetur xps. s. in ultima
ebdomada. que incipit a baptismo xpi quia
post baptismum p'dicauit tribus annis cu' dimidio
et tunc passus fuit i medio illius ebdomade et
nõ erit eius p'pls qui eum negaturus est. qui iu
dei negantes eum coram pilato et tunc non fue
runt eius p'pls. et ciuitatem et sanctuarium. i.
ihrlm et templu' dissipabit p'pls cum duce ue
nturo. i. exercitus romanus cum p'ncipe tyto. Sciend
tn' q' hec dissipacio nõ fuit i'pleta infra decas
ebdomadas. lxx. sed postea per. xxxv. anos sedm
istam exposicionem q' tm fuit facta in pe.. mortis
xpi ut heretur hic. xxx. nõ hic i medietate dicitur
fut'ucas et finis eius. s. ciuitatis ihrlm. uastitas
per exercitum et post finem belli. s. romanor erit
uideo constituta desolacio. i. desolacio ciuitatis
adeo p'stituta. Confirmabit aut. q' occasione
mortis xpi exierunt termines. lxx. ebdomadarum
post .. pec' dei mortis ut dictum est io reuertitur
ad ostendendum quid op'he debeat fi'i ultima
ebdomada de qua incipit dictu et non p'ficit
d. confirmabit autem pactum multis. i. legem euan
gelicam que dr pactum nouum. xxx. ebdomadis
una. s. ultima in qua xps tribus annis et dimidio
predicauit legem euangelicam et eam confirmauit

per miracula et mortem suam et in tribus et dimidio
cum dimidio per p'dicacione aplor ut p'dcm est et i
dimidio ebdomadis deficiet hostia et sacrificium
q' in medio illius ebdomadis passus est xps ueru
sunt est et tunc sacrificia legis cassa fuit et
mortua. et in templo erit abhominacio desolacionis
Istud fuit post. lxx. ebdomades qm adrianus i
pator suam statuam fecit poni in loco ubi steterat
archa dni. Et q' possent quen' quantum durabit
captiuitas siue desolacio iudeorum p'pli iudei d.
et usque ad consumacionem. s. mundi. tunc ei sedm
doctores catholicos conuertentur iudei ad fidem xpi
Hunc aut exponendi modum secutus sum alias
quando p'mo scripsi super danielem. sed quia p'ea
confidens de dei adiutorio aggressus sum scribere super
totam sacram scripturam et cum ueni ad librum et.
hest. uisum michi fuit et adhuc uidetur saluo
iudicio meliori q' enumeracio annor que posita
est in exposicione ista non bn consonat sacre scripture
q' i magna parte superedit sedm cronicas
latinorum. s. a destructione ciuitatis ihrlm per nabuc
usque ad annum. xx. artharsis exclusiue q' tempus
sedm cronicas latinorum fuit. clxxxv. annor et sedm
hanc computacionem mardocheus fuisset. cclx. annor
qm per assuerum fuit exaltatus nõ est autem uerisi
mile q' tantum uixerit et dato q' uixisset eum fuisse
nõ potuisset illa que de ipso scribuntur in libro hest.
s. regere domum regine et regis palacium et equi
tare per ciuitatem et silia quod aut' sequatur ad decla
enumeracionem mardocheum tunc fuisse tante etatis
ostenditur q' ductus fuit i babilonem cum iechonia re
ge iuda ut habetur hest. ij. et tunc fuit ad minus
v. annor post iechoniam sedechias regnauit.
xi. annis. iiij. 4° regum. xxiiij. deinde secuta est cap
tiuitas. lxx. annor sedm cronicas latinorum
s. a destructione ciuitatis per nabuc usque ad p'
mum annum cyri a quo usque ad xx. annum artharsis
exclusiue fuerunt anni. cxv. ut p'dcm est et remanent
adhuc de eius regno. xxi. anni q' regnauit. xl.
annis uel sedm meliores duobus sogdianus mensi
bus septem et computantur isti duo pro uno anno
darius nothus. xix. assuerus. xij. ante exaltacionem
mardochei. hest. iij. Si uero p'dci anni sil'
cumputentur faciunt annos. cclxv. sicut alias dixi i
p'ncipio libri hest. io pono alium modum computandi
lxx. ebdomades p'dctas magis consonum scripture
sedm quem mardocheus. xij. anno regis assueri
fuit circa nonaginta trium annorum ut ostendi in
principio libri. hest. et ad huc i sequentibus ostendetur
modus autem iste quem intendo ponere procedet
partim sedm sacram scripturam partim sedm hebreo
rum doctores p'p'. quod nõ potest ab eis rationabiliter impugnari
tn' in uno nõ intendo eos sequi in quo ostendam
eos deficere manifeste. p'mo igitur uidendum est a quo
incipit computacio. lxx. ebdomadarum. sedo ubi
terminatur q' in hiis duobus iacet uis negocii quo
ad exposicionem lre attendendum ¶ Ergo ad p'mum dicen
dum q' uerbum angeli dicentis danieli ab ex
itu sermonis ut iterum reedificetur ihrlm etc. et

in hebreo habetur. ab exitu sermonis ad iterum reedificandum et edificandum ierusalem et cetera. ex quo uidetur quod a primo uerbo ex reuelatione domini procedente de reditu populi in ierusalem et per consequens reedificandi ibi templum et habitacula ministrorum et populi ibidem habitantis licet adhuc non esset data licencia reedificandi muros ciuitatis et fortalicia debeat ebdomadarum computacio inchoari. Istud autem uerbum habetur ieremie xxix. cum ceperint impleri in babilone lxx anni uisitabo uos et suscitabo super uos uerbum meum bonum et reducam uos ad locum istum. sed quo tempore fuit hoc dictum patet ex capitulo xxviii. ieremie ubi dicitur quod in anno secundo sedechie regis mense quinto ieremias reprehendit ananiam filium prophetam de hoc quod asserebat iechoniam et qui cum eo translati fuerant in babilonem reuerti in ierusalem post duos annos et iugum regis babilonis confringi et continuo capitulo xxix. ponitur epistola ieremie ad transmigratos in babilonem ut non crederent in talibus uerbis falsorum prophetarum in qua scribit hoc uerbum ex reuelatione domini. Cum ceperint impleri in babilone lxx anni et cetera. et sic patet quod hoc uerbum dixit dominus per ieremiam anno quarto sedechie circa finem. propter quod computacio lxx. ebdomadarum debet incipi ut uidetur ab anno quinto sedechie inclusiue computando ad secundum dico quod terminatur in anno passionis domini inclusiue nam incipiendo ab anno quinto inclusiue regni sedechie habentur vii. anni in tempore de regno eius quia xi. anno regni sui mense iiii. fuit captus et captiuatus. iiii. regum xxv. propter quod ille xi. annus tamen maioris partis computandus est in tempore destructionis ciuitatis nec unus annus bis computetur a dicta uero destructione usque ad primum annum cyri fluxerunt lii. anni secundum hebreos cyrus uero tribus annis regnauit secundum eos post monarchiam acceptam a quo tempore debet hic fieri computacio. illi uero qui dicunt eum regnasse xxx annis incipiunt computare a principio regni sui in perside tamen principium uero annum quarti quo regnauit cyrus computandus est in tempore cambisis filii sui ne unus annus bis computetur cambises uero sex annis regnauit ut dixit iosephus libro antiquitatum iudaicarum xi. post quem secundum hebreos regnauit assuerus maritus hester. et in hoc supra secutus sum eos in principio libri hester. sed in hoc quod dicunt eum regnasse xiiii. annis tamen uidentur michi deficere manifeste nam assuerus accepit hester uxorem anno vii. regni sui mense x. ut habetur hester ii. Cum ergo secundum ipsos darius filius assueri et hester regnauit post assuerum inmediate oportet eos dicere quod in principio regni sui fuit tantum v. uel vi. annorum nam a desponsacione hester usque ad natiuitatem eius tantum vii annis assuerus uel maiori parte temporis ad hoc computetur non est autem uerisimile quod talis puer scriberet sic auttentice et seriose de edificacione templi sicut exprimitur de ipso primo esdre vi. Sed ad hoc possit responderi quod hester mater sua que iudea erat et mortuo assuero superuixerat in fauorem iudeorum fecit scribi illam epistolam et sigillari nomine filii sui existentis adhuc pueri propter. hoc tamen responsionem mouetur per textum ibi sequentem ubi dicitur quod de sumptibus

regis fuisset si fuit ministrent sacrificia et offerant oblaciones deo celi orentque pro uita regis et filiorum eius ex quo patet quod erat tante etatis habens filios et ideo dico cum aliis hystoriographis quod assuerus regnauit xl. annis et sic darius filius eius qui cepit regnare post patrem inmediate fuit xxxii. annorum uel circiter secundum predicta anno uero darii ii. rescriptum fuit opus templi secundi et consummatum vi. anno regni sui mense xii. primo esdre vi. Sciendum tamen quod idem annus fuit xl. assueri et primus darii nam ei successit inmediate et sic oportet de uno annorum ipsorum annum unum subtrahere aliter unus bis computaretur et sic assuerus et darius regnauerunt xlv. annis usque ad secundum templi consummacionem et inde usque ad destructionem eius per romanos fluxerunt anni iiii^c. xx. secundum Ra. Sa. et alios hebreos quibus si iungantur anni predicti ab anno sedechie quinto inclusiue sunt simul anni cccc.xxxii. a quibus si rescindantur xlii. anni qui post annum passionis christi fluxerunt usque ad destructionem templi secundi secundum omnes hystoriographos reperiuntur anni cccxc. qui faciunt lxx. ebdomadas annorum precise et sic patet secundum illum terminatio lxx. ebdomadarum in anno passionis christi inclusiue ex predictis patet quod supra dictum est de etate mardochei nam si ampliantur anni hic enumerati a quinto anno sedechie usque ad vii. assueri sunt simul anni lxxix. quibus si adiungantur iiii. primi regni sedechie et decem quos ad minus tempore habuit tempore translacionis sue inueniuntur anni nonaginta tres sicut supra dicebatur. His dictis attendendum ad exposicionem litere que diuiditur in duas partes in prima ponitur reuelacio In secunda uero reuelacionis exposicio ibi. Scito ergo. prima pars exponitur sicut in exposicione ebdomadarum precedenti inmediate nam in hoc conueniunt hec et illa. Scito ergo. hic consequenter ponitur reuelacionis exposicio et diuiditur in duas partes quia primo exponuntur lxx. ebdomades generaliter secundo exponitur aliquid pertinens ad ultimam specialiter ibi confirmabit autem. Circa primum dicit angelus danieli. Scito ergo et animaduerte. quales ebdomades sint incipiende et intelligende. ab exitu sermonis ut iterum et cetera. id est a quinto anno sedechie inchoande sunt ut ostensum est supra usque ad christum ducem. id est protendende sunt. vii. ebdomades. et ebdomades. lxii. id est ad ultimam ebdomadam in qua christus dux populi christiani baptizandus est et legem euangelicam predicaturus et pro salute humani generis moriturus resurrecturus et in celum ascensurus distinguit autem vii. ebdomades et ultimam ab aliis propter specialia opera facta in ipsis. nam in ultima facta est generis humani reparacio ut dictum est in vii. uero templi primi destructio usque ad primum annum cyri qui dedit licenciam reedificandi a destructione eius templi usque ad primum annum cyri qui dedit licenciam reedificandi a destructione eius templi usque ad primum annum cyri dantis hanc licenciam fluxerunt anni lii. ut dictum est supra

qui faciunt septem ebdomadas annorum et etiam hoc tres annos qui computantur in tempore .lxij. ebdomadarum eo quod non faciunt per se ebdomadam et eadem ratione .vj. anni de tempore sedechie precedentes templi destructionem. Et rursum edificabitur platea .i. templi et muri ciuitatis ierusalem in tempore .lxij. ebdomadarum per zorobabel et neemiam et alios principes. In angustia temporum. quia per gentes circumstantes fuerunt multum impediti et afflicti et etiam postea ut patet in esdra et neemia et libris machabeorum. Et post ebdomadas .lxij. et .vij. alias precedentes supple occidetur christus in ultima ebdomada ut predictum est et non erit eius populus qui eum negaturus est .i. iudei coram pylato ipsum negantes dicentes non habemus regem nisi cesarem Iohannis .xix. non erunt amplius eius populus sed exciam in ipso regnandi et ab eo denominandi. Et ciuitatem et sanctuarium .i. templum secundum. dissipabit populus .i. exercitus romanus cum duce venturo. contra ierusalem illud non fuit factum infra tempus .lxx. ebdomadarum. sed postea per .xlij. annos ut dictum est sed quia hoc factum fuit in penam mortis christi ideo hic ponitur immediate postquam locutus fuerat de christi occisione. Et finis eius .i. ciuitatis ierusalem. vastitas. quia fuit vastata per romanos et post finem belli. romanorum contra iudeos. statuta desolatio .i. desolatio ciuitatis et templi que combusserunt romani et iudeos templi ex parte occiderunt et partem captiuauerunt sicut erat statutum et ordinatum a deo in penam mortis christi. Sciendum autem quod littera hebraica sic habet et usque ad finem belli statuta desolatio et ultimum nunciatur sicut ex hoc enim dicunt hebrei quod desolatio et captiuitas in qua sunt duratura est usque ad finem belli. gog et magog. quos messias venturus debellabit et tunc regnabunt iudei temporaliter. et secundum hoc possent iudei dicere quod littera nostra sit falsa et expositio nulla. ¶ Ad quod excludendum sciendum quod in hebreo due dictiones quarum una significat idem quod adhuc alia vero usque eisdem litteris scribuntur .s. .ayn. et deleth et distinguuntur iste due dictiones solum per punctationes que de facili mutari potest in inuentionibus librorum. hec autem dictio adhuc aliquando accipitur in scriptura pro post sicut Ione .iij. adhuc .xl. dies et niniue subuertetur .i. post .xl. dies subuertetur et secundum hunc sensum primo fuit facta punctatio dictionis hebraice in hoc loco et sonat post et sic transtulit translator noster sed postea punctata mutata est punctatio per iudeos ad significandum usque et sic sonat .ad. et consimiliter fecerunt in pluribus aliis locis veteris testamenti. prout in precedentibus libris declaraui. ceperunt autem occasionem hoc faciendi ex .lxx. interpretibus qui ubi timuerunt aliquid de misterio trinitatis et incarnationis tacuerunt vel aliter transtulerunt secundum quod dicit ieronimus in prologo super penthateucum et idem ego vidi in pluribus locis veteris testamenti specialiter ysa. ix. pro eo quod ibi habetur de christo et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi princeps pacis transtulerunt et vocabitur nomen eius magni consilij angelus. Confirmabit autem. hic reuertitur angelus ad loquendum de ultima ebdomada de qua inceperat dicere quantum ad mortem christi et non perfecerat interponens penam huius mortis ut dictum est dicit ergo. confirmabit autem pactum multis .i. legem euangelicam que dicitur pactum. et fedus nouum. Iere. .xxxi. ebdomada una. nam in ultima ebdomada christus predicando miracula faciendo moriendo resurgendo ascendendo in celum et mittendo spiritum sanctum legem euangelicam confirmauit et anno sue passionis per predicationem apostolorum notabiliter dilatauit ut patet act. ij. et iiij. Et in dimidio ebdomadis .i. in ultima eius medietate in qua passus est christus. deficiet hostia et sacrificium quia sacrificia veteris legis cessauerunt per passionem christi non habentia ultra vim obligandi. Et in templo erit abhominatio desolationis hoc refertur ad tempus sequens .lxx. ebdomadas in quo adrianus imperator fecit poni statuam suam in loco templi ubi steterat archa que statua apud hebreos vocatur abhominatio sicut et quodlibet aliud ydolum et erat desolationis iudeis signum manifestum. Et usque ad consummationem et finem .s. seculi perseuerabit desolatio. preter .n. finem mundi de terra felicitate antichristi per heliam et enoch iudei ad christum conuertentur et multi eorum constanter sustinebunt martyrium prout dicunt communiter doctores nostri.

X

Anno tertio cyri:

Hic ponitur noua visio danielis et secundum opinionem communem ista visio que hic ponitur differt ab illa que ponitur in duobus capitulis sequentibus sed michi videtur quod est una tantum ut magis patebit legendo litteram dicendo ergo sic quia primo describitur excellentia huius visionis secundo exprimuntur continentia ibidem reuelata .x. hoc .ij. capitulis sequentibus prima in duas quia primo tangitur magnitudo huius visionis in generali secundo magis in speciali ibi in diebus illis in prima parte primo tangit tempus quo facta est reuelatio danieli cum dicitur anno tertio cyri regis persarum secundo reuelationis magnitudo cum dicitur verbum reuelatum .i. veritas que verbis exprimitur danieli cognomento balthasar. hoc dicit quia balthasar erat nomen eius secundum .iiij. cap. supra. huius libri. Et verbum verum ad intelligendum et fortitudo magna ad implendum quia non poterat impleri nisi diuina virtute et ordinatione quia hec visio continet persecutiones antiochi et antichristi et destructionem omnium eorum et resurrectionem mortuorum ut videbitur. Intellexitque sermonem. quia non tantum habuit visionem ymaginariam sed etiam intellectualem. propter quod subditur intelligentia enim opus est in visione. ad hoc .s. quod aliquis dicatur propheta sicut supra declaratum est in principio libri psalmorum vel aliter potest exponi intelligentia opus est etc. quasi dicat oportet intellectum hominis adeo eleuari ad hoc quod possint talia intelligere et capere et in hoc patet dignitas visionis in generali. ¶ In diebus illis hic exprimitur excellentia huius visionis

magis in speciali et hoc dupliciter primo ex parte da-
nielis uidentis secundo ex parte angeli apparentis
ibi. Die autem .xxiiii. magnitudo autem uisionis
ex parte danielis ostenditur in deuota preparacione
ipsius ante hanc uisionem, et hoc per luctum ieiu-
nium et oracionem et hoc est quod dicitur hic in die-
bus illis ego daniel lugebam. peccata et miserias
populi israel. trium ebdomadarum diebus. in quo ostenditur
magnitudo austeritatis ex parte temporis. panem
desiderabilem. id est cibum delicatum quia nomine panis in
scriptura intelligitur omnis cibus non comedebam
et caro et uinum non introierunt in os meum
et hic patet magnitudo austeritatis ex parte cibi
et potus per hoc autem quod hic dicitur quod in tribus ebdo-
madibus non comedit talia ex deuocione innuit
scriptura quod aliis temporibus talibus utebantur ex quo
ex illius patet quod tunc non tenebatur tantam au-
steritatem in uictu tamquam teneat semper ut tunc cum
bibebat solum aquam et comedebat leguminia ut
dictum est primo capitulo cuius ratio est quia daniel iam
erat in tanta auctoritate quod poterat habere cibaria
in quibus non esset aliqua sibi illicita et etiam
quia iam erat senex cum a tempore suo transmigra-
cionis in babilonem iam pertransissent .lxx. an-
ni et etiam .iii. uel .iiii. ut magis explicabitur infra
tanta autem austeritas non est seruanda in senec-
tute quando passiones sunt edomite et corporis
debilitatem sicut in iuuentute quando uigent pas-
siones. Sed neque unguento unctus sum. etc. ung-
nentum hic accipitur pro liquore alicuius arboris
aromatice quia talibus utebantur in terra illa contra
intemperiem caloris et ad conseruandum bonam disposicionem
corporis. Die autem .xxiiii. hic consequenter ponitur exprimitur
excellencia uisionis ex parte angeli apparentis
et primo describitur ipsius angeli apparentis in solito
fulgore. ibi uidebatur terror ibi. Vidi autem ego
daniel etc. in prima parte dicitur sic. die autem .xxiiii.
etc. ubi designatur tempus determinatum huius uisionis
non solum conparatiue sicut in principio huius capituli
dictum est sed etiam conparatiue ad diem determinatum
notatur etiam quantum locus cum dicitur eram iuxta flu-
uium magnum qui est tygris. hic est unus
de quatuor fluminibus paradisi et nominatur
sic ex uelocitate cursus a tygride que est be-
stia uelocissima et leuaui oculos meos. corporis
scilicet et mentis et uidi uisione corporali et intel-
lectuali. et ecce uir unus. id est angelus apparens in
specie uiri uestitus lineis ubi primo describit eum
conparatiue ad extrinseca. scilicet uestimentum album uel
lineum in quo designatur puritas angelica et
quo ad cingulum cum dicitur et renes eius accin-
cti auro obrizo. id est mundissimo unde dicitur ob-
rizum ab ob. et radio radias quia perfecte irradiacionem
hic notatur per zonam auream et fidem autem
intelligitur feruor caritatis quo angeli in solubi-
liter cum deo. Secundo describit angelum
conparatiue ad intrinseca cum dicitur et corpus eius qua-
si crisolitus. est autem crisolitus lapis coloris marini
et habet scintillas aureas per tale quod corpus intelligitur
celum quod est primum mobile angelorum quia corpus
angeli non informat ab eo sed mouetur
color autem marinus qui est in crisolito est similis
colori celestis per scintillas aureas stelle
stellas que sunt in celo. Tercio describit
angelum apparentem conparatiue ad extrinsecas. et fa-
cies eius. quasi species fulguris in quo notatur
excellencia glorie angelice et oculi eius ut lampas
ardens. in quo notatur perspicacitas in angelica
cognicione et brachia eius et que deorsum usque
ad pedes. quasi species eris candentis in quo de-
signatur fortitudo angeli ad operandum per
brachia. et ad mouendum se de loco ad locum
per pedes et uox sermonum eius ut uox multitudinis
in quo designatur efficacia uirtutis eius ad docen-
dum homines de occultis et reuelandum ueritatem
quia unus angelus potest plus docere quam multitudo
hominum sen doctorum. ad euidenciam autem ma-
iorem predictorum considerandum quod angeli apparent
hominibus in corporibus assumptis ad instruendum
eos familiarius de occultis et ideo per proprieta-
tes corporis assumpti significant angeli spiritua-
les ut dictum est. Vidi autem. hic consequenter ponit
uidencium terrorem et primo ponit eorum trepida-
cionem secundo angeli confortacionem ibi et ecce manus.
Dicit igitur primo sic uidi autem ego daniel solus ui-
sionem, terribilem. scilicet quia non solum uidet angelum
apparentem sed audiuit eum loquentem et intelle-
xit alii enim uiri qui erant cum daniele solum
uiderunt angelum apparentem ex cuius uisione territi
fugerunt et ideo dicitur hic uisionem non uiderunt quia an-
gelum loquentem non audierunt nec intellexerunt
ea que sunt reuelata danieli et hoc est quod dicitur
hic porro uiri qui erant mecum etc. et patet ex dictis
usque ibi. et non remansit in me fortitudo. quia
terror reddidit membra exteriora frigida et tre-
mencia propter retractum spirituum et sanguinis ad inte-
riora sicut fit in passione timoris sed et species
mea immutata est in me quia ex timore palles-
cunt in facie propter retractum sanguinis ad cor ab ex-
terioribus membris. et emarcui etc. quia primo re-
mansi homo sic ab intra et quasi corporis
se mouere et audiui uocem sermonum eius etc. quia
ex timore non potuit stare. Et ecce manus. hic
ponitur angeli confortacio et hoc dupliciter quia primo
confortat eum imperfecte postea perfecte quia processus
est de imperfecto ad perfectum secunda pars incipit
ibi Cumque loqueretur mecum. primum autem facit erigen-
do ipsum et eleuando aliqualiter et hoc est quod
dicitur hic. et ecce manus. scilicet angeli tetigit me. con-
fortando et erexit me super genua mea etc.
aliqualiter eleuando et dixit ad me uerba con-
fortando. daniel uir desideriorum .i. ut dictum est
.ix. capitulo intellige uerba mea. etc. in quo
confortat eum quia accepit mentem sicut commenti
ad corpus eum sedentem et sta in gradu tuo. id est
rectus et ita facie uersa celum hoc est .ii. gra-
dus alia autem animalia stant super pedes facie
inclinata ad terram cumque dixisset mihi

quare autem daniel dictus est uir desideriorum.

sermone illum steti tremens. quia in uniuersis factum in corpore ex precedenti timore mundum adhuc tremiscebat. et ait ad me noli metuere daniel. quia non appareo ad malefaciendum tibi sed magis ad docendum te illa que desideras scire et hoc est quod subditur quia ex die primo quo tu posuisti cor tuum ad intelligendum. illa scilicet que daniel prius uiderat capitulo viii. et non intellexerat ad plenum ut ibi dictum fuit super illud uerbum in fine viii. capituli stupebam ad uisionem et non erat qui interpretaretur uel alias ad intelligendum. scilicet uoluntatem dei circa ea que sunt uentura populo tuo et quasi in idem redditur ut te affligeres in conspectu dei. ut per hoc oratio tua tanta coram deo exaudiretur et per quam diuina ueritas tibi reuelaretur exaudita sunt uerba tua scilicet de reditu populi a captiuitate babilonica. ¶ Sed contrarium uidetur quia licentia redeundi iam erat data primo anno cyri. ista autem oratio danielis et afflictio de qua hic loquitur angelus facta fuit anno iii. regis cyri ut patet ex dictis in hoc capitulo isto. igitur tunc non fuit exaudita oratio danielis de reditu populi. sed ante per duos annos. ¶ Dicendum quod iudei fuerant in babilone per lxvii. annos quantum ad eos qui cum iechonia translati fuerunt. illi uero qui in obsidione ioachim patris eius fuerunt translati obsides ut daniele et alii de semine regio dicti fuerunt ibi lxx. annis. illi uero qui cum sedechia translati fuerunt ibi lxx. annis secundum illam computationem quam sequtus sum tamen pro iudicio meo meliorem supra capitulo ix. et sic per quem illi qui tunc uiuebant fuerant nati in babilone pro maiori parte. propter quod afficiebantur ad remanendum in terra babilonis et propter possessiones quas ibi acquisierant ipsi uel patres eorum et propter uxores quas ibi acceperant et filios quos ibi genuerant et ideo post licentiam datam a cyro sic remanserunt in terra babilonis bene per duos annos et plus ut dicitur in scolastica hystoria. propter quod uidebat daniel ne totum negotium de reditu eorum in totum impediretur et ideo orabat tertio anno cyri ut hoc impedimentum tolleretur et fuit exauditus et hoc est quod dicit angelus et ego ueni propter sermones tuos. annuntiare scilicet tibi quod tua petitio sit exaudita. princeps autem regni persarum etc. ¶ Ad euidentiam huius considerandum quod angeli qui presunt diuersis prouinciis dicuntur principes illarum et hoc rationabiliter quia sunt solliciti de bono earum ideo notatur ordo eorum sic. scilicet principatuum. Secundum etiam quod sicut unicuique prouincie preest unus angelus qui princeps ad promouendum bonum illius prouincie. ita preest unus angelus malus qui princeps ad inducendum homines illius prouincie ad malum. ¶ Dicunt igitur aliqui quod iste princeps persarum fuit malus qui filios israel inducebat ad remanendum in babilone ex carnalitate quadam [illegible] et ideo dicitur hic quod restitit xxi. diebus orationi danielis qui orabat pro reditu populi in ierusalem et per quem resistit angelo bono qui presentabat

orationem danielis coram deo et hoc est quod angelus loquens dixit danieli princeps persarum restitit mihi xxi. diebus cum tamen tempore diuinum orationem et afflictionem danielis ut patet ex premissis. ¶ Beatus autem gregorius xvii. libro moralium dicit quod fuit bonus angelus qui preerat regno persarum qui uidebat ex malitiis filiorum israel in perfidie multos de persis et medis qui ad cultum et fidem unius dei et ideo interpellabat deum ut remanerent in perfidie ostendens in conspectu dei bona que ex hoc uenirent et sic angelus iste dicitur restitisse angelo illo qui representabat orationem danielis de contrario non tamen inter angelos bonos est contrarietas uoluntatum simpliciter quia uoluntates eorum sunt conformes diuine uoluntati quia tamen de huius ignorantia quid deus uellet ideo aliquando consulendo de inde aliquo futuro etc. proponunt quibus presunt allegant merita contraria aliorum et sic dicuntur resistere ad inuicem sed quando reuelatur super hoc diuina uoluntas simpliciter concordant in ea et ecce michael unus de principibus primis quia erat superior angelus angelo qui loquebatur quia princeps erat totius synagoge sicut est modo princeps totius ecclesie et ideo non solum preerat filiis israel qui erant in perfidie sicut ille qui loquebatur danieli sed etiam preerat omnibus filiis israel ubicumque essent quod adiuuit illum qui preerat uni parti eorum. scilicet eorum qui erant in perfidie et hoc est quod subdit dicendo uenit in adiutorium meum. Sequitur et ego remansi ibi. id est coram deo offerens preces tuas iuxta regem persarum. id est iuxta angelum qui preerat persis michaele resistente modo predicto hoc autem dixit angelus danieli ad ostendendum quare tantum tardauerat ad denunciandum exauditionem hic orationis. Veni autem ut docerem te que uentura sunt populo tuo in nouissimis diebus ex quo patet quod non solum uenerat ad denunciandum danieli redditum captiuitatis uel solum ea que facta sunt tempore antiochi epiphanis sed etiam que futura sunt in fine mundi tempore antichristi epiphanis sed et que futura sunt usque in fine mundi ut patebit in capitulo sequenti. propter quod sequitur quoniam adhuc uisio in dies supple multos differtur implenda tempore. ¶ Cumque loqueretur. hic ponitur consolatio prefati uisionis danielis et diuiditur in duas partes quia primo facit quod dictum est secundo subiungit consolationem ad danielem ibi et rursum tetigit. ¶ Circa primum dicitur sic. Cumque loqueretur mihi angelus. scilicet huiuscemodi uerba deieci uultum meum in terram. quia non poterat sustinere aspectum fulgoris angeli apparentis. et hoc factum est ut daniel cognosceret fragilitatem hominis respectu uirtutis angelorum. Et ecce quasi similitudo filii hominis. quia non erat homo sed angelus apparens in specie hominis tetigit labia mea ut possem loqui propter quod sequitur. et aperiens os meum locutus sum etc. sequitur domine mi in uisione tua dissolute sunt compages mee etc. id est iuncture membrorum propter defectum sanguinis et spiritus

fuerunt

angelus


revertuntur ad cor ex passione timoris predicti. Visione enim insolita angeli apparentis sequitur. Rursum quasi tetigit me ut visio hominis quia tunc angelus sibi comparuit in specie magis conformi humane speciei quam ante in principio enim angelorum est specierum corporum assumptarum terribilitate de facili sed communiter sic apparuit ei angelus ad ipsum magis confortandum predictum. quod subditur et confortavit me. et per hoc sequitur cumque loqueretur mecum invalui. scilicet per tactum confortatus sequitur et ait angelus scilicet danieli. Numquid scis quare venerim ad te. q. d. ego veni ut ostenderem tibi. orationem tuam exauditam et ea que sunt futura in novissimis temporibus sicut iam dictum est et magis patebit infra. et nunc revertar. hic exprimit causam quare oportet eum cito recedere a daniele ut scilicet rediret ad interpellandum coram deo et populo israel ne reditus eius de babylone impediretur per angelum qui preerat persis et hoc est quod dicit. et nunc revertar supple in conspectu dei. ut prelier adversus principem persarum. quod quidem plenius est per hoc quod angeli qui presunt diversis gentibus offerunt coram deo contraria merita ut dictum est. Cum ergo egrederer apparuit princeps grecorum. id est angelus grecorum hic autem interponit angelus loquens danieli quia in principio sequentis capituli facit mentionem de bellis persarum et grecorum adinvicem. verumptamen id est antequam revertar recedendo scilicet a te. annunciabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis id est in presciencia dei nunc tibi revelata. quia revelatio est quedam impressio divine scientie. annunciabo inquam tibi illa que desideras scire et nemo adiutor meus est in his omnibus. scilicet que spectant ad promotionem populi israel nisi michael princeps vester. quia sicut dictum est michael erat princeps totius synagoge generaliter. Sequitur. xi. capitulum.

EGO autem XI

etc. In capitulo precedenti ostensa est eminencia visionis ut dictum est hic autem circa istam visionem declaratur continencia veritatis. Et dividitur in duas partes quia primo ostenditur futura violencia perversorum contra electos. secundo finalis victoria electorum contra reprobos capitulo xii. In tempore autem illo. Prima dividitur in duas partes quia primo explicat precella regum persarum in brevi secundo ortus regum grecorum et hoc fit ut perveniat ad antiochum epiphanem qui fuit de regno grecorum fuit etiam figura antichristi de quo est principalis intentio ut videbitur secunda ibi. Surget vero. dicit ergo primo sic ego autem ab anno primo darii medi. qui interfecit balthasar ut supra dictum est in fine quinti capituli, stabam ut confortaretur regnum eius et corroboraretur. aliqui exponunt dicentes quod ista sunt verba danielis qui orabat pro dario qui eum multum honoravit et eum de lacu leonum liberavit ut dictum est supra vi. c. et hoc etiam dicit glosa interlinearis. Sed hoc videtur falsum

quia verba immediate precedencia sunt verba angeli loquentis danieli ut visum est. Similiter verba immediate sequencia que copulantur ad istam per dictionem copulativam ut videbitur et ideo dicendum quod ista sunt verba angeli loquentis cum daniele qui offerebat preces danielis coram deo ut visum est et ideo sicut daniel stabat pro confortatione darii orando pro ipso ita similiter angelo preces danielis offerendo et etiam aliis modis quia efficacior est virtus angeli quam hominis et nunc veritatem annunciabo tibi danieli. scilicet de regno medorum et persarum sequitur. Ecce adhuc tres reges stabunt in perside primus fuit cyrus qui successit predicto dario avunculo suo secundus fuit cambises filius cyri. tercius fuit. darius hystaspis in cuius anno vi. consummatum est templum ut habetur i. esdre. vi. secundum translationem superpositam. c. vero et ibi probatum vocantur autem hic reges persidis quia licet esset verum regnum medorum et persarum tamen cyrus qui tunc regnabat transtulerat caput monarchie ad persas a quibus primo fuerat primogenitus ista autem visio facta est danieli anno tercio cyri ut visum est in principio decimi capituli et quartus ditabitur opibus nimiis super omnes. Iste fuit xerxes filius darii secundum latinos qui fuit potentissimus respectu precedencium et vi armorum subiugavit greciam. reges persarum et hoc usque ad tempus alexandri magni qui propter hoc postea contra reges persarum bellavit et hoc est quod dicitur hic et cum invaluerit diviciis suis. predictus xerxes rex persarum. concitabit omnes bellatores. scilicet quos poterit invenire contra regnum grecie. quod subiugabit licet autem post istum xerxem fuerint plures alii reges in perside secundum latinos. scilicet ix. usque ad alexandrum magnum qui interfecto dario monarchiam persarum transtulit ad grecos tamen angelus loquens danieli illos preterivit quia iste xerxes dedit occasionem grecis bellandi contra persas secundum vero opinionem hebreorum quam supra secutus sum. xx. capitulo tamquam in dicto meo veriorem primi quatuor reges persidis de quibus fit hic mentio et cyrus secundus vero cambises filius eius tercius assuerus maritus hester. quartus vero darius filius assueri cuius debellavit alexander magnus eo quod repetebat ab ipso tributum confidens in potencia sua et diviciis et sic non oportet dicere quod angelus omiserit aliquos de regibus persarum a tempore cyri usque ad alexandrum.

libri.



De regibus asie et macedonie non prosequitur quia parum aut nichil habuerunt facere cum filiis israel. Sed principaliter fiebat revelacio danieli.

Illi duo fratres scilicet seleucus ceraunos et antiochus magnus ad vindicandum necem patris scilicet seleuci galerici mouerunt bellum contra tholomeum philopatorem cuius pater occiderat seleucum galericum sed non potuerunt ei prevalere et ideo ipso mortuo antiochus magnus frater iunior mortuo fratre suo mouit bellum contra tholomeum epiphanem filium predicti tholomei philopatoris cum postea federati fuissent amici cum eo et dedit ei cleopatram filiam suam uxorem ut ipsum melius deciperet sed frans eius non habuit effectum quia cleopatra magis fovit partem mariti sui quam partis sui.

Iste autem dictus epiphanes qui post fratrem suum regnavit in syria mortuo tholomeo epiphane rege egypti dolose intravit egyptum quasi curam habens de negociis.

Notandum quod tholomeus philadelphus secundus rex egypti volens terminare bellum quod erat eius inter regnum egypti et regnum syrie dedit filiam suam beronicem antiocho theos qui fuit tercius rex syrie et per hoc volens acquirere contra regnum nepotibus suis. Sed laodice prima uxor antiochi theos ipsum antiochum veneno interfecit et beronicem cum filiis occidi preceperunt et sic filius eius seleucus galericus in syria regnavit quem tholomeus euergetes quia ipse laodicem interfecit in vindictam sororis sue beronices.

Nepotis sui tholomei philometoris id est hyrcani et sophatis tempore egypti recessio est et multa mala fecit in iherusalem filios israel ipsos a lege dei advertendo et ydolum in templo ponendo et fideles resistentes occidendo et ideo fuit signum antichristi quia sicut antiochus fuit persecutor synagoge ita antichristus erit persecutor ecclesie.

Et confortabitur. sicut dictum est in hac parte tangit processum regnorum egypti et syrie. Et
diuidit in tres partes quia primo tangit hystoriam
illorum regnum usque ad antyochum magnum qui
fuit pater antyochi epyphanis secundo ex inde tan
git hystoriam usque ad predictum antyochum ibi
filii autem eius. tercio describit antyochi epypha
nis regnum ad quod principaliter intendit uerum ibi
Et stabit in loco eius despectus. Dicit ergo primo sic
confortabitur rex austri .i. egypti quia primus rex qui
ibi successit alexandro .s. tholomeus lagi filius
fuit uir prudens et fortis et multum dilatauit
regnum suum et de principibus eius preualebit super
eum etc. quod est sic intelligendum de princi
pibus eius .i. de principibus ab eo descendenti
bus aliquis erit potencior eo quia tholomeus
philadelphus filius eius fuit eo potencior et
dicior et sapiencior unde tempore eius .lxx. inter
pretes transtulerunt sacram scripturam in ale
xandria et cum esset amator sapientie quasi libros
omnium gencium sua bibliotheca congregauit
sequitur et post finem annorum. federabuntur quia
ille tholomeus phyladelphus multum depressit
regem syrie sicut et pater eius et uoluit ponere
finem in bello et federare sibi regem syrie dando
sibi filiam uxorem nomine bernice ut sic regnum syrie
acquireret nepotibus suis et hoc factum est tempore
tercii regis syrie .s. antyochi theos et hoc est
quod subditur. hec filia regis austri .i. egypti ueniet
ad regem aquilonis .i. syrie facere amiciciam
inter patrem et maritum per matrimonium predictum
et non obtinebit fortitudinem brachii. .i. filia regis
predicti non tenebit fortitudinem regni syrie nec
stabit semen eius .i. filii ex ea nati non obtinebunt
regnum sicut cogitauerat rex egypti tholomeus
philadelphus ut dictum est. Racio eius fuit quia
antyochus theos rex syrie habuit aliam uxorem
nomine laodicem et ex ea filium nomine seleuchum
galeucum illa autem laodice que fuit prima
uxor anthyochi theos reputata est quasi an
cilla postquam copulata est ei bernice filia regis
egypti sed tamen postea recepta est ab eo in gratiam
et quia timebat ne ipsa a marito expelleretur cum
filio suo pro bernice et filiis suis ideo maritum
suum ueneno interfecit et bernicem cum filiis suis
omnibus preueniuit et sic filius eius seleuchus gale
ucus patri suo in regnum successit et hoc est quod dicitur
et tradetur ipsa. .i. bernice filia regis que tradita
fuit ad mortem ut uisum est et qui adduxerunt
eam adolescentes eius. .i. domicelli qui uenerunt
cum ea de egypto in syriam et erant in comi
tiua eius quia tota familia eius interfecta est
cum ea et qui confortabat eam in temporibus
.i. maritus eius qui interfectus est cum ea ue
neno tamen ut dictum est et stabit de germine eius
radicum plantacio quia tolomeus euergetes fra
ter bernices et filius tholomei philadelphi
et sic processit ex eadem radice cum ea regna
uit post patrem in egypto et sic stetit in

regno patris sui et ueniet cum exercitu. quia ad uin
dicandum mortem sororis sue bernices congre
gauit exercitum fortem et ingressus est regnum
syrie et interfecit seleuchum galeucum ibi re
gnantem cum matre sua et hoc est quod dicitur hic. in
gredietur prouinciam regis aquilonis .i. syrie et
abutetur eis .s. seleuco galeuco et matre eius
quibus crudelitate inclitus et obtinebit quia tunc tem
pore eos occidit quia tamen habita hac uictoria
audiuit dissensionem ortam in egypto ideo
festinanter reuersus est de syria portans secum
ydola auri argenti et auri et alia preciosa uo
calia illius regni et hoc est quod dicitur hic. Insuper
et deos eorum . et sculptilia. obtinebit supple. uasa
quoque preciosa auri et argenti. captiua ducet
in egyptum ipse .s. tholomeus euergetes preua
lebit aduersus regem aquilonis .i. aduersus regem
syrie seleuchum galeucum ut uisum est et intra
bit in regnum .s. suum. rex austri .i. egypti et
reuertetur in terram suam. deuicta tamen et spoliata
syria modo predicto Et filii quoque. hic consequenter agit
de regno antyochi magni qui fuit filius seleu
chi regis syrie Et diuidit in duas partes quia
primo ostendit qualiter pugnauit contra tholomeum
philadelphum phylopatorem secundo qualiter
pugnauit contra filium eius tholomeum epypha
nem ibi. Querentur rex babilonis aquilonis. Cir
ca primum considerandum quod mortuo seleucho ga
leuco rege syrie ut predictum est duo filii eius
qui tunc erant paruuli creuerunt .s. seleucus
ceraunos qui erat primogenitus et antyochus
magnus qui erat secundo natus mortuo autem
tholomeo euergete qui patrem eorum interfecerat
et matrem ut uisum est regnante tholomeo
philopatore in egypto loco patris sui tholomei
euergetis duo fratres predicti mouerunt contra
ipsum prelium ad uindicandum mortem parentum
sed infra breue tempus seleucus ceraunos mortuus
est. et sic antyochus magnus solus iuit ad pu
gnandum contra ptholomeum philopatorem cum
antyochus uictus fuit in campo et hoc est quod
dicitur hic filii autem eius .i. seleuchi galeuci pro
uocabuntur .s. ad uindicandum mortem patris sui
et matris ipsorum Et congregabunt multitudinem
exercituum plurimorum. ad pugnandum contra tholo
meum philopatorem. et ueniet properans. quia autem
committerent bellum cum rege egypti seleucus ce
raunos frater senior mortuus est et audita mor
te eius frater eius antyochus magnus festinanter
uenit de babilone ut cum exercitu pugnaret aduer
sus tholomeum et hoc est quod dicitur. et ueniet
properans et inundans et reuertetur. .s. de babilone
audita fratris morte et congredietur cum robore
eius .i. cum forti exercitu ueniet ad pugnandum
contra tholomeum regem egypti et prouocatus
rex austri etc. .i. rex egypti. egredietur obuiam
antyocho magno et pugnabit aduersus eum
aquilonis regem .i. contra antyochum magnum
regem syrie et preparabit multitudinem nimiam

galleua

i. multo maiorem quam fuit multitudo antyochi. et
dabitur multitudo in manu eius. quia exercitus antyochi
devictus est a tholomeo phylopatore. et capiet
multitudinem. quia multos de exercitu antyochi
cepit vivos. et exaltabitur cor eius. i. cor tholomei
phylopatoris propter victoriam habitam. et interfi
ciet multa milia. scilicet de exercitu antyochi sed
non prevalebit omnino. scilicet quia non potuit capere
antyochum sed evasit per fugam. Convertetur
tetur. hic autem describit pugnam antyochi ma
gni contra tholomeum epyphanem. Et dividit
in tres partes quia primo facit quod dictum est. secundo
ponit quoddam incidens ibi filii quoque. tertio
revertitur ad propositum ibi et veniet. Circa pri
mum considerandum quod antyochus magnus devic
tus de tholomeo philopatore ut visum est ut
posset vindicare opprobrium suum insurrexit
contra tholomeum epyphanem regnantem in egyp
to loco patris sui defuncti. scilicet tholomei philipa
toris et hoc est quod dicitur hic convertetur rex
aquilonis. i. antyochus magnus rex syrie. et
preparabit multitudinem multo maiorem quam prius.
scilicet in pugna quam habuerat contra tholomeum phi
lipatorem et in fine temporis annorum. i. post
magnum tempus mortuo philopatore predicto
veniet properans. iste. scilicet antwechus magnus
cum exercitu magno. ex multitudine bellatorum
et opibus nimis. ex habundancia diviciarum
pecuniarum et victualium. et in temporibus
illis multi consurgent adversus regem austri. i.
contra tholomeum epyphanem regem egypti
quia phylippo rex machedonum confederatus an
tyochyo magno invadebat egyptum. cum eo
tali pacto quod quilibet eorum haberet civitates
propinquiores regno suo quas possent acquirere
in egypto. filii quoque. Hic ponit quoddam inci
dens illius temporis quia tempore tholomei epyphanis
onias qui erat sacerdos in iudea fugit in eg
yptum dicens se velle implere prophetiam ysaie. xix.
in die illa erit altare domini in medio terre egyp
ti etc. et ideo honorifice susceptus est a tholomeo
epyphane et fecit ei templum simile templo salomonis
et hoc est quod dicitur hic daniel. filii quoque prevari
catorum populi tui. i. populi israel de quo erat natus
daniel. extollentur ut impleant visionem
scilicet ysaie predictam. dicuntur autem isti. filii pre
varicatorum quia non erat eis licitum templum
edificare et hostias offerre extra iherusalem et
propter hoc in peccatum patrum eorum sedicium. et corru
ent. quia a romanis postea destructum est illud
templum et civitas in qua erat que vocabatur
tunc civitas onie. Et veniet. hic revertitur
ad propositum. scilicet ad describendum pugnam antyochi
magni contra tholomeum epyphanem et hoc
est quod dicitur. et veniet rex aquilonis. i. antyo
chus magnus rex syrie cum alio rege predicto et com
portabit aggerem. i. faciet comportari per multitudinem
exercitus sui et capiet urbes munitissimas. i.
civitates quas reges egypti ceperant prius

in regno syrie et eas munierant ut melius
possent eas tenere contra regem syrie. et brachia
austri non sustinebunt. i. fortes milites egypti
positi in predictis civitatibus ad eas custodiendum
non potuerunt eas tenere. et consurgent electi eius
ad resistendum. quia magni principes de egypto
voluerunt succurrere illis qui erant obsessi ab an
tyocho in civitatibus predictis. et non erit forti
tudo. quia non potuerunt eis succurrere. et faciet veni
ens super eum contra tholomeum iuxta placitum suum
quia civitates predictas recuperavit. et non erit
qui stet contra faciem eius. scilicet regis syrie. et stabit in
terra inclita. i. in iherusalem et iudea que dicitur inclita
propter cultum divinum ibi existentem quia antyochus ibi ho
norifice susceptus est. et consumetur in manu eius
quia inde abstulit presidium tholomei regis egypti
et eos qui favebant sibi. Et ponet faciem suam
i. totam attencionem ut veniat ad tenendum uni
versum regnum eius. i. regis egypti quia non sufficie
bat antyocho magno recuperare civitates et
loca predicta. sed voluit obtinere totum regnum
egypti. verumptamen quia perpendit quod hoc non poterat
virtute armorum. ideo statuit se facere pacem cum
tholomeo epyphane. que recta sunt faciet cum eo. quod
dedit ei filiam suam cleopatram in uxorem ut sic
melius posset ingredi egyptum et hoc est quod dicitur
hic. recta faciet cum eo. quia antyochus magnus
fecit recta cum tholomeo secundum apparenciam tantum
et filiam feminarum. i. de numero feminarum. dabit ei. scilicet
cleopatram. ut evertat illum. i. decipiat occa
sione filie sue ingressum familiarem intra egyp
tum ut sic posset capere eum et non stabit. scilicet
fraudulencia antyochi. nec illius erit. scilicet regis
egypti ut cogitaverat quia duces egypti perceperunt
fraudem antyochi et cautius se habuerunt erga
eum. similiter filia eius cleopatra favit magis marito
suo regi egypti quam patri suo antyocho. Et convertet
faciem suam ad insulas. quia antyochus magnus
videns se defraudatum a spe obtinendi regnum
convertit se ad debellandum insulas asie et capiet
multas. de illis insulis. et cessare faciet prin
cipem opprobrii sui. i. se ipsum quia hoc faciendo
provocavit opprobrium insule enim asie erant
confederate romanis ideo ab eis missus est scipio
affricanus contra antyochum et devicit eum et
de campo fugavit. propter quod sequitur opprobrium
eius convertetur in eum. i. in antyochum. et convertet
faciem suam ad imperium terre sue quia fugiens
de asia voluit ad terram suam redire et im
pinget quia in ipso reditu occisus fuit in templo
nanee. ii. machabeorum. i. capitulo et non inveniet
locum eius. quia ipse et omnes cum eo qui erant divisi sunt
membratim ita quod eius cadaveri non fuit communis
nec sepultura. dicunt tamen alii quod in dicto reditu
occisus fuit pugnans contra elymeos et quod primo ca
pitulo secundi mach. loquitur de antyocho epyphane eius fi
lio. et stabit in loco eius vilissimus. i. seleucus
filius senior qui propter sequitur dicitur hic vilissimus
et indignus decore regio. i. honore regali et

f. i. de numero prevaricatorum

in paucis diebus conteretur quia parum regnavit non in furore nec in prelio. quia non fuit homo bellicosus nec militans. Et stabit in loco eius despectus. hic consequenter agit de regno antiochi epyphanis qui figura antixpi ut dictum est de quo principaliter agitur hic. ad evidenciam autem eorum que sequuntur sciendum quod illud quod est figura alterius vel signum oportet quod sit res aliqua illud enim quod nichil est non potest esse signum alicuius vel figura et ideo illud quod est figura vel signum alicuius potest dupliciter considerari quo ad presens uno modo ut est figura tantum vel signum alio modo ut est quedam res in se et tamen figura alterius sicut circulus pendens ante tabernam potest considerari ut est signum vini existentis in cellario tantum vel prout signum et cum hoc secundum quod est res aliqua in se illa que dicuntur autem de figura vel signo primo modo intellecta vera esse tantum de hiis quorum sunt signum vel figura in quantum figura ducit enim in cognicionem alterius illa autem que dicuntur de signo vel figura secundo modo verificantur de utroque scilicet de re que figura est et de eo cuius est figura. Simili modo in sacra scriptura quod si aliquis dicitur de aliquo ut est figura alterius tamen tunc sententia literalis est uno tantum scilicet de illo cuius est illa figura sicut de salomone ut est figura xpisti cum dicitur ps. lxxi. et dominabitur a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrarum et ideo solum verificatur de xpisto ad literam non de salomone cuius regnum fuit solum in iudea sed illud quod dicitur de aliquo secundum se et ut est figura alterius illud verificatur ad literam de utroque tamen principaliter de illo cuius est illa figura sicut de salomone dicitur i. paralip. xvii. ipse erit michi in filium et ego ero illi in patrem quod verificatur de salomone et xpisto cuius salomon erat figura sed principaliter de xpisto qui est naturalis filius dei salomon autem fuit eius filius per adopcionem gratie saltem in principio regni sui similiter dicendum est in proposito quod antiochus illustris qui est figura antixpi potest dupliciter considerari uno modo ut est figura antixpi tantum et sic illa que dicuntur de antiocho verificantur tantum ad literam de antixpisto alio modo potest accipi ut est figura antixpi et cum hoc secundum se et sic illa que dicuntur de ipso verificantur de utroque de antiocho tamen in presencia et perfectio de antixpisto cuius est figura sicut dictum est viii. capitulo quia ea que hic dicta sunt verificantur de utroque. In hoc autem capitulo aliqua dicuntur de antiocho predicto dupliciter modo et ideo dividitur in duas partes quia primo ponuntur ea que dicuntur de antiocho secundum se et ut est figura antixpi et sic verificantur de utroque secundo ea que dicuntur de antiocho ut est figura antixpi tantum et sic verificantur de solo antixpisto ibi. Et faciet rex secundum voluntatem suam.

Prima in tres. primo ostendit qualiter optinuit regnum syrie fraudulenter secundo agit de pugna antiochi contra tholomeum nepotem suum ibi. Et brachia. tercio qualiter pugnavit contra filios israel ibi. Et revertetur in terram suam. Circa primum sciendum quod antiochus magnus de quo dictum est duos filios habuit unum qui vocatus est seleucus philopator et fuit primogenitus alius autem vocatus est antiochus epyphanes vel illustris quod idem est et iste traditus est romanis obses pro patre suo ne a fidelitate romanorum recederet mortuo igitur antiocho magno ut predictum est successit ei in regnum seleucus filius eius primogenitus de quo dictum est hic supra quod fuit vilissimus et indignus honore regio propter inerciam suam igitur antiochus epyphanes qui erat rome obses audita morte patris sui et sciens inerciam fratris sui regnantis occulte recessit de roma sine scitu senatorum ut quidam dicunt hystoriographi. aliqui autem dicunt licet pauci quod recessit de licencia senatorum non tamen est magna questio qualiter recessit sive sic sive sic veniens igitur in syriam ubi regnabat frater suus cepit simulare benignitatem erga cives et audaciam contra hostes et per hoc attraxit multos ad se propter quod fratre suo mortuo qui parum regnavit ut dictum est obtinuit regnum eius et nepotem suum scilicet filium fratris sui privavit regno sibi debito et hoc est quod dicitur hic et stabit in loco eius. i. seleuci. despectus. i. antiochus epyphanes qui dicitur hic despectus quia fuit rome obses. et non tribuent ei honorem regium. in presenti quia pater eius suus antiochus magnus declaravit in testamento suo sibi succedere in regno seleucum quia tunc erat consuetudo quod pater preferebat in regno suo de filiis suis quem volebat et veniet et clam. i. occulte. quia de roma occulte recessit ut iam dictum est et obtinebit regnum in fraudulencia quia obtinuit regnum post fratrem suum per simulacionem predictam. Et brachia. hic ostendit qualiter pugnavit contra tholomeum philometorem nepotem suum filium cleopatre sororis sue predicte et tholomei epyphanis regis egypti. Et dividitur in duas partes secundum duas invasiones quas fecit contra egyptum secunda ibi et conculcabit. Circa primum sciendum quod antiochus epyphanes rex syrie simulavit se zelare pro nepote suo rege egypti adhuc tamen puero et ideo quasi se tutorem eius accepit civitates quas reges egypti ipse regnum egypti acquisierat quas cum principes egypti nomine pueri repeterent antiochus negavit reddere ideo inter ipsum et regem egypti adhuc puerum guerra mota est Sed duces tholomei regis egypti venientes contra antiochum devicti sunt et per consequens puer pro quo pugnabant tamen postea antiochus simulavit totum fecisse amore pueri tamquam sibi magis propinquus ut posset ipsum amicius et hoc fecit fraudulenter ut posset melius ingredi egyptum et obtinere divicias illius regni et hoc est quod dicitur hic et brachia pugnantis. i. duces tholomei philometoris qui pugnabant pro eo. expugnabuntur a facie eius. id est quia devicti sunt ab antiocho insuper et dux federis. i. tholomeus philometor cum quo antiochus eius avunculus simulabat facere fedus principaliter contritus est ab eo. devictis principibus. supple quia ut dictum est devictis principibus pueri et puer quodam modo devictus est et post amicias cum eo faciet dolum. quia ut dictum est simulavit

se predam fecisse amore nepotis sui quasi uellet custodire res suas et homines eius. hoc tamen dolose simulabat ut ingredi posset egyptum ad ipsum spoliandum. et hoc est quod dicitur: et ascendet scilicet in egyptum. et superabit in modico populo. quia egyptii non timebant ab eo credentes quod intrasset pro bono nepotis sui regis egypti et iuuandum. et uberes urbes ingredietur. spoliando eas. et faciet que non fecerunt patres eius et patres patrum eius. scilicet reges syrie non asportauerunt spolia tanta egypti licet aliqua extrinseca illinc depredati fuissent sicut fecit antiochus magnus sicut visum est. et contra firmissimas cogitationes inibit. scilicet consilium quia astutia sua et fraude decepit sapientes egypti ubi tunc uigebat sapientia. et hoc usque ad tempus. quasi dicat non diu durabit quia inde postea fuit turpiter expulsus. uel aliter usque ad tempus scilicet antichristi in quo ista complebuntur plenius quia antiochus fuit figura antichristi. Et concitabitur. hic describitur secundus insultus quem fecit antiochus contra egyptum quia tholomeus puer creuit et sic preparauit se ad pugnam contra auunculum suum. Ille tamen antiochus sic dolose agebat et ideo uidens nepotem suum hostem fortem contra se. quod timens de uictoria traxit ad se muneribus aliquos de gente tholomei per quos impedita fuit victoria tholomei contra antiochum et fecerunt pacem simulatam tamen quia unus cogitabat malum contra alium. et hoc est quod dicitur hic: et concitabitur fortitudo eius et cor eius. id est antiochi regis syrie. aduersus regem austri. id est egypti nepotem suum. sequitur: et rex austri. id est tholomeus rex egypti iam factus adultus prouocabitur ad bellum multis auxiliis et fortibus nimis contra antiochum auunculum suum. et non stabunt quia inibunt aduersus eum consilia. quia aliqui de gente tholomei non seruauerunt fidem cum eo sed induxerunt eum ad faciendum pacem corrupti ad hoc ab antiocho ut dictum est. et hoc est quod dicitur: Et comedentes panem cum eo conterent eum. quia occasione huius pacis simulate multi de exercitu regis egypti postea sunt interfecti. duorum quoque regum cor erit ut malefaciant. quia ut dictum est pax fuit tamen simulata et ideo unus contra alterum cogitabat malum in corde suo. ad mensam unam mendacium loquentur. quia ad similitudinem amicorum pacis conuenerunt ad inuicem et uerbis mendacibus nitebantur se mutuo decipere. et non proficient. quia unus non potuit alium totaliter subuertere sicut cogitabat. quia adhuc finis. scilicet negocii inter ipsos in aliud tempus erit. uel aliter quia adhuc finis. id est fraudulentia et malicia antiochi magis supplebitur in antichristo cuius antiochus est figura. Et reuertetur. hic describitur qualiter antiochus epiphanes impugnauit filios israel. et diuiditur in duas partes secundum quod duplex fuit eius impugnacio contra eos. secunda ibi: statuto tempore. Circa primum sciendum quod antiochus reuertens de egypto spoliatis

diuiciis egypti intrauit ierusalem menelao ductore et aliis qui ei fauebant. et fecit ibi multa mala sed non tanta quanta fecit postea. et hoc est quod dicitur hic: et cor eius. scilicet antiochi. aduersum testamentum sanctum. id est iudeam et ierusalem ubi dei testamentum seruabatur. et faciet ibi multa mala et reuertetur in terram suam. hoc est in syriam. Statuto tempore. hic describitur secunda eius impugnacio contra filios israel. Ad cuius euidenciam sciendum quod antiochus epiphanes alio tempore uoluit intrare egyptum. inde repulsus per marcum publium missum ad hoc a senatu romanorum quibus rex egypti erat confederatus. qui quando marcus publius eum inuenisset antiochum in itinere ex parte senatus precepit sibi ut discederet ab amicis romanorum et esset contentus regno suo. tunc antiochus peciit sibi dari consilium et deliberacionem. et tunc marcus publius fecit circulum in arena cum baculo quem tenebat in manu circa antiochum dicens: senatus precipit ut respondeas antequam de isto circulo exeas. tunc antiochus non audens preterire mandatum senatus dixit esse obediendum. et sic tristis reuertens in ierusalem fecit illa mala que dicuntur primo et secundo machabeorum. et hoc est quod dicit hic: statuto tempore reuertetur et ueniet antiochus. scilicet ad austrum. id est ad egyptum capiendum. et non erit priori simile nouissimum. quia non spoliauit egyptum sicut in prima uice ut dictum est supra. sed magis inde repulsus est turpiter per legatum romanorum. et hoc est quod dicitur hic: et uenient super eum trieres et romani. id est exercitus romanus in nauibus. et percucietur non morte sed quia deiectus fuit a sua intencione ut iussum est. et reuertetur ab egypto. scilicet et indignabitur contra testamentum sanctuarii. id est contra ierusalem. et faciet ibi multa mala et reuertetur. hoc dicitur quia iam fecerat ibi alia. et cogitabit aduersum eos qui dereliquerunt testamentum sanctuarii. quia et illos iudeos quorum consilio uenit in ierusalem qui erant legis transgressores interfecit antiochus motus cupiditate thesaurorum qui erant in templo. et brachia ex eo stabunt. quia posuit macedones in arce que erat in ierusalem ut habetur primo machabeorum primo ne ciuitas posset contra eum rebellare. et polluent sanctuarium fortitudinis. id est templum in quo deus qui est fortitudo colebatur. quia ibi precepto antiochi facte sunt are ydolorum et facta sunt prostibula. et auferent iuge sacrificium. quia per aliquos annos sacerdotes iudeorum non poterant ibi offerre consuetum sacrificium. et dabunt abhominacionem in desolacionem. quia ibi posuerunt ydolum iouis. ydolum autem apud hebreos nominatur abhominacio. et hec fuit occasio maxime desolacionis ipsis iudeis quando positum fuit in templo. et impii in testamentum simulabunt. quia aliqui pessimi de iudeis simulantes se zelare pro cultu iudeorum populum deceperunt sicut de antiocho et suis legitur primo machabeorum vii: de semine aaron uenit non decipiet nos. et tamen statim rupit iuramentum ut ibidem dicitur et fecit peius iudeis quam gentiles fecerant. Populus

autem. hic certe ostenditur machabeorum constan-
cia in fortitudine tormenta ne facerent contra
legem ut patet de vii. filiis cum matre eorum
et multis aliis ut habetur secundo machabeorum vii.
et in debellando adversarios ut patet de iuda
machabeo et filiis eius et sociis eorum et hoc est
quod dicitur populus autem sciens deum suum. scilicet fide for-
mata caritate optinebit. i. perfecte tenebit
legem. et faciet multa contra adversarios ut
patet de iuda machabeo et sociis eius. et docti
in populo docebunt plurimos. resistere adversa-
riis et tenere legem usque ad mortem sicut
fecit mathathias ut habetur i. machabeorum ii. qui
docuit filios suos certare usque ad mortem pro
deffensione legis. et ruent in gladio et in
flamma. et in captivitate et rapina dierum.
quia illo tempore multi de filiis israel interfecti sunt gla-
dio et aliqui igne et aliqui interfecti sunt
dum capti et aliqui bonis suis spoliati ut
patet manifeste primo et secundo machabeorum. cumque
corruerint sublevabuntur auxilio parvulo. quia
mathathias et filii eius in persecutione anti-
ochi aliquam consolationem populo fecerunt et applica-
buntur eis plurimi fraudulenter sicut de alchimo
dictum est et sicut de nichanore dicitur i. machabeorum
vii. qui fecit amicicias cum iuda machabeo.
postea volebat eum capere. et de eruditis ruent
sicut patet de iuda machabeo et filiis eius qui
in deffensione legis et patrie mortui sunt. ut con-
flentur et eligantur et dealbentur. per tribula-
tiones que sunt magis accepte deo quam sacrificium
ut supra dictum est capitulo iii. et hoc usque ad
tempus prefinitum. scilicet a deo et hoc est usque ad finem
mundi quia usque tunc sancti sustinebunt tribulationes ma-
lorum. quia adhuc et aliud tempus erit in quo. scilicet
omnia ista perfectius complebuntur. scilicet tempus per-
secutionis antichristi qui erit caput omnium malorum
et cuius figura fuit antiochus. ¶ Et quia dictum est
est quod ea que sunt de antiocho dicta usque hic
non solum dicta sunt de eo secundum se sed etiam hoc
ut est figura antichristi ideo est ibi duplex
sensus litteralis unus de antiocho qui dictus est
alius de antichristo ad quem predicta possunt de
facili applicari de antiocho cum tria dicta sunt
in generali. ¶ Primum est qualiter optinuit regnum
fraudulenter ibi. et stabit in loco eius despectis-
simus et hoc est perfectius verificatur de antichristo
qui magis dominium optinebit non propter nobilitatem
generis. sed magis per fraudulentias et sic pot-
est applicari illa littera. secundum quod dictum est de an-
tiocho est qualiter pugnavit contra reges egypti
et hoc est notatum ibi. et brachia pugnantis
contra. que pugnavit duplicia erant. scilicet fraudulen-
cia et armorum potencia ut visum est et istud
perfectius complebitur in antichristo quia rex egypti erit
unus de tribus qui primo superabuntur ab eo ut
dictum est supra vii. capitulo non est dubium quod contra
eum utetur maiori fraude et potentia quam an-
tiochus fecerit et propter hoc de facili applicari

tota littera potest

antichristo et maxime illud quod ibi dicitur. et faci-
et quod non fecerunt patres eius et patres patrum eius.
quia nullus de regibus grecorum nullus fecit vel
faciet talia qualia facturus est antichristus. sed
multi reges qui precesserunt antiochum fe-
cerunt maiora [illegible] de alexandro magno
a quo descendit regnum antiochi ut supra
dictum est ¶ Tercium autem quod dictum est de an-
tiocho est qualiter persecutus est populum dei et hoc ibi.
et faciet in [illegible] ubi dictum est
quod filios israel multipliciter affligere et cultum
veri dei omnino potuit auferre et confirmatio de
populo israel ... mortem et tribulationes [illegible]
sime et hoc multo fortius implebitur in antichristo
qui erit sic expressius maior persecutor ecclesie
quam ille fuit sinagoge et multo plures per
eum a fide avertentur et multo plures in fide
stantes trucidabuntur quam per antiochum et ideo
tota illa littera potest de facili ad ipsum applica-
ri sed propter prolixitatem vitandam omitto per
singula verba discurrere. ¶ Et faciet rex etc. hic
autem ponuntur ea que dicuntur de antichristo prout
fuit figura antichristi tamen que non verificantur
de ipso ad litteram sed tantum de antichristo. Et divi-
ditur in duas partes quia primo ponitur processus
antichristi contra deum secundo contra collentes ipsum
ibi et multiplicabit gloriam. Primum ostenditur dupli-
citer. scilicet contemptu blasphemie et in cultum ydo-
latrie ibi deum autem deus maozim. Primo igitur
dicit sic continuando litteram licet immediate precedenti
ut dictum est ibi adhuc aliud tempus erit. scilicet tempus
antichristi ut dictum est. et faciet rex. i. antichristus
iuxta voluntatem suam. quia malicia sua per-
ducetur ad effectum et elevabitur et magni-
ficabitur adversus omnem deum secundum quod dicitur ii.
thessalonicenses ii. nisi venerit discessio primum et reve-
latus fuerit homo peccati filius perdicionis qui extolli-
tur ostendens se tamquam sit deus et ideo illa littera non
potest exponi nisi de eo/antiocho et epyphanes
non elevavit se contra omnem deum sed in ydolis primo
lovis coluit et in templo ierosolimitano posuit
et iudeos ad cultum illius quantum potuit com-
pulit ut legitur primo machabeorum ii. et adversus
deum deorum loquetur magnifica. quia antichristus
contumelias contra deum celi loquetur quia omnium
deus se tamquam sit deus ut dicit apostolus et iam
allegatum est. et dirigetur quia ad effectum in-
tentum eius perducetur malicia quia sedebit in
templo tamquam sit deus non tamen diu. propter quod. subdit
donec compleatur iracundia. scilicet dei quod super eum
qui interitus eius veniet subito ut dicit ibi
et apostolus secundo ad thessalonicenses ii. quem dominus ihesus in-
terficiet spiritu oris sui etc. perpetrata quippe
est diffinicio. quasi dicat ita determinatum est in
dei presciencia et ideo ita certum est de futuro
ac si iam esset factum de preterito et deum
patrum suorum non reputabit. quia antichristus
nascetur de iudeis ut exponunt qui dicunt eum
adorabunt et antiquos eius cultum aufferret. etc.

sup omne quod dicitur deus aut quod colitur.

Nota

usurpabit sibi ut dictum est. patet etiam quod illud
non potest exponi de antiocho qui ydola-
triam coluit sicut et patres sui. et eciam ipsa abunda-
tiam [illegible] in [illegible] est et sibi
[illegible] quam [illegible] in monte
garizim iovi [illegible]. i. mach.
vi. et erit in [illegible] [illegible] cum
ipso [illegible] [illegible] ut [illegible] de-
ceptae eis non erit [illegible] aliqui
[illegible] plena omni malicia et per quos erit
[illegible]. [illegible] descende-
tes de [illegible]. [illegible] habebit autem signi-
ficatio [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]
vocatur [illegible] nec quod [illegible]
hec [illegible] de antiocho [illegible]
de antiocho [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
et [illegible] [illegible] Sed
[illegible] de antiocho [illegible]
[illegible] [illegible] fuit ut patet ex pre-
[illegible] [illegible]. ¶ Deum
autem maozim. hic ponitur processus antichristi
contra deum per cultum ydolatrie. quia licet [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et omnem
talem cultum [illegible] ut dictum est.
[illegible] [illegible] [illegible] adorabit.
[illegible] et [illegible] faciet illa mirabi-
lia que facturus est deo tamen permittente et hoc
est quod dicitur [illegible] deum autem maozim in prepa-
ratum [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et auxilium
vel [illegible] [illegible] ab antichristo
ubi colet illum demonem et deum quem igno-
raverunt patres eius [illegible] et pro [illegible]
quod [illegible] [illegible] ex quibus
[illegible] antichristo. colet auro et argento
etc. quia in illo loco [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] et [illegible]. hoc autem dictum
est [illegible] [illegible]. i. locus illius ubi
[illegible] [illegible] dicit cum deo ali-
eno [illegible] per [illegible] et [illegible]
[illegible] quia [illegible] illo demone
[illegible] [illegible] ab omni homine
et multiplicabit. hic [illegible] [illegible]
[illegible] colentes deum qui erit in [illegible]
[illegible] [illegible] et in [illegible]
quia [illegible] est quod dicitur hic. et mul-
tiplicabit gloriam. scilicet obedientibus sibi eos exalta-
bit. et dabit eis potestatem in multis. non dicit in
[illegible] quia multis faciet sibi equales. et terram
dividet gratuito. i. pro voluntate sua suis
familiaribus. hec autem non potest dici de antio-
cho qui [illegible] [illegible] [illegible]
quia [illegible] alia [illegible] ad [illegible] unde [illegible]
fuit quia repulsus de egipto ut supra visum est
et [illegible] de perside ut [illegible]. i. mach. vi. [illegible]

hominis sui fuerunt deum et iudea per iudam
machabeum et fratres eius. ¶ Et in tempore prefini-
to hic [illegible] [illegible] honor per antichristum
quia in principio subiciet sibi regem egipti ubi [illegible]
[illegible] fides et hoc est quod dicit. et in tempore
prefinito. scilicet a deo qui futura providet et ordinat
preliabitur adversus eum rex austri. i. egipti. et
quasi tempestas veniet contra eum rex aquilonis
i. antichristus hic designatus per antiochum qui
fuit figura eius ut dictum est et sequitur. et in-
gredietur terras et conteret. quia rex egipti erit
unus de primis contritus ab antichristo ut videbitur in-
fra. eius viii. et introibit in terram gloriosam
i. iudeam que dicitur gloriosa. quia mirabilia ibi fac-
ta a deo ipso et quia opera nostre salutis ibi fuerunt
[illegible] et multe corruent. i. multe terre et urbes
et gentes subicientur antichristo. hec autem salvabun-
tur de manu eius. edom. et moab. et prin-
cipes filiorum ammon. hoc autem fiet [illegible] divina
quia [illegible] habitantes illud aliquod refugium tempore anti-
christi quod fiet [illegible] [illegible] quia non audebunt
se opponere antichristo. ¶ Et ista etiam probant quod hic
non potest exponi de antiocho quia omnes gentes
et terre non fuerunt sibi subiecte tempore suo [illegible]
[illegible] et mittet manum suam in terras. quia ad illas
terras ubi antichristus personaliter non accedet nuncios
mittet. et terra egipti non effugiet. quia
illa erit de primo subiecta antichristo ut visum
est. per libias quoque et ethiopiam transibit
quia ista duo regna similiter subicientur antichristo. hoc
autem non potest dici de antiocho quia istas terras
non legitur intrasse. ¶ Et fama turbabit eum ab
quia fama aliquorum nolencium antichristo obedire tur-
babit eum vel fama forte aliquorum regnum
fidelium ei resistere volencium sequitur. et veniet
in multitudine magna quia habebit magnum exer-
citum ut conterat et interficiat plurimos. scilicet [illegible] no-
lentes ei obedire. et figet tabernaculum suum in a-
pheduo inter maria. secundum ieronimum apheduo
idem est quod emaus qui locus est inter maria [illegible]
dictum tamen super montem inclitum et sanctum. i.
montem oliveti vel montem syon. quia etiam antichristus
ponet tabernaculum suum in emaus post ipsum quando-
que super montem oliveti vel montem syon qui
sunt montes propinqui distantes solum per miliaria
quia ab emaus incipiunt montana iherusalem et
veniet usque ad summitatem eius quia antichristus veniet
in montem syon in loco ubi fuit templum ut ibi se
dicat et adoretur tamquam sit deus ut dicit apostolus
Sed et veniet usque ad summitatem montis oliveti
unde ascendit christus in celum. ut sic inde ascensurus
in altum videatur de morte ipsum portantis et nemo
ei auxiliabitur. quia interimetur divina ibi subito interfectio-
ne secundum quod dicit apostolus ii. thess. ii. quem dominus
ihesus interficiet spiritu oris sui et destruet illustra-
tione adventus sui et hoc est ex hoc autem loco
potest sciri quod hoc non potest exponi de antiocho
quia non fuit mortuus inter maria nec super
montem sanctum sed [illegible] unde de perside

A aust. maozim

i. mortuus inter mare

ut habetur primo Mach. vi. et ii. Mach. ix. Porphirius tamen ex toto et finaliter exponit hoc de ipso Antiocho dicens quod mortuus est in quodam monte qui nominatur Ephedion et est situs inter duo magna flumina, scilicet Eufraten et Tygrim, que dicuntur hic maria. Similiter mons ille dicitur inclitus et sanctus, quia gentiles ibi colebant deos suos. Hoc autem totum patet fictum, quia non invenitur in scriptura aliquis mons sic vocatus in Persida. Similiter quod flumina dicuntur maria est contra consuetudinem scripture, licet aliquando scriptura nominet stagna magna, habentia magnam congregationem aquarum, maria. Similiter quod mons ubi colebantur ydola dicatur inclitus et sanctus ab angelo qui loquebatur Danieli est manifeste falsum. Primo Machabeorum dicitur Phanuis. Sic igitur patet quod licet in littera precedenti usque ad locum illum "et faciet rex iuxta voluntatem suam" sint aliqua que possent applicari Antiocho, tamen multa interseruntur que non possunt verificari de eo, ut visum est, et ideo pertinet hoc cogitatum exponere de antichristo totam litteram sequentem a loco supradicto.

XII

In tempore autem illo

Postquam descripta est violentia antichristi contra electos, hic consequenter ponitur finalis victoria contra reprobos. Et dividitur in duas partes, quia primo ponitur principalis intentio, secundo subiungitur visionis instructio ibi: *tu autem Daniel*. Circa primum duo facit, quia primo ostendit cognationem angelorum ad tuitionem fidelium, secundo describit conditionem et gradus resurgentium ibi: *et multi de hiis qui dormierunt*. Circa primum considerandum quod cognatio angelorum contra fideles tempore antichristi erit necessaria ad duo, scilicet ad fidelium defensionem et adversarii destructionem, quia licet antichristus verbo dei ex diuina virtute interficiatur, ut dictum est, hoc tamen erit auctoritative sed per Michaelem qui est princeps ecclesie sicut fuit antiquitus princeps sinagoge. Hoc fiet exsequutive, et hoc est quod dicitur hic: *in illo tempore*, scilicet antichristi, scilicet quando angeli mali conabuntur eos corrumpere et a fide subvertere etiam electos si fieri potest, ut dicitur in evangelio, *consurget Michael* etc., ad fortificandum electos per se et per angelos sibi subditos. Sequitur: *et veniet tempus quale non fuit* etc., propter magnitudinem tribulationis que futura est ab antichristo, qualis numquam fuit a principio mundi usque tunc, ut dicitur Matth. xxiiii. Per hoc patet quod male exponit Porphirius hunc locum de persecutione Iudeorum sub Antiocho, quia maiora fuerunt illa que fuerunt sub Nabuchodonosor et Nabuzardan et exercitu Chaldeorum, quia destruxerunt civitatem et templum et magnam partem populi occiderunt, reliquam vero cum rege Sedechia captivam duxerunt, exceptis quibusdam personis pauperibus et vilibus quas dimisit ad colendum terram, ut patet iiii. Reg. xxv. Similiter excessive, quia duraverunt per xl. annos; illa autem que facta est sub Antiocho tantum modo per vi. De afflictione autem que facta est populo Israel per Tytum et Vaspasianum non est dubium quin fuit maior quam illa que fuit

ab Antiocho. *Et in tempore illo salvabitur populus tuus* ille, dicuntur esse de populo Danielis qui sunt vere Israelite habentes veram fidem ipsius Ihesu Christi, et tales sunt omnes predestinati, quia nullus salvatus est nisi per fidem Christi, et hoc est quod subditur: *omnis qui inventus fuerit scriptus in libro vite*. Quia liber vite non est aliud quam conscriptio electorum in memoria dei, et tales vere salvabuntur de tribulatione antichristi, quia propter electos breviabuntur dies persecutionis antichristi, ut habetur Matth. xxiiii. *Et multi*. Hic consequenter describitur conditio et gradus resurgentium. Et dividitur in duas partes, quia primo tangit gradus resurgentium quantum ad electos et reprobos, secundo tangit diversos gradus electorum ibi: *qui autem docti*. Circa primum sciendum quod licet omnes resurgant tam boni quam mali, tamen diversimode, quia aliqui resurgent ad gloriam, scilicet electi, alii autem ad penam, scilicet reprobi. Et hoc est quod dicitur: *et multi de hiis qui dormiunt in pulvere terre evigilabunt*, resurgentes a morte. Non enim loquitur de dormitione sompni sed mortis, quod patet per hoc quod dicitur: *qui dormiunt in pulvere terre*. Per hoc quod dicitur multi intelliguntur omnes, ut dicit Augustinus, et hic modus loquendi bene invenitur alibi in sacra scriptura, vel aliter dicitur multi propter pueros dampnatos qui licet resurgant, non tamen dicuntur proprie evigilare, quia non sunt habituri sensum pene vel glorie, vigilia autem est solutio sensus. *Alii in vitam eternam*, scilicet electi. *Alii in opprobrium*, scilicet reprobi, quod opprobrium erit etiam sempiternum, propter quod subditur: *et videant semper*, opprobrium sue dampnationis. Hunc etiam passum exponit Porphirius, et male, de illis Iudeis qui se absconderunt in speluncis propter persecutionem Antiochi, et audita Iude victoria venerunt ad ipsum quasi evigilantes de pulvere terre, alii ad vitam, quantum ad observatores legis, alii in opprobrium, quantum ad prevaricatores. Ista expositio patet manifeste falsa, quia omnes qui se absconderunt et venerunt ad Iudam Machabeum modo predicto erant zelatores legis, aliter non venissent ad ipsum sed obedivissent Antiocho, et tamen de illis dicitur quod aliqui evigilabunt ad opprobrium, ergo eius expositio est falsa, quia dicit quod illi qui evigilaverunt ad opprobrium erant prevaricatores legis. Similiter illi qui erant observatores legis qui secundum eum dicuntur evigilasse ad vitam postea mortui sunt, et sic non possunt dici evigilasse ad vitam eternam secundum quod dicitur hic. Ex quibus patet quod ista littera non potest exponi nisi de resurrectione futura post persecutionem antichristi. *Qui autem docti*. Hic consequenter tangit diversitatem graduum electorum, tanguntur quasi sunt diverse claritates stellarum secundum quod dicitur prima ad Cor. xv.: stella differt a stella in claritate, sic et resurrectio mortuorum etc. Illi enim qui supereminent aliis hic in vita et doctrina habebunt speciale premium, scilicet aureolam doctorum, et ideo dicuntur hic fulgere quasi splendor firmamenti. Alii autem qui per exempla bene vivere induxerunt alios ad iustitiam, quamvis non sint doctores, dicuntur fulgere quasi *stelle in perpetuas eternitates*. *Tu autem Daniel*. Hic consequenter ponitur visionis instructio, quia Daniel et instruit eum angelus de duobus, primo

de clausione visionis secundo de duratione persecu-
tionis ibi et vidi ego daniel. Circa primum ad-
vertendum quod dicta secreta non sunt omnibus re-
velanda propter quod dicit salvator math. vii. nolite
sanctum dare canibus etc. id est obstinatis similiter nec
vulgaribus qui non possunt talia capere propter quod
christus loquebatur turbis in parabolis sed disci-
pulis exponebat omnia ut dicitur marc. iiii. capitulo. Quia
talia sunt maioribus revelanda daniel autem
erat vir desideriorum ut supra dictum est. capitulo ix.
et ideo dignum erat ut sibi multa dicta secreta re-
velarentur que tamen aliis occultantur. et hoc
est quod dicitur hic tu autem daniel claude sermones
etc. quasi dicat dicta secreta tibi revelata enigma-
tibus involve et in expositione diminute et hoc
ne maligni non legant materiam se exercendi.
Sequitur usque ad tempus statutum. quasi dicat tunc e-
runt perfecte manifesta cum implebuntur.
pertransibunt plurimi. legentes. scilicet librum istum
aliqui malignantes aliqui devote tractan-
tes. et multiplex erit scientia. id est expositio circa istum.
Et vidi ego. hic. secundo angelus instruit danielem
de duratione persecutionis antichristi. Et dividitur
in duas partes quia primo instruit eum de durati-
one summarie. secundo de eius termino ibi et cum com-
pleta fuerit. tertio infert quandam conclusionem
ex predictis ibi. Tu autem daniel. ¶ Ad evidentiam
prime partis advertendum quod daniel vidit
hanc visionem iuxta flumen tygris ut dictum
est. x. capitulo. apparuerunt autem sibi tres angeli
duo stantes ex utraque parte fluminis et isti
duo erant angelus persarum et angelus grecorum
quia grecia est ab occidentali parte illius fluminis
regnum persidis magis in oriente. tertius
apparebat angelus quasi stans super flumen
et ille erat gabriel qui loquebatur danieli in-
struens eum de duratione persecutionis antichristi et
hoc est quod dicitur hic vidi et ego daniel et ecce
quasi duo alii. dicuntur alii quia non erant homines sed an-
geli apparentes in specie virorum. Sequitur et dixi
viro. scilicet gabrieli apparenti in specie viri qui erat
indutus lineis. ad denotandum angelicam puri-
tatem. qui stabat super aquas fluminis. ad desig-
nandum quod potestas terrena est sibi subiecta
aque enim populos significant secundum quod dicitur apoca.
xvii. aque multe populi multi. usquequo finis horum
mirabilium. id est quanta erit duratio persecutionis an-
tichristi predicte. et audivi virum. etc. id est gabrielem
in specie viri apparentem. cum elevasset dexteram.
etc. ad maiorem affirmationem sui dicti. quia in tempus
et tempora et dimidium temporis. id est tantum durabit tempore illa
persecutio. scilicet per tres annos et dimidium. tempus enim
sumptum in singulari significat unum annum ut
supra dictum est. capitulo iiii. tempora autem accepta in
plurali sine numero determinato stat pro binario an-
norum secundum communem modum loquendi hebreorum
et liber iste scriptus est hebraice ab viii. capitulo
usque ad finem. dimidium autem temporis significat dimidium
anni et sic patet quod persecutio antichristi durabit

per tres annos et dimidium quantum duravit
predicatio christi. ¶ Porphyrius autem exponit totum
illud de persecutione antiochi sed hoc patet in-
sufficiens esse quia tempus persecutionis an-
tiochi a principio quo intravit ierusalem usque
ad tempus in quo mundatum est sanctuarium per iu-
dam machabeum. et tunc quantumcumque plus illud
tempus continet vi. annos ut supra dictum est. viii.
capitulo ubi dicitur sic Usquequo sanctuarium et
fortitudo conculcabitur et dixit angelus. scilicet angelus
respondens ad hanc questionem usque ad vesperam
et mane dies duo milia trecenti et mun-
dabitur sanctuarium. hoc etiam potest probari ex primo
mach. i. ubi dicitur quod antiochus epiphanes ingressus
est ierusalem anno centesimo quadragesimo tertio
regni grecorum prope finem anni illius et ibidem iiii.
capitulo dicitur quod sanctuarium mundatum est anno centesimo
quadragesimo octavo prope finem illius anni. scilicet ix.
mense. xxv. die illius mensis ut ibidem dicitur et sic
tempus intermedium fuit quasi vi. annorum. Si autem
porphyrius accipiat persecutionem antiochi non a
primo ingressu eius in ierusalem sed a die qua po-
suit ydolum iovis in templo et sic videtur
porphyrius intelligere adhuc falsum dicit quia ydolum
illud non fuit in templo per tres annos et dimi-
dium sed fuit ibi per tres annos precise ut dicit io-
sephus libro xii. antiquitatum primo autem libro
mach. videtur quod ibi fuit per decem dies ultra tres
annos quod patet sic quia in anno. cxlv. mense
ix. xv. die mensis positum est ydolum predictum
in templo ut dicitur. i. mach. i. et anno. cxlviii.
mense ix. xxv. die mensis purificatum est templum
ut habetur primo mach. iiii. dicendo quod xxv. die
mensis ix. obtulerunt sacrificium in templo
purificato ut dicitur i. mach. iiii. sed per decem
dies ante amoverunt ydolum quia bene sufficiebat
tantum tempus ad purgandum templum totum autem ydo-
lum fuit amotum a principio quo ceperunt
templum purificare et sic patet quod revolutis tribus
annis precise eadem die amotum est ydolum qua
fuerat positum ¶ Et cum completa. postquam an-
gelus instruxit danielem de summa durationis
persecutionis antichristi. hic eum instruit de termino
ipsius durationis et dividitur in duas partes quia
primo instruit eum de termino ad quem secundo de
termino a quo ibi et a tempore. terminus autem ad
quem finietur duratio persecutionis antichristi erit eius
fulminatio seu interfectio dicit ergo angelus loquens
danieli. cum completa fuerit dispersio manus
populi sancti. id est populi christiani quod erit cum propter acerbitatem
persecutionis antichristi nullus christianus audebit apparere
in publico. complebuntur universa hec. id est fulminabitur
antichristus et veniet resurrectio mortuorum et iudi-
cium. Ego autem daniel audivi et non intellexi
quia licet intelligeret veritatem in generali et etiam
in speciali quantum ad multa non tamen quantum
ad omnes circumstantias et determinatas personas
quia sicut supra dictum est veritas de futuris non
revelatur prophetis nisi secundum quod est expediens

secundum diuinam ordinationem. Et dixi domine mi quid erit post hec? volebat enim daniel plus scire quam volebat scire finem mundi determinate. Et ait s. angelus respondens sibi Vade daniel i. vade viam vniuerse carnis per mortem. Quia clausi sunt signatique sermones q.d. non in scies nec aliquis presciet hoc modo. Respondit saluator apostolis act. i. Non est vestrum nosse tempora vel momenta etc. apostoli autem fuerunt magis illuminati quam fuit propheta et ideo si scire finem mundi determinate non determinate non pertinebat ad apostolos ut dicit saluator nec per consequens hoc competebat danieli. Ex hoc autem apparet fatuitas illorum qui voluerunt finem mundi predicere determinate et omnes qui hoc attentauerunt mendaces inuenti sunt. Sequitur Eligentur et dealbabuntur s. electi in persecutione antichristi et meliores fient usque ad finem mundi. Et impie agent impii secundum quod dicitur apoc. xxii. qui in sordibus est sordescat adhuc. Non intelligent omnes impii quia precludunt sibi vias intelligendi secundum quod dicitur sap. primo In maliuolam animam non introibit sapientia. Porro docti intelligent s. reuelationem predictam quantum expedit. Illi docti intelligunt apostoli et euangeliste et alii deuoti exercentes se in scriptura que sunt docibiles deo. Per hoc patet quod intellectus huius prophetie non est inclusus bonis et deuotis sed tantum maliuolis et impiis. ¶ Et a tempore. Hic autem angelus instruxit danielem de tempore termino a quo accipiendi sunt predicti tres anni cum dimidio dierum a tempore scilicet cum ablatum fuerit iuge sacrificium etc. i. ab illo tempore tempore quo sacrificium altaris cessabit celebrari solemniter. Et posita fuerit abhominatio etc. i. antichristus exhibitus hominibus ad adorandum ab illo inquam tempore dies mille ccxc. qui faciunt tres annos cum dimidio et xii dies ut patet considerando quod unus annus habet dies ccclxv. et sic illud idem spacium temporis quod prius expressit per tres annos cum dimidio hic exprimit per dies dictos. Sic ergo patet quod tres anni et cum dimidio persecutionis antichristi non sunt incipiendi ab illo tempore quo incipiet se ostendere et aliquos ad se attrahere sed ab illo tempore quo iam erit tante potentie quod se exhibebit adorandum hominibus et quo fideles non audebunt in palam sacrificium altaris sacrificare propter timorem eius. Sequitur Beatus qui expectat et peruenit ad dies mille cccxxxv. Hic ad numerum precedentem addunt xlv dies qui post mortem antichristi dabuntur ad eorum iudicium ut decepti in persecutione antichristi possint penitere et ideo dicitur beatus qui peruenit usque ad dies mille ccc xxxv i. beatus est qui in tribulatione antichristi stabit quod durabit per tres annos cum dimidio siue per dies mille ccxc et adhuc ultra viuet per xlv dies quia si non fuit deceptus per antichristum ut perseueret coronabitur si autem fuit deceptus poterit penitere in illis xlv diebus sequentibus mortem antichristi quia tunc eius falsitas erit omnibus manifesta et sua potestas ablata. ¶ Licet autem hoc dictum sit satis certe tamen per hoc non habetur quod aduentus christi ad iudicium sit futurus immediate post xlv dies predictos computandos a morte antichristi, tum quia non est etiam declaratum determinate quod illi xlv dies sint vsuales vel annales secundum illud eze. iiii. diem pro anno dedi tibi. Et dato quod essent dies iudicium de vsualibus tamen non habetur quod post illos immediate sit aduentus ad iudicium, ymo videtur quod futurum sit medio spacium temporis intermedium propter illud quod dicitur mat. xxiiii. Sicut enim erat in diebus ante diluuium comedentes et bibentes nubentes et nuptum tradentes usque in diem quo intrauit noe in archam et non cognouerunt donec diluuium et tulit omnes ita erit aduentus filii hominis. Et illud referunt aliqui doctores nostri ad tempus quod erit inter mortem antichristi et diem iudicii. Tale autem tempus in quo conuiuia et connubia exercentur non videtur esse tam paruum temporis esse sicut xlv dierum et maxime si hoc esset determinatum et hoc plenius dixi super eze. xxxix.

Ex dictis patet falsitas quorundam iudeorum dicentium quod positum hic tempus pro quo debet expectare messiam futurum et accipiunt hic dies pro anno ut dicunt ita quod debent expectare per m ccc xxxv annos incipiendo computationem illorum annorum a tempore quo positum est ydolum in templo. Contra hoc autem arguitur sic quia positio ydoli aut accipitur ab eis de ydolo posito tempore antiochi epyphanis quod oportet dici secundum illos iudeos qui predicta exponunt in hoc capitulo de antiocho et tunc apparet falsitas illorum manifeste quia ab illo tempore usque nunc fluxerunt plures m ccc annis et tamen adhuc non habent messiam ut dicunt aut accipitur de ydolo posito per imperatorem romanum post destructionem factam tempore tyti et tunc oportet quod predicta in hoc capitulo exponantur de imperatore romano et hoc non potest esse quia illud quod predictum est nec deos patrum suorum curabit etc. non potest exponi de eo quia romani deos gentium generaliter colebant et hoc patet quia euangelizatio dominica in principio de qua dictum est supra principium huius capituli intelligendum est de resurrectione vera in fine mundi et non accipitur pro exitu de carnis tempore mach. ut dicunt expositores hebrei quia daniel tunc non scripsit hoc modo. ¶ Ultima duo capitula non sunt de canone hebreorum quod ad presens illa dimitto sed exponentur libris canonicis ad alios intendo manum mittere et tunc exponam ista duo capitula cum auxilio auctoris sine quo nichil boni possum facere cui sit honor et gloria in secula seculorum amen.

¶ Explicit postilla super danielem

¶ Incipit prologus in libros xii prophetarum

PROLOGUS

Non idem ordo
etc. Iste prologus communis est
xii. prophetis et habet iiii. or
particulas in prima tangitur
apud hebreos et lxx. diver
sitas ordinis prophetarum cum dicitur
Non idem ordo est etc. In secunda ostenditur quod varium
habent modum scribendi ibi. osee commaticus est etc.
In tertia subditur eorum collectio in unum ibi. et quod
longum est etc. In quarta distinguntur tempora pro
phetarum ibi. et osee sinthon illue. etc. huius
vilis littere subsistamus apud hebreos. quos solos
imitatur qui et apud nos latinos secundum. lxx. in
terpretes. unde dicit glo. ordo. xii. prophetarum
secundum. lxx. talis est osee amos. micheas. ioel.
abdias. ionas. naum. abacuch. sophonias. ag
geus. zacarias. malachias. secundum hebreos ve
ro quos solummodo sequimur talis est ordo osee ioel
amos. abdias. ionas. micheas. naum. abacuch.
Sophonias. aggeus. zacharias. malachias.
unde quod s. ipsa apud hebreos quos sequimur
sunt taliter ordinati secundum quod ibi legitur. et apud
hebreos sunt hic. i. in ista translacione qua
modo communiter utitur ecclesia. dispositi sunt. ante
translationem istam communiter currebat edicio. lxx.
osee. sicut ista plodorum ceterorum vii. Salvator
autem salvans interpretatur dicitur enim nam deus
in populum israeleticum ob culpam ydolatrie prophetaliter
dominum unde salutem prenunciavit propter quod vere
unda sublatis ydolis que predictis contemne
bant templum domini purgasse ac purificasse mon
stratur. Commaticus est incisus. i. abbreviator.
per quod tanguntur proprietates. | Copto verbum grecum
comatis. Est enim coma | idem est quod scindo. unde
punctum prolacio alicu | coma. i. cisum dicitur
ius orationis per incisiones de | unde comaticus liber
cisiones ut oceanus oculis | dicitur qui per coma
patuit incisus ad esse | ta. i. per quasdam divi
eloquio forma nobili | siones loquitur in
tate curvis. Sed quelibet decisio sive particula
orationis parum valet per se sed omnis in simul aggregate red
dunt perfectum sensum. colon. autem est punctata
placio secundum maiorem decisionem que perfecte red
dunt sensum sed non perfectam sinam sicut dictum
est supra in prologo super ysayam dicitur g. abbre
viator quod breves habet clausulas quarum quelibet
per se nec perfectum reddit sensum nec perfectam
reddit sinam unde cum solummodo divisset osee.
commaticus est. exposuit se ipsum dicens et per idest
quasi. per sinas loquitur. licet enim quelibet clausula vide
atur completa reputatur sinam tamen suspendium
sinam usque post completam totalem orationem sicut pa
tet in consequenti suspensiva verbi gratia osee. i. dicit
unde. quasi. una sina. Sume tibi uxorem fornica
cionum. Sed quasi alia sina. et fac tibi filios for
nicacionum. Sed quasi tertia sina et cum nondum
completur usque ad finem versus cum dicit. quia
fornicans fornicabitur terra a domino unde sic

intelligenda est. glo. que dicit. commaticus. i. dicitur sic
super per clausulas eo quod in singulis clausulis diu
sas vel plenas sinas dicit. i. dicere unde etiam
alii exponunt. et quasi per singulas loquens. i. profundas
verborum intelligentias secundum quod singula de se diversos intellectus
sinam dicens. Sina est profundior intelligentia. que
nisi exponatur vel interpretacione intelligitur vide in prologo.
usq. de. col. et contulit ioel planus in principio. i.
in principio planeque ponitur pro singulari notandum quod principium
et inicium differunt sicut proprie dicitur aliquid non est aliud
principium et sic medium quod modo dicitur principium
respectu finis et ideo dicitur ioel planus in principio. i. in inicio et
in medio et in fine est difficilis et usque inclusive. pro
prietates et i. propositum scribendi esdram scriba. i. esdre
vii. ipse esdras ascendit de babilone et ipse scriba ve
lox in lege domini et ideo dicitur scriba velox eo quod legem
moysi combustam velociter reparavit vel quod quasdam
figuras invenit in hebreo quibus velocius scribere con
tinuavit. i. putant vel affirmant antiqui. mo
dicitur putare ostendit et apponitur ab ab. et timos quod est
meus quasi a mente sit hoc et inde dicitur hic amimus
huius. ipse estimacio de huius inveniens super in prologo
super iosue versus finem ad peticionem illorum transtulit
secundum istum librum. amonitas nos nolo esse super huius
quasi. unum librum esse. xii. prophetarum qui hebraice dicitur
amallarca Sed quare est unus liber in prologo
super libros regum dicitur vel ponitur idem versus quod apud
hebreos tot erant libri quot sunt littere alphabeti
vel alii secundum illorum ilidorum qui ait in. vi. ethy. libri
xii. prophetarum autorum suorum nominibus prenotantur qui
propterea dicuntur minores eo quod sermones eorum breves sunt
unde et connexi sibimet invicem in uno volumine
continentur. et propter brevitatem suam. Sed queritur
quare libri veteris testamenti respondent in numero litteris
alphabeti et non libri novi testamenti Respondeo quod
vetus testamentum fuit inicialem et quasi elementale ad no
vum ad quod designandum cuilibet libro respondet
unum elementum hebraici alphabeti sicut plenius
scribitur in prologo super regum. sinchronon. i.
contemporaneum a sin quod est cum et cronos quod est
tempus quasi in eisdem temporibus et sub eisdem regibus prophetave
runt sicut patet in titulis eorum dicitur malachias vero
intelligimus post redditum de captivitate in hoc
ponitur Regula per quam sciri potest quibus tem
poribus propheti singuli prophetaverunt eadem. In quibus
autem prophetis tempora non preferuntur in titulo. nos
volo. amonemus esse eos prophetasse sub illis re
gibus. sub quibus et hii qui ante eos sunt titulis.
i. reges in titulis nominatos prophetaverunt

Explicit qualiscumque exposicio istius prologi.

Incipit osee.

modus

Duodecim prophetarum ossa pullulant de loco suo. Eccli. xlix. Sicut in libro psalmorum psalmi a diversis auctoribus compositi in uno libro componuntur propter quod dicitur liber psalmorum ut ibidem fuit plenius declaratum, sic prophetie xii prophetarum in hoc libro reponuntur qui dicitur liber duodecim prophetarum. De quo potest accipi verbum propositum: Duodecim prophetarum etc. In quo duo notantur in generali: auctorum qualitas cum dicitur: xii prophetarum ossa pullulant, et libri unius unitas cum dicitur: de loco suo, quia hic continentur quasi in uno. Circa primum in duodecim prophetis quatuor fuisse notantur: numeri convenientia: xii; vite inspiciencia (?) prophetarum veritas stabiliens: ossa; et fructum reconsiliens: pullulant etc. Primum satis patet ex nomine quia numerus duodenarius ex denario et binario componitur, per denarium vero decem precepta decalogi, per binarium autem dilectio dei et proximi designatur. Isti prophete x precepta decalogi et dilectionem dei et proximi servaverunt et alios ad huius observanciam efficaciter induxerunt ut patebit in processu huius libri. Propter quod sub numero duodenario convenienter colliguntur et ideo in duodecim patriarchis figurantur, quia tamquam patres fidelis populi ipsi ipsis ad observanciam decalogi et caritatis dei et proximi verbis et operibus hortabantur. Ideo de ipsis potest dici illud Genes. xxxv: Erant autem filii Iacob duodecim. Per Iacob qui supplantator interpretatur ipse deus omnibus presidens et sub pedibus suis tenens intelligitur, cuius filii per adoptionis graciam fuerunt isti xii prophete et sic patet primum. Circa primum secundum considerandum est quod sicut visus corporalis stat ad superficiem visibilis corporis et ultra non progreditur, sic intellectus naturalis in sua cognicione stat ad illud quod ex sensibilibus potest cognosci nec ultra potest progredi. Sed intellectus prophetarum lumine divino confortatus progreditur ultra cognoscendo futura contingencia, cordium occulta et similia sicut plenius fuit declaratum in principio libri psalmorum. Et ideo prophete antiquitus appellabantur videntes quia videbant illa que aliis erant occulta secundum quod dicitur primo Reg. ix. Qui enim propheta dicitur hodie vocabatur olim videns. Veritatem pronunciaverunt quia hoc faciebant virtute divina. Ideo dicitur Petri primo ca.: Non voluntate humana allata est aliquando prophetia sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines, et sic patet secundum. Circa tercium sciendum quod accipiendo generaliter ecclesia una est veteris ac novi testamenti secundum quod dicit Gregorius omelia vii: quis patrifamilias rectius similitudinem tenet quam conditor noster qui regit quos condidit sic possidet sicut dominus subditos in domo, qui habet vineam universalem scilicet ecclesiam que a primo Abel iusto usque ad ultimum electum qui in fine mundi nasciturus est, quos sanctos protulit quot palmites misit. Et sicut est una ecclesia sic unum esse corpus; huius autem corporis robur tempore veteris testamenti consistit in sanctis prophetis. Propter quod merito dicuntur ossa huius corporis, et ideo in persona huius corporis dicitur iustitie (?) Iob x: Ossibus et nervis compegisti me. Quia corpus ecclesie veteris testamenti compactum fuit et fortificatum per sanctos prophetas qui pro veritate fidei et morum constanter steterunt contra idolatras et plures eorum per martirium transierunt ut Amos, Ysaias et plures alii. Ideo merito dicuntur ossa propter actum fortitudinis et etiam nervi propter connexionem caritatis, et sic patet tercium. Circa quartum considerandum quod duodecim prophete non solum in vita verbis et exemplis fecerunt fructum optimum sed etiam post mortem et faciunt usque ad mundi finem per doctrinam eorum in hoc libro contentam, propter quod merito dicuntur pullulare. Propter quod de quolibet eorum potest dici illud Eccli. l. ca.: Quasi oliva pullulans et cipressus in altitudinem se extollens. Per pullulacionem olive intelligitur fructificacio pinguedinis gratie in vita presenti et per altitudinem cypressi consecucio beatitudinis in futuro, et utramque consequuntur fideles vitam eorum imitando et doctrinam adimplendo. Et sic patet quartum et per consequens tota pars prima. Circa secundam in qua notatur libri unitas considerandum quod isti xii prophete uno spiritu fuerunt inspirati et ad unum finem similiter ordinati et ad invicem concordes, unitique propter quod decenter sunt in eodem libro collocati quantum ad eorum doctrinam, quod notatur in unitate loci cum dicitur: de loco suo. De quo potest exponi quod dicitur Iob xxviii: Auro locus est in quo conflatur. In sacra scriptura per aurum intelligitur sapientia que fuit in istis prophetis, et sicut minera auri pluribus particulis colligitur et in una fornace ad conflandum ponitur et sic in unam massam redigitur, sic sapientia divina in istis pluribus prophetis refulgens in hoc libro colligitur ad instructionem fidelium ut in presenti deum cognoscant per fidem et in futuro per apertam visionem, ad quam nos perducat qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum amen.

Verbum domini. I

Liber iste in duodecim partes dividitur secundum xii prophetas et sunt partes note. Prima est pars in qua continetur prophetia Osee, dividitur in prohemium et tractatum qui incipit ibi: Principium loquendi. In prohemio ostenditur prophete genealogia cum dicitur: ad Osee filium Beeri. Et fuit iste Beeri propheta sicut et filius licet eius prophetia non habeatur, sicut nec de multis aliis aliis qui tamen in scriptura prophete nominantur. Habetur enim in hebreo pro regula quod quando in principio prophetie nominatur pater prophete intelligitur et ipse fuisse propheta. Secundo ostenditur tempus cum dicitur: in diebus Ozie, Ioathan, Achaz et Ezechie regum Iuda. Temporibus enim istorum quatuor prophetavit. Et in diebus Ieroboam filii Ioas. Iste enim fuit rex Israel et notatur hic quia regnavit cum Ozia rege Iuda xiiii annis. Principium. Hic incipit tractatus et dividitur in duas partes, quia primo prophetat non solum verbis sed etiam sensibilibus signis, secundo simplicibus verbis ca. iiii. Circa

primas partes in qua virtualiter continentur illa que postea sequuntur. Considerandum quod sicut dicit apostolus Rom. xi. cecitas ex parte contigit in Israel ut plenitudo gentium intraret et sic omnis Israel salvus fieret quod implebitur circa finem mundi quando iudei convertentur ad Christum generaliter de cecitate sua antichristi et secundum hoc propheta tria facit. Primo enim denunciat futuram iudeorum excecationem. Secundo generalem eorum illuminationem ibi: Et erit. Tercio iudeorum specialem conversionem eorum. Prima adhuc in duas quia primo tangitur iudeorum captivitas precedens Christi adventum. Secundo eorum cecitas in eius adventu ibi: Et concepit. Prima adhuc in duas quia primo ponitur captivitatis radix. Secundo captivatio ibi: Et abiit. Circa primum dicitur: Principium loquendi domino in Osee, id est ad ipsum Osee. Et dicunt expositores aliqui quod dicitur hic principium loquendi ad denotandum quod dominus locutus est prius ad Osee quam ad reliquos prophetas sequentes. Sed hoc non videtur bene verum quia Abdias est unus de sequentibus et tamen ipse fuit propheta perfectus a tempore Achab regis Israel cuius fuit dispensator secundum omnes doctores hebreorum et latinorum. A fine autem vite Achab usque ad principium regni Ozie sub quo Osee cepit prophetare prout dictum est in textu fluxerunt centum et duo anni ut patet de facili videnti iiii. Reg. [illegible] tempora regnum intermediorum. Et ideo non est verisimile quod Abdias inceperit post istum prophetare sed magis ante propter quod dicit Ra. Sa. quod istud principium loquendi etc. refertur ad litteram sequentem cum dicitur: Vade sume tibi uxorem etc. Ita quod illud fuit primum quod dominus locutus fuit ad Osee. Uxorem fornicationum. Dicunt aliqui quod ista mulier quam accepit propheta in uxorem prius erat meretrix publica et quamvis turpe esset eam accipere propheta tamen humiliavit in hoc volens deo obedire sicut Ysaias quamvis esset de genere regio ivit tamen nudus et discalceatus ut obediret deo. Ysa. xx. Dicit [illegible] in prologo quod hec mulier non fuit fornicaria fornicatione corporis sed fornicatione mentis quia erat ydolatra et gentilis et hoc videtur verius quia per hoc signum magis respondebat signato scilicet ydolatrie [illegible] ipsi futura per hoc significabatur secundum quod postea dicitur quia fornicans fornicabitur terra a domino. Et fac filios fornicationum. In hebreo habetur: Et accipe tibi uxorem fornicationum et filios fornicationum, id est accipe eam cum filiis suis [illegible] ita quod accipe [illegible] in uxorem et filios adoptandos. Filii enim quos genuit ea postquam fuit eius uxor non poterant dici filii fornicationum fornicatione corporali sed legitimi erant nec fornicatione ydolatrie quia propheta non permisisset. Et ideo quod dicitur in translatione nostra fac filios sic [illegible] est exponendum filios fornicationum facias per adoptionem. Quia fornicans fornicabitur terra scilicet decem tribuum et recedet a domino per ydolatriam que est spiritualis fornicatio et dicitur [illegible] fornicabitur [illegible]

addendo [illegible] multiplicationem ydolatrie que facta fuit illo tempore in terra decem [illegible] quod regnum decem tribuum primo fuit captum sub Osee iiii. Reg. xvii. et post regnum duarum tribuum sub Sedechia iiii. Reg. ultimo et sic patet quod hac parte ponitur captivitatis radix scilicet ydolatrie multiplicatio. Et abiit. Hic consequenter ponitur decem tribuum captivatio que fuit prima. Postea subditur de captivatione duarum tribuum que fuit secunda. Hec autem primo ponitur duo(?) quia primo ponitur captivitas secundo eius diuturnitas ibi: Et concepit. Circa primum dicitur: Et abiit propheta deo obediens et accepit Gomer. Nomen est mulieris quam accepit in uxorem filiam Debelaim. Una dictio est debellaim. Itaque de non est hic propositio ut aliqui dicunt sed est nomen proprium patris huius mulieris vel loci ubi fuit nata sicut frequenter in scriptura dicitur filie Ierusalem mulieres inde nate. Et concepit de propheta. Voca nomen eius Iezrael quia captivationem regni decem tribuum per ipsum volebat significare eo quod Iezrael erat civitas regia quia tamen ista punitio(?) Zacharia ab nepote Hyeu incepit ideo subditur: Et visitabo, id est puniam seu vindicabo sanguinem Iezrael, id est sanguinem innocentium effusum in Iezrael quod exponunt aliqui de sanguine Naboth ibi effuso ut habetur iii. Reg. xxi. Sed huic dicto obviat quod subditur super domum Hyeu quia domus eius non fuit punita propter sanguinem Naboth sed magis exaltata eo quod Hyeu in vindictam sanguinis Naboth delevit domum Achab. propter quod et pro occisione sacerdotum Baal dominus dixit ad eum iiii. Reg. x. quia studiose egisti quod rectum erat et placebat in oculis meis et omnia que erant in corde meo fecisti contra domum Achab filii tui usque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. Sed quia Hyeu postea fecit malum coram domino ut ibidem habetur et filii eius post eum. Ideo istud malum dicitur hic sanguis Iezrael et quia isti vel eorum aliqui innocentes occiderunt et hoc dicit vindicari super domum Hyeu quod fuit impletum in Zacharia eius abnepote ut habetur iiii. Reg. xv. Et ex tunc multum fuit afflictum regnum Israel quousque fuit captivatum per reges Assyriorum scilicet Theglathphalasar et Salmanasar. Ideo subditur: Et quiescere faciam regnum domus Israel. Osee eius regis captivatio. Et in illa die, id est in illo tempore conteram arcum Israel quia omnes debellati fuerunt ab Assyriis. Et concepit. Hic consequenter denunciatur captivitatis diuturnitas per nomen filie nate cum dicitur: Voca nomen eius Absque misericordia. Ideo subditur quia non addam ultra misereri domui Israel ultra differendo eius captivitatem. Sed etiam oblivione obliviscar diminuendo(?) in captivitate sicut diminuit(?) tradita oblivioni. Unde etiam secundum hebreos illa captivitas non est adhuc revocata. Et domum Iuda miserebor eius captivitate [illegible] [illegible] circa [illegible]

qui regnavit tempore osee. populus iuda fuit
salvatus de manibus sennacherib miraculose id est
subditur. et salvabo eos in domino deo suo. id est in
virtute domini qui misit angelum et interfecit
in castris assyriorum centum et octoginta
quinque milia bellatorum. iiii. Reg. xix. ideo
subditur. et non salvabo eos in arcu etc. et
non solum misertus fuit dominus regni iude capti
vitatem differendo usque ad tempus sedechie sed
etiam inductum reducendo in pristinum regni eo
rum statum dare licentiam populo redeundi ut habetur esdre
primo. et ablactavit. id est a lacte removit
et per hoc designabat quod omnis consolatio esset regno
israel subtrahenda. Et concepit. descripta capti
vitate regni israel que precessit christi adventum
hic in adventu christi describitur cecitas iudeorum
et hoc per nomen filii nati cum dicitur. Voca no
men eius non populus meus. quia negaverunt ipsum an[te]
pylatum dicentes non habemus regem nisi cesarem
et tunc ipsi facti sunt non populus eius secundum quod
predixerat daniel. ix. capitulo post ebdomadas
lxii. occidetur christus et non erit eius populus qui eum
negaturus est et de illis dicitur hic quia vos non
populus meus.

II

Erit. hic incipit capitulum secundum secundum hebreos in
quo post excecationem iudeorum ponitur
illuminatio gentium circa quod sciendum quod ideo in
cipit hic novum capitulum ad denotandum quod hic
incipit alia sententia a precedente. Et dividitur in du
as partes quia primo describitur gentilitatis vocatio
secundo vocate consolatio ibi [Dicite] fratribus. prima in duas quia
primo ponitur dicta vocatio secundo interponitur regni
iude captivatio ibi Iudicate. sciendum est quod gen
tiles conversi ad fidem christi nomine israel nominantur
sicut fuit designatum ysa. xliiii. super illud ubi
dicitur domini ego sum et ille invocabit in nomine
iacob et hic scribet in manu sua et in nomine
israel assimilabitur. ideo dicitur hic et erit numerus filiorum
israel quasi arena etc. id est in multitudine innumerabili sicut
dicimus videmus impletum in conversione gentium
et erit in loco hanc auctoritatem allegat apostolus Rom. ix.
dicens eam ad litteram de conversione gentium. quod ex
ponentes hanc partem aliter videntur a deo discor
dare. quod sicut dixi a principio intelligitur
de illuminatione gentium dicitur quia et erit in loco
id est in orbe universo ubi habitant gentiles. ubi dicitur
eis non populus meus vos. quia usque ad adventum christi
fuerunt ydolatrie dediti. dicetur eis filii dei viventis
per susceptionem dei fidei secundum quod dicit iohannis primo
quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem
filios dei fieri hiis qui credunt in nomine eius et
quia conversi fuerunt per predicationem apostolorum et aliorum
discipulorum qui fuerunt iudei ita quod ex iudeis et
gentibus facta est una ecclesia ideo subditur et con
gregabuntur filii iuda. id est apostoli aliique discipuli iu
dei. et filii israel. id est gentiles conversi qui
sic vocantur ut predictum est pariter. id est in una

ecclesia. et ponent sibimet. id est unanimiter confitebuntur
caput unum. scilicet christum. et ascendent de terra. id est
multiplicabuntur fideles per orbem sicut illa que
pullulant de terra. unde et de magnitudine
populi crescente admirantes dicere vulgariter unde
venit populus de terra pullulare quia magnus
dies iezrael. id est magna congregatio seu multipli
catio fidelium eo quod iezrael interpretatur semen
dei. et hoc modo exponit. Ra. Sa. licet veritatem ad
aliud intellectum non enim potest convenienter ex
poni pars ista de populo redeunte de babylone
ut voluit aliquid dicere. tum quia ille populus
rediit in ierusalem esdre primo et non in iezrael
quia samariam et alias civitates propinquas decem
tribuum de quibus erat iezrael tenebant gentiles
ibi adducti de assyriis ut habetur. iiii. Reg. xvii.
et primo esdre. iiii. et quia sicut dictum est per
fideles de natione iudeorum facta est prima conver
sio gentilium ideo alloquitur eos dominus dicens
Dicite vos apostoli et alii fideles de iudeis fratribus
vestris. id est conversis de gentilibus qui facti sunt
fratres vestri per susceptionem fidei populus meus. id est quod est
populus meus sicut et vos sicut dicit apostolus Rom.
iii. capitulo non est distinctio iudei et greci nam
idem dominus omnium etc. et sorori vestre. id est gentilitati
converse misericordiam consecutam. cui erat esset ab antiquo
ydolatrie debita per misericordiam dei meritam et non
per merita propria vocata est ad fidem sicut
iudei per merita habrahe et aliorum sanctorum
antiquorum. Iudicate. hic denunciatur capti
vitas duarum tribuum que superius fuerat dilata
eo quod [illegible] decem tribuum que sunt
israel secundum carnem iungebatur vocatio seu illu
minatio gentium que sunt israel secundum spiritum
Et dividitur in duas partes quia primo denun
ciatur captivitas [illegible] culpe secundo [illegible] ignoran
cie ibi et hec nescivit. Circa primum
alloquitur iustos qui erant in regno iuda
ut ieremiam baruch et alios dicens Iudica
te matrem vestram. id est ierusalem que erat metropo
lis in regno et sic erat mater aliarum civitatum
in israel. Iudicate. id est ex malicia eius reprendite.
quia ipsa non uxor mea. et hoc propter ydolatri
am per quam a me recessit et maxime tempore
manasse qui ydola posuit in templo domini
et ego non vir eius. quia vir et uxor correla
tive dicuntur et ideo remoto uno removetur reliquum.
auferat fornicationes suas. id est ydolatrias
a facie sua. ita quod ad eas amplius non acce
dat sed magis retro deorsum proiciat et
adulteria sua de medio uberum suorum. loquitur
de ierusalem per modum meretricis que inter ubera
sua ponit aliqua fragrancia ut magis
placeat adultero sic sacerdotes ierusalem offere
bant ydolis fragrantia thymiamata. ne forte
expoliem eam nudam. per caldeos qui eam [illegible]
postea spoliaverunt omnibus bonis. et dicitur hic forte
non propter aliquod dubium ex parte dei [illegible]
futurorum que sunt ibi contingentia sed ad de-

et textus populi sic. ij. Reg. xx. de abela ait que vis subvertere
matrem civitatum

nocendum libertatem arbitrii per quam si perfecte peniteret deus parceret de pena. Et statuam eam secundum diem nativitatis sue. i. in magna confusione et nuditate secundum quod dicitur Ezech. xvi. In die ortus tui non est precisus umbilicus tuus et in aqua non es lota et sequitur sed proiecta es super faciem terre in abiectione. Et ponam eam quasi solitudinem. destruens muros et edificia civitatis et statuam eam velut terram inviam. Postilla. in multiplicatione serpentium et aliarum ferarum ex longa vastatione terre. et interficiam eam siti. deficiente potu in obsidione. et filiorum eius non miserebor. quia partim occidentur et partim captivabuntur et omnia ista passa est Ierusalem postea per caldeos. quia filii fornicationum sunt. i. in ritu ydolatrie sicut vir sanguinum dicitur vir sanguinis effusor et genitivus cum pluralis habet virtutem singularis duplicis. Vadam post amatores meos. i. post ydola quibus victum et vestitum et alia munia attribuebat. Postilla. Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis. i. caldeis obsidentibus Ierusalem in circuitu cum gladiis et interficiendo. et semitas suas non inveniet. i. vias per quas possit effugere. et sequetur amatores suos. i. desiderabit adventum egyptiorum qui promiserant ei auxilium. et non apprehendet eos. quia non fuerunt sibi in auxilium sed magis in nocumentum. et dicet vadam et revertar. etc. quia civitas Ierusalem videns se in arto positam et in proximo capcionis et destructionis percepit quod male fecerat colendo ydola et querendo humanum auxilium ex dei diffidentia sed hoc fuit nimis tarde. ¶ Et hoc nescivit. hic consequenter denunciat deus captivitatis causam culpabilis ignorantie que causatur in anima ex peccatorum multiplicatione secundum quod dicitur Sap. ii. ca. excecavit illos malicia eorum. et secundum hoc dicitur hic et hec nescivit quia ego dedi ei frumentum etc. i. cibum et potum et indumentum que sunt divitie naturales. et argentum multiplicavi ei. i. divicias artificiales magna ei ex caritate sua. attribuebat ydolis surdis et mutis que fecerunt baal. ei sacrificium offerendo et preciosis eum ornando. Idcirco convertar et sumam frumentum etc. i. offeram ab ea omnia bona ad victum et vestitum pertinentia. et liberabo lanam meam. de servitute qua fuit ydolatris eorum ignominiam operiendo. et nunc revelabo in hac stultitiam eius. i. coram ydolis quibus serviebat et faventibus egyptiis quibus confederata erat. et vir non eruet eam. egyptii. n. non poterunt eam eruere sicut promiserunt et cessare faciam omne gaudium eius. civitatis et populi destruendo. solemnitatem eius. i. solempnitates eius ponendo singulare pro plurali sicut exod. viii. venit musca gravissima. et que sunt ille solemnitates explicat magis dicens neomeniam eius. que fiebat in principio singulis cuiuslibet mensis. et sabbatum eius. in fine cuiuslibet ebdomade. et omnia tempora

eius. i. festa temporalia que fiebant semel in anno. s. pasche et penthecostes. et silium. et corrumpam vineam eius. etc. i. vineas et alias arbores fructiferas quas succiderunt caldei in terra Ierusalem existentes. de quibus dixit mercedes hec. etc. quia non solum bona mobilia attribuebat beneficio ydolorum sed immobilia. et ponam eam in saltum. Ierusalem enim destructa longo tempore fuit sine habitatoribus et sic creverunt ibi spine et tribuli. et comedet eam. i. bona eius. bestia agri. i. nabuchodonosor qui versus in bestiam eiectus fuit ab hominibus et cum feris fuit habitatio eius ut habetur Dan. iiii. Et visitabo super eam dies baalim. debite puniendo. et ornabatur in aure sua. ad reverentiam enim ydolorum ornabant se habitatores Ierusalem sicut catholici in festis sanctorum. Postilla. hoc. partem istam exponit Ra. Sa. de captivitate babilonica et eius relaxatione usque ad finem capituli et aliqui expositores catholici eum sequuntur in parte exponentes de reductione captivitatis babilonice. ¶ Secundum communem hoc exponitur bene in pluribus locis et potissime in fine capituli quod ab apostolo Rom. ix. allegatur dictum ad litteram de conversatione gentilium ad fidem ut videbitur. et secundum hoc in hac parte ponitur gentilitatis vocatio dicta consolatio ut supra dictum est in divisione. Postilla. hoc illud non copulatur ad textum in medio precedentem sed ad illud quod suppositum est. dicite fratribus vestris populus meus et sorori mee. i. gentilitati que est misericordiam consecuta. Propter hoc ecce ego lactabo eam. consolationibus spiritus sancti. Unde act. x. ca. legitur quod predicante petro cecidit spiritus sanctus super cornelium et alios gentiles qui erant cum eo et loquebantur linguis. et ducam eam in solitudinem quia a tempore apostolorum multi conversi ad fidem transtulerunt se ad loca solitaria ut melius vacarent contemplationi et refricarent contemplatione divina se studere. et loquar ad cor eius. quod fit in secreto revelatione et spiritus sancti consolatione. et dabo ei vinitores eius ex eodem loco. isti sunt apostoli qui vinum doctrine christi fidelibus propinaverunt. Postilla. quod dicit de se ipso Io. xv. ca. ego sum vitis vera. etc. et illud vinum germinat virgines Zacharie ix. et isti vinitores fuerunt ex eodem loco. quia nati in iudea sunt et christus. et vallem achor. non est nomen loci secundum quod dicit Ra. Sa. quia achor non est nomen proprium sed appellativum et turbationem significat sicut dictum fuit Iosue vii. et ideo per vallem achor intelligitur humilis contritio de peccatis sicut dicit idem Ra. Sa. Postilla. quod andreas et alii sequentes eum dicentes quod vallis achor est hic nomen loci iuxta Iericho quem primo intraverunt redeuntes de babilone magis iudaizant. Contritio ad hoc est ipse ad aperiendam spem. humilis enim contritio circumstantis de peccatis aperit spem salutis. et canet ibi dominum laudando in instrumentis suis. et quasi secundum dies iuventutis. et iuxta. et pro idest. quasi dies ascensionis eius de egypto. tunc enim

.i. in quibus fuerunt baalim.

dies

[illegible]cendentes de manu hebreo canticum. Cantemus
domino gloriose etc. exo. xv. hic prima ecclesia
maxime fuit divinis laudibus intenta ut patet in ac-
tibus apostolorum in pluribus locis. In die illa .i. tem-
pore novi testamenti vocabit me vir meus et non
vocabit me ultra baali. Quidam hic aliquid (?) ex-
ponunt idem significat quod vir meus cum redeuntes
de captivitate vitabant hoc nomen eo quod e-
rat simile nomini ydoli .s. in baal. Ra. Sa. hic expo-
nunt magis catholice quantum ad hoc dicens. quod
vir meus. hic accipitur sponsus meus quod est nomen
amoris. baali vero secundum interpretationem hebraicam
sonat idest .d. dominus meus. quod nomen est timo-
ris secundum illud malach. v. ca. si ego dominus ubi est
timor meus et sic est sensus quod ex familiaritate cum
deo populus eius vocabit eum sub nomine amoris et
non timoris et hoc proprie convenit statui nove legis
que est lex amoris secundum quod dicit augustinus
[illegible] brevis differentia legis et evangelii timor et amor.
et auferam nomina baalim de ore eius etc. sicut
patet impletum per predicationem apostolorum et aliorum
credentium quod cessavit ydolatria quasi per to-
tum mundum. et percutiam cum eis fedus in die
illa .i. tempore gratie. cum bestia agri .i. cum crudeli-
bus tyrannis. et cum volucre celi .i. cum regi-
bus superbis. et cum reptili terre .i. eorum minis-
tris qui illi qui in principio persequebantur
fidem christi ad fidem sunt conversi in magna
parte totius mundi et potissime a tempore
constantini ideo sequitur et arcum et gladium
et bellum conteram quia christiani eorum persecutores
facti sunt eorum defensores. ideo sequitur
et dormire .i. requiescere eos faciam. seducta
persecutione. et sponsabo te mihi in sempiternum
quia ecclesie christi sponse non succedet in militantem gratia
et sponsabo te in iusticia mea etc. quia fides sine
operibus mortua est. Et erit in die illa exaudi-
am .s. preces fidelium ecclesie sue modo et providentia
exaudiam celos etc. quod intelligitur de multiplicatione
bonorum temporalium et spiritualium in ecclesia dum enim
celi exaudiunt quando dei voluntate rorem et plu-
viam salutiferam infundunt et terra quando humectatur
et fecundatur sic infusa et est nascentia et quando
terra profert ea in habundantia quantum vero ad ha-
bundantiam bonorum spiritualium celi dicuntur exau-
dire quando angeli qui sunt cives celestes impetrant
apud deum bona pro regnis et personis sue custo-
die commissis. et terram .i. habitatores eius quando exau-
diuntur ab angelis et dona spiritualia per triticum
vinum et oleum designata quando multiplicantur
in fidelibus populis. ideo sequitur. et hec exaudi-
ent iezrael .i. semen dei cuius modi sunt fideles
sicut dictum est supra. ca. ii. [illegible]. Ra. Sa. dicit
hic quod per iezrael intelliguntur filii captivitatis
in sua reversione quod non potest intelligi de captivitate
iezrael ad quam non redierunt ut dictum est supra
ista autem completa sunt in ecclesia fidelium que
est ex dei beneficio bonis spiritualibus et temporalibus
est fecundata et miserebor eius que fuit absque

misericordia translatio. lxx. habet. et diligam non dilectam
etc. .i. gentilitatem que ante vocationem non erant
dilecti ex lege. et sic allegat hanc scripturam
apostolus. Ro. ix. ca. quod sic est intelligendum patet
ibi ut predictum est.

III

Et dixit. post vocationem gen-
tium hic consequenter deinun-
ciatur finalis conversio iudeorum longi-
tudo et causa eorum excecatio. secundo eorum finalis
conversio ibi post hec. prima in duas quia primo ponitur
signum propheticum secundo signatum ibi quia dies multos.
Circa primum dicit propheta adhuc. vade et dili-
ge mulierem dilectam amico in hebreo habetur. socio. ex
quo patet quod amica hic dicitur eius sponsa vel marito
sub quo tamen ut ingrata adulteratur et sic iuste a
marito dimittitur ideo sequitur. sicut diligit dominus
filios israel etc. de egypto educendo et legem divinam
aliaque beneficia specialia tribuendo secundum quod dicitur
psalmo. cxlvii. non fecit taliter omni nationi et iudicia
sua non manifestavit eis et ipsi respiciunt ad
deos alienos etc. colendo statim et post legem
datam adoraverunt vitulum conflatilem. exo. xxxii.
et postea temporibus iudicum et regum ydola
coluerunt ut patet ex decursu illius temporis.
Et diligunt vinacia uvarum. in hebreo habetur. do-
lia vel cyphos. ex quo patet quod vinacia hic intelli-
guntur vasa vinorum continentia que tamen diliguntur
propter vinum contentum et notatur hic de ebrietate
que duxit ad alia vicia. et fodi eam mihi
in hebreo habetur et conduxi eam mihi .s. adulteram
a marito dimissam secundum autem translationem nostram
loquitur de plebe iudaica per modum vinee eo quod
dicitur vinea domini sabaoth. ysa. v. vinea autem col-
itur fossione. xv. argenteis. quod secundum doctores he-
breos et latinos eos sequentes per hoc designatur
eductio populi de egypto quam fecit deus. xv. die men-
sis primi. exo. xii. et choro ordei et dimidio choro
autem. xxx. modios continet et sic chorus et di-
midius continet. xlv. ad designandum. xlv. dies qui
fluxerunt a xv. die mensis primi exclusive usque ad
primam diem mensis tercii inclusive usque in qua
populus exiens de egypto venit ad montem synay
ubi recepit legem addo secundum quod habetur. exo. xix.
mense autem tercio egressionis israel de terra egypti
in die hac .i. prima die mensis secundum quod exposi-
tores catholici et hebrei venerunt in solitu-
dinem synai quod autem fuerunt ut ibi .xlv. dies preci-
se sic patet quod iudei faciunt menses per lunationes
una vero lunatio habet xxix. dies cum dimidia propter
quod iudei faciunt primum mensem xxx. dierum et
secundum xxix. et sic consequenter alternando ex quo patet
quod a quintadecima die mensis primi exclusive usque
ad primam tercii inclusive fuerunt dies .xlv. videtur
autem mihi quod per istos numeros potius convenienter
designantur prophete [illegible] et plebs per quam plebs iudaica
usque ad christum fuit deducta ita quod per xv. argenteos
intelliguntur xv. prophete quorum habentur prophetie .s. y-
sayas ieremias. ezechiel. ezechiel et xii. prophete

daniel enim apud hebreos non reponitur inter pro-
phetas sed inter agiographa ut patet per hieronimum
in prologo galeato. pr. xlix. in idest in genealo-
gia christi continentur que ut plurimum ponuntur. mathei
secundum tres quaterdenas ibidem positas quibus
si addantur tres reges qui omittuntur inter ioram
et oziam secundum quod declarat hieronimus super. mathei
xlix. et durabunt ad eos dies multos expectabis me.
in signum quod plebs iudaica expectaret messiam
multis temporibus adhuc enim expectat non forni-
caberis. quia non sunt idola. et non eris cum
viro. idest cum christo. a quo est modo separata propter
suam incredulitatem. sed et ego expectabo te.
loquitur in persona dei qui expectat iudeorum finalem
conversionem. Quia dies. hic consequenter ponitur significatum
per prodigiale factum cum dicitur. quia dies
multos. q.d. factum predictum designat quod dies
multos sedebunt. idest manebunt filii israel sine re-
ge et sine principe. sicut videmus quod non habent
de se regem nec principem sed aliorum regibus
et principibus subiunt et sine sacrificio et sine
altari. quia non possunt sacrificare extra ierusalem a
qua sunt expulsi et templum destructum et sine
ephod. idest veste sacerdotali quia sublato sacrificio
cessat usus vestis et sine teraphim. idest ymaginibus
in quibus demones solent dare responsa et apud
iudeos non sunt talia. Et post hec. ultimo ponitur
iudeorum finalis conversio cum dicitur et post hec.
idest post iudeorum abiectionem et excecationem. Rever-
tentur ab errore suo et querent dominum deum
suum devote. et david. idest dei filium ihesum christum
et quod sic debeat intelligi patet per translationem
caldaicam apud hebreos autenticam que sic habet
post hec revertentur filii israel et querent cultum
dei sui et obedient messie filio david regi
suo et pavebunt ad dominum ipsum timendo et
ad bonum eius. timendo declinare ab eo quod bonum
est in cultu ipsius et subditione christi. in novissimo
dierum. circa finem mundi implebitur ut dictum est super
capitulo primo

illud

IIII

Audite. Supra osee propheta in-
uit non solum verbis
sed etiam similibus factis. hic autem
procedit simplicibus verbis explicando magis
premissa que sunt duo in generali. scilicet dei iustitia
in peccatorum punitione et eius via in penitentium
susceptione. Et dividitur in duas partes quia primo ponitur
hec explicatio. secundo explicationis privilegiatio cap.
viii. prima in duas quia primo explicatur dei iustitia
in punitione peccatorum. secundo eius via in reversione
eorum. cap. vi. prima in duas quia primo explicatur
iustitia erga populum indistincte secundo magis distinc-
te. cap. v. prima adhuc in duas quia primo expli-
catur dei iustitia in punitione peccatorum eorum. peccatum
secundo in punitione peccatorum eorum. dum ibi secundum multitudinem.
Circa primum dicit audite verbum. quod debetis intelli-
gere quia iudicium domino cum habitatoribus terre. idest vult
ostendere quod iuste procedit in eorum punitione propter. quod

latrium et ebrietas. ad primum in verbis
et non est veritas. quia promittere in affectu cordis
et non est misericordia. supple directiva in agendis in
terra. idest in iudea. maledictum. idest detractio pro-
ximi et vituperium. et mendacium nocendo
et in verbis et homicidium. inferendo nocu-
mentum corporis et furtum. in rebus possessis
et adulterium in persona coniuncta et per consequens in
heredibus filiis qui per adulterium subtrahuntur
inundaverunt. idest ultra modum habundaverunt
sicut aque inundantes preter ripas exeunt et
sanguis sanguinem tetigit. ex predictis enim
viciis secuta est tanta effusio sanguinis quod homines
in medio sanguinis sedebant. propter hoc lugebit terra.
idest desolabitur sicut econtrario dicitur terra [illegible] que
cum floribus et fructibus repletur et infirmabitur
omnis qui habitat in ea. non solum homines sed etiam
bestie et aves que deserviunt hominibus ad solatium
et cibum per venatores et aucupium et ideo pu-
niuntur homines in morte ipsorum qui pestilentia
moriuntur et omnis pisces maris congregabuntur
hebrei dicunt funguntur verbum enim hebraicum
hic positum commune est ad congregationem et
finem et ex circumstantia littere videtur hebrei me-
lius dicere verumptamen unusquisque non iudicet etc.
idest nullus arguat peccatores huius populi. quia faceret
frustra. ideo subditur populus enim tuus sicut hii qui
contradicunt sacerdoti. et in hoc ostenditur eius in-
corrigibilitas et corrues hodie. idest cito et muta-
tur modus loquendi de tertia persona ad secundam
et corruet etiam propheta. scilicet falsus tecum quem inter-
mittunt in viciis adulationibus et mendaciis
suis. nocte tacere feci matrem tuam. idest ierusalem que
de nocte capta fuit secundo paralipomenon. ultimo et sic consequenter
falsa conticuit. conticuit populus meus. eo quod non habuit
scientiam. scilicet dei legis attendens magis falsis prophetis
ideo subditur quia tu scientiam repulisti. scilicet dimittens
prophetis veridicis repellam te ne sacerdotio fun-
garis michi. sacerdotes enim stabant cum prophetis plebeque
[illegible] ut patet de hieremia. ie. xxvi. et ideo in
fine fuerunt pariter omnes pariter captivati in captivitate
ierusalem et oblitus es legis tue dei. legis studium
dimittendo et mendaciis plebis prophetarum inten-
dendo obliviscar filiorum tuorum in necessitate eis
non subveniendo. Secundum multitudinem. hic
consequenter divina iustitia declaratur in punitione populi pro
peccatis contra deum. scilicet ydolatriam multiplicem
et dividitur in duas partes quia primo circa hoc agi-
tur generaliter de populo x. tribuum secundo movetur populo
duarum ibi si fornicaris. Circa primum dicitur
secundum multitudinem eorum sic peccaverunt michi. peccata
multiplicando gloriam eorum regiam dignitatem
in ignominiam commutabo. regem enim populo
captivando. peccata populi mei comedent. scilicet sacerdo-
tes ydolorum quia recipiebant oblationes factas pro
peccatis vel potius quia ex populi ydolatria ex qua con-
sequebantur questum sustentabantur. et ad iniquita-
tem eorum sublevabunt animas eorum. inducendo eos
ad magis ydolatrandum ad maiorem questum

consequendo. et erubescent ipsi. scilicet filii israel .i. filios suos in principio in scilicet domino. et intellige hoc de victimis eorum magis eis debitam penam infligendo. Fornicati sunt. ydolatrando. et non cessauerunt ydolatriam continuando. quoniam dominum dereliquerunt in non custodiendo .s. legem eius. Fornicationem. scilicet corporalem et spiritualem. vinum et ebrietas. aufert cor. ista enim adueniunt tollentia et volumptas a studio legis diuine. populus meus in ligno suo .i. ab ydolo ligneo interrogauit. euentum de futuris et baculus eius annunciauit ei. quia hoc diuinandi modo [illegible] et omnia ista et similia ad ydolatriam et superstitionem pertinent vnde sequitur spiritus enim fornicationis decepit eos .i. malignus spiritus temptans de ydolatria et de principalibus ad eam. super capita montium etc. In talibus locis altis et vmbrosis ydolatrias excolunt et ipsi non est arborum umbra magnam facientis. Ideo fornicabuntur filie vestre etc. .i. permittentur decipi et trahi ad vicium fornicationis. non visitabo filias vestras etc. ad impediendum eas a malis suis per punitionem. quoniam ipsi .i. parentes earum et mariti cum meretricibus conuersabantur.

et adulterando corporaliter et cum effeminatis .i. cultoribus ydolorum [illegible] sunt mulieres deputabantur ad cultum dei nefarie. sacrificabant fornicando spiritualiter. et populus non intelligens .i. intelligere nolens. quod ista sunt pessima. vapulabit .i. verberabitur plagis adeo in multis. Si fornicaris tu israel. Hic inducit populum duarum tribuum et ponitur hic si pro quod ut per [illegible] non delinquat. saltem iuda quia habebat templum in ierusalem et noli te ingredi in galgala. locum est ubi iosue circumcidit filios israel. vt habetur iosue v. c. et ideo locus venerabilis reputabatur. et ideo ydolatre postea ibi posuerunt ydola. et ne ascenderitis in bethauen. ibi enim posita fuit vna de vitulis aureis ieroboam. neque iuraueritis viuit dominus. approbando ydolorum modum iurandi per deum. quia sicut vacca lasciuiens. que rumpit iugum. declinauit israel a iugo diuine legis. nunc pascet eos dominus quasi agnum in latitudine. quia eos dispersit per omnia latera palestine et per hoc designat quod decem tribus cito erunt gladio tradende. particeps ydolorum effraym .i. deditus ydolatrie dimitte eum tu iuda. ne consorcio eius corrumparis. Separatum est conuiuium eorum .i. conuiuia eorum. diligunt afferre ignominiam .i. ydolatriam protectores eius .i. reges et sacerdotes. ligauit eum spiritus .i. malignus in alis suis .i. in intellectu per errorem et in affectu per obstinationem. et confundentur a sacrificiis suis .i. propter sacrificia ydolis et demoniis oblata.

AUDITE. V. hic quoniam declinauit diuina iusticia in punitione priorum magis

destruente. Et diuiditur in duas partes quia primo declaratur eius iustitia denunciando penam ibi et fidebit. Circa primum exprimitur destructionem populi eius dicens. Audite hoc sacerdotes. quia debetis preesse in spiritualibus. et attendite domus israel deo vnitus fuimus ex legis susceptione et domus regis que per potestatem debebat mala cohibere. quia vobis iudicium est .i. condempnatio. iustum et scilicet quoniam laqueum facti estis speculacioni .i. aliis qui deberent per contemplationem in deum eleuari. et rethe expansum super montem thabor. ibi enim reges israel ponebant custodiam militum ad capiendum illos qui ibant in ierusalem ex deuotione ad offerendum. Et victimas declinastis in profundum. Cogentes offerre ydolis que erant domino offerenda. et ego eruditor .i. cognitor et ostensor omnium illorum. ego scio effraym .i. maliciam eius. et nominatur hic et in pluribus aliis locis et mauie in hoc propheta regnum decem tribuum effraym eo quod ieroboam primus rex fuit de illa tribu. israel non est absconditus a me. Repeticio est eiusdem sub alio nomine ad maiorem asserationem. non dabunt cogitationes suas ut reuertantur. quia sunt obstinati per diuturnam consuetudinem. ideo sequitur quia spiritus fornicationis .i. diabolus de ydolatria temptans in medio eorum. est tenens eos possessos. Et respondebit hic quoniam denunciatur pena et primo denunciatur spiritualiter solempnitatis magis solempniter ibi clangite. Circa primum dicitur et respondebit arrogancia israel in facie eius. per peccatum detectum adeo illatum. et israel et effraym ruent .i. rex et populus. ruet etiam iudas cum eis .i. filii penam punientur. non tamen eodem tempore quia regnum israel fuit captiuatum primo tempore osee et regnum iuda postea tempore sedechie. In gregibus suis quoniam sunt de ouibus et capris et in armentis suis .i. bobus et vaccis. vadent ad querendum dominum. offerendo sacrificia de illis animalibus in tempore belli sibi supervenientis. et non inuenient eum quoniam indigni erunt exaudiri. In dominum preuaricati sunt quia filios alienos genuerunt. docentes eos ydolatriam. nunc deuorabit eos mensis .s. unus. ut dicitur. .i. quo samaria fuit capta. cum partibus suis. quia tunc terra decem tribuum que erant diuisa in v. partibus secundum numerum tribuum fuit destructa. Clangite. hic ostenditur pena per [illegible] solempnitatem ibi [illegible] vt in beniamin ex vna parte erant confinia terre decem tribuum. gabaa rema et rama. erant duo fortalicia in sorte beniamin. bethauen uero erat aliud fortalicium in sorte effraym et ideo ipso destructo ab assyriis illi qui erant in fortaliciis beniamin exponuntur clangere buccinis ut populus duarum tribuum se prepararet ad resistendum ne terram eorum destruerent sicut terram decem tribuum eis uicinam et hoc est quod dicitur. clangite buccina in gabaa. etc. et sequitur. vlulate. [illegible] [illegible] [illegible]

in fornicacio

capti post tergum tuum beniamin. i. tribus [illegible] qd timendum est tibi. Ne paueas sic Effraym. i. regnum decem tribuum [illegible] desolata erit. per salmanasar. et in tribubus ostendi fidem. i. fidelitatem prophetarum meorum qui prenunciauerunt eorum destructionem. Facti sunt principes iuda quasi assumentes terminum. [illegible] per salmanasar. [illegible] regno iuda [illegible] decem tribuum [illegible] secundum ordinacionem dei [illegible] super eos effundam quasi aquam [illegible] iram meam. [illegible] Calumpniam patiens est effraym [illegible] et iniqua voluntate [illegible] [illegible] qui incepit abire post sordes. [illegible] et ego quasi tinea effraym. [illegible] et quasi putredo domui iuda [illegible]

[illegible]

[illegible] exierunt et egipcii de terra sua ad auxilium iudeorum sed statim ex omnibus caldeorum redierunt in terram suam ut habetur [illegible] xxxvii. quoniam ego quasi leena effraym. [illegible] et quasi catulus leonis [illegible] domui iuda ideo subditur de utraque domo ego capiam. [illegible] principali. Vadens reuertar ad locum meum [illegible] donec deficiatis [illegible] [illegible] et querant faciem meam [illegible] vobis intellectum.

VI

In tribulatione

post declaracionem diuine iusticie hic quam ponit declaracionem sue misericordie et ostendit primo quibus venia conceditur. Secundo quibus denegatur ibi quid faciam tibi. Circa primum sciendum quod dei venia in aduentu christi fuit declarata [illegible] de eius aduentu. exponitur a catholicis et hebreis [illegible] dicit [illegible] In tribulatione etc. intelligitur miseria in qua sunt modo iudei per mundum dispersi a qua sine [illegible] publicis peccatis et priuatis [illegible] liberari cum aduentum expectant iudei et ideo quod subditur. postea uiuificabit nos post duos dies in tercia die suscitabit nos. per [illegible] dies intelligitur tempus templi per salomonem edificati cui successit tempus destructionis per caldeos. per secundum tempus [illegible] per zorobabel reedificati cui successit tempus destructionis per romanos. per terciam diem tempus edificacionis tercii templi [illegible] [illegible] quod fuit [illegible] secundum earum sententiam [illegible] In tribulatione sua. [illegible] mane consurgent ad me. et illud fuit tempore iohannis baptiste qui predicauit baptismum penitentie [illegible] ut patet in quatuor euangelijs [illegible] [illegible]

[illegible] xv. christus resurrexit [illegible] qui per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum et sicut in adam omnes moriuntur ita et in christo omnes uiuificabuntur [illegible] exposicio magis consonat [illegible] que accipit dies [illegible] et uiuemus in conspectu eius. in [illegible] et postea glorie. Sciemus. notitia fidei sequemurque. [illegible] opera christi [illegible] [illegible] facie ad faciem [illegible] [illegible] eundem dicitur. quasi diluculum preparatus est egressus eius. quia ipse est lux uera. ioh. primo. et ueniet quasi ymber nobis temporaneus et in hoc significantur [illegible] christi [illegible] metaphora ymbris terram fecundantis [illegible] opera christi et eius [illegible] et miracula precesserunt eius mortem et resurrectionem [illegible] hic post describitur [illegible] in sacra scriptura [illegible] postea ut patet in nouo et ueteri testamento. Quid faciam tibi. hic ostenditur quibus dei venia denegatur. [illegible] et ostenditur [illegible] hoc primo in

duabus domibus s. israel et iuda simul sed in re gno israel per se vii. capitulo. Cum primum dicit misericordia vestra quasi nubes matutina etc. q. d. sicut nubes matutina aliquando dissoluitur oriente sole sine pluvia et ros matutinus sine humectatione terre quando multum pluit sic misericordia vestra est sine effectu et per quam ficta ista ypocrisis notabiliter viguit in iudeis tempore christi ut patet ex decursu euangelii. propter hoc dolaui in prophetis. i. prophetarum correptione volui eos reducere ad rectitudinem sicut lignum per dolacionem. et occidi eos in verbis oris mei. i. occidendos predixi per prophetas qui sunt os meum. iudicia mea pretendendo et iudicia tua. i. punitiones tibi illate. quasi lux egredientur. i. manifeste apparebunt unde. quia misericordiam volui. i. acceptaui. et non sacrificium. et scientiam dei. etc. sacrificia enim veteris legis non erant accepta de se sed tamen ex offerentium deuotione sed ista de se cum hoc sunt acceptabilia magis sunt bona de genere tamen non sunt meritoria vite eterne nisi fiant ex caritate. ipsi autem sicut adam transgressi sunt pactum. sicut n. transgressus fuit mandatum domini de ligno vetito comedendo. sic et iudei de utroque regno transgressi sunt legem domini datam in monte synay et exprimitur quomodo. quando terra v. tribuum in hoc malo valde notabiliter cum dicit. galaad ciuitas operancium ydolum. et hec transgrediebatur mandatum legis ordinatis adeo [illegible] supplantata. hebreus dicit insidiatrix sanguinum. dictio enim hebraica hic posita ad supplantationem et insidiationem est equivoca. videtur tamen hic magis accipi pro insidiatione quia sequitur ex quasi fauces virorum latronum. qui conuenerunt ad rapiendum bona aliorum. particeps sacerdotum. in hebreo habetur. societas sacerdotum i. maior eo modo loquendi quo dicitur secundo regum viii. filii autem dauid sacerdotes erant id est maiores in ciuitate. per hoc designatur quod maiores de galaad erant consentientes et participes in latrocinijs illis et homicidijs et in hoc erat transgressio legis quasi preuenerunt per gentes de sychem. ad aliud locum ubi erat multitudo ad quam portabant pecuniam pro emendis mercibus et ideo latrones predicti posuerunt se ibi in insidijs. in domo israel vidi horrendum i. ydolatriam et homicidium. Sed et iuda pone messem tibi. i. tempus tue collectionis et translationis de terra tua per caldeos. cum conuertero captiuitatem populi mei. hebreus dicit. cum conuertero in captiuitatem leticiam populi mei. dictio enim hebraica posita hic equiuoca est ad captiuitatem et leticiam in captiuitate et hec secunda ratio magis consonat sententie precedenti quia in captiuitate babilonica conuersa fuit leticia populi iude in tristiciam translatione nec tamen sic exponitur sed et iuda pone messem tibi. etc. q. d. licet tu debeas duci in captiuitatem populi mei. tamen erit adhuc tibi messis in terra tua. cum reduxero captiuitatem populi mei. sub zorobabel. de hoc tamen. et in hoc notatur distinctio captiuitatis unde et israel quia isti reuersi sunt in terram suam captiuitas autem israel non est reuersa.

O

Cum sanare vellem VII

Israel. Hic incipit capitulum in hebreo et libris correctis in quo ostenditur negatio regni eo dicitur inde regno israel propter multitudinem et enormitatem sine iudicatur et primo ponitur enormitas eorum. dicitur in persona domini. Cum sanare vellem israel eos captiuitatem reducendo reuelata est iniquitas effraim. etc. i. eius multiplex et manifesta quare tanto beneficio est indigna operati sunt mendacium. contra homines et deum per ydolatriam et fallaciam et fur ingressus est. etc. i. parati sunt ad rapinam intra et extra et sic patet enormitas. multiplicatio peccati eorum cum premitur cum ponitur eadem enormitas. in peccatis eorum deum cum dicit et ne forte dicant etc. q. d. non putant dicere quod eorum peccata umquam latebunt me. et nec sic recordatus quia nunc circumdederunt eos adinuentiones sue. i. ita euidentes sunt. et eos sicut furtum quod circumdat collum latronis deprehensi dicitur autem hic adinuentiones adinuentiones vituli aurei quos ad mittitur ierobaam primo rex israel de consilio falsorum prophetarum ne populus regni israel reuerteretur ad regnum dauid. ut habetur iii. regum xii. unde subditur in malicia sua edificauerunt reges. s. prophete falsi et sacerdotes excelsorum cum ei iussisset propheta domini ad incipiendum ierobaam vitulos immolantem et ad eius dictum altare fuisset scissum et manus eius arefacta propheta falsus iuit post virum dei et reduxit eum prophetam. quod fuit percussus a leone in itinere. iii. regum xiii. et sic propheta falsus confirmauit regem in errore dicens quod ille non fuerat propheta domini nec adeo iussisset eum in itinere fuisset a leone percussus et sic rex et principes eius consentientes fuerunt letificati. omnes adulterantes. i. ydolatrantes. quasi clibanus succensus a coquente. i. ad hoc incitati a rege scilicet eorum concitari loquendi modo ille qui incitat aliorum ad malum dicitur succendere furnum. quieuit ciuitas paululum. etc. quia a principio totus populus non fuit inquinatus illa ydolatria sed paulatim adherent, tamen totus populus et tunc fuerunt posite custodie ne aliqui irent in ierusalem in diebus solempnibus. dies regis nostri. sic dicit ierobaam quod solempnitas de nouo erat celebranda in bethel. ubi erat unus vitulus. iii. regum xii. ceperunt principes furere. i. cum eo ydolatrare. a vino fecerant ei principes in magna quia sequitur ut sic eos attraheret adinuentiones suas ideo subditur extendit manum suam cum illusoribus in hoc enim illudebant deo. quia applicuerunt quasi clibanum cor suum. i. ex feruenti voluntate secuti sunt eum in ydolatria cum insidiaretur eis sint. adduceret eos adeo vero. tota nocte dormiuit. i. in pace quieuit. quando uidit assentientes sibi quia ulterius non timuit ab eis occidi per reuersionem eorum ad regnum dauid propter quod audacia ad ydolatriam et quod innuitur ideo subditur. mane ipse succensus etc. omnes calefacti sunt. i. ardentes in ydolatria et deuorauerunt iudices suos. interficiendo se nec [illegible] replantes omnes reges eorum ceciderunt corum. in istam ydolatriam unde de quibus eorum dicitur

iii. Reg. et iiii. a principio Iheroboam qui peccare fecit Israel. non recessit. etc. Effraym hic ponitur ydolatrie multiplicitas cum dicit. effraym in populis ipse commiscebatur. quia regnum Israel non solum fuit infectum ydolatria Ieroboam sed etiam ydolatriis gentilium existentium circa regnum et non solum ad horam sed etiam continue ideo subditur. effraym factus est subcinericius. i. ydolatris gentium effectus sicut panis subcinericius contrahit sordes a cinere. qui non reuersatur per penitentiam. comederunt alieni robur eius. quia prosperitates iste frequenter fiunt ab hostibus depredata et ipse nescivit. quod hoc esset propter hanc ydolatriam et sic patet eius excecatio et non solum hunc [sed] senium ideo subditur sed et cani effusi sunt in eo. i. decidit ille prosperitas. ideo subditur prophetia et humiliabitur superbia Israel. quod impletum fuit tempore Osee qui cum populo Israel ductus est captiuus in assirios. iiii. Reg. xvii. nec reuersi sunt per penitentiam debitam et facta est effraym quasi columba seducta. i. retibus aucupis capta. non habens cor. i. sed uerum. in domino egyptum inuocabant. confugientes ad humanum auxilium et dimittentes dominum et hoc fuit tempore Osee. iiii. Reg. xvii. ad assirios abierunt. tempore Manahem. iiii. Reg. xv. et cum profecti fuerint. confidentes de auxilio humano et diffidentes de diuino expandam super eos rethe meum. dando eos in manibus aduersariorum et causa subditur quoniam recesserunt a me. per multiplicem ydolatriam ut visum est ego redemi eos. de seruitute egypti. et ipsi locuti sunt contra me mendacia. dicentes de vitulis aureis Ecce dii tui Israel qui eduxerunt te de terra egypti. iii. Reg. xii. clamauerunt ad me in corde suo. me deuote inuocando sed vlulabant in cultu ydolorum. in cubilibus suis i. in delubris. super triticum et vinum ruminabant. quia post ydolatriam gulae excedebant et ego erudiui et confortaui brachia eorum. inuitando eis prosperitates ad eruditionem eorum et confortationem in bono et in me cogitauerunt malitiam. prosperitates meas ostendendo. reuersi sunt ut essent absque iugo. primo cum subtraxerunt se a iugo roboam filii salomonis. iii. Reg. xii. et postea a iugo diuine legis fingendo ydola. facti sunt quasi arcus dolosus qui deflectit sagittam contra tenentem eum sic populus Israel blasphemias retorquebat in deum sustentatorem suum. cadent in gladio. s. assiriorum. a furore lingue sue. i. propter blasphemias contra deum ista subsannatio eorum. i. derisio dei. in terra egypti. i. dixerunt cum eum esse tamen egyptios.

In gutture VIII

[I]n gutture. Post declarationem diuine iustitie et misericordie hic consequenter ponitur promulgatio utriusque et primo iustitie secundo misericordie. ca. xiiii. prima in duas quia primo ponitur iustitie dei promulgatio secundo populi increpatio capitulo ix. prima in tres quia primo proclamat dei iustitiam contra iudam secundo contra Israel ibi me inuocabunt tertio iterum contra Iudam. ibi et iudas. Circa primum dicit propheta a deo in gutture tuo sit tuba. i. clama alte ad modum sonitus tube et quid debeat clamare subditur quasi aquila. i. nabugodonosor rapax ad modum aquile propter quod aquila vocatur aquila ezechiel xvii. aquila una grandis etc. super domum domini. i. cito veniet ad destruendum domum domini in iherusalem quod fuit impletum tempore sedechie. iiii. Reg. ultimo et subditur causa. pro eo quod transgressi sunt fedus meum. i. iuramento nominis mei firmatum Sedechias enim de consilio seniorum et sacerdotum rupit iuramentum quod fecerat nabugodonosor de seruiendo sibi fideliter sub tributo secundum prophetiam. ultimo et legem meam preuaricati sunt faciendo multa contra legem domini datam in monte synay. postea etiam ista pars exponi de destructione templi per exercitum romanorum eo quod aquila est signum romanorum. imperii eo quod transgressi sunt fedus meum. occidendo christum qui missus est eis et erat ad federandum inter deum et populum et legem meam preuaricati sunt. seruantes in quantum in ipso erant tamen suas traditiones secundum quod increpat eis christus. math. xv. Me vocabunt. hic consequenter promulgat diuinam iustitiam contra Israel cum dicit. me inuocabunt. tamen ab assiriis. cognouimus te Israel. i. nos qui sumus populus tuus Israel et sic intelligendum est quia hec vocatio erit frustra et subditur causa proiecit Israel bonum. i. dei cultum pro cultu vitulorum. inimicus persequetur eum. usque ad captionem et captiuationem. i. ipsi regnauerunt. s. reges Israel. et non ex me ex diuina ordinatione regnum decem tribuum est ditum dauid et filiis eius in sempiternum Sed contra. hoc uidetur quod dicitur. iii. Reg. xi. ipsi ieroboam hec dicit dominus deus Israel ecce ego scindam regnum de manu salomonis et dabo tibi decem tribus. dicendum quod hoc fuit in diuina et quantum per accidens s. ad puniendum malum salomonis ad quod declinauit in senectute et sic permisit roboam respondere dure populo ex qua responsione x. tribus fuerunt abeo diuise et sic illud contigit ex diuina permissione et non proprie ex ordinatione que respicit aliquid secundum se et absolute ideo sequitur. principes extiterunt et non cognoui. i. non approbaui. s. maliciam se a regno segregantis et per hec regem sibi statuentes propria uoluntate et non de mandato diuino argentum suum fecerunt sibi. et aurum ydola. s. vitulos aureos ut interirent. hec enim ydolatria fuit iterum sui causa. proiectus est vitulus i. vituli quia duo fuerunt accipiendo singulare pro plurali usquequo non poterunt emundari. s. filii Israel quando ab hoc delicto quia dominus usque ad eorum captionem. quia ex Israel ipse est. i. ipse vitulus est de auro et argento regni Israel artifex fecit illum ex quo patet quod non est deus qui non est factus sed factor omnium quoniam in araneas telas erit. i. proiectus in loco vili. In hebreo habetur. quia a stelle erit. i. dissipatus in frustra sicut ligna que ponuntur in igne ex quo videtur quod isti vituli erant tantum aurei exterius et lignei intus et sic auro subtracto per assirios igne facto fuit de ligno quia uentum seminabunt

i. opera in anima. et turbinē metent. i. in captiuitatem ibunt. culmus stans non est in eis etc. i. si contingat eis aliqua apparencia prosperitatis non tamen veniet ad effectum. vt libe- ret ab aduersariis rapient. nunc factus est in nacionibus. i. cito ducetur in assyrios captiuus. loquitur enim de futuro per modum preteriti propter cer- titudinem prophetie quasi vas in mundum idest ibi inu- tile. quia ipsi ascenderunt ad assur. i. ibi in captiuitate cito ducentur. et subditur causa onager solitarius sibi effraym. onagri dis- currentes per deserta ambulant ventum ad suum refrigerium secundum quod dicitur Jer. xiiii. ona- gri steterunt in rupibus traxerunt ventum quasi dracones. Sic illi discurrebant ad diuersa lo- ca gentilium ad attrahendum sibi ydolatrias eorum et in hoc delectabantur. ideo subditur. munera dederunt amatoribus. i. ydolorum sacerdotibus et ad idem pertinet quod subditur. sed et cum mercede etc. et subiungitur. nunc congregabo eos. i. modico tempore tenebo eos in terra sua congregatos et quiescent paulisper ab onere regis. s. assyriorum. in cuius regno oppressi erunt diu. sunt futuri. q.d. cito sunt de terra sua dispergendi et in futurum ducendi. et subditur causa quia multiplicauit effraym altaria. s. ydolorum scribam ei multiplices leges meas. per prophetas et sanctos monitores que velut aliene computate sunt ab eis eas transgrediendo secundum aliquos. istud legitur interrogatiue. scribam eis multipli- ces leges meas. addendo precepta preceptis. q.d. non eo quod hoc esset frustra. vnde subditur que velut aliene etc. Circa hoc sciendum quod x. tribus sic colerent idola cum tamen hoc colerent deum propter quod dixit eis helias. iii. Reg. xviii. vsque quo claudicatis in duas partes. nunc deum sed talis cultus non est deo acceptus. ideo subditur punicionis antellemento nunc recordabitur iniquitatis eorum. penam debitam inferendo. ipsi in egyptum conuertentur. i. in serui- tute viles et duram sicut fuerunt in egypto. et ob- litus est. repeticio est cause punicionis dicte. Et iudas hic reuertitur propheta ad declarandum diuinam iusticiam. contra iudam dicens. et iudas ex multipli- cauit vrbes munitas. x. enim tribubus in cap- tiuitatem ductis. due tribus que remanserant fortificauerunt terram suam fortalicis vt habetur iiii. Reg. et quia tempore sedechie magis confidebant de illis et parum de deo ideo puniti sunt iusto dei iudicio propter quod subditur. et mittam ignem etc. quod fuit adimpletum per exercitum caldeorum

Noli letari. IX

Noli letari etc. Postquam positum est diuine iusticie contra populum declaracio. hic autem ponitur eiusdem iusticie causa scilicet communi et multiplici delicto. Et diuiditur in duas partes quia primo increpat populum ut inobe- dientem secundo et multiplex ignita causa v. primo diuiditur secundum quinque mutaciones de bono in ma- lum. prima est de habundancia in penuriam secunda est de mundicia in inmundiciam ibi. reuersus est. tercia de sciencia in stulticiam ibi. scitote. quarta de bonitate in maliciam ibi. quasi vuas. quinta de fecunditate in pro- lis carenciam ibi. effraym. Circa primum dicitur noli letari israel. noli exultare. exultacio in- signo dicitur enim exaltacio quasi ex saltacio. sicut populi. q.d. magis habes materiam tristicie quam gen- tiles qui non sunt transgressores legis mo- sayce sicut et tu quia non fuit eis data. quia fornicatus es a deo tuo ydolatrando et legem eius transgrediendo. dilexisti mercedem super omnes areas etc. pro cultu enim ydolorum sequi sepe habebant habundanciam temporalium bonorum secundum attendit eis corporum. quia hec habundancia quam consecuti fue- runt deum colendo mutata est in penuriam ideo subditur. area et torcular non pascet eos et vinum mencietur eis. quia non crescet quod spe- rabant et cum hoc eicientur de terra sua captiui. ideo subditur non habitabunt in terra domini. Reuersus hic increpat de mutacione secunda. s. de mundicia in inmundiciam cum dicitur. Reuersus est effraym in egyptum. i. de mundicia quam tradit lex in in- mundiciam conuersacionis egypciace. et in assiriis. s. ductus. pollutum comedit scilicet cibaria in lege prohibita. non libabunt domino vinum. q.d. propter sui inmundiciam inceptum est et ad dei sacrificium sacrificia eorum quasi panis lugencium. i. pollu- ta in domo enim in qua erat mortuus omnia cibaria reddebantur polluta et illi qui comedebant ea ideo sequitur omnes qui comedent etc. q.d. panis ille potuit reficere homines secundum in operem est ad faciendum inde deo oblacionem. ideo subditur. quid facietis in die solempni in quo debetis apparere coram domino cum oblacionibus et non vacui et non habentes aliquid aptum ad offerendum et secundum hunc sensum continuatur cum precedenti. Ra. Sa. aliter exponit dicens quod alloquitur duas tribus a nabuch- odonosor occidendas dicens. quid facietis in die solempni quam dominus de caldeis vestris faciet solempne conuiuium bestiis et auibus. q.d. non habebitis effugium et hic coniungitur cum littera sequenti cum dicitur. ecce enim profecti sunt etc. i. pauci qui effugerunt inde scilicet iohanan filius caree cum reliquiis ierusalem iuerunt in egyptum contra consilium ieremie. s. iohanna filius caree et alii cum eo iere- mie. xliii. ca. ideo subditur. egyptus congregabit eos. ista cum fuga non valuit eis quia cito post na- buch. intrauit egyptum et eos occidit ideo memphis sepeliet eos ciuitas est egypti que nunc dicitur damiata. desiderabile argentum eorum vrtica hereditabit. etc. ierusalem enim destructa longo tempore fuit sine habitatoribus vbi fugientes abscon- derant preciosa et sic ibi creuerunt vrtice et spine venerunt dies visitacionis. s. pro penis et in hoc notatur iusticia huius punicionis. Scitote hic increpat tercia peioracio. s. de sapiencia in stulti- ciam dederat enim deus illi populo legem de quo dicitur deutero. iiii. hec est sapiencia vestra et intellectus

ne colendo baal

s. i. comedit.

erant in populis. sed. propter transgressiones eius sunt excecati quia frequentacio peccatorum excecat mentis oculum. ideo dicitur stultum prophetam insanum. et dicunt aliqui correctores quod sunt due dictiones. scilicet et sic israel est vocatum cum sed in hebreo est una dictio et tunc israel est accusatiui casus et hic est sensus. scitote israel. quasi dicit. patet omnibus quod populus israel factus est stultus prophetam insanum. quia prophete israel erant arrepticii demonibus ideo cum dicitur. virum spiritualem intelligitur maligno spiritu arreptum. Et subditur causa huius. propter multitudinem iniquitatis tue et multitudo amencie. supple facta est a demone deo iuste sibi permittente consequenter subdit. de bonis prophetis. speculator effraym. i. annuncians effraym veritatem cum deo meo. i. loquens spiritu diuino propheta est. secundum veritatem sed quia tales prophetas querebant interficere sicut istud patebit de amos ideo sequitur laqueus ruine factus est super omnes vias eius. quia in factis et dictis talis prophete querebant occasiones mortis sue et quia regnum israel non solum hec faciebat sed eciam regnum iuda in quo erat templum ideo subditur. insania in domo dei eius. quia zachariam interfecerunt in domo domini. ii. paralipomenon. xxiiii. et quia ista erant horrenda ideo subditur. profunde peccauerunt sicut in diebus gabaa. in qua vxor leuite mortua fuit vexata incredibili libidine iudicum. xix. recordabitur iniquitatis eorum non quia obliuio cadat in deo sed quia ad modum recordantis se habet quando punit peccatum diu dissimulata. ¶ Quasi vuas. hic incipit quarta narracio de virtute in maliciam cum dicitur in persona domini quasi vuas in deserto. que sunt ibi valde preciose quia rare inueni israel. in primis patribus abraham ysaac. iacob. et consimilibus. quasi prima poma ficulnee que sunt aliis meliora in cacumine eius vidi patres eorum sicut enim in cacumine arboris fructus cicius maturantur et melius eo quod a sole attinguntur liberius sic dicti patres fuerunt meliores posterioribus de quibus subditur. ipsi autem intrauerunt ad beelphegor. i. ad ydolatriam filiarum amon. et moab. numeri. xxv. ab alienati sunt adeo in confusione. scilicet sua ut ibidem habetur et facti sunt abhominabiles sicut ea que dilexerunt. i. sicut ydola que abhominaciones nominantur frequenter in scriptura. Effraym. hic incipit propheta de quinta mutacione. scilicet a fecunditate prolis in carenciam. ¶ Et diuidi[tur] in tres partes quia primo proponitur predicta. secundo incidens ponitur ibi sed et ve. tercio sensus ad primum reuertitur ibi effraym. carencia vero prolis in magna parte fuit eius captiuacio quod notatur cum dicitur effraym quasi auis auolauit de nido suo. auolauit. ductus extra terram suam in captiuitatem et loquitur propheta de futuro per modum preteriti sicut frequenter dictum est et ideo sic intelligendum est in multis aliis vbi non exprimo gloria eorum a partu etc. et in hoc enim gloriabantur quod vxores eorum faciliter concipiebant et sine periculo pariebant ex quibus sequebatur habundancia prolis de mutacione huius glorie subditur. quod et si enutrierint

filios suos absque liberis eos faciam. eos interficiendo per assyrios. Sed et ve eis. hec est pars incidentalis in qua propheta in persona dei loquens denunciat futuram destructionem populi iudaici per romanos habita occasione ex eius destructione per assyrios de qua ante immediate fuerat locutus Circa quod sciendum quod iste est vnus de passibus scripture veteris testamenti corruptis a iudeis secundum quod dicit frater raymundus in hebraica lingua valde peritus ad cuius intellectum sciendum quod sic habetur in hebreo. quia et ve eis. besuri de eis. hebrei vero habent duplicem. s. samech et sin in sono et caractere differentes. quando vero besuri scribitur per litteram samech. significat in recessu meo. quando vero scribitur per sin significat incarnacionem meam hic autem scribitur per sin et ideo hec est vera littera. quia et iam ve eis incarnacio mea de eis assumpsi enim deus carnem de iudeis et ex hoc sequitur est ve eis quia pro maiori parte fuerunt increduli et persecutores christi et in vindictam mortis eius per romanos trucidati et captiuati fuerunt quod eciam designatur per hoc quod in principio dicitur. quia eciam ve eis. etiam in latino additamentum significat et in hebreo loco eius ponitur hec dictio gam. per quam hic significatur additamentum glosis et diminucio populi iudaici per romanos fuit tanta ymo maior quam illa que fuit facta per assyrios et caldeos a principio enim obsidionis per romanos usque ad finem mortui fuerunt fame pestilencia et gladio decies centum milia Hanc autem veritatem fidei nostre gloriose mutant. Ra. sa. repellens dicens quod littera sin quando punctatur de super in sinistra parte habet sonum et naturam littere samech et sic besuri significat. hic recessum et non incarnacionem quia sic punctatur littera. sin. in hoc loco. Sed istud videtur fuga veritatis. primo quia hoc littera in toto veteri testamento non inuenitur alibi sic puncta ut dicit predictus frater raymundus et ego similiter non recolo me vidisse alibi sic punctatam. secundo. quia videtur hec adiectio facta ad depravandum sensum sed quia puncta non sunt de substancia littere nec a principio scripture fuerunt. Vnde et rotuli qui in sinagogis eorum leguntur sunt sine punctis sed per magnum tempus postea inuenta sunt huiusmodi puncta ad facilius legendum cum igitur sub tali puncto predicto ipsi concedant quod besuri per sin scriptum incarnacionem significat. quicumque concedere quod besuri hic incarnacionem significat et quia translacio nostra dicitur. Ra. sa. sequitur que sic habet sed ve eis cum recessero ab eis patet quod sunt facta post eorum corrupcionem dictum procedit tamen etiam nostra translacio ad predictum intellectum ¶ Sed ve eis etc. quia propter negacionem incarnacionis dei deus recessit a iudeis dimittens eos in cecitate eorum usque quo intrauit plenitudo gencium secundum quod dedit apostolus satis difficile in epistola ad romanos. Effraym hic scriptura reuertitur ad predictum carenciam prolis in regno decem tribuum veteris testamenti cum dicitur effraym ut vidi tyrus erat. i. similis tyro in filiorum multitudine ideo subditur

tempore

fundatam in pulcritudine. pulcritudo enim civitatis principaliter consistit in multitudine plebis. Et tamen ostendit mutacionem in oppositum et effraym educet ad interfectorem filios suos. i. ad reges assyriorum qui eos debellaverunt et captivaverunt. Da eis domine. i. dabis eis vulvam sine liberis. i. uxores steriles. et ubera arencia. ita quod si aliqui nati non poterunt nutriri et subditur causa huius pene. omnes nequicie in galgal. ibi enim circumcidit iosue. filios israel et tunc ibi primo conveniunt archa aliquo tempore. quod prophete falsi dicebant quod erat locus sanctior templo quod erat in iherusalem et docebant populum ibi colere ydola ex quo reddebantur deo exosi. et a deo repulsi ideo sequitur non addam ut diligam eos omnes principes eorum recedentes a deo per ydolatriam et a terra sua per captivitatem radix eorum exsiccata est i. virtus plurificandi. quos et si genuerint non tamen vivent. abiciet eos deus meus. de terra sua. verbum est prophete captivitatem denunciantis quia non audierunt eum. revocantem eos per prophetas ad bonum et erunt vagi in nacionibus. i. captivati in longinquis regionibus

Vitis frondosa X

post increpacionem populi de sua perversitate hic consequenter increpatur de ingratitudine. Et dividitur in tres partes secundum quatuor ingratitudines quarum prima ponitur in capitulo presenti alie tres in capitulis sequentibus prima in duas quarum prima increpat ingratitudinis culpam secundo subditur pena ibi. divisum est. Circa primum considerandum quod deus fecit illi populo magnum beneficium introducendo eum in terram lacte et melle manantem. exo. iii. sed hoc beneficio ingrati conversi sunt ad ydolatriam ideo dicitur vitis frondosa israel. vocatur autem populus vitis sicut dicitur ysa. v. vinea domini exercituum domus israel est et dicitur frondosa quia multitudine populi et habundancia divitiarum fuit ibi fortificata et hoc ex terre fertilitate. ideo subditur. fructus adequatus est ei. quia communiter populo cuilibet fructus terre sufficiebant ad eius sustentacionem sed quia hec habundancia fuit occasio eis recedendi a deo sicut predixerat moyses deu. xxxii. incrassatus est dilectus et recalcitravit etc. ideo subditur. secundum multitudinem fructus sui. i. diviciarum naturalium et artificialium multiplicavit altaria ad ydolatriandum exercendam et non solum unius ydoli sed multorum ideo subditur iuxta ubertatem terre sue exuberavit simulacris. Divisum est hic quum subditur pena et primo ponitur punicio decem tribuum. secundo duarum ibi. arabit iudas. prima in tres quia primo ponitur punicio populi. secundo apportacio ydoli. ibi. vitulas. tercio captivacio regis ibi. confusio. Circa primum dicitur divisum est cor eorum partim ydola colendo. partim deum nunc interibunt. i. cito interficientur et captivabuntur per regem assyriorum. ipse confringet simulacra

eorum accipiendo inde aurum et argentum de quo plasmata erant eorum accipiendo sibi precolla civitatum eorum. quia tunc dicent israelite non est rex nobis. i. non potuit deffendere sicut communiter dicitur de rege qui nescit vel non potest populum deffendere non habemus regem et subditur causam non enim timemus dominum hic enim dicebant aliquem bonum in fine ex quo non timemus rex non potest deffendere nos. loquimini verba visionis inutilis. verbum est prophete increpantis populum eo quod credebant verbis falsorum prophetarum. in hebreo habetur loquimini verba iura(?) falsi. i. qui iuratis falso et ferietis fedus. i. fallacem cum populo vestro et in aliqua libra habetur cum mendacio. sed non est in hebreo sed intelligitur tamen. et germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri. i. perversitas iudicium pauperum qui nocuit hic sulca agri eo quod per potenciam divitum opprimuntur et molestantur. Vaccas. hic quum describitur exportacio ydoli et quia ista littera est intricata et secundum hebreos in parte corrupta ideo ad eius intellectum sunt aliqua premittenda primum est quod manaam rex israel dabat singulis annis munera precolla regi assyriorum ut confirmaret regnum suum quod invaserat violenter. iiii. regum. xv. et inter illa munia sunt vituli aurei quos fecerat iheroboam vel saltem unus illorum de quo fit hic mencio. s. ille qui erat in bethel que alio nomine dicitur bethaven iosue. viii. et in hoc conveniunt hebrei et latini. Dicit ulterius aliquis expositores latini quod sacerdotes illius ydoli seu ydolorum fecerunt occulte vitulos de cupro deauratos et illi fuerunt portati in terram assyriorum et ipsi fuerunt retinuerunt sibi aureos et cum postea rex assyriorum vidit fraudem indignatus afflixit graviter eos et secundum hoc exponunt litteram istam dicentes. Vaccas bethaven. i. vitulum in bethel. que vocatur alio nomine domus derisionis et in plurali vaccas. eo modo loquendi quo dicitur exo. xxxii. isti sunt dii tui qui te eduxerunt de terra egypti et tamen non erat ibi nisi unus vitulus conflatilis. coluerunt habitatores samarie. que erat metropolis ut sic habitatores eius colebant ydolum a suo rege factum. quia luxit super eum. i. super vitulum populus eius qui colebat eum ideo luxit quando fuit exportatus modo predicto et editui eius. i. sacerdotes vituli et dicuntur editui ab ede et tueor tueris quasi tuentes vel custodientes edem ydoli super eum exultaverunt. scilicet sunt letati quia sibi fuerunt retinuerunt sed populus lugebat quod ipsum sublatum credebat in gloria eius. i. in vitulo qui reputabatur honor patrie quia migravit ab eo. i. a populo secundum eius opinionem. siquidem et ipse in assur delatus est. cum aliis muneribus ut credebat populus. munus regi ultori. quia ulciscebatur manaen de contradicentibus sibi. confusio effraym capiet. i. ex hoc confusionem reportabit fraude de terra ut predictum est. confundetur in voluntate sua. i. in voluntate sacerdotum qui fecerunt tale furtum ex quo secuta est confusio regum modo supradicto hec exposicio non videtur valere primo quia sacer-

uidetur distorta. secundo quia eum dicit. coluerunt habitatores samarie. quia luxit super eum populus eius. li. quia dicit sic quia significatio est redditiua cause dicti in mediate precedentis. littera vero populi de apportatione vituli non est aliquo modo causa uel ratio quare habitatores samarie colerent ipsum sed magis est ratio ad oppositum. hec frater salomon sacerdotum uidet contrarium quia in receptione et traditione textus hic peccauerit adhibet maiorem diligentiam. has autem litteras a capitulo x de aurato scriptum distinguuntur per colorem et pondus. textus expositores isti dicunt hoc habitum ab hebreis quod non conuenit quia .ra. sa. magnus doctor inter hebreos multum ponitur dixit de hoc furto uel fraude sed ad commune sensum exposuit litteram que est ad hoc. Sciendum igitur quod hec est littera hebraica. Ad uaccas bethauen timuerunt habitatores samarie. id est propter uitulum qui erat in bethel ut supradictum est timuerunt habitatores samarie. scilicet ne infortunium et malum ueniret super regnum propter amissionem uituli in terra assyriorum erat enim samaria metropolis regni et ideo peccatis exprimitur timor eius respectu incommodi futuri. translator vero noster uidetur credidisse hunc textum fuisse corruptum et ideo transtulit coluerunt. pro timuerunt. quia luxit super eum. id est super uitulum transportatum. populus eius id est populus regni. et editui. id est sacerdotes sui luxerunt quia habuerunt maiorem causam lugendi. et iste luctus mouit habitatores samarie ad magis timendum de infortunio futuro super eum. exultaue runt in gloria eius. id est super uitulum exultauerunt sacerdotes et populus qui gloriose uenerabantur et ideo luxerunt in eius deportatione de qua subditur. quia migrauit ab eo. refertur ad illud quod ponitur de luctu sacerdotum certa patent ex supradictis. Confusio. hic communiter describitur captiuitas decem tribuum dicitur. Confusio effraym capiet. id est reges israel qui hic nominantur quia primus rex fuit de tribu effraym. et confundetur israel. id est populus eius. in uoluntate sua. id est quia consensit regibus in cultu uitulorum ideo subditur transire fecit samaria regem suum quasi spumam super faciem aque. id est fecit eum duci in captiuitatem uelut sic spuma est res uilis. uel quia populus consensit regi in cultu ydolorum ydolatria fuit multiplicata in regno que fuit ratio captiuitatis regis et populi. et disperdent excelsa ydoli. id est uetustatis uituli qui colebantur in locis altis peccatum israel. hoc dicit quia tertio et quarto regum frequenter repetitur de ieroboam eo quod fecit uitulos quod peccare fecit uitulos israel. lappa et tribulus ascendet super aras eorum. quia erunt uacue in desertum et dicent. scilicet illi de israel quia in immensitate captiuitatis sua desiderabunt occultari in cauernis moncium. ex diebus gabaa peccauit israel. ¶ Ad intellectum huius sciendum quod causa de ydolo miche et de uxore leuite in gabaa uiciata fuerunt eodem tempore et licet scribantur in fine libri iudicum tamen contingerunt cito post mortem iosue et de causa ydoli declaratum iudicum xviii. et idem patet de alio casu quia tunc temporis phinees filius eleazari sacerdotis erat summus sacerdos ut habetur iudicum xx. capitulo Sic igitur dicit. ex diebus gabaa peccauit

israel quia a tempore quo enormiter peccauerunt gabaonite in uxore leuite totus populus israel peccauit in ydolo miche quia permisit illud stare in tribu dan usque ad decem tribuum captiuitatem. ideo subditur. ibi steterunt quia ydolum miche in tribu dan stare permiserunt et numquid hoc fuit hic memoria de peccato gabaa congregato populo israel qui fuit ita sollicitus de uindicando iniuria leuite et cum neglexerit uindicare iniuriam diuinam licet ei benefecerit in primo. scilicet pugnando contra gabaonitas cum magis teneretur ad secundum. scilicet ad amouendum ydolum de tribu dan et pro ista negligentia fuit punitus in pugna contra gabaonitas a quibus fuit bis turpiter debellatus licet uicerit in tercio conflictu. et hoc est quod subditur. non comprehendet eos in gabaa prelium super filios iniquitatis. id est gabaonitis quibus non preualuerunt prima uice et secunda. iuxta desiderium meum corripiam eos per regem assyriorum. congregabuntur super eos populi. scilicet multi cum rege uenientes cum corripientur propter duas iniquitates suas. id est propter duos uitulos quos iniquitas coluerunt. effraym id est regnum israel. uitula docta diligere triturare. id est excutere granum in area ex consuetudine sua sicut triturantur messes in illa terra illa uitula autem talis diligit locum triturre quia consueuit ibi comedere ad libitum suum secundum illud de ute. xxv. non ligabis os bouis triturantis et ideo non uult exire de loco illo licet percutiatur et si exit cito reuertitur. Sic populus israel fuit frequenter flagellatus a deo propter ydolatriam et tamen non dimisit eam et si aliquando dimiserunt hoc fuit tamen ad horam. littera autem hebraica planior est que talis est effraym uitula stimulata diligit triturare. id est locum triture non discedens illinc propter stimuli punctionem. et ego transiui super pulcritudinem colli sui totaliter subiugando assyriorum regi. ascendam super effraym. id est faciam ascendere regem assyriorum super ipsum ita quod ponet pedes super eius collum ille enim qui est simpliciter debellatus dicitur super ditatus. Arabit iudas. hic ponitur correctio duarum tribuum et diuiditur in duas partes quia primo ponitur hec correctio secundo decem tribuum obstinatio ibi. arastis. ¶ Circa primum sciendum quod due tribus uidentes decem tribus captiuatas propter peccatum sua disposuerunt se ad bonum ad hortamentum ezechie regis eorum. ideo dicitur. arabit iudas et cetera id est disponet se ad laborem penitentie et ad opera uirtutis et iustitie ideo subditur. seminate uobis in iustitia et cetera. tempus enim requirendi dominum per bona opera. cum uenerit qui docebit uos iustitiam. scilicet rex ezechias. licet enim ezechie successit manasses filius eius qui fuit pessimus et ydola posuit in domo domini ideo subditur arastis impietatem. id est disposuistis uos ad male agendum sic exponunt aliqui continuando ad litteram precedentem sed quia in fine concluditur. Sic uobis fecit bethel. in qua adorabatur uitulus qui erat in regno israel et non uidetur quod hec littera non coniungitur precedenti sed dirigitur ad populum x. tribuum ¶ Propter quod dicendum quod hic

arcus etc. Incipit alia pars in qua post correctionem duarum tribuum precedentem revertitur propheta ad ostendendum obstinationem in malo x. tribuum dicens: arastis impietatem, cogitando male agere. Iniquitatem messuistis, implendo opere. Comedistis frugem mendacii, acquiescendo falsis prophetis. Quia confisus es in viis tuis, mittendo nuncios ad regem Egypti ut rebellarent Assyriis, quod fecit Osee, iiii Reg. xvii. Et in multitudine fortium tuorum, magis de eis quam de Deo sperans. Hec supple. Consurget tumultus in populo tuo, i. sonus confusus fugientium de prelio, et omnes munitiones tue, in quibus confidebas, vastabuntur, in quibus sicut vastatus est Salmana etc. Iudicum viii. scribitur quod Gedeon debellavit Zebee et Salmana principes Madian et captos occidit eo quod interfecerant fratres suos in Thabor. Et secundum hoc exponitur hec littera sic: vastata est Salmana, princeps Madian, a domo eius qui vindicavit Baal, i. a Gedeone et sociis eius, de quo dicitur qui vindicavit Baal, i. vindictam accepit de eo quia subfodit altare eius et lucum succendit, Iudic. vi. In die prelii refertur ad illud sicut vastatus est Salmana, s. in die prelii Gedeonis cum ipso. Mater super filios allisa, i. eo quod occiderat fratres Gedeonis et matrem eorum cum ipsis. Secundum Hebreos alia est hic littera et tamen venit ad eandem conclusionem. Ad cuius intellectum sciendum quod in hebreo non habetur hic Salmana vel Salman, nec est nomen proprium secundum eos, sed appellativum et significat pacificum seu quietum. Hoc est ut quia Salmana quod est nomen proprium incipit per litteram sade, Salman vero hic scriptum incipit per litteram sin. [illegible] pro eo quod habemus a domo eius qui vindicavit Baal, in hebreo habetur a domo insidiatoris, et est sensus: i. sicut gens pacifica et quieta non timens sibi de prelio vastatur ab insidiatore et eius familia irruente subito super gentem huiusmodi, que credebat esse in pace et quiete, sicut legitur de vastatione Lachis Iudicum xviii. In die prelii sic insidiose commissi. Mater super filios allisa. Tales enim latrones non solum solent interficere mares sed etiam feminas ne annuncient, et sic occiduntur matres cum filiis; et est intentio prophete quod sic fiet x. tribubus pro peccatis suis, ideo subditur: Sic fecit vobis Bethel, i. mirum, a facie nequitie vestre, i. propter nequitias vestras idem faciat a domino inmissum.

XI

Sicut mane. Hic incipit pars in qua propheta ... pro sedi ingratitudine que accepit respectu beneficiorum eductionis populi de Egypto et deductionis per desertum, et licet illud beneficium precesserit tempore beneficium positum capitulo precedenti, non tamen inconveniens, quia ad hoc factum est eductio populi de Egypto ut induceretur in terram lacte et melle manantem, preterea sicut frequenter dictum est in sacra scriptura frequenter premittuntur posteriora scribuntur.

Prius igitur capitulum in duas partes dividitur, quia primo ponitur populi vastatio pro sua ingratitudine; secundo eiusdem consolatio ex divina dulcedine, ibi: Quomodo etc. Circa primum dicitur: Sicut mane transiit, velociter, pertransiit rex Israel, i. regnum Israel cito deficiet, et hoc propter ingratitudinem beneficiorum acceptorum, quod notatur cum subditur: Quia puer Israel, principia huius populi attenduntur secundum tempus exitus de Egypto, ut frequenter supra dictum est, ideo subditur: Et ex Egypto vocavi filium meum, Exod. iiii. Dicit Dominus: filius meus primogenitus Israel. Vocaverunt eos, s. Moyses et Aaron et alii prophete, sepius exhortando populum ad bonum. Sic abierunt a facie eorum, i. recedentes a monitis eorum, ideo sequitur Baalim immolabant etc. Et ego quasi nutricius Effraym portabam eos etc. sicut nutrix portat in brachiis. Et nescierunt, i. se nescire simulaverunt. Quod curarem eos, i. quod gratiam curam de eis haberem, beneficia exhibendo, et in hoc apparet ingratitudo. In funiculis Adam traham eos, i. in beneficiis exhibitis que attrahunt cor hominis et sunt quedam vincula dilectionis. Et ero eis quasi exaltans iugum, i. sublevans labores eorum quasi auriga qui videns bovem onere depressum sublevat iugum ut allevatus vires resumat ad laborandum, sicut Dominus filios Israel afflictos in deserto recreavit beneficiis educendo eis aquam de petra et sitibus ut melius labores itineris tollerarent. Et declinavi ad eum ut vesceretur, dando de celo manna, Exodi xvi. Non revertetur in terram Egypti, sic. n. fuit inhibitum populo ut non reverteretur amplius in Egyptum querendo amicicias Egyptiorum, sed quia transgressi fuerunt ut dictum est capitulo precedenti, ideo subditur: Et Assur ipse erit rex eius, ipsum subiciendo sibi et captivando, quia noluerunt converti, s. ad bonum secundum monita prophetarum. Cepit gladius, s. devorare habitatores civitatum eius, et consumet electos, s. bellatores robustos. Et populus meus pendebit, i. suspensa et confusa mente remanebit expectabit ad reditum meum, s. per exhibitionem beneficiorum quod ab eis subtraxi, et quia ibi fuit longo tempore tractatus, ideo subditur: Iugum autem imponetur eis simul, i. gravis servitus ab Assyriis quod non auferetur, quia captivitas x. tribuum non fuit revocata de Assyriis, sed captivitas duarum fuit reducta de Babilone.

Quomodo. Hic ponitur populi consolatio ex divina pietate, ad quod ostendendum primo excludit populi interitum cum dicit, in persona Dei: Quomodo dabo te Effraym, in manibus adversariorum sicut meruisti. Et protegam te Israel. Quomodo dabo te sicut Adama, ponam te ut Seboym, i. secundum demerita tua deberes in perpetuum subverti et deleri absque reparatione aliqua, sicut iste due civitates Adama et Seboym fuerunt funditus subverse cum Sodoma et Gomorra. Conversum est in me cor meum, i. non puniam te secundum totum rigorem iusticie mee. Conturbata est plenitudo mea, i. commota est super me te miseratio. Non faciam furorem ire mee, i. rigorem iusticie mee. Non convertar ab meis[A]

[A] ab adversariis quod non meruisti. Quomodo dabo te.

ime

mee ut dispergam effraym. i. totaliter deleam absque reparatione. quoniam ego deus qui punio ad correctionem et non homo qui punit ad nocumentum et vindictam in medio tui sanctus. i. te sanctificans. et non ingrediar civitatem. i. cultum meum non ponam in una civitate tantum sed per totum mundum et hoc est tempus gratie in quo sacrificium est offerendum ubique et non in una civitate tantum sicut fuerat tempore veteris testamenti. exo. ii. ubi in non erat locus sacrificiorum et propter hoc dicit dominus malach. primo capitulo. a solis ortu usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus et in omni loco offertur et sacrificatur nomini meo oblacio munda etc. quod dicit salvator ioh. iiii. venit hora in qua non in monte hoc neque ierosolimis. s. tantum adorabitis patrem sed ubique ideo subditur. sed veri adoratores erunt qui adorabunt patrem in spiritu et veritate spiritus enim est deus. etc. qui loco non circumscribitur nec ad locum determinatur. post dominum ambulabunt ei obediendo. quasi rugiet leo etc. hoc exponunt. ra. sa. de messya futuro et quantum ad hoc quod de ipso exponitur benedicite sed quod dicit futurum iam est impletum quia christus qui dicitur leo de tribu iuda. apoc. v. capitulo rugiit clamore sue predicationis in se et apostolis et formidabunt filii maris. i. hispanie que sunt sub quod est quasi mare per alloquium. et avolabunt quasi avis de egypto etc. i. velociter venient ad fidem quod impletum est a tempore apostolorum a quo fides christi publicata est per universum orbem sicut declaratum fuit non solum de gentilibus sed etiam de iudeis regni iude et regni israel per orbem dispersis conversi sunt ad fidem. et collocabo eos in domibus suis. i. in ecclesiis suis ubique per orbem terrarum edificatis. et postea in celis mansionibus. ioh. xiiii. in domo patris mei multe mansiones sunt etc.

Circumdedit XII

me. hic incipit xii. capitulum secundum hebraicam veritatem in quo propheta x. tribuum in speciali de tercia ingratitudine que respicit beneficium impensum iacob patriarche non solum pro se sed etiam pro posteris quo beneficio abuse sunt x. tribus et erga deum ipsum pro ydolis dimittendo et erga fratres suas duarum tribuum eos multipliciter persequendo ut patet iii. re. et iiii. in pluribus locis etc. quod in hoc capitulo inducitur beneficium iacob impensum describitur ingratitudo seu malicia x. tribuum. et primo generaliter secundo specialiter ibi, si galaad. prima in duas quia primo ponit maliciam populi. secundo misericordiam domini ibi ego dominus. prima adhuc in duas quia primo malicia populi premittitur secundo beneficium dei interponitur ibi in utero. iii. scriptura ad primum revertitur ibi chanaan. prima adhuc in duas quia primo ponitur adhuc in duas. v. tribuum culpa secundo pena. ibi effraym pascit. Circa primum dicit in persona dei. circumdedit me. i. me delusit. effraym. i. ieroboam primus rex de tribu effraym in negatione david servi mei dicendo non est nobis pars

in david etc. iii. re. xii. et in negatione nominis mei dicendo de vitulis fabricatis isti sunt dii tui israel qui eduxerunt te de terra egypti etc. et quia ieroboam induxit ad hanc negationem duplicem primo tribum effraym. et consequenter alias novem ideo subditur et in dolo domus israel sed quia tribus iuda stetit in veritate cultus domini per longua tempora ideo subditur. iudas autem testis descendit cum deo. In hebreo habetur. iudas quidem adhuc potens cum deo. quia licet diminutum fuit regnum suum tamen adhuc habuit potestatem super tres tribus s. iude beniamin et levi quia sacerdotes et levite per regnum israel dispersi in civitatibus suis. a ieroboam dilexerunt eas nolentes vitulos colere et venerunt in regno iuda ubi remanserunt dei cultum et ideo dicit potens cum deo qui est sanctus et fidelis implendo promissa ideo subditur et cum sanctis fideli quod exponit. ra. sa. dicens. i. cum deo sancto et benedicto. et hec expositio est multum consona fidei nostre licet preter eius intentionem hic enim exprimitur articulus trinitatis per hoc. ii. quia de eo dicitur cum sanctis fidelis per nomen plurale quod coniungitur singulari in unitate vere pluralitas personarum in unitate essentie ad hanc expositionem potest trahi textus [illegible] cum deo. iudas autem testis. s. iuvenis per hoc quod retinuit cultum dei veri. descendit quia regnum eius fuit diminutum quia tamen dei cultum tenuit ideo subditur. cum deo etc. hanc autem litteram alii expositores nostri exponunt de sanctificatione tribus iude. que prima post moysen intravit rubrum mare et hoc dicit. iudas autem testis. s. [illegible] a moyse dicitur descendit. i. post eum intravit mare rubrum. cum deo. i. secundum mandatum divinum et cum sanctis fidelibus. i. cum moyse et aaron sed ista expositio patitur eo quod in hebreo non habetur in fidelibus in plurali. sed fideli in singulari. hec etiam expositio non habet quantum ad precedentem litteram sed prima expositio est secundum veritatem hebraicam consona fidei catholice et congrue se habet ad litteram immediate precedentem. Effraym. hic consequenter ponitur pena x. tribuum pena et primo in bonis possessis cum dicitur effraym pascit ventum. in perditione. ii. perdidit dupliciter nec bonis fuit multum afflicta a continuitatibus populis et maxime ab assyriis a quibus primo fuit sub tributo et postea captivata. iiii. re. xvii. et secundum hoc dicit effraym. i. populus x. tribuum hic nominatus eo quod ieroboam primus rex fuit de illa tribu ut predictum est. pascit ventum superbis assyriis reddendo tributum et sequitur estum. i. tributum in egyptum que est in plaga australi respectu iudee et hic in caldeorum regione. osee enim rex israel querens liberari a tributo assyriorum misit nuncios ad regem egypti cum muneribus magnis ut eius auxilio liberaretur ut habetur iiii. re. xvii. tota die mendacium et vastitatem multiplicat mentitus enim fuit regi assyriorum cui promiserat fore sub tributo et per hoc meruit vastitatem. i. destructionem regni sui quia rex assyriorum perpendens quod nolebat ab eius servitute recedere certum

eius vastavit et ipsum finaliter captivavit. et fedus assyriis iniit. hoc videtur ad exponendum quod dictum est obscurius de pacto quod firmavit cum rege assyriorum de reddendo sibi tributum. et oleum in egyptum ferebat. i. per nuncios mittebat cum aliis muneribus ut liberaretur a dicto tributo et quia ex hoc secuta est captivitas regis et regni ut dictum est et quia hoc fuit in parte pro persecutione regni iude quam regnum israel sibi intulit ideo concluditur. Iudicium ergo domini. in punitione exercitum cum iuda. i. pro iuda. et visitatio. i. punitio dei super iacob. i. super regnum israel eo quod iacob et israel sunt nomina synonima gen. xxxii. iuxta vias eius. i. opera. et iuxta adinventiones eius. in persecutione iude. et idolorum fabricatione. reddet ei penam debitam inferendo. In utero hic ostenditur beneficium prestitum iacob in persona cuius decem tribus erant ingrate et ponitur hic duplex beneficium. primum ante nativitatem cum dicitur. In utero supplantavit fratrem suum. collidebantur enim in utero matris. gen. xxv. et cum dominum consuleret de isto conflictu respondit dicens duo populi ex tuo ventre dividentur. populusque populum superabit et maior serviet minori. secundum beneficium post nativitatem in etate iam adulta ideo subditur. et in fortitudine sua directus est cum angelo de hac lucta dicitur plenius. gen. xxxii. aliquid tamen est repetendum eo quod aliquid hic additur quod ibi dimittitur. Sciendum igitur quod secundum ra. sa. et alios hebreos ille angelus erat esau custos. qui et esau pro eo voluit impedire iacob ne transiret in terram promissionis ad capiendum benedictionem et primogenita ysaac in preiudicium esau sed deus tantam fortitudinem tunc contulit iacob quod non potuit eum impedire. sed magis iacob prevaluit. ideo dicitur hic. directus est cum angelo. i. luctavit cum eo. et invaluit ad angelum et confortatus est. quod videns angelus. flevit eo quod non potest eum impedire. et rogavit. ut dimitteret eum secundum quod dicitur gen. xxxii. dimitte me iam aurora est. etc. querens similiter dilationem de benedictione dei super iura benedictionis et primogeniture. ideo subditur in persona angeli. In bethel inveniemus eum. s. deum et ibi loquatur nobiscum. determinans hanc causam et talis est hic littera hebraica. hec autem expositio continet aliqua inconvenientia. primo quia secundum hebreos ille angelus erat bonus eo quod erat custos esau dicat autem ipsi iacob revertere in terram nativitatis tue. gen. xxxi. illud autem non verisimile est quod angelus bonus vellet executionem divini mandati impedire cum eius voluntas sit omnino conformis voluntati divine. Nec potest dici quod angelus ille ignoraret revelationem factam ipsi iacob. tum quia revelationes fiunt hominibus mediantibus angelis et ideo illa que hominibus revelantur prius ab illis angelis cognoscuntur. tum quia iacob revelationem seu mandatum dei predictum narraverat uxoribus suis rachel et lye. gen. xxxi. talia vero non latent angelos quorum cognitio non impeditur per distantiam localem.

Item angelus experiens tantam fortitudinem in iacob ut dicunt hebrei ignorare non potuit quod hoc esset a deo et per consequens nullo modo de hoc flevisset nec dilationem de iure benedictionis et primogeniture determinando quesivisset cum voluntas eius sit totaliter conformis voluntati divine. propter quod sicut dictum est gen. xxxii. ille angelus fuit custos iacob et ex voluntate dei in corpore assumpto apparuit ut non solum verbo sed etiam sensibili signo assecuraret eum de esau fratre suo quem timebat. et ideo post luctam in qua sentiebat se non posse prevalere iacob dixit si fortis fuisti contra deum. i. contra angelum a deo missum. propter quod dicitur deus principaliter quanto magis contra homines prevalebis. i. contra esau cum filiis suis. nec tamen illa fuit lacrima angeli sed magis intelligitur sicut nec illa qua dominus finxit se longius ire. luc. xxiiii. quia per fictionem angeli significabatur veritas futura quod populus descendens de iacob prevaleret populo descendenti de esau sicut et per hoc quod dominus finxit se longius ire significavit quod adhuc erat longe seu peregrinus a discipulorum mente ut exponit beatus gregorius. omelia xxiii. igitur secundum hoc exponenda est hec littera. et in fortitudine sua. i. quam habebat ex natura sua et non datam a deo ut dicunt hebrei. directus est cum angelo [marginal note: vel ad horam] cum eo luctando. et invaluit ad angelum non secundum existentiam sed secundum apparentiam per angeli fictionem qua se habebat sicut eum superare non posset absque falsitate et mendacio ut dictum est et confortatus est per benedictionem angeli sibi datam secundum quod dicitur. gen. xxxii. et benedixit eum in eodem loco et flevit. s. iacob. et rogavit eum. i. devote. et cum lacrimis rogavit eum ut dirigeret eum in via et custodiret et sic factum est. ideo subditur In bethel invenit eum. s. deum cum angelo et ibi locutus est nobiscum. quia ibi deus in persona angeli dixit ei Ego deus omnipotens cresce et multiplicare et subditur terram quam dedi abraham et ysaac quam dedi habitabis dabo tibi et semini tuo et adhuc intellectum potest applicari littera hebraica cum dicitur in bethel inveniet eum. ut sit verbum angeli denunciantis iacob deum sibi apparuisse in bethel. gen. xxxv. et ibi loquetur nobiscum. replicans super te benedictiones patrum tuorum et semen tuum pro quibus ego rogavi cum angeli cum parati sunt custodie commissorum. et dominus deus exercituum. i. angelorum memoriale eius et ipsius iacob tamquam habuit deum semper in memoria. tum quia nomen dei super iacob rememorabitur in domino deus iacob dicebatur et est verbum prophete rememorantis misericordiam iacob prestitam ut eam posteri imitarentur ideo subditur et tu. s. populus israel. ad deum tuum converteris si iacob imitari studueris et subditur modus conversionis misericordiam et iudicium custodi. quia misericordia sine iudicio est pusillanimitas et iudicium sine misericordia crudelitas. chanaan. hic incipit propheta ad describendum malitiam [illegible] ad cupiditatis vitium dicens. chanaan in manu eius statera dolosa. etc. et non est hic. chanaan. nomen proprium quia chananei de terra illa

erant

ezechiel. s. nomen appellatiuum significans mercatorem sicut et prouerbiorum .xxxi. Syndonem fecit et uendidit et cingulum tradidit cananeo. et dixit effraym. i. populus .x. tribuum ut supradictum est. uerumptamen diues et factus sum absque seruitute dei. inueni ydolum michi. i. aurum et argentum quod est ydolum cupidi secundum quod dicit glosa. unde in hebreo habetur hic inueni censum michi. i. facultatem acquisitam. omnes labores mei non inuenient michi iniquitatem. i. quamuis laborauerim corporaliter non acquisiuissem. tamen peccatum quod propheta uocat iniquitatem. Ra. Sa. exponit dicens quod hic est modus loquendi diminutus ubi oportet aliquid supplere sicut secundo Regum .v. Dixit autem ea die dauid in die illa qui percussisset iebuseum &c. et non fit aliqua mentio de remuneratione secundum hebreum cum uenitur ad supplendum est fiet magnus in milicie sicut exprimitur primo paralipomenon .v. et eodem modo hic continuando hec precedentia inueni ydolum michi. sic dicet et tu debes dicere. omnes labores mei. i. dicit me non inuenient michi iniquitatem. i. non poterant expiare iniquitatem meam et sic et uerbum dei uel propheta arguentis in populo israel uenit cupiditatis. maior .n. pena requiritur per fraudem usure quam per laborem temporalem. Et ego. postquam descripta est malicia populi hic ostenditur dei potentia ut maior appareat uerita sua opponitur et continuatur sic littera precedentia. licet iniquitates tue sint magne et inexpugnabiles per te. ego tamen sum dominus deus tuus de terra egypti. i. ab illo tempore quo inde te eduxi et legem tibi dedi. et propterea possum remittere. tibi adhuc sedere te faciam in tabernaculis. quod exponit Ra. Sa. hic tempus erit in quo auferam te a sermonibus dolosis et faciam te sedere in synagogis et scolis cum auditoribus diuine legis. et hoc fuit impletum quando dominus uocauit de theloneo matheum. Math. ix. ca. et de aliis publicanis. zacheum Luc. xix. et similes ad suum discipulatum. sicut in diebus festiuitatis. in sabbatis. n. conueniebant in synagogis iudei ad audiendum diuina doctrina diuine scripture et sic fecerunt christiani in ecclesia primitiua et modo fiunt diebus dominicis. et locutus sum super prophetas. i. per prophetas de tempore huius uocationis quod est tempus gratie. et ego uisionem multiplicaui. quod sicut dixit Ra. Sa. super zachariam. uniuersi prophete non sunt locuti nisi ad dies messie. i. principaliter propter tempus christi de nunciando. et in manibus prophetarum. i. in operibus eorum assimilatus sum. i. prefiguratus ut in formatione eue de costa ade prefigurata est formatio ecclesie de latere christi dormientis et per deglutitionem ione in uentre ceti tribus diebus et tribus noctibus sepultura christi secundum quod Math. xii. et sic de multis aliis potest exemplificari. Si galaad. hic post increpationem malicie populi .x. tribuum generalem hic increpatur specialiter quantum ad ciuitatem galaad cuius habitatores pessimi erant ut dictum est supra. ca. vi. et ideo hic specialiter increpantur de ydolatria. et primo arguit hoc uicium. secundo ostenditur hoc potentius quod precedens iacob dei beneficium ibi fugit iacob. Circa primum dicit. Si galaad ydolum. et accipitur hic si pro quia. propterea quod concluditur ergo frustra erunt &c. erat enim galaad ultra iordanem et galgal citra et quia in galaad coluerunt ydola tamen hoc transibant iordanem ad galgal ubi ydola

erant que ibi iugebat ut dictum est supra .iiii. bobus immolantes. sacerdotes enim ydolorum ad augmentandum questum suum fecerant sibi ydola ad similitudinem uitulorum in bethel et in dan .s. erexerunt. nam et altaria eorum sicut aceruum &c. i. totaliter destruentur. Fugit iacob. hic ostenditur populi malicia describitur circa iacob dei beneficium et primo dei beneficium exhibitum ei in persona propria cum dicitur. Fugit iacob in regionem syrie. et hoc de consilio matris ne ab esau interficeretur. gen. xxvii. et de uoluntate patris. gen. xxviii. et dominus sibi apparuit in uia dicens ero custos tuus quocumque perrexeris &c. gen. xxviii. et seruiuit israel. i. iacob. alio nomine uocatus israel in uxorem. i. propter uxorem habendam. gen. xxix. et in uxorem seruauit. hebraice dicitur expectauit seruiendo .vii. annis antequam sibi daretur et ad idem refferendum hanc uocem seruauit. s. pactum initum cum laban. deseruiendo sibi pro filiabus suis. Consequenter ponitur dei beneficium exhibitum iacob in suis posteris cum dicitur in propheta autem. i. in moyse. eduxit dominus israel de egypto. ut patet in exodo. et in propheta seruatus est. s. per orationem moysi deo uolente ipsum interficere propter fabricationem uituli exo. xxxii. et de istis beneficiis ingrati fuerunt populi .x. tribuum ideo subditur ad iracundiam me prouocauit effraym in amaritudinibus suis. i. ydolatriis. et sanguis eius. i. quem effundit de innocentibus super eum ueniet. per debitam et diuinam punitionem. et opprobrium &c. quia erit in utilitate magna

XIII

Loquente. hic increpatur populus de quarta ingratitudine circa dei beneficium. et diuiditur in duas partes quia primo ponitur populi malleficia secundo per contrarium dei beneficia. ibi. Ego autem. Circa primum dicit loquente effraym. i. falsis dicente de uitulis. iii. Reg. xii. isti sunt dii tui israel qui eduxerunt te de terra egipti ut populus eos coleret. horror. s. timoris inuasit israel. quia maioribus sibi obedientibus populus timuit ei resistere et deliquit in baal. q. d. non suffecit ei colere uitulos sed etiam ydolum baal postea sicut patet iii. et iiii. Reg. et mortuus est morte culpe que separat a deo qui est uita per essentiam. et nunc addiderunt ad peccandum. multiplicando sibi ydola diuisarum gentium ... tamen reficientur totum est nichil huius uiuentibus aut mutuis. hiis ipsi dicunt. s. sacerdotes ydolorum propter questum. immolate homines. i. o uos homines immolate et offerte uitulis quos adoramus sicut precepit. xxv. Ideirco. i. propter ista malleficia. erunt quasi nubes matutina &c. i. cito ueniet eorum occisio et captiuitas cuius celeritas designatur per ista. Ego autem hic econtrario ponitur dei beneficia qui plura dei beneficia super gratos et ingratos. Math. v. capitulo qui pluit super iustos et iniustos Et diuiditur in duas partes quia primo recolitur beneficium preteritum secundo promittitur futurum ibi. de manu mortis. prima in duas quia primo ponitur ingratitudo de beneficio secundo ultio dei punitio ibi. et ego ero. Circa primum dicitur in persona dei. ego autem dominus deus tuus de terra egypti. q. d. eduxi te ...

nychil seruire ex tempore quo inde te reduxi. et deum absque me nescies. Sic enim precepi tibi in monte synai exo. xx. non habebis deos alienos coram me. et saluator non est preter me. qui de manu amalech. exo. xvii. Ego cognoui te in deserto. dans tibi mannam de celo iuxta pascua sua. i. ita saluti prouidi eius ac si essent in terra fertili eius pinguissima et ubertate. hic moraliter de secunda persona ad tertiam. et adimpleti sunt. naturalibus et artificialibus diuiciis in terra promissionis eleuauerunt cor suum per superbiam et obliti sunt mei. per ydolatriam multipliciter. hec autem ingratitudo huius beneficii meretur punitionem sicut supra. xi. c. cum hic repetitur quod non est ibi expositum. Et ego ero. hic consequenter ponitur ingratitudinis punitio cum dicit et ego ero eis quasi leena. que est magne crudelitatis sicut pardus qui est magne uelocitatis et sic non poterunt effugere in uia assyriorum. i. quando ducentur captiui in assyriam. occurram eis quasi ursa. i. crudeliter et dirumpam interiora iecoris eorum. quia in uia illa multi eorum fuerunt mortui afflictione famis et itineris prohiciebantur bestiis lacerandi. ideo subditur. bestia agri scindet eos. et quia hoc non processit ex defectu diuine misericordie sed ex demerito sue malicie ideo subditur. perditio tua ex te israel. i. ex demerito tuo tantum modo ex me auxilium tuum. i. pena tua non potest nisi per me subleuari. ideo subditur ubi est rex tuus. q. d. captiuus est captiuus. ideo subditur maxime nunc saluet te. da michi regem et principes. hec petiuit populus tuus antequam diuideretur in duo regna. primo regum. viii. dabo tibi regem in furore meo sicut. ii. illam petitionem exaudiui cum sibi displicuit unde dicit ibidem samueli audi uocem populi non enim te abiecerunt sed me ne regnem super eos. et auferam in indignatione. i. ultionem mee vindicte sicut cum ablati sunt osee rex et sedechias rex iuda propter peccata sua. colligata est iniquitas effraym. i. integre reseruata apud me. absconditum peccatum eius sed manifestabitur in punitione aperta. dolores parturientis qui sunt uehementes. uenient ei. per regem assyriorum. et subditur causa. ipse filius non sapiens. i. adeo per ydolatriam inueteratus nunc enim non stabit. contra regem assyriorum a quo populus eius captiuatus est. De manu. postquam enim ingratitudinem populi descripsit [illegible] hic consequenter ponit futuram. Circa quod sciendum quod hebrei et aliqui christiani eos sequentes exponunt hoc de liberatione captiuitatis babilonice sed secundum quod dicit dominus paulus apostolus in lege et prophetis humanitus et diuinitus instructus exponit hanc partem de resurrectione generali futura per christum que erit ad uitam immortalem. d. prima ad corinthios xv. cum autem mortale hoc induerit immortalitatem tunc fiet sermo qui scriptus est absorpta est etc. et aliter scriptum secundum translationem hebraicam que prius eo quod habemus hic ero mors tua o mors etc. habet absorpta est mors in uictoria. et prius dicit hic glosa. et ideo non debemus nec possumus aliter exponere secundum quod dicit. dominus hec autem resurrectio ad uitam immortalem incepit in christo secundum quod dicit prima ad cor. xv. christus resurrexit a mortuis primicie dormientium quoniam quidem per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum et sicut in adam omnes moriuntur ita et in christo omnes uiuificabuntur.

te saluauit

est mors in uictoria

In resurrectione uero sua liberauit patres sanctos de manu mortis in limbo detentos ideo dicitur de manu mortis liberabo eos etc. quia in sua resurrectione de potestate mortis liberauit aliquos particulariter et in resurrectione generali liberabit omnes generaliter et huic expositioni consonat quedam glosa hebraica. gen. xxxviii. dicit raby. iosue filius leui. [illegible] angelus mortis usque ad portas gehenne et uenit mecum messias filius dauid et cum uiderint captiui lucem messie letantes dixerunt iste educet nos de hac obscuritate sicut scriptum est in osee de manu inferni redimens eos ero mors tua o mors. hoc dicitur in persona christi qui mortem destruxit inchoatiue in sua resurrectione et in fine mundi destruet consummatiue ut dictum est ero morsus tuus inferne quia aliquos inde eripuit. s. sanctos. et aliquos ibi reliquit. s. dampnatos et sic erit in finali resurrectione ut habetur. xxv. math. ibunt hii in supplicium eternum. Iusti autem in uitam eternam. et quia in presenti nullus scit de qua parte sit futurus secundum illud ecclesiastes nescit homo utrum odio uel amore dignus sit ideo subditur propheta in persona humani generis. consolatio que fiet sanctis in iudicio. abscondita est ab oculis meis. et subditur causa. quia ipse. s. christus solus inter fratres. i. homines qui omnes sunt fratres ab adam primo patre descendentes. diuidet separando. oues ab edis. i. iustos a reprobis math. xxv. et quia illud iudicium precedet ignis conflagrationis ideo subditur. adducet urentem uentum. i. ignem conflagrationis ad modum uenti discurrentem. de deserto ascendentem. quia tantum ascendet super terram quantum ascenderunt aque diluuii et siccabit omnes uenas. etc. quia comburet omnia uiuentia et siccabit humida. et ipse diripiet thesaurum etc. i. omnia generaliter que modo occupantur in presentia.

XIIII

Pereat. Superius posita est promulgatio diuine legis i. iusticie in hoc ultimo capitulo ponitur promulgatio sue misericordie. Primo premittitur tamen x. tribuum punitio temporalis eo quod iste propheta scribebat principaliter contra x. tribus. d. pereat samaria. metropolis in regno. x. tribuum. quoniam ad amaritudinem concitauit deum suum per ydolorum cultum. in gladio pereant. s. assyriorum paruuli eorum elidantur. propter enim rebellionem osee ita crudeliter se habebant quod nec etiam paruulis nec pregnantibus parcebant. Conuertere. hic subditur promulgatio diuine misericordie generalis. propter quod est ex se sciendum tamen quod aliqui expositores catholici residuum huius capituli reducunt ad tempus ezechie in quo captiuatis iam decem tribubus populus regni iude timore conuersus est per manum ezechia rege ad hoc eum exortante propheta. quod deus misericorditer eum liberauit de manu sennacherib miraculose. iiii. reg. xix. alii uero reducunt ad tempus liberationis que fuit per cyrum quia ueritatem dicunt iudei israel conuersi fuerunt ad dominum propter quod deus misericorditer eos liberauit per cyrum et post sic factus est applicatio lectionis ad hunc sensum uel illum sed ista uidentur michi minus sufficere translationem eius caldaicam ubi ma

sic hic in hoc capitulo continetur. Sedentes in umbra eius vivent tritico et germinabunt quasi vinea. Talis est congregabuntur de filiis captivitatis sicut habitare in umbra messie sive unificabuntur. mortui et multiplicabuntur bonum in terra. ex quo patet quod residuum huius capituli loquitur de tempore Christi. translatio enim caldaica declarativa est hebraice littere in passibus obscuris in tempore novo Christi maxime apparet esse eam dicunt ... et ideo sicut supra dicebat hic ... ... et secundum hunc sensum residuum huius capituli in tres partes dividitur. quia primo propheta incitat ad penitentiam venientes ... manifestat divine largitatem ibi. Sanabo. tertio ... credentium paucitatem ibi. quis sapiens. ¶ Circa primum dicit convertere israel ad dominum per penitentiam verum ita preclamat iohannes precursor Christi penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. unde et baptismus iohannis fuit quedam protestatio penitentie agende in adventu Christi. quia corruisti in iniquitate tua ... Tollite vobiscum verba. non dicit brutorum animalium sacrificia que cessaverunt in lege nova. sed verba duplicis confessionis scilicet peccatorum et divine laudis quibus homo convertitur ad deum et dicite ei. id est Christo omnem aufer iniquitatem. Christus enim abstulit peccatum originale per sacramentum baptismi et actuale per sacramentum penitentie. propter quod dicitur de eo Io. i. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi et accipe bonum. id est bonum de genere ad quod se extendit facultas humana sit acceptum deo per gratiam tuam. et reddemus vitulos. id est ... eo quod in veteri lege de specie bovis fiebant maiora sacrificia labiorum nostrorum. id est laudes devotas que sunt sacrificia deo acceptissima psalmorum ... sacrificium laudis honorificabit me. Assur non salvabit nos etc. id est ... non recurremus ad auxilium humanum sed divinum et ita fuit in primitiva ecclesia. quod Christiani contra persecutiones iudeorum et etiam tyrannorum non pugnabant armis sed orationibus devotis. unde per orationes basilii et sociorum ... victoria ... iam diu ... ... iulianum apostatam esse persecutorem et eius lancea que in ecclesia beati basilii servabatur inventa est sanguine iuliani apostate perfusa. nec dicemus ultra dii nostri etc. quia per adventum Christi deiecta est ydolatria. quia eius qui in te est misereberis pupilli. ante enim ... ante adventum Christi pupillus quasi carens parentibus ser ...

Sanabo. hic consequenter propheta declarat divine misericordie largitatem dicens in persona Christi. Sanabo contritiones eorum. id est vere penitentes sanabo per ... diligam eos spontanee. quia amor inter hominem et deum primo procedit ex parte dei propter quod dicit Io. in prima canonica iiii. ca. diligamus deum quoniam ipse prior dilexit nos et sic eius dilectio est spontanea. quia aversus est furor meus ab eis. per mortem enim Christi hominibus placatus est deus pater et per consequens filius qui est unus deus cum ipso ideo subdit ero quasi ros. sicut enim ros insensibiliter descendit et fecundat terram sic dei filius invisibiliter descendens fecundavit virginem. ysa. lv. ca. rorate celi desuper et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet salvatorem et israel. id est populus Christianus seu etiam germinabit sicut lilium. per puritatem vite. et erumpet radix eius radix enim ecclesie est ipse Christus secundum quod declarat diffuse augustinus super psalmum ista radix erupit quando apostoli alii fideles ... ideo subditur. ibunt rami eius. scilicet de virtute in virtutem et erit quasi oliva que ... est in itinere gloria eius. quia Christi gloria non marcescit et odor eius. id est fama boni Christi ... et eius discipulis diffunderetur sicut patet impletum per orbem universum propter quod apostolus ii ad cor. ii. Christi bonus odor sumus in omni loco. convertentur sedentes in umbra eius. sequitur ut patet per translationem caldaicam supra allegatam vivent tritico. id est eucharistie sacramento quod conficitur pane triticeo et hic panis dat vitam mundo. Ioh. vi. si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum et propter hoc ionathan filius oziel qui fecit translationem caldaicam loco huius vivent tritico. transtulit. vivificabuntur mortui ... et eius discipuli in nomine eius leguntur multos suscitasse et germinabunt quasi vinea. propter hoc dicit salvator Iohannis xv. ego sum vitis vera et vos palmites memoriale eius sicut vinum libani ... libani ... vinum optimum memoria dignum. Effraym. supple dicet quid mihi ultra ydola. multi enim de decem tribubus dispersi in regno assyriorum conversi sunt ad predicationem apostolorum ... Christi discipulorum omni ydolatria et superstitione deiecta. licet enim iudei qui redierunt de babylone non legantur postea ydolatrasse nisi aliqui pauci machabeorum tempore illi tamen de decem tribubus qui non redierunt de captivitate per assyrios ... ydola et coluerunt saltem multi ... ydolatrias commorantes. Ego exaudiam et dirigam eum. et dirigam eum in mea ... ego ut abietem virentem supple faciam eum. ex me fructus tuus. sicut dictum est capitulo precedenti ... ex me auxilium tuum et mutatur hic modus loquendi de ... persona ad secundam. Quis sapiens. hic propheta admiratur paucitatem credentium ... primum credentes Christo fuerint iudei tamen ... pauci comparatione ... remanentium in infidelitate. quod propheta admiratur cum videret in spiritu Christum ... et tanta miracula facturum quod mirum ab homine erat sibi credendum ideo dicit. Quis sapiens. sapientia de sursum descendentem que est suadibilis et bonis consentiens iacobi iii. et intelliget ista. quasi dicat pauci comparatione intelligent dicta prophetarum et sciet hec que dicta sunt. quia recte vie domini. scilicet precepta decalogi et evangelii consilia et iusti ambulabunt in eis. id est iustificati per fidem Christi procedent in eis de virtute in virtutem prevaricatores vero corruent in eis quia ... et si ... ordinem divine vie cum ... ordinem illic iuste secundum quem punietur peccatorum ad gloriam dei ... et electorum qui cum eo regnabunt in secula seculorum amen.

¶ Explicit osee.

[illegible] prepos. ieu. ieu. eius. iaidai. iaichi. ac genuit 10.18.

Temporibus:

Osee etc. iste prologus qui specialiter ponitur Osee duas habet partes principales in prima ostenditur quo tempore Osee prophetavit cum dicit temporibus Osee etc. in secunda ponitur causa motiva que eum ad prophetandum induxit ibi. De memorato itaque numero etc. ubi duplex tangitur causa [illegible] primum est malorum culpa et pena illis infligenda. Secundum est bonorum bonitas et promissio illis facta ibi. Dominum autem inde. Item in prima parte secunde partis principalis primo tangitur culpa in signum cuius [illegible] propheta accipere mulierem fornicariam ad designandum spiritualem fornicationem populi israel secundo ponitur signum pene ibi. Sed eum dei precepto etc. iubetur eum vocare filium quem genuit iezrahel ad designandum quod eadem vindicta accipietur de populo ieu que accepta est in iezrahel de sanguine naboth. Tertio tangitur ira sive causa pene infligende ibi cum misericordie [illegible] causa est etc. huius vero litere intentio capitulis osee. qui idem est quod aziam. iiii. re. xv. et ii. paralip. xxvi. appellatur ozias et in prophetis sibi et ioathe iiii. re. xv. ii. paralip. xxvii. achaz de quo. iiii. re. xvi. et. ii. paralip. xxviii. et ezechie de quo. iiii. re. xviii. et ii. paralip. xxix. et ioboam filii ioas de [illegible] iiii. re. xiii. xiiii. xv. et nota quod iste ioboam sub quo divisa est israel a iuda de quo [illegible] iiii. re. xii. quia ille fuit filius nabat. iste fuit filius ioas. nec descendit ab eo. sed a ieu. iiii. generatione. Osee filius beeri. iste fuit de tribu isachar ortus in bethlee [illegible] in [illegible] glo. ad prophetiam dicendam. de qua dicit somma in glo. patris osee ante captivitatem prophetasse casse [illegible] et ioathan et iosiam in sequente [illegible] achaz [illegible] et [illegible] prophetavit enim decem ante [illegible] sub ezechia rege prophetavit. ii. ante captivitatem [illegible] x. tribus captivitate [illegible] regi [illegible] de qua. iiii. re. xv. achaz rex iuda. de quo habetur quod dominum dereliquerunt. iiii. re. xvi. et ii. paralip. xxviii. Ut hystorie regum. iiii. re. xvi. et paralip. ii. paralip. xxviii. et ioboam nulla fit mentio [illegible] [illegible] edimo. lxx. de eo mentionem facit. Vel hic in hystorie regum indicatur. de achaz et ioboam et paralip. de achaz adiuncte. i. [illegible] [illegible] regum et [illegible] filios fornicationum. i. genuit filios de fornicaria [illegible] non fornicando cum illa quidem male [illegible] fornicationis [illegible] etiam non [illegible] fac [illegible] tole [illegible] locum [illegible] corporis mereatur. que locat corpus suum ad turpes usus sicut genitales cum [illegible] [illegible] quod istorum [illegible] planus est sensus et de simplici [illegible] quia alii [illegible] dicit in glo. ubi dicit somma [illegible] [illegible] superficie hystorie [illegible] mulierem [illegible] [illegible] iussa accipere fornicariam [illegible] Sed [illegible] turpe precepit nec [illegible] obediendo peccavit. Sed potius fornicaria ad pudicitiam venit et manens in sua bonitate de mala [illegible] [illegible] quod [illegible] in eo fit carnaliter in domino accipitur spiritualiter qui accepit synagogam [illegible] in [illegible]

et cum illis [illegible] genuit fornicationes etc. xvi. et xxiii. [illegible] corum [illegible] in glo. quod fornicaria ad pudicitiam [illegible] [illegible] simpliciter est [illegible] quia fuit simul et genitalis et fornicaria. i. non fuit tantum fornicaria quod locavit corpus suum sed et genitalis dea [illegible] i. [illegible] [illegible] sanguinem iezrael [illegible] [illegible] ieu vindicavit. Sicut vindictam accipi [illegible] de ieu qualem accepit de iezrael. i. sicut ulciscitur de [illegible] naboth qui fuit civis iezrahel sic [illegible] de ieu sanguinem iezrael. i. sanguinem [illegible] in [illegible] iezrahel vel civis iezrahel. iiii. re. viii. ieu. [illegible] [illegible] in [illegible]. iiii. re. ix. [illegible] [illegible] ibi legitur quod belsleus misit unum de filiis prophetarum qui [illegible] eum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad defendendum sanguinem. i. [illegible] sicut iudith i. [illegible] nabugodonosor [illegible] defenderet se de omnibus [illegible] metropolis in regno samarie. i. civitas ad cuius [illegible] alie civitates [illegible] [illegible] et est [illegible] et polis quod est civitas [illegible] [illegible] iiii. re. vii. memoratam [illegible] [illegible] [illegible] iiii. re. ix. dominum dereliquisse. iiii. re. x. non [illegible] [illegible] iobaam etc. [illegible] [illegible] [illegible] non fuit filius naboth [illegible] [illegible] ioboam. iiii. re. xiii. qui [illegible] [illegible] est. i. in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] iiii. re. xiiii. regnavit [illegible] [illegible] ioas regis israel in samaria. xl. et [illegible] annis et fecit quod malum est coram domino non recessit [illegible] [illegible] ioboam filii naboth [illegible] qui [illegible] est osee. [illegible] [illegible] [illegible] populi israel non quod [illegible] in libro isto nomine israel x. tribus [illegible] [illegible] cum enim plures quam alie nomine [illegible] [illegible] Due alie tribus [illegible] [illegible] in quibusdam bibliis hic nomen [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad quas tribus per prophetas [illegible] domini [illegible] [illegible] [illegible] ad. x. tribus [illegible] [illegible] sub [illegible] [illegible] [illegible] i. [illegible] [illegible] israel ioseph iezrael [illegible] et bethame et [illegible] [illegible] ad duas [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] i. iuda [illegible] beniamin domus david et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] israel ad totas. xii. tribus refert in loco [illegible] [illegible] vel [illegible] [illegible] [illegible] iiii. re. xvi. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] que [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] Super prime [illegible] Genealogia redundantia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sanguinis naboth [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] iiii. re. x. quia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] iehu filii tui usque ad quartam generationem sedebunt super [illegible] israel. [illegible] hec [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible] [illegible] [illegible] naboth [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dominum dereliquerunt [illegible] iiii. re. x. [illegible] ieu non custodivit ut ambularet in lege domini dei israel. Dominum autem inde. hic tangitur promissio facta bonis [illegible] [illegible] [illegible] i. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] iiii. re. xix. de manu [illegible] [illegible] liberatos et [illegible] iiii. re. xx. i [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] promissio [illegible] [illegible] i. [illegible] [illegible] promissio [illegible] [illegible] ezechias etc. [illegible] exponitur [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] de qua legitur

olee. i. domui iuda miserebor et saluabo eos i domino deo suo. h' saluacio legitur. iiij. Re. xix. quando una nocte percussa sunt in castris assiriorum centum octuaginta quinque milia. ob hoc primissa est iuda quia ezechias etc. Sublatis ydolis. iiij. Re. xviij. patrem eius achaz eh' ecclesiam dei pingwisse. per eiectiones sordium et ex hoc purificatum unde subditur. ac purificasse. ij. paral. xxix. quando aperuit domum domini dei patrum suorum et auferre omnem i mundiciam de sanctuario ..

Explicit qualiscumque exposicio istius prologi.

Incipit primus prologus in ioelem prophetam

Sanctus ioel-

iste prologus quatuor habet partes in quarum prima ordo istius prophete ad alios ostenditur cum dicit sanctus ioel etc. in secundo demonstratur ad quos eius prophecia dirigitur ibi et sicut ibi sub nomine effraym. etc. tercio tempus prophetacionis eius subiungitur ibi tempus quoque. quarto exponens quorundam verborum in prophecia occurrencium exprimitur ibi. porro factum est sermonem domini. ibi duo facit primo. ij. exponit quedam in exordio ibi audita. ij. etc. hic insinuat ... ordo istius prophete apud hebreos et apud lxx. ... in principio primi prologi super olee et sicut ibi olee. i. unde nouislam illius finem secundi prologi super olee de wysliis. s. sub quibus significacionibus nomini ad effraym prophecie sermo domini dirigatur sicut in hunc prophetam. i. per hunc uel secundum hunc prophetam et nullam occasionem illis. i. decem tribuum. in hoc sicut mencionem unde sequenti prologo dicit ioel fatuel filius describit circum duarum tribuum ubi aliquid dicit duxcio. non duarum et exponit quod supra positum est. s. nulla occasione etc. supple ad corrigendum quod quando de eis fit mencio reducendo mala eorum in eis ut caueant due tribus de hac uolo occidere sed credo ioronimo qui ait nullam occasionem decem tribuum hic facit mencionem suppl principalem ut quidam uoluit. in diebus ozie qui alio nomine dicitur azarias de quo legitur. iiij. Re. xiiij. ioathan. iiij. Re. xvj. ezechie. iiij. xviij. xix. xx. regum iuda. i. duarum tribuum. et in diebus ieroboam filio nabath de quo. iiij. vij. sed fuit filius ioas regis israel de quo iiij. Re viij. filij ioas. iste ioas non fuit ille qui fuit rex iuda quem ioiada sacerdos interfecta athalia instituit in regnum de quo. iiij. Re. ij. vij. viij. Sed fuit rex israel filius ioachaz regis israel de quo. iiij. xiij. de hiis quatuor regibus iuda legitur. ij. paralip. xxvj. xxvij. xxviij. xxix. et. xxxij. porro hic exponit verba que ponuntur in titulo sic enim intitulatur ioel verbum domini quod factum est ad ioel etc. et ieronimus exponit sic. porro. i. sed uel certe sermonem domini. i. verbum dei. i. filium factum

est quo ad effectum prophecie in prophecia referentur ad incarnacionem. i. dicit ita factum est ex parte incarnacionem uel parte informacionem eius. i. prophete ioelis cum sit. i. incarnatur ne ista reuelacio efficeret saltem prophetando se. non ad condicionem. i. prophetarum illius. i. verbi dei. i. filii qui fieri dicitur cum dicit verbum domini quod factum est ad ioel q. d. non intelligitur per hoc quod dicitur in titulo ioel quod filio dei factum est quod aliqua condicio uel proprietas noteretur in esse ipsius verbo Sed dicitur factus per inspiracionem in prophecia dominus factus est michi in salutem. i. dominus fecit in me salutem. audita autem etc. hic exponit quedam in exordio ubi dicitur audite hoc senes et auribus percipite etc. dominus loquitur. ys. viij. qui habet aures etc. quod autem enoulaste. grece latine sonat auribus percipite prophete. i. perfecte non aure sed corde percipitur in antiquis biblijs scribitur sic et dicitur hebraice thezum grece enoulaste. latine sonat auribus percipite. ieronimus in originali quod autem nos interpretati possumus auribus percipite et apud grecos et apud hebreos unum verbum est quod proprie non corde sed auribus percipitur qui senes sunt moribus. sap. iiij. Canus est sensus hominis et etas senectutis uita i maculata et hoc pertinet ad actiuam et celestem conuersacionem hoc pertinet ad contemplatiuam prophetam. iiij. quem sacio mi intellectus est auribus cum corporalibus. percipiunt duo ibi s. audite et auribus percipite. non ad simplicem. i. exteriorem. sed ad reconditam. i. interiorem in gen. iiij. vsa. i. a.

Explicit qualiscumque exposicio istius prologi.

Incipit secundus prologus in iohelem prophetam.

Ioel phatuel

filius. etc. in isto prologo quinque tanguntur primo. ij. persona prophete describitur cum dicit. ioel filius phatuel. secundo materia prophecie tangitur cum dicit describit terram etc. Tercio modus agendi subiungitur ibi et tribus generibus etc. quarto intencio prophecie exprimitur ibi hic igitur propheta etc. littera plana est erucam etc. hic tangitur in primo capitulo. erucam. etc. hoc abrodendo dicitur vermis qui erodit frondes et maxime olerum. unde dicitur eruca. q. eroda bruchum appellat locustam fetusse antequam habeat alas. unde dicitur bruchum. quasi bruchum a bracos quod est breuis quia breuis et paruus est bruchum aberonium quod est consumens quia consumunt totum in circuitu suo iacet. ij. i uno loco et indicatum esse dicitur factum cum autem plenum uolat. appellatur locusta. quasi longa hasta. greci uero hasthon appellant rubigo est frugum corrupcio qui. s. tenere fruges rorore et perueniunt et campis ille quam culmi uertuntur in ruborem quinque colorum ut sinopidis et dicit a fulbeo. lxs. uel dicitur a rodo rodis. q. rodigo. effusum spiritum sanctum. hic tangitur in. ijo capitulo g. uel in. a. ... quod olim liber sup. filios dei et ancillas etc.

.iiij. Re. xiiij. iste non est ieroboam

hic tangit illud quod scribitur actuum ii. super servos meos et super ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo etc. et sumitur de ioel ii. c. vel de iii. secundum quosdam libros. i. super centum xx. etc. i. quod dicitur actuum i. erat autem turba hominum simul fere centum xx. etc. et fuerunt in cenaculo montis syon etc. i. cum introissent in cenaculum ascenderunt ubi manebant petrus et iohannes etc. Qui centum xx. surgentes per incrementa. i. per aggregationem ab uno usque ad xv. sibi aggregate faciunt centum xx. xv. graduum numero. s. in illis quindecim psalmis qui graduales dicuntur qui in psalterio mistice continentur. i. significative quia significant profectum virtutum de quibus agitur in illis xv. psalmis quas qui habet spiritum in sensu habere meretur. sicut in epistola ad paulinum invenies plenam expositionem istorum omnium. ex tribus igitur generibus rethorum rethor. i. orator dicitur a rethis quod est locutio que debet esse copiosa in verbis. sunt autem tria genera causarum circa que versantur rethores sicut ysidorus ethimologiarum ii. s. deliberativum demonstrativum iudiciale. deliberativum est in quo de quibuslibet utilitatibus vite quid debeat aut non debeat tractatur. demonstrativum est in quo laudabilis persona aut vituperabilis ostenditur. iudiciale in quo de ipsius persone facto aut pene aut premii sententia datur. in primo ergo datur recte vivendi forma. in secundo discutiuntur merita. in tertio retribuuntur singulis pene vel premia. et in hiis tribus consistit tota istius libri continentia. Ex tribus igitur generibus rethorum. i. ex tribus generibus causarum circa que versantur rethores. hic sumuntur principia i. s. de quibus principaliter agitur in hoc libro quia hic agitur sicut et in aliis tribus causarum generibus de morum informatione de vitiorum discussione de iusta omnium retributione quorum primum auditores reddit dociles quia docet utilia. Secundum reddit benivolos quia agit de singulorum compellandi iustitia. tertium reddit attentos ne incurrant penas et amittant premia. et ista tria pertinet ad officium rethoris unde subditur hic. et tres sunt argumentorum partes etc. argumentum dicitur quasi arguens mentem. i. callide inveniens vel quasi arguens mentem arguit enim tamquam ignavum ut vincat se de ignorantia confundat. dociles instruendo benivolos precando attentos excitando multipliciter exponuntur verba ista hic igitur propheta etc. hic tangitur intencio prophete que est provocare malos ad penitentiam. a magnitudine cladis. hoc refertur ad narrationem cum dicit residuum eruce comedit locusta etc. quia hiisdem temporibus etc. iuxta illam regulam que datur in fine illius prologi. s. non idem est ordo etc. ubi dicitur in quibus autem tempus non prefertur in titulo sub illis eos regibus prophetasse sub quibus et hii qui ante eos habent titulos prophetaverunt. cetera plana sunt. quod autem additur in quibusdam bibliis. s. ioel interpretatur incipiens aut dominus descendisse non est in prologo isto sed postilla quedam est.

Explicit continuatio expositionis istius prologi

Verbum domini. I

hic incipit liber ioelis prophete duo sunt premittenda primum est quibus prophetavit et dicit beatus ieronimus in primo prologo super hunc prophetam quod prophetavit ad tribum iuda et israhel et nullam omnino fecit de decem tribubus mentionem sed ipse in epistola ad paulinum de studio sacre scripture seu de omnibus divine scripture libris dicit contrarium sic dicens ioel filius fatuel describit terram decem tribuum eruca brucho locusta rubigine vastante consumptam etc. quod de eius dictis salva sui reverentia parum videtur tenendum in proposito. Rabbi Salomon dicit vero quod prophetavit non solum contra duas tribus sed etiam contra alias x. dicens quod hec sterilitas terre ex dicta corruptione fuit in diebus ioram filii achab. de quo habetur iiii. regum et quod ex hoc fuit fames in iudea per vii. annos sicut denunciavit eliseus mulieri cuius filium suscitaverat iiii. regum viii. etc. quod illa mulier cum filio suo iuit ad peregrinandum extra terram vii. annis. s. in terram philistinorum ut ibidem habetur erant ipsi de decem tribubus etc. quod in suo reditu accessit ad regem israel petens agros suos sibi restitui qui in eius absentia tanto tempore fuerant ab aliis occupati ut ibidem dicitur et sic patet quod illa fames non solum fuit in terra duarum tribuum sed etiam decem etc. quod aliqui expositores catholici sequuntur hanc sententiam quam et intendo sequi. Secundum est quo tempore prophetavit de quo dicit ieronimus in secundo prologo quod prophetavit hiisdem temporibus quibus et osee. s. temporibus ozie ioathan achaz et ezechie regum iuda et secundum hoc dicitur prophetavit post sterilitatem dictam. quia ozias incepit regnare per plures annos post mortem ioram regis israel ut patet ex iiii. regum. et secundum hoc dictum ioel non narravit de vastatione terre causata ab eruca brucho etc. sed solum de vastatione per illam figurata que facta fuit postea per iiii. reges ut plenius dicetur infra eodem capitulo. Rabbi Salomon vero dicit quod prophetavit tempore ioram regis israel ita quod sicut helyseus prenunciavit famem futuram ita iste expressit modum veniendi. s. per corrosionem eruce brucho etc. et quia hic modus dicendi michi videtur probabilior intendo eum sequi sine preiudicio alterius. hiis igitur premissis ad textum accedamus qui in duas partes dividitur. s. in prohemium et tractatum qui incipit ibi residuum. in prologo iste propheta primo notificatur ex nomine cum dicit verbum domini quod factum est ad ioel. secundo genere cum dicit fatuel filium. et fuit iste propheta sicut et filius secundum regulam hebreorum quam posui in principio osee. Secundo attencio audiencium excitatur cum dicit. audite hec senes. primo eos alloquitur eo quod sunt maioris reverentie et intelligentie. et alios cum dicit. et auribus percipite omnes etc. si factum est istud. s. quod postea ponitur in tractatu

in diebus vestris aut in diebus patrum vestrorum. q.d.
non quia accipitur si pro non. Sed contra hoc videtur
quod dicitur exo. x. de locustis inductis super terram
egypti et sederunt in universis finibus eorum in
numerabiles quales ante illud tempus non fuerant nec
postea future sunt ad hoc respondet. Ra. sa. di.
quod licet ille locuste fuerint plures et maiores quam
iste tamen quatuor plage hic posite. s. de eruca bru
co. locusta rubigine simul sumpte fuerunt maiores
et sic est dictum prophete intelligendum quod quatuor
tales pestes sibi modo sibi succedentes non
fuerant temporibus preteritis. Super hoc filiis vestris
narrate etc. quia hec prophetia est memorie tenen
da et per successiones generationum recolenda et hoc
idemque impletum non solum in iudeis sed etiam in xpi
anis. Residuum. hic incipit tractatum in quo pro
pheta primo ponit desolatoria secundo premittit con
solatoria ibi nunc ergo. Circa medium secundi
capituli. Circa primam partem considerandum quod de illis
quatuor plagis eruca bruco locusta rubigine
diverse expositores nam quidam quod non fuit res gesta
quia quatuor libri regum et ii. paralipomenon nullam de
hoc faciunt mentionem sed est tantum parabola sicut
cum dicitur iudic. ix. dixerunt ligna ad ramnum
etc. quia hoc nunquam fuit in rei veritate sed per ligna
parabolice intelliguntur habitatores sichem per ram
num vero abymelech sic in proposito per ista iiii.or
nomina hic posita. s. eruca. etc. intelliguntur
parabolice quatuor regna sibi succedentia que
iudeam corroserunt et vastaverunt. s. assyriorum
caldeorum grecorum et romanorum regnum vero persarum
et medorum non sic intelligitur legitur iudeam vastasse
ymo plures reges fuerunt iudeis benivoli ut cyrus
darius artaxerxes et assuerus. Ra. sa. vero contra
dicit quod est res gesta ita quod terre nascentia
iudee sic quater fuerunt vastata et ex hoc se
cuta est fames quam predixit helyseus durans
vii. annis et ex hoc videtur quod iste quatuor pe
stes non fuerunt in eodem anno sed in diversis
aliter non videtur quod fames tam diu durasset pro
sterilitate unius anni quod autem postea subditur.
gens enim ascendet super terram. qui exponens
parabolam positam de eruca bruco etc. dicit quod
eruca bruchus et locusta hic metaphorice
dicuntur gens fortis eo quod destruxerunt terram ad modum
exercitus transeuntis et sic exponit illa que secuntur
consimiliter de gentibus et populis terram vastantibus.

Sed utraque dictarum videtur deficere primo quia fit hic
ita expressa mentio de illis corrosionibus
terre nascentium per erucam et bruchum etc. et
de fame inde sequente quod nullo modo videtur esse
parabola nec valet argumentum in contrarium quia iiii.
Re. helyseus prenunciavit hanc sterilitatem licet
non exprimat causam quam exprimit ioel propheta
sicut omnia regis tempore ozie facta fuit terre mo
tus magnus in ierusalem cuius mentionem non facit
iiii. Re. sed solum de plaga lepre in ipsa ozie
sed terre motum exprimit amos primo et zach.
xiiii. Similiter secundum quia ita fit expressa mentio

de gentibus terram invadentibus quod nullo modo videtur quod
hoc propheta significaverit parabolice corrosionem terre
per erucam bruchum etc. maxime quia licet homines pera
liis nominibus aliarum designantur sicut unus constans
dicitur leo rapax lupus et hinnuleus tamen non sit invenire
communiter in scriptura. s. bruta nominibus hominum vel gentium
designari etc. quod salvo meliori iudicio videtur
michi quod cum dicitur hic residuum eruce etc. ibi est
similiter parabola et res gesta sicut ieremie. xxviii.
dicitur quod portavit lineas cathenas in collo suo
et sic fecit secundum rei veritatem et tamen gestum
per hoc tamen designabatur quod ceciderit populi in captivi
tatem ducendi sicut fuit postea impletum tempore
sedechie sic in proposito secundum rem gestam fuerunt
quatuor destructiones terre nascentium per erucam
bruchum etc. et per hoc significabantur vastationes
maiores future per quatuor regna predicta
igitur secundum hanc sententiam residuum huius capituli
dividitur in duas partes quia primo propheta predicit
vastationem secundo inducit ad lamentationem ibi plan
gite. prima in duas quia primo ponit signa se
cundo res signata ibi gens enim. Signum vero
fuit quadruplex corrosio terre nascentium ut
dictum est que fuit res in se et signum future et
consimilis. ad hoc dicitur. residuum eruce. est autem eruca pro
prie vermis nascens in oleribus. comedit lo
custa etc. differunt autem locusta bruchus sicut in
perfectum et in perfectum in eadem specie sicut .n. locuste
antequam habeat alas vocatur bruchus sicut est alatum
tunc dicitur locusta. et residuum bruci comedit rubi
go. Est autem rubigo vicium segetum quo
vento urente percusse non faciunt granum
et si perfaciunt est vanum. Expergiscimini ebrii
.i. avertite et considerate in mentis nobis
malum et flete quia deficiet vobis vinum in
quo delectabimini. ex vinearum corrosione. Gens
enim. hic consequenter ponit res signata. s. vastatio
iudee per quatuor regna supradicta cum dicitur
gens enim ascendit. i. ascendet et loquitur de fu
turo per modum preteriti propter certitudinem prophetie. super
terram meam. i. iudeam que specialiter dicitur terra domini eo
quod ibi vigebat cultus eius. fortis et innumerabilis
talis enim fuit gens assyriorum et caldeorum grecorum
et romanorum ut patet ex gestis eorum. Dentes
eius etc. in hoc designatur crudelitas eorum. Posuit
vineam meam in desertum etc. isti .n. exercitus in iudea
vineas exciderunt et arbores fructiferas et ce
teras pro parte dolaverunt ad faciendum machina
menta et alia exercitibus necessaria. Vel aliter potest
dici quod hic accipitur vinea domini pro populo israel secundum
illud ysaie. v. vinea .n. domini exercituum domus
israel est quam domum isti exercitus spoliaverunt bo
nis et afflixerunt in personis. Plange. hic enim
propheta inducit populum ad lamentationem et primo pro
vastatione prima secundo pro secunda in principio capituli
secundi prima in duas quia primo inducit ad fletum ge
neraliter secundo sacerdotes specialiter ibi accingite vos.
Circa primum dicit plange quasi virgo etc. illa
.n. desponsata si moriatur eius sponsus antequam

fuatiu eius āpleribꝰ hēt inām magnū lumis ideo ponit hic pro exemplo ad designandum magnitudinē huius luminis. ideo subditur perijt sacrificium de aīalibꝰ et terre nascentibꝰ aridis licet .i. de terre nascentibꝰ aridis que dicerentur fieri oblō. tū hic uocatur sacrificium large loquendo. et libatio de liquidis. ut uino et oleo de domo dñi. qz ꝑ. corruptionem terre nascentiū nō hēbant unde talia possent fieri. et luxerunt sacerdotes ꝑ. destitutionem diuini cultus et etiam sui uictus qui erat de decimis et oblationibꝰ. depopulata est regio. carens habitatoribꝰ luxit humus priuata fructibꝰ. quoniam deuastatum est triticum ꝛcᵉ. per quatuor plagas supradictas. confusi sunt agricole. frustrati spe sui laboris ululauerunt uinitores sicut econtrario solent cantare in habundantia uindemie et / ex hoc patz littera sequens. accingite uos. hic quoniam inducit sacerdotes spāliter ad lamentum dicens accingite uos. s. ciliciis. in signum humiliationis coram deo et subditur causa. quoniam interiit de domo dei. et exponatur ut supra. sanctificate ieiunium i. d. sponte uos ad deuote abstinendum uocate cetum ꝛcᵉ. ut ex precibꝰ multorum impetretur diā clementia ideo subditur. et clamate ad dñm a. a. a. in hebreo est una dictio. aha. et est interiectio dolentis. quia prope est dies dñi. i. dies sue uindicte inferende et ideo mouebat ꝓpheta ad dñm clamare ut saltē temperaretur rigor sue iustitie. et quasi uastitas a potente ueniet. i. a deo cuius uindicatio impediri non potest nisi per suā clementiā. nunquid non coram oculis uris alimenta perierunt. i. cito perient de domo dei uīā letitia et exultatio quia leuite non cantabunt cantica leticie sed magis lamentationis pro miseria terre. computruerunt iumenta in stercore suo. quia ꝑ. sterilitatē terre nō hēbunt stramenta ad sustinendum eis. demolita sunt horrea. i. contēta in horreis. dissipate sunt apothece. i. consumpta sunt illa que erant reposita pro uino. quid ingemuit aīal ꝛcᵉ. respondet quia nō est pascua eis omnia enim uirentia fuerunt corrosa ideo exclamat ꝓpheta dicens. ad te dñe clamabo. in oratione pro subleuatione iste miserie. quia ignis comedit speciosa deserti. ignem autem et ignis flammā uocat uentum urentē segetes rubiginem et etiam eruginem bruchum et locustam quia ex sua corrosione ita uidebuntur uegetabilia arida ac si cucurrisset ibi flamma. sed et bestie agri. i. siluestres. quasi area sitiens imbrem. i. desiderans suspexerunt ad te. pre sitis lassitudine ideo sequitur quoniam exsiccati sunt fontes. ex uehementia uentis urentis siccitatem causantis.

Canite. II

hic consequenter inducit ꝓpheta ad lamentum pro uastatione terre fiendi per quatuor regna supradicta. dicens. canite tuba. non cantu letitie sed tristitie ideo subditur ululate ꝛcᵉ. conturbentur omnes habitatores terre. i. desolatio uidere quia uenit dies dñi. i. tempus ultionis sue quia prope est dies tenebrarum ꝛcᵉ. i. tempus multarum miseriarum et calamitatum quod potissime habuit locum in prima destructione templi per caldeos et secundā per romanos et in eius ꝓphanatione ꝑ grecos quoniam antiochus abhominationem idolum posuit in templo dei primo mach. i. cᵒ. quasi mane expansum. mane est principium diei que cum incipit illucere super terram statim expanditur super totam terram ab oriente in occidentem et in hoc notat exercitum multitudinem qui de istis regnis supradictis uenerunt contra iudeam. similis ei nō fuit ꝛcᵉ. quilibet enim in aliqua conditione excellit alios ut potentia ꝓpli assiriorum in cupiditate caldeorum in ferocitate grecorum in dolositate. ꝓpha. i. notat hoc regnum iudeis in dolositate quia potestas ut patz ut patz primo et secundo machab. romanorum uero in potestate ꝑ. quod illud regnum uocatur ferreū danii. ii. caᵒ. quia sicut ferrum domat omnia ita regnū romanorum dominauit alia regna. ante faciem eius ignis uorans. quia in primo ingressu iudee combussit uillas non clausas. fugientibꝰ inde habitatoribꝰ et post eum exurens flamma quia habita uictoria combussit ciuitates munitas et fortalicia et maxime ꝓplō caldeorum et romanorum qui combussit ihrłm et templū. quasi ortus uoluptatis terra coram eo. i. erat pulcra et plena fructibꝰ bonis ante aduentum eius sed e contra et post eum solitudo deserti. quia in recessu suo dimittebant terram uastatam. neque est qui effugiat eum. i. pauci poterant effugere ꝑ. plerorumque uelocitatem ideo sequitur. quasi aspectus equorum uelociter currentium. et quasi equites sic currerent. s. pedites sicut sonitus quadrigarum ꝛcᵉ. in hoc etiam notatur multitudo adiutorum ex magno sonitu qui causatur ex fragore armorum et in tempore turbarum uelud ꝓplō fortis preparati ad prelium. i. munitus omni genere armorum. a facie eius cruciabuntur ꝓpli. i. ex solo aspectu omnis uultus redigetur in ollam i. in olle nigredinem ex anxietate et ex fumo procedente ex igne accenso ab eis per omnia loca iudee sicut fortes currerent. nō impediti armorum pondere. quasi uiri bellatores. i. exercitati in arte bellandi. ascendent murum. i. ciuitates ex expugnandum. uiri in uiis suis gradientur ꝛcᵉ. i. ita ordinate incedent quod non nimis separabuntur ad inuicem nec nimis coniungentur uegetius dicit libro de re militari quod ista est optima dispositio bellantium ita quod per nimiam separationem aduersarii non ingrediantur aciem et per nimiam coniunctionem unus nō impediat aliū ad aduersarios inuadendum. sed et per fenestras cadent et nō demolientur. i. si contingat eos per fenestras domorum intra ira cadere nō ledentur inde in hebreo tamen habetur. in armis stabunt et uulne non querent. i. nō querent diuicias principaliter sed sufficere hostes ut sibi iudei uenerentur tributum. quia de fenestris sequitur per fenestras intrabunt. quasi

sistit. i. ita lectant latentes. quia exeuntes in terra sibi de defensione non poterunt providere. a facie eius contremuit terra. i. homines in terra habitantes non sunt celi. i. angeli qui sunt cives celi angeli enim ad custodiam diversarum gentium deputati pugnant ad invicem pro gentibus sue custodie commissis ut habetur dan. x. quam pugnam exponit beatus dionisius etiam de bonis angelis tamen hec pugna est inter eos sine aliqua discordia ut ibidem plenius dictum fuit et hec pugna vocatur hic motio celorum. sol et luna obtenebrati sunt. locutio est methaphorica per quam intelligitur hominum tribulatio magna eo modo loquendi quo dicitur etiam vulgariter tempus tribulationis tempus nubilum et tenebrosum unde dicit poeta Cum fueris felix multos numerabis amicos tempora si fuerint nubila solus eris. quia dominus dedit vocem suam. immittendo iudeis terrorem ante faciem exercitus sui. eo quod erant executores divine iustitie licet hoc facerent iniqua voluntate ut frequenter dictum est supra in ysaia et jeremia quia multa sunt nimis castra eius. quia licet eis dictorum exercitum fuit valde magnus in multitudine et fortitudine magna. n. dies domini. s. in ostensione sue vindicte ideo subditur et quis sustinebit eum. q.d. populus non poterit sustinere et hoc maxime apparuit in captivitatibus et templi destructione. primo per caldeos et secundo per romanos. Nunc ergo postquam propheta predixit desolatoria hic incipit denuntiare consolatoria et quia talia auditorum sunt in paciente et disposito. ideo primo inducit populum ad debitam dispositionem secundo denuntiat divinam consolationem ibi. zelatus est. debita vero dispositio ad perceptionem divine consolationis est veritas penitentie et contritionis. math. v. beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. ideo dicitur in persona domini. convertimini ad me in toto corde vestro. i. veraciter et integraliter in ieiunio. etc. ut carnem affligendo spiritus ad deum elevetur. et scindite corda vestra. malas cogitationes rescindendo et non vestimenta. quia faciebant in tribulationibus ut patet in pluribus locis veteris ac novi testamenti sed hoc parum valet ac nihil inficit sine contritione cordis. modo dicto et convertimini ad dominum eius misericordiam implorando. quia benignus in effectu. et misericors in affectu. dicitur enim misericors qui miseriam alterius capit cordi ad relevandum. paciens. quia penitentiam peccatorum expectando et multe misericordie circa condignam punitionem. et prestabilis. penam condonando. quis scit si convertatur et ignoscat. spiritus enim sanctus tangit corda prophetarum secundum quod sibi arbitratur plus et minus et ideo aliquando per eos denuntiat penas futuras et licet tunc sint certi quod talis revelatio est a deo tamen adhuc ignorant aliquando utrum sit prophetia predestinationis que semper impletur vel solum comminationis que per penitentiam impeditur sicut ionas dicit adhuc xl. dies et ninive subvertetur et tunc ignorabant quod hoc esset impediendum per penitentiam ninivitarum et ille sic propheta de plagis superpositis ignorabat et ideo verbum illud quis scit etc. non dicit in persona domini qui certitudinaliter cognoscit futura. sed in persona prophete et relinquat post se benedictionem. i. suam gratiam in beneficiis corporalibus et spiritualibus. sacrificium et libamen domino deo nostro. subintelligitur fiat ad placandum eius iram. canite tuba in syon. ad populi convocationem. sanctificate ieiunium per carnis mortificationem vocate cetum. etc. i. omnes utriusque sexus et etatis ut ex omnium afflictione citius placetur deus et hoc modo fecerunt ninivite. ione. iii. egrediatur sponsus q.d. non est tempus vacandi amplexibus sed luctui. inter vestibulum. s. templi. et altare. s. holocausti plorabunt sacerdotes. cum lacrimis et devote deprecantes. parce domine parce populo tuo. a pena quam demeruit pro suo peccato et ne des hereditatem tuam. i. iudeam que dicitur dei hereditas ratione supradicta. ca. primo in opprobrium. s. subiectionis gentibus alienis ideo subditur ne dominentur eis nationes. et hoc patet quod supradictum est. s. quod ioel non solum prophetavit de vastatione terre per erucam et bruchum etc. ut dicit Ra. Sa. quod non fuit dominium super homines sed etiam de vastatione futura per quatuor regna supradicta que successive acceperunt dominium in iudea. quare dicunt in populis ubi est deus eorum. sic. n. dixerunt gentiles post vastationem iudeorum irrisorie insultantes quod deus eorum non poterat eos salvare ¶ zelatus est. hic consequenter propheta dicit predicit divinam consolationem et primo quantum ad multiplicationem in bonis secundo quantum ad ultionem de inimicis ibi. verumtamen quid michi. prima in duas quia primo ponuntur bona corporalia. secundo spiritualia ut ex sensibilibus ad intelligibilia deducantur secunda ibi et erit ¶ Circa primum pro vastatione terre vastatione per erucam etc. denuntiat fertilitatem futuram loquens in persona domini Ecce ego mittam vobis frumentum etc. dicit enim Ra. Sa. quod post illam famem que fuit tempore ioram secuta est adeo fertilitas magna quod Sunamitis que cum filio peregrinata fuerat in terram philistinorum de consilio helysei reversa fuit in iudea fame cessante. iiii. Re. viii. et non dabo vos ultra opprobrium in gentibus. tempore. n. illius famis multi cogebantur exire de terra et sustinere opprobria in terra aliena. sciendum tamen quod per illud ultra non intelligitur perpetuitas sed aliqua temporis longitudo sicut dictum fuit supra illud. ysa. ii. non levabit gens contra gentem gladium nec exercebuntur ultra ad prelium. et eum qui ab aquilone est procul faciam. i. regem assyriorum ut dicunt aliqui quia tempore ezechie fugit confusibiliter de iudea iiii. Re. xix. Ra. Sa. hoc exponit de certis animalium predatorum. s. eruce bruci et locuste et hoc magis consonat littere sequenti cum dicit. et expellam eum in terram inviam et desertam ubi [non] est habitatio hominum sed animalium cum fugies reddit in terram suam ab hominibus habitatam. faciem eius contra mare orientale. illud est mare mortuum quod terminatur ad orientalem angulum terre promissionis versus desertum egypti et per hoc insinuatur quod ille cetus erucarum

et locustarum nō intrare uideam ex quo
pma pars hēret aspectū ad extremum
augelū uidee. et extremum eius ad mare
nouissimum. i. magis elongabit a terra
iuda q̄ pars prima. et ascendet fetor eius
etc. q̄r q̄n talia aīalia moriunt̄ i magna
multitudine de putrefactione surgit magnus
fetor et aēris corruptio sicut dicit ieronimus
se uidisse in illa terra et ex hoc patz q̄ h̄
nō loquit̄ scriptura de exercitu sennacherib
ab angelo percusso ut h̄etur. iiij. re. xix. q̄r
illa percussio fuit talis q̄ corpora fuerunt
inuenta sub uestibus et armis de talibus
aut̄ nō ascendit fetor. q̄r superbe egit
q̄r per hoc arguit̄ aliq̄ ad contrarium. s. q̄
itelligatur de exercitu sennacherib quia superbia
in bruto et locusta nō habet locum
ad q̄d dicendum q̄ h̄ uirtutes et uicia nō
sunt in brutis p̄prie sūt tū loquendo large
sicut agnus dr̄ mansuetus uulpis dolosus
et equus recalcitrans et superbus et hoc mō
dr̄ de cetu locustarum q̄ superbe egit p̄ excessum
in corruptione ue terre nascencium consequenter
consolatur habitatores terre dicens. noli ti-
mere terra. etiā bruta aīalia de terre nascen
cium habundancia et patz litā. et filij syon
exultate non per dissolucionem s̄ per deuoci-
onem. id est spiritualiter. in dn̄o etc. quia dedit uo-
bis doctorem iustitie. i. doctores accipiendo
singulare pro plurali sicut. exodi. viij. ueit
uniuersa ciniphum et ut dicit. Ra. sa. per
hoc intelligunt̄ prophete illius tēpis prophetan-
tes ad bonum. s. ioel et alij p̄phe sibi con-
temporanei. s. helyseus ionas. et plures alij.
Secundum ieronimum ioel prophetauit tardius
et ut contemporanei fuit cum osee ysayas et
ceteri illius tēpis in precedentibus tamen secutus
sum dictū. Ra. sa. qui uidetur michi conueniencius
ad hoc dicendum probabilius sicut tetigi in principio
huius prophetie. et descendere faciet ad uos ym-
brem. fecundacionem terre quiescentem sicut i pn̄s
i. antequam fieret cum filiis per corrosionem eruce
bruci locuste et rubiginis. et reddam uobis
annos quos comedit locusta. i. tanta erit
fertilitas q̄ recompensabit̄ quod fuit sic cor-
rosum. fortitudo mea. q. d. illa corrosio fuit
facta ex ordine iustitie mee et nō locustarum
uirtute. et laudabitis nomen domini dei
uestri. eo q̄ reddidit uobis fertilitatem ultra spem
humanam. et nō confundetur populus meus ex sua
sterilitate i sempiternum. in hebreo habetur
in seculum. q̄r nō importat perpetuitatem s̄ tēpus
usque ad iubileum. etiā si iubileus nō differt
p multos annos. et scietis. per experienciam
boni a me collati. et non confundetur
populus meus in eternum. in hebreo habe-
tur in seculum.

III

Erit post hec etc.
Hic incipit capitulum in hebreo
signato uero capitulorum i biblis no-
stris est frequenter differencia quia frequenter
nō sequitur signacionem hebraicam nec etiam
ieronimum ut patet in antiquis biblis secundum
ieronimum signatis. postquam aut̄ propheta denun-
ciauit populo multiplicacionem i bonis temporalibus
hic consequenter idem denunciat in spiritualibus. et q̄r
uetus testamentum promittebat temporalia. ysa. primo si
audieritis me. bona terre comedetis nouum
aut̄ spiritualia. matth. iii. penitentiam agite appropin-
quabit enim regnum celorum. ideo precedens promissio
de temporalibus fuit impleta tēpore ueteris testamenti
ut predictum est ista uero tempore noui
ut uidebitur. unde etiam. Ra. dicit hic q̄ illud
est referendum ad tempus futurum per quod in-
telligit tēpus messie quē dicit adhuc uentu-
rum et q̄ in tempore eius dabitur habundancia
spiritus sancti quantum ad donum prophetie et
ad alia multa mirabilia et q̄ congregabit
omnes iudeos per orbem dispersos et subiugabit
eos omnes naciones terre et ad hunc ap-
plicat quicquid habetur usque ad finem huius pro-
phetie prophecie. quidam aliqui expositores nostri exponen-
tes hunc passum de reditu captiuitatis
babilonice quo tēpore data fuit spiritus prophetie
esdre et zacharie magis iudaizant quantum ad
hoc q̄ ipsi dimittunt igitur dictum Ra. sa. quantum
ad id quod est falsitatis. s. q̄ xp̄us sit uenturus
et quedam alia que ad hoc consequenter
et accipiamus id quod est ueritatis. s. q̄
passus iste ad tēpus xp̄i. est referendus et secundum
hoc pars ista in duas diuidit̄ q̄r primo po-
nitur id quod iam est impletum in aduentu xp̄i
primo secundo quod restat implendum in aduentu
secundo ibi et dabo prodigia. ¶ Circa primum sciendum
q̄ hanc scripturam allegat petrus apostolus
act. ii. tamquam impletam ad litteram a catholicis
ut uidetur et secundum hoc dicit et erit post hec
s. post tēpus ueteris testamenti effundam spiritum
meum super omnem carnem. quod exponit. Ra. sa.
i. super omnem hominem cuius cor erit tenerum
ad modum carnis. i. nō obstinatum i prauis
et secundum hoc dicit ezechiel. xxxvi. auferam cor
lapideum de carne uestra et dabo uobis cor
carneum. i. per deuocionem dispositum ad gratiam
spiritus et talia erant corda apostolorum aliorumque disci-
pulorum corda uel aliter potest dici super omnem
carnem. i. super iudeos et gentiles in-
differenter secundum quod habetur. act. x. et ro. quod
dr̄ ro. x. non est distinctio iudei et greci
nam idem dominus omnium diues in omnes qui in-
uocant eum habundanter eis dando spiritum suum.
et prophetabunt filij uestri et filie uestre. i. indifferen-
ter dabitur spiritus sanctus utrique sexui unde et i
die penthecostes inter apostolos mulieres erant
secundum quod dr̄ act. primo. erant perseuerantes

buccinate in ore cum mulieribus et ma
ria matre ihesu et statim sequitur de spiritu sancti des
census et cum complerentur dies penthecostes etc.
et. act. xxi. dicitur (erant autem philippo. iiii.or
filie virgines prophetantes. Iuvenes vestri. etc.
i. homines cuiuslibet etatis dabitur spiritus prophetie
sompnia sompniabunt. i. revelationes divinas
in sompnis habebunt ad quas anima est magis
disposita propter abstractionem ab exterioribus sen
sibus ut plenius dixi in principio psalmorum. Sed
et super servos meos generaliter in primitiva
ecclesia etiam omnibus baptizatis dabatur spiritus sanctus
in signo visibili per impositionem manuum apo
stolorum ut patet actuum. viii. et in pluribus
aliis locis et adhuc omnibus baptizatis non
obicem ponentibus datur gratia spiritus sancti licet
non in signo visibili. Et dabo. hic consequenter
ponitur quod restat ad implendum circa secundum
christi adventum aliquid tamen. exponunt tamquam
impletum in primo adventu sed non videntur michi
quod littera bene concordet propter. quod reducendum est
est magis ad tempus secundi adventus circa quod
sciendum quod christo ascendente in celum angeli ap
parentes denunciaverunt eius adventum ad
iudicium dicentes act. primo hic ihesus qui
assumptus est a vobis in celum sic veniet. scilicet ad
iudicium ut exponunt omnes doctores. sed da
tio vero spiritus sancti in signo visibili fuit
manifestatio christi ad dexteram patris
glorificati secundum quod dicitur joh. vii. nondum
erat spiritus datus quia nondum erat ihesus glori
ficatus et ideo sicut angeli christo ascendente
denunciaverunt adventum eius ad iudicium sic
Ioel propheta denuncians futuram missionem spiritus
sancti in signo visibili statim denunciavit tempus
futuri iudicii et dividitur in duas partes
quia primo ponuntur signa precedentia iudicium
secundo iudicium exercitum ibi quia ecce. Circa primum
dicitur et dabo prodigia. etc. ista sunt sig
na terribilia adventum iudicii precedentia prout
expositum dicit de ipsis. matth. xxiiii. et mar. xiii.
et luc. xxi. erunt signa in sole et luna etc.
sanguinem qui ante adventum christi ante
iudicium erit persecutio antichristi quia effun
detur sanguis innocentum et ignem. scilicet
conflagrationis precedentem adventum iudicis
sol convertetur in tenebras. non secundum rem
sed secundum apparentiam quia abscondetur eius lu
men. et luna in sanguinem. scilicet secundum
apparentiam sicut cum patitur eclipsim rubea ui
detur. antequam veniat dies domini. i. dies iudi
cii. magnus quia omnes ibi comparebunt. et
horribilis. scilicet pravis et impiis. act. ii. petrus
sic allegat magnus et manifestus. quia
tunc manifesta erunt abscondita cordi
um et erit non tempore iudicii sed ante apostoli
cum frequenter de uno tempore transeunt ad a
liud omnis qui invocaverit nomen domini. scilicet
quod dicit rom. x. corde. enim creditur ad iusticiam

ore autem confessio fit ad salutem. quia in mon
te syon et in ierusalem erit salvatio. ibi enim
salvator noster operatus est salutem per
suam predicationem et benedictam passionem potest
etiam hoc referri ad futurum tempus antichristi
quem dominus ihesus interficiet inter ierusalem et montem
oliveti cum magna parte sibi adheren
cium et sic fidelibus nomen eius invocantibus
deo modo erit ibi salvatio a persecutione eius
et in residuis. i. in illis qui decepti ab anti
christo qui tunc convertentur ad christum. ¶ Quia
ecce hic consequenter ponitur iudicium exercitum cum
dicitur in diebus illis. i. cito post antichristi per
secutionem. cum convertero captivitatem
iuda et ierusalem. i. iudeos ab antichristo decep
tos quia doctrina eius fallaciter per helyam et e
noch. ad christum firmiter convertentur congre
gabo omnes gentes in convallem iudicii et de
ducam eas in vallem iosaphat. que est
inter montem oliveti et ierusalem. non quod ibi
omnes capientur sed quia christo descendens ad
iudicium apparebit in aere super montem
oliveti. unde ascendit in celum et iudi
candi apparebunt circa illum locum ita quod a
liqui erunt in valle iosaphat et alii circa.
et disceptabo ibi cum eis. i. ordinem iudicii
meum iustum quia tunc manifestabuntur omnibus
merita et demerita omnium et sic quantum
ad electos et reprobos apparebit omnibus christi
iudicium esse iustum super populo meo et hereditate
mea israel; ista hereditas est universalis ecclesia seu
congregatio fidelium a primo iusto usque ad ultimum
electum qui in fine mundi nasciturus ut dicit
gregorius in omel. vii. quos disperserunt. cap
tivando et in exilium mittendo sicut po
tissime patet de christianis per tyrannos interfici
et captivitate multotiens et multipliciter vexatis
et terram meam diviserunt. i. terram promissi
onis quam sarraceni diviserunt sibi christi
anis inde penitus eiectis. per eum omnino et
super populum meum miserunt sortem. accipientes
sibi partes de mancipiis. et posuerunt pue
rum in prostibulo. abutentes pulcris iuve
nibus in vicio contra naturam. In hebreo autem
habetur: posuerunt puerum pro meretrice. et ac
cipitur hic puerum pro pueros in plurali
frequenter enim leguntur iuvenes christiani ab in
fidelibus vendi ut inde reciperent pecuniam
et puellam. i. puellas. vendiderunt pro
vino. i. ut de precio haberent vinum et alia
vite necessaria. Sciendum tamen quod non solum pro
illis penis condempnabuntur impii in ultimo iu
dicio sed pro omnibus aliis ista tamen specialiter
exprimuntur quia sunt contra naturalem com
passionem que inter homines omnes debet esse
illa enim que sunt eiusdem speciei naturaliter
ad invicem compatiuntur et hoc modo. matth.
xxv. salvator loquens de condempnatione
impiorum et remuneratione iustorum solum facit

mentionem de operibus pietatis et eorum contrariis quomodo futurae sunt universali pro omnibus operibus bonis et malis. Verum. Superius propheta denunciavit multiplicationem bonis hic consequenter denunciat ultionem de inimicis. Et dividitur in duas quia primo denunciatur hec ultio secundo mundi consummatio ibi. Consurgant. Prima adhuc in duas quia primo denunciatur quedam ultio implenda tempore veteris testamenti secundo alia tempore novi sicut dictum est supra de duplici collatione bonorum secundi ibi. Clamate. Circa primum sciendum quod tyrus et sydonii et philistei erant iudeorum vicini propinqui quos debebant eorum miserie compati et ipsi fuerunt magis crudeles et reges assyriorum et caldeorum invenerunt contra eos et excitaverunt propterea quod de eorum primitate sit hic mentio cum dicitur in persona domini. Verum quid mihi et vobis etc. Dicit autem deus se pleraque pati in populo israel tempore aliquorum bonorum. qui eum malis affligebantur et quia scilicet iudei meruissent captivari et affligi tamen ista iniqua voluntate exequebantur. Numquid ultionem vos reddetis mihi. quasi dicat non quia vobis non nocui sed beneficia. Et si ulciscimini. secundum ultionem vestram malam cito velociter reddam vicissitudinem. id est penam debitam isti eum populi post captivitatem iudeorum satis cito fuerunt debellati et captivati. Argentum enim meum et aurum tulistis. in destructione eius iherusalem et iudee isti tunc erant partem in preda. Et desiderabilia mea et pulcherrima. id est ornamenta meo cultui deputata intulistis in delubra vestra ad ornandum loca ydolorum. Et filios iuda etc. quia partem suam de mancipiis vendiderunt grecis qui per mare portaverunt eos longe. Ecce ego suscitabo eos etc. quod fuit impletum tempore cyri qui dedit licentiam iudeis redeundi et ad hoc exsequendum misit nuncios et litteras per totum imperium suum in quo erant saltem aliqua ad que victores greci duxerant ad vendendum dicta mancipia et convertam retributionem vestram inferendo vobis similem penam. Et vendam filios vestros in servos. et filias vestras in ancillas. In manibus filiorum iuda. id est in manibus eorum quod dicunt aliqui fuisse impletum in reversione de babilonica captivitate quia secum adduxerunt de babilone plures gentiles et illos postea vendiderunt. Sed hoc non videtur convenienter dictum quia gentiles qui venerunt cum eis de babilone venerunt voluntarie saltem pro maiori parte et erant ad iudaismum conversi sicut dictum fuit primo esdre preterea illi erant babilonii et non tyrii sydonii et philistei de quibus hic agitur. et ideo videtur melius dicendum hoc fuisse impletum postea tempore machabeorum qui pugnantes contra duces antiochi frequenter eos debellaverunt et multa mancipia inde vendiderunt maxime que plura fuerunt de illis locis unde maxime duces debellatos a iudeis ponitur condelena dux maritimus tyrus autem sydon et philistea sunt loca maritima.

Clamate. hic ponitur alia ultio implenda novi testamenti et dicunt aliqui quod erit ultio finalis iudicii sed videtur hoc dissonare quia dicitur hic sanctificate bellum suscitate robustos. quia in finali iudicio non congregabuntur homines ad bellandum sed ad penas et premia recipiendum et ideo videtur mihi quod convenientius potest exponi de persecutione antichristi qui violentia armorum cogitabit totaliter transferre ad se dei cultum secundum ad thessalonicenses ii. ostendens se tamquam sit deus et secundum hoc dicitur clamate hoc in gentibus. id est clamabitis vos antichristi ministri sanctificate bellum. id est confirmate contra colentes deum in hebreo habetur. preparate bellum verbum. nam hebraicum hic positum equivocum est ad preparare et sanctificare. Et suscitate robustos ut adhereant antichristo. Concidite aratra vestra in gladios. id est occupationes alias dimittite et ei adherete. Infirmus dicat. id est nullus se excuset quin ei obediat in christianorum persecutione. Erumpite. id est venite cum magno impetu et congregamini. ad antichristum et potissime in iherusalem ubi ostendet se tamquam sit deus secundum ad thessalonicenses ii. Ibi occumbere faciet dominus robustos tuos. interficiens antichristum et maiores partem sibi adherentium. Consurgant. hic consequenter describitur consummatio que sequitur dictam consummationem. Et dividitur in duas partes quia primo describitur finale iudicium ut addantur aliqua que superius sunt omissa et secundo pene et premia ibi. Et sciet. Circa primum dicitur. Consurgant et ascendant gentes. scilicet de sepulchris suis per generalem resurrectionem in valle iosaphath. Circa enim illum locum erit iudicium ut predictum est. Mittite falces. id est mittetis et hoc dicitur angelis qui erunt executores divine iustitie secundum quod dicitur matthei xiii. messis vero consummatio seculi est messores autem angeli. Quia maturavit messis. id est venit tempus reddendi penas et premia pro meritis. Venite et descendite messem ad iudicium. nam ipse veniturus est cum angelis suis quia plenum est torcular. repetitio est eiusdem ad maiorem expressionem quia quod significavit per messem hic significat per vindemiam quia multiplicata est malicia eorum. quasi dicat pena non est amplius differenda. Populi in valle concisionis. Appropinquat. nam claritate iudicis obtenebrabitur claritas luminarium ad presentiam maioris luminis et dominus de syon rugiet. contra impios sententiam proferendo et de iherusalem dabit vocem suam. iustis dicendo venite benedicti patris mei etc. et dicitur hic de syon et de iherusalem eo quod locus iudicii erit ibi ut predictum est. Et movebuntur celi ad receptionem reproborum quia locus ibi extra celum dicitur esse. Et dominus spes populi sui. quia tunc videbit ipse populus quod non est sua spe defraudatus. Et scietis. hic autem describuntur pene et premia iudicium generale sequentia et primo premia cum dicitur et scietis vos quia ego dominus deus vester. videntes me facie ad faciem habitans in syon id est in celesti de qua dicit apostolus ad hebreos xii. accessistis ad syon montem et civitatem dei viventis

ihrlm celeste de qua subditur. et erit ihrlm
sancta et alieni nō transibunt per eam amplius
i. improbi non erunt amplius commixti cū iustis
sicut sunt in ihrlm terrena et militante ecclia.
que etiam ihrlm dr in scriptura et dicit erit in
die illa stillabunt montes dulcedinem et per
istam intelligitur suavitas que erit in celesti patria
sicut frequenter in pluribus locis veteris ac novi
testi fruitio bea per sensibilia delectabilia
methaforice designatur. et fons de domo dni
egredietur. i. plenitudo beatitudinis significata
nomine fontis. et irrigabit torrentem spina-
rum. i. illos qui in pnti vita ad modum spinarum
asperam fuerunt per carentiam delectabilium et hoc
propter xpm in hebreo habetur. et irrigabit torren-
tem sechim. et per hoc potest intelligi sanctorum cor-
pora que tunc erunt incorruptibilia sicut et
ligna sechim incorruptibilia et hoc erit quia beatitu-
do anime redundabit ad corpora. Consequenter
de penis reprobor dicit. egyptus in desolationem
erit et ydumea in desertum. perditionis. s. in eterna
his et per istas duas gentes intelligimus ge-
neraliter omnes pravos. ista tamen specialiter exprimuntur
quia egyptus filios isrl iniquiter oppressit et clam
a quo dicta est ydumea fratrem suum iacob ino-
center persecuta sunt in eo vero damnationis in
pborum exprimuntur spetialiter peccata crudelitatis ut dictum
predictum est et ideo subditur pro eo quod inique egerit
etc. subintelliguntur cum omnia peccata alia. cōiunctio retri-
butionis ad premium beatorum dicens. et iudea in eternum
habitabitur. sicut supra per ihrlm et syon metha-
forice celestis civitas civium celestium ita hic per iudeam
terra viventium sicut sepius. xxiiij. In diebus
illis salvabitur iuda intelligitur omnis confitens deum
corde et ore et operibus etiam secundum dictam causa
quorum hebreorum ut omnes sunt ibidem sic in proposi-
to per iudeam que interpretatur confessio celestis
patria celestis ubi est iugis confessio divine laudis
ps. lxxxiiij. beati qui habitant in domo tua domine
in generatione et generationem. s. sine fine. et mun-
dabo sanguinem eorum etc. de casu quorundam iusto-
rum affligimur in pnti. propter. quod ab hominibus bona sensibi-
bilia attendentibus quorum est maior numerus re-
cenduntur illi cotidianus pmo. stultorum infinitus
et iniustis reputantur deo odiosi et hec in iusti sed
in beatitudine celesti declarabitur eorum iustitia et iustificabit
hoc dicit dominus. et mundabo sanguinem eorum. i. il-
los. tunc fuisse mundos ostendam quos non mun-
dabam. i. quorum munditiam non declarabam
in pnti vita hominibus attendentibus tamen sensibilia
bona et dominus commorabitur in syon. s. celesti ubi
clare facie ad faciem videbitur et a sanctis pro sua nobilitate
laudabitur ad fruendum ad quam fruitionem nos perducat.
Qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum
amen.

Explicit Iohel.

Incipit prima prologus in amos prophetam.

Ozias rex etc.

Ista prophetie tres prologi premit-
tuntur. quorum iste primus est
in quo Ieronimus procedit hoc modo
primo enim ponit quedam incidentia
per quod accedit ad principale cum dicit ozias
rex. etc. principaliter autem tria intendit tangere
primo tempus divinationis huius prophetie cum cum est assimilatur
ibi. ante biennium terre motum. etc. secundo materiam ibi
inter gentes que sunt etc. Tertio quorundam
sententiam in principali opere ponit expositionem ibi
et quidem prophetam etc. dicit ergo. ozias rex. de
quo habetur. ij. paralip. xxvj. cum dei religionem
sollicite emularetur. i. amaret vel imitaretur
verbo. Emulor inflatus amat invidet ac imi-
tatur in opusculo de vocabulis biblie huiusmodi
et de huius significationibus et ista dicitur in. ij. paralip. xx-
vj. fecit quod rectum erat in conspectu domini iuxta omnia
que fecerat amasias pater eius nimio religio-
nis amore provocatus. contrarium legitur. ij. para-
lip. xxvj. cum roboratus esset elatum est cor
eius in interitum suum. et neglexit dominum deum suum
ingressusque templum domini adolere voluit incensum
super altare thimiamatis. Glo. in hoc quod intende-
bat promovere divinum cultum non neglexit dominum
sed dilexit propter. hoc autem dicitur dominum neglexisse
quod preceptum non servavit. unde dicitur hic. contra
preceptum legis moysi etc. num. xviij. b. tu et
filij tui custodite sacerdotium vestrum et omnia que
ad cultum altaris pertinent et intra velum sunt
per sacerdotes autem ministrabuntur. Si quis exter-
nus accesserit occidetur. ita etiam. i. a. sunctes
sile palip. xxvj. sacerdotale officium presumere
conatus est. Unde azarias sacerdos et alij sacer-
dotes domini dicebant ei. ij. palip. xxvj. non est
tui officij ozia ut adoleas incensum domino sed sacer-
dotum domini hoc est filiorum aaron qui consecrati sunt
ad huiusmodi ministerium. ob eam terre motum
vide. Ieronimus super primum amos. ozias qui et
azarias qui indebitum sacerdotium sibi vendicavit
percussus est lepra in fronte sed et terre motus
factus est magnus per totam ihrlm circa terre
motum etiam zacharias propheta meminit. xiiij. ca.
ubi dicitur fugietis sicut fugistis a facie terre motus
in diebus ozie regis iuda. glo. qui usurpans sacer-
dotium lepra percussus est ad cuius impietatem to-
ta terra mota est. Ieroboam filij ioas. ad differentiam
Ieroboam filij nabath. de quo. iij. Reg. xij. et dein-
ceps sit. ij. palip. x. et deinceps in multis locis
de Ieroboam autem filio ioas legitur. iiij. Reg. xiiij.
g. in eas. gentes que in textu comprehense sunt
infra primo et secundo ibi. legitur de gaza et de ty-
ro de edom. et de filijs amon. et de pluribus
alijs quas memoravit affinitas. G. ibidem
cum dicit super tribus sceleribus etc. et quidem propheta
i. quod dominus per prophetam dicit ubique non parcet
super sceleribus eorum significat quod parcem

potuit in sequentibus. i. post tempus captivitatis in quo prophetavit ut tangitur in titulo et pro comminatione dominum tantum in principio exordii. i. dominus de syon rugiet etc. quod magis ait etiam quod primo tangitur tempus secundo comminatio. tercio subiungitur super tribus sceleribus etc. vel tercio i. tercio peccatum committentibus sive iterantibus significet se posse indulgere sed non quarto quod intelligi debet quantum ad sensum misticum. s. secundum quod dicitur iterare qui consuetudinarie finaliter iterat peccatorum indulgentiam emendare posse significat quem. s. deus quarto eadem peccata ad mittentibus. i. committentibus hoc etc. hic possumus dicere quod illos non convertet scilicet destruet illorum fuciam per ignem sicut patet in singulis peccatoribus. unde subiungitur hic nam per ignis similitudinem. et dicit ignis similitudinem ignem quod quasi in incendium eunt postea redditum per penitenciam vel in nulla adduno per peccata eorum periit ibidem. s. primo et secundo eandem. s. quas per nominavit. s. gazam tirum etc.

Explicit qualiscumque expositio primi prologi.

Incipit secundi prologi in amos prophetam.

Amos propheta. Iste secundus prologus tres habet partes principales in prima tangitur causa operis. in secunda pro ponitur autoris commendatio specialis ibi. amos new tempore tacui. in tercia subditur prophetie commendatio generalis ibi. hunc veneritur et non omni prophetam etc. in prima parte causa efficiens multipliciter describitur primo quantum ad nomen cum dicitur amos. secundo quantum ad officium cum dicitur propheta. Tercio quantum ad condicionem cum dicitur rusticus. quarto quantum ad operis consuetudinem cum dicitur rubos mora distinguens. quinto quantum ad modum agendi cum dicit paucis verbis explicari non potest. in quo tangitur causa formalis. sexto quantum ad causam propriam ibi hic loquitur ad vaccas pingues etc. in qua tangitur causa materialis. in secunda parte autor specialiter a quatuor commendatur primo ex humilitate gratie ibi imperitum omnibus. secundo ex officii dignitate ibi prophetavit ut ceteros etc. Tercio ex debita ad proximum dispositione ibi. esse quippe non poterit etc. quarto ex utilitate et subtilitate doctrine ibi. qui etiam tuba sua etc. hic

visus sit in Amos. erat necnon propheta ex officio rusticus condicione rubos mora distinguens operis consuetudine. illud sumitur de. amos. vii. ubi scribitur armentarius. ego sum vellicans sichomoros. i. discerpens frondes sichomori et aliarum arborum ad pastum pecorum ita dicit magister in historiis bene distinguens ut sicut et discerpsi pro eadem accipiuntur.

Sichomorus vel sicchamina vel sichegra arbor ficus. haec sumitur mora fatua vii dicitur sichomorus.

Item glo. in angl. dicitur ibi Sichomoros idem est quod rubus asserens mora que pastores famem depellunt et fortia. Elizaeus petronis in opusculo de verbis biblie plenius invenies de rubo et Sichomoro paucis verbis explicari non potest. propter verborum profunditatem et prolixitatem et ne mireris quod dicit prolixitatem. quod plurimum opportuit ipsum esse. quis ei digne. i. sufficienter et competenter exponat. i. exprimere possit quatuor scelera damasci gaze tiri. idumee filiorum amon. et moab. s. i. et. vii. et. viii. gradum unde et israel. i. ii. gradus appellatur hic locus quod in. vii. gradu. i. in septimo loco includitur con. iudam. i. contra duas tribus relicto deo idolis deditas quod in octavo gradu. i. in octavo loco contra israel. i. contra. x. tribus qua rum nulla peccata enumerat. hic loquitur. s. magister ad vaccas pingues. hic tangitur materia. s. vi. c. domum maiorem. v. tribum propter maiorem multitudinem. domum minorem duarum tribuum scilicet duobus. i. captivitate. lxx. amos. s. xxv. et. xxvi. ipse cernit fictorem locuste. s. vii. a. fictorem appellat dominum creatorem et formatorem locuste. i. exercitum assyriorum unde. ionathas in originali ordinis dominus senacherib regem assyriorum cum infinita multitudine exercitus instar locuste innumerabilem esse venturum de cuius adventu habetur. iiii. regum xviii. et ysa. xxxvi. et stantem domini. infra vii. super murum litum. hic est hic ionathas vel adamantinum. hec est litera. lxx. unde super expositionem positam in epistola ad paulinum et minimum pomorum. s. viii. a. contexentem supplicia peccata. in eodem. consequentem. et famem. viii. f. s. in epistola ad paulinum hic plenius invenies exposita vel exponuntur non dicit verbum. s. infra. viii. ubi dicitur sed audiendi verbum dei per quod intelligitur illam famem fore audiendi verbum inedia cum dominus verbum est non verbalium que plura sunt omnibus. honere gratie. i. honorata gratia speciali spirituali que sublevat ad celum queoniam dicit quod gravem reddit maturitate morum et de illo onere dicitur. vi. capitulo iugum ei meum suave est. et onus meum leve prophetavit ut ceteros. s. ioelem. naum. ionam osee. ysaiam et commendatur in hoc quod dicit cum aliis prophetasse. quod enim inter plures bonos ponitur

nō potest

nō potest hēre licentiam mali. esse quā
nō poterat. ita bene et iam sufficiens mi
pastor ante sufficit. qz in illo officio tñum
sunt similitudines et exemplis que ponit pro
phetando sicut tangit i misšis. glosis. s. vij.
et hic qui nō erat pastor spūalis magnum
habet comodum de materiali officio pastorali
qz per hoc fuit habilior ad offm̄ ꝓphandi. ideo
et magis pastores spūales ad hec sunt
utiles. tuba. scil. i. pdicacōe sonora et aperta
ioelis. ij. canite tuba. in syon. glo. pu°
pdicate penitentiam et vindicte pn°. ad
modum tube que contra auditur a bonis et
malis et publica pdicacō. pniē dl'atur
bonos ostendit ante obstinatos tamqm̄ tu
ba spūalis. ad declarandum malum de quibus
dicitur num. x. fac tibi duas tubas ar
genteas. scriptum est ysa. xl. super montem
excelsum ascende tu etc.

Explicit qualiscumque expositio
istius prologi.

Incipit tercius prologus.

Hic amos ꝓpha in isto prologo proceditur per hunc modum. primo enim ambiguitate remota notificat ꝓphete p̄sonam cum dicit hic amos pro pheta etc. Scd̄o declarat ꝓphetiōis tpus. ibi ꝓphetavit autem etc. Tercio ponitur ꝓphetie materia. ibi mitteret autem etc. quarto exprimit dicte elocōis mod̄ cum ait ꝓphetiam uocatus est ibi. hic abilis. quinto subiungit finalis ꝓphetiōis persecutoriam ibi ꝗ amasias etc. Sexto fit mentio de ipso morte et sepultura ibi. qui sempiterno etc. Scd̄m in prima parte notificat ꝓpha inl'ipso dicitur. primo per p̄sonales differentias ibi nō fuit pater ꝓphete. Scd̄o per corporale distinctionem ibi. et ille fortis vel robustus etc. tercio per sua cognatione ibi. fuit autem cognatione etc. quinto per officium et sue conditionem. scil. pastorales ibi. ruminus tenerus poterit etc. usque ad ... seu commendacioz ibi. tribue mihi pastor. Septimo quantum ad interpretationem ibi nisi in sermone. Octavo quantum ... communitatem ibi. sed pleno stilo. hic nihil ... scilicet amos. patet ysaie de quo ysa. i. visio ... iste filii amos qui fuit ille. s. pater ysaie ... ꝓpha. concitur. ibi. xxxviij. a nomine alius distinctis ille. s. amos. pater ꝓphete. unde dicitur

... huius in originali ille scribit per primam et ultimam suo nominis litteram aleph et sade et interpretatur fortis atque robustus. hic uero per aym et sameth et interpretatur populi avulsus medie litteras mem et nun utraque communes sunt. a cultu dei. iiij. Re. vij. vel eciam a regno dd'. iiij. Re. xvij. distat a bethleem. ad iudiciam plagam sicut dicit sompni. in quibus campis nichil omnino frugum gignitur humo enim arida atque harenosa. ultra ista sunt plana et sed qz quod lata est humi aride atque harenose. ipsius exponi insistendum est. potest autem ex positione duplex potest et dici qz ista sentencia glosa ... cum hic qz dicit campis et in demonstrationes eius fit in quibus campis humi aride. et hanc ... similibus. i. qz hic humi aride et harenose. nichil omnino frugum gignitur. Sicut dicitur mane uiuitur iam. i. magna uirtute huius egypte pulchritudinis ... i. huius egypciaz pulchritudinem ... al. i. huius eminentiam turpitudinem multa talia exempla ponit priscianus in minori volumine. et principium secundi libri. alias exponitur ista ut hoc quod dicit humi ponatur adiectiuale dicit. et patet in. vb. voluminis. Secundo quia propria ciuitatum nomina si prime uel secunde sunt declinationis genitiuo casu pro adverbio in loco accipiuntur ut rome sum et corinthi. ad accusatiuo uero ad locum cum certis fuit declinationis ut romam eo uel carentem uel cartaginem uel athenas ablativo de loco uel per locum. ut carthagine sum cartagine ueniens carthagine transeo idem est in super pluralibus inveniuntur ut athenis sum athenis uenio. athenis transeo et pauce inter poetas scilicet invenimus et quedam appellatiua similiter regulam obseruancia ut militie militiam militia. domi domum domo. humi humum humo. sed nota qz quando nomen ponitur pro adverbio. adverbium est secundum quod quia absolute tenetur nomen autem simplex. unde possunt ei iungi adiectiua uel alia substantiua nomina in construccione ... sicut patet hic et in ouidio epistolarum in secunda epistola scribit atque aliquis iam me docens erat in ... athenas. Consulimus inquit invenerunt in quibus campis nichil omnino frugum gignitur humi aride atque harenose. in. i. in humo arida atque harenosa. Item per exempla ... potest patet qz nomina adverbialiter posita quoque ponitur cum verbis significantibus motum quia cum significantibus quietem. Item ostenditur per exempla ouidius dicens in. iii. methamorfoseos frangit humo ... mortalia semina dentes. Item in eodem spectat humum positum ... eum sua fides. Item ... dominali scribit rothomagi studeas eo ... me deinde uenerius inhiac ... domum iudeis ... Item ... dicit sic ... rothomagi uernone morte athenis ... rothomagum uernonem tendit athenis

ferma rothomago bernone redibat athenis
tunc moritur hymi inihacq domi nis candel-
hymi inihacq domi tunc redibat hymo
inihacq domo. Dicunt autem grammatici quod ista
quatuor appellativa sequuntur reglas pro nomi-
ne sunt apparata ad unita salvacionis unde huiusmodi
duo ad deffensionem extrinsecam. domus enim de-
fendit a pluvia et grandine milicia ab hostibus
et alia quo ad deffensionem intrinsecam. rus quod
necessarium est ad cultum ut unde homo alatur et
humus i. terra humida et graminosa ut iumen-
ta pascantur. hec ablatus de iuda. hic textus. iiii.
reg. quem amasias sacerdos bethel. de quo legitur
i. vii. 10.

Explicit qualiscumque expositio ista prologi.

Incipit amos. I

Verba amos.
hec prophetia que est tercio loco po-
nitur in duas partes dividitur
in prohemium et tractatum qui
incipit ibi et dixit. in prima
parte primo notificatur actor
ex nomine cum dicitur verba amos. et iste est alius
ab illo qui fuit pater ysaie. licet uterque fuerit
propheta. Ille enim fuit nobilis et de genere regio hic
autem rusticanus ille eciam scribitur in hebreo per
litteram aleph. in principio et sade in fine iste vero
per litteram ayn. in principio. et samech in fine. propter
quod ille robustus hic annullus interpretatur notificatur
eciam ex officio cum dicitur qui fuit in pastoribus
thecue. est autem thecua territorium sepetis in
campum sed sunt ibi pascua animalium fecunda
secundo ostenditur quibus prophetavit cum dicitur. que vidit
super israel. i. super regnum x. tribuum communiter. illud
principaliter prophetavit secundario tamen communiter. plura alia re-
gna ut videbitur. tercio ostenditur tempus in quo pro-
phetavit et primo in generali cum dicitur. in diebus ozie
regis iuda et non in diebus ieroboam. filii ioas. israel
regnaverunt pariter unum quando ultima pars regni ieroboam
et prima regni ozie sibi concurrerunt ut patet. iiii.
reg. xv. ozias enim ibi nominatur azarias quod fuit
binomius secundo in speciali cum dicitur. ante duos annos
terre motus. ozias enim rex iuda in superbiam
elatus voluit offerre thimiamata in templo domini usur-
pans sibi officium sacerdotis et tunc a domino fuit lepra percussus
et fuit eciam tunc terre motus ad ostendendum iram
dei contra ipsum de quo terre motu dicitur plenius
zacharie. xiiii. amos vero incepit prophetare per
duos annos ante. Et dixit. hic incipit tractatus
in quo amos primo prophetat contra plura regna in ge-
nerali secundo magis in speciali ibi hec dicit. Cum

primum dicitur et dixit. s. amos a deo inspiratus dominus
de syon rugiet. etc. ii. domini contra regna in sequen-
tibus expressa designat metaphorice per rugitum leonis
qui est terribilis et dicit de syon eo quod ibi in tem-
plo erat propiciatorium quod erat quasi sedes dei ut dic-
tum fuit. exo. xxv. et videbatur propheta ymagina-
rie quod vox dei loquentis ad se ex illo loco pro-
deret usque ad eum. et luxerunt speciosa pa-
storum. i. habitatores et mansiones pastorum et regnorum
infra scriptorum et exsiccatus est vertex carmeli.
i. nichil deficiet pretereo cuilibet regni sic est sicut
translacio caldaica et ideo non est hic prophetia de
sterilitate futura per minutam similitudinem ut est
dicunt aliqui sed est locucio methaphorica ad
significandum desolacionem regnorum infra scriptorum
hec dicit hic contra prophetat magis in speciali et pri-
mo contra extraneos. secundo contra iudeos sequenti
capitulo ibi. hec dicit dominus super tribus sceleribus
iuda. prima dividitur in sex partes secundum
sex regna contra que prophetat et patebunt partes
prosequendo. in prima parte prophetat contra regnum
syrie dicens super tribus sceleribus damasci. i.
syrie eo quod damascus erat metropolis illius terre
quia secundum quod dicitur ysa. vii. caput syrie dama-
scus et super quatuor non convertam. hic dicunt
hebrei quod si homo peccaverit bis vel ter eodem
genere peccati remissibile est sed non si quater et si
intelligant de irremissibilitate simpliciter hoc est
erroneum et contra scripturam sicut patet. iiii. re.
de manasse rege qui non solum quater sed pluries
peccavit ydolatrie et homicidii incurrit et cum hoc
veniam obtinuit et alia plura exempla possent
adduci de scriptura. Si autem intelligatur irre-
missibile. i. difficile remissibile sic est verum
illa tamen difficultas non est ex parte divine potencie
sed ex parte peccatoris qui ex eo quod totiens iterat
peccatum reddit se gracia dei indignum sive quasi non
potest apto reduci secundum quod dicitur osee. viii. pec-
cato una ex te illi tam non ex inde auxilium eius
per talem modum loquendi dicitur. sal. capitulo vii.
qui autem dicit verbum quod secundum scientiam non reveretur
ei. i. de difficili revertitur hoc eciam non dicit
plenius. v. methaphorice quod impossibile unquam modo dicitur
illud quod nunc possit fieri regnum vero syrie mul-
tociens affligebat regnum x. tribuum et iniuste
propter quod dignum erat divina punicione et maxime
quod victoria sibi concessa abusi fuerant magna
crudelitate ideo subditur eo quod triturabant in plau-
stris ferreis galaad i. habitatores galaad per
plaustra hic non intelliguntur currus sed quedam
instrumenta dentes ferreos habencia que volvebant
super segetes positas in areas non solum ad excu-
ciendum granum sed ad conterendum sic stipulam ut
redigerent quasi in paleam addendum aliis in deffen-
sionibus peribuli et talibus plaustris conterebant
crudeliter homines de galaad. et mittam ignem
in domum azael et devorabit domum benadab
sic describitur communiter in bibliis nostris. in hebreo enim
scribitur per litteram cos in fine sic benadaz. benadab

cui scriptum per .b. in fine regnauit autem azael in medietate azael benadab filius eius et isti fuerunt ante tempus amos prophete qui cepit prophetare tempore ozie ut dictum est et propter hoc cum dicit hic et mittam ignem in domum azael etc. per domum intelligit posteros eorum adeo punita que punitio per ignis designatur probabile est esse quod edificia ab eis facta fuerunt tunc combusta et puniuntur autem hic in regem syrie azael et benadab quia nimis crudeliter se habuerunt erga filios israel ut patet ex iiii Re. et conteram vectem damasci .i. fortitudinem eius et disperdam habitatorem de campo ydoli .i. de syria idolatrie dedita et tenentem sceptrum .i. regem de domo voluptatis .i. de domo regia in qua uacabat delitiis. et transferetur etc. hoc fuit impletum tempore achaz ut habetur iiii Re. xvi. ubi dicitur quod teglath phalasar rex assyriorum interfecit rasym regem syrie et habitatores damasci transtulit in cyrenen. Hec dicit. hec est secunda pars in qua prophetat contra philisteos dicens super tribus sceleribus gaze nomen est ciuitatis regie et super quatuor etc. exponatur sicut prius de multiplici iniquitate iudeorum iuste propter quod philistei erant digni diuina vindicta et maxime quia usi sunt erga eos crudelitate nimia. Subditur eo quod transtulerit captiuitatem perfectam. destructa enim samaria per assyrios et postea ierusalem per caldeos aliqui euadentes fugerunt versus terram philistinorum quibus in casu suo erat compatiendum et philistei econuerso eis insidiantes capiebant eos et ydumeis vendebant in seruos et sic transferebant captiuitatem inde eorum perfectam et mittam ignem in muros gaze .i. postea fuit succensa per caldeos et cum fuit memoratum de destructione aliarum ciuitatum notabilium in terra philistiim cum dicit et disperdam. contra tyrum que erat in parte aquilonari versus iudeam et tyrii uicini eorum inferebant iudeis molestiam propter quod erant digni adeo punitione ideo dicit super tribus sceleribus tyri etc. et maxime quia eadem crudelitate usi sunt erga iudeos fugitiuos sicut et philistei ideo sequitur eo quod concluserit etc. et exponatur ut supra et non sunt recordati federis fraterni .i. salomonis regis israel et yram regis tyri quod fuit ad inuicem conuentionem iii Re. v. et in tantum quod uocabant se inuicem fratres propter quod yram dicit salomoni iii Re. ix. hecine sunt ciuitates quas dedisti michi frater et immittam ignem in murum per caldeos. Hec dicit. hec est quarta pars in qua prophetat contra ydumeam que uiolenter ualde persecuta est iudeam propter quod meruerunt sustinere vindictam maxime cum ydumei et iudei de duobus fratribus essent nati scilicet iacob et esau propter quod eos mutuo diligere debebant et ipsi econtrario eos odio habebant ideo subditur eo quod persecutus in gladio sit fratrem suum. iacob ge. xxvii. et filii ydumei ab esau descendentes similiter persecuti ambulantes per terram eorum negauerunt iiii. Re. xv. dicentes populo israel non transibis per me alioquin armatus occurram tibi et sic postea fugientes impugnauit eos in terra sua. ideo subditur et uiolauerit misericordiam eius .i. quam debuerant erga populum israel ratione fraternitatis et tenuerit ultra furorem suum. etc. .i. nam et odium ipsius esau contra iacob fratrem remanserat ipsis ydumeorum contra ipsum iudeorum. Mittam ignem in theman. nomen est loci in ydumea et similiter bosra unde fuit iobab rex edom. gen. xxxvi. sed alia est bosra in moab. Hec dicit. hec est pars quinta in qua prophetat contra filios amon. qui debuerunt diligere filios israel eo quod descenderunt ad loth nepote habrahe patris iudeorum et ipsi econtrario habuerunt eos odio et eos multis iniuriis persecuti sunt crudeliter ut patet primo Re. de naas rege eorum qui nolebat facere pactum cum eis nisi erueret omnium oculos dextros ideo dicit super tribus sceleribus amon .i. multotiens replicatis. eo quod dissecuerit cum gladio sibi pugnantibus ut acquireret terminos eo quod dissecuerunt pregnantes galaad ut pueros paruulos qui erant perderent sed ipsi ammonite eorum habitationes possiderent ut dilatarent terminum suum .i. eorum sue habitationis. et succendam ignem in muro rabbe. hec est ciuitas que dicitur metro iii. ... rabath et erat metropolis in regno amon. in ululatu .i. in sono confuso ululantium clamorum et ... et ibit melchom .i. rex eorum in captiuitatem.

II

Hec dicit. hec est sexta pars in qua prophetat contra moab qui similiter descendit a loth propter quod debuerunt eos diligere et cum econtrario insultauerunt persequentes eos ut patet in libris iudicum et regum ideo dicit. super tribus sceleribus etc. .i. multotiens replicatis propter quod digni erant sustinere supplicium et cum hec quia dignitatem regie maiestatis dele... ideo subditur eo quod incenderit ossa regis ydumee. quis autem iste rex fuit non dicitur hic nec etiam alibi in scriptura aliquis tamen glosatorum dicit quod fuit ille rex edom qui iiii Re. iii. dicitur fuisse in exercitu cum regibus israel et iuda contra moabitas. et cum rex moab esset obsessus uoluit irrumpere ad regem edom et non potuit sed fuit compulsus in ciuitatem redire propter quod moabite contra ipsum post eius mortem effoderunt ossa de sepulcro et incenderunt. alia dicit quod idem rex edom pugnans contra moabitas cecidit in manus eorum et exercuerunt hanc crudelitatem tamen non dicit quis fuit ille rex edom. Et deuorabit edes carioth. nomen est ciuitatis in moab. et morietur in sonitu moab .i. in sonitu .i. belli ubi est sonus magnus ex ... armorum et clamore morientium et disperdam

iudicium etc. i. iudices et omnes personas nobiles. Hec dicit. postquam (com)minatur contra vicinos et primo contra regnum iude. 2° contra regnum israel ibi. hec dicit. Circa primum sciendum quod decem tribubus separatis a regno david. iii. regum xii. cultus divinus et doctrina legis per sacerdotes remansit in regno iude propter quod illud regnum habuit maiorem opportunitatem servandi legem et cultum divinum et per consequens magis reprehensibiles fuerunt de transgressione et tamen indisciplinati et multiplicaverunt in utroque contempnendo legem et exercendo ydolatriam ut patet ex iiii. regum et secundo paralipomenon. propter hoc meruit duriorem punitionem ideo dicitur super tribus sceleribus etc. et patet ex dictis supra. et mittam ignem in iuda. etc. hoc fuit impletum quando nabuzardan succendit domum domini et domum regis et domos iherusalem per circuitum. iiii. regum ultimo.

Hec dicit. hic consequenter (com)phetat contra regnum israel et ponitur hec prophetia ultimo loco quia propheta circa eam diutius immoratur. scilicet usque ad finem. tamen aliqua inseruit aliquando de regno iude et dividitur in duas partes amos. quia primo denunciat suam prophetiam secundo ex hoc patitur iniuriam capitulo vii. prima in tres quia primo arguit populum de avaricia secundo de ydolatria capitulo iiii. ibi venite ad bethel. tertio de curialitate et lascivia. capitulo vi. Sciendum tamen quod ista divisio non est precisa sed summitur a plurimo. inqualiter enim parte mentio fit de aliis viciis. prima in duas quia primo arguitur cupiditas virorum secundo suarum uxorum in principio capituli iiii. prima in tres quia primo ponuntur populi flagitia 2° recoluntur dei beneficia ibi ego sum. tertio predicuntur futura supplicia ibi ecce ego. Circa primum dicitur super tribus sceleribus. etc. quod exponunt aliqui dicentes quod primum scelus fuit venditio ioseph. gen. xxxvii. 2m in adoratione vituli exodi. xxxii. tertium in negatione david. tertio regum. xii. que nobis pars in david. quartum autem in venditione christi ypi propter. quam fuit per orbem captivati propter quod dicitur non convertam eum. reducendo ab hac captivitate eo quod vendidit argento iustum. i. christum ennomatice iustum; sed illud quod sequitur non videtur bene consonare et pauperem pro calciamentis. propter quod expositio magis videtur inusta quam (con)sillis ideo dicendum est aliter. super tribus sceleribus etc. i. pro viciis multo supra indisciplinatis et multiplicatis iterum sicut superius dictum est de aliis eo quod vendiderit argento iustum. i. iusticiam pervertendo iudicium pro precio et pauperem pro calciamentis. i. pro re parum valente in quo apparuit magna contemptus pauperum. hebrei dicunt et pauperem pro clausuris. i. pro re parum valente in quo apparuit magna contemptus pauperum hebrei dicunt et pauperem pro clausuris. dictio hebraica hic posita equivoca est ad calciamenta. et clausuras et exponunt sic. ra. sa. d. quod quando pauper habebat vineam vel agrum iuxta divitis possessionem molestabat eum calumpniis ut sic cogeretur sibi vendere possessionem suam et sic dives auferebat clausuram mediam inter suam et pauperis possessionem ponens totum sub una clausura et hoc magis consonat sequenti. Qui conterunt super pulverem etc. cum descendendo totaliter alio statu sic enim dicere vulgariter dicitur in pulverem prostravit. et viam humilium declinant. i. declinare faciunt quia humiles cedunt superbis cedunt in via qua obviant eis declinantes a latere. et filius ac pater ierunt ad puellam. i. pater violavit puellam filio suo affidatam seu desponsatam et in hoc tangitur crimen incestus. et super vestimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare. faciebant. n. illi alii convivia magna in loco ubi colebant ydola. et de vestimentis pauperum quae eis impignorata fuerant faciebant sedes ad recumbendum in mensa et quia convivia illa fiebant de substancia iniuste oppressorum et condempnatorum ab eis ideo subditur et vinum dampnatorum etc.

Ego autem. hic consequenter recoluntur divina beneficia illi populo exhibita ut ex hoc flagitia predicta apparerent maiora et supplicia sequentia iustiora et dicitur in persona dei. Ego autem exterminavi amorreum. ante faciem populi israel sicut patet in libris numerorum et iosue cuius altitudo cedrorum. i. valde excelsa ultra communem staturam ideo de eis dicitur. num. xiii. quibus comparati quasi locuste videbamur. et fortis ipse quasi quercus. i. sicut excedebat populum israel in altitudine ita et in fortitudine. et contrivi fructum eius de super etc. i. principes et superiores illius populi. Et consequenter recolitur aliud beneficium precedens. scilicet eductio de servitute egypti cum dicitur. ego sum. etc. et patet littera. et suscitavi de filiis vestris prophetas ad docendum populum. et hoc patet per totum vetus testamentum. et de iuvenibus vestris nazareos aliquos ad semper ut sampsonem et samuelem et aliquos ad tempus. numquid non ita est. q. d. non potestis ista negare beneficia et vos econtrario me provocabatis ideo sequitur et propinabatis nazareis vinum ut infringerent votum nazareatus. et prophetis mandabatis etc. sicut patet. infra. vii. quod amasias sacerdos bethel inhibebat impedire quominus amos prophetaret.

Ecce ego. hic consequenter predicuntur debita supplicia et primo ostenditur hec punitio sub enigmate et secundo verbis. capitulo iii. Circa primum dicitur ecce ego. stridebo super vos etc. talis autem stridor causatur ex onere superposito et per hoc insinuatur

O S

quia peccata populi ita erant grauia quod deus non posset ulterius tollerare absque punitione debita. hebrei sic dicunt: ecce ego stridebo in locis uestris. quia dictio hebraica est equiuoca ad utramque significationem, et in hoc notatur modus punitionis plaustrum enim multum oneratum conterit et stridere facit illa super que trahitur plaustrum oneratum. q.d. non poteritis effugere sicut nec illa super que transit plaustrum oneratum. ideo subditur. et peribit fuga a ueloce. quia capietur antequam possit fugere et tenens arcum non stabit contra hostes et robustus corde. i. audax et constans alias nudus fugiet. proiectis armis pre timore.

III

Audite uerbum.

Postquam propheta punitionem regni israel ostendit esse racionabilem. hic consequenter ostenditur racionabilis et diuiditur in duas partes quia primo hec racionabilitas declaratur. secundo punitio iterum proclamatur ibi. propterea. prima in duas quia primo ostenditur racionabilitas ex testimonio diuino. secundo ex humano ibi. auditum facite. ¶ Circa primum propheta primo excitat attentionem dicens. audite uerbum etc. super omnem cognationem. et sic alloquitur omnes in duos generaliter. tantummodo uos cognoui etc. exhibendo uobis legem diuinam et alia beneficia plura prestando. psalmus. cxlvii. non fecit taliter omni nationi et iudicia non manifestauit eis. idcirco uisitabo super uos. acrius uos puniendo quanto maior fuit uestra ingratitudo deum prophetarum spiritu delapsum repellendo ideo subditur. numquid ambulabunt duo pariter ad aliquem locum determinatum nisi eis conueniat. tale iter ex aliqua racionabili causa. q.d. non et per hoc methaphorice designatur conuenientia dei et prophete loquentis ex eius ore numquid rugiet leo in saltu etc. q.d. non in eo rugiens est deus per os prophete predicentibus comminatus ad quod sequitur pena sicut ad rugitum leonis pena et hoc nisi penitu erunt et idem intelligitur per hoc quod subditur numquid dabit etc. et est repetitio eiusdem sensus ad maiorem assertionem. numquid cadet auis in laqueum terre. i. ab sensu dictum intentionis absque aucupe. i. sine opere aucupis laqueum tendentis q.d. non per aucupem intelligitur deus peccatores capiens in laqueo pene psalmus x. pluet super peccatores laqueos etc. numquid auferetur laqueus etc. q.d. non sic intentio dei non frustrabitur a punitione peccatorum in malo perseuerantium. si clanget tuba in ciuitate. pro aduentu aduersariorum super eam. et populus non expauescet. q.d. ymo per tubam intelligitur denunciatio prophetica diuine comminationis propter hoc subditur. si erit malum. i. pene. in ciuitate quod non fecerit dominus. i. ordinauerit fieri ut debetur culpe punitio decore iusticie. q.d. aliter non fiet quia non

faciet dominus deus uerbum de hiis que sunt uentura hominibus inferri. nisi reuelauit etc. quia sicut natura non deficit in necessariis ita nec auctor nature iudicando per prophetas ea que sunt necessaria cognoscenda et non possunt uia humana sciri omnia ista exempla ad hoc posita sunt ut ultio diuina per prophetas proclamata racionabilis ostendatur. ideo subditur. leo rugiet. i. deus per prophetas comminabitur quis non timebit. q.d. nullus qui non debeat timere et de malis suis penitere. dominus deus locutus est prophetas inspirando. quis non prophetabit inspirationem a deo acceptam populo nunciando. q.d. nullus debet tacere propter quamcumque persecutionem. auditum facite etc. hic consequenter ostenditur racionabilitas punitionis testimonio humano cum dicitur. auditum facite in edibus azoti. etc. i. inter gentiles legem dei non habentes congregamini super montes samarie et uidete insanias multas in medio eius. et calumniam patientes. In quo notantur peccata contra proximum. q.d. si gentiles talia uiderent sola lumine naturali ducti iudicarent punienda dicerent. ¶ Propterea ostensa racionabilitate punitionis supradicte. hic iterum proclamatur cum dicitur. tribulabitur et circuietur. terra ita quod nichil remanet absconditum. et detrahetur ex te fortitudo tua. i. rex principes et bellatores et diripientur edes tue. quia inde auferentur. et postea incendentur et hoc fuit impletum tempore osee. iiii. Regum. xvii. nequitiam quia aliqui pauci euaserunt ideo subditur. quomodo si eruat pastor etc. sic eruentur filii israel. i. ualde pauci ex eis in plaga lectuli. i. in regione regni iudee quod dicitur lectulus racione templi quod erat ibi de quo dicitur cantica i. lectulus noster floridus eo quod ibi quiescebat deus per specialem inhabitationem illi. n. qui predicto modo euaserunt in regnum iudee redeuntes ad diuinum cultum et in damasci grabato. quia certum aliqui de dictis euadentibus in damascum refugerunt et fuit occultum ad tempus. Sed contra. quia aliqui hebrei dicunt quod damasci non est hic nomen loci sed est nomen appellatiuum et significat uirtutem quia ezechias dei electoris predictis ad regnum suum refugientibus prouidit uirtutem conuenientem de uictu et quia non solum fuit populus israel punitus sed etiam cultus ydolatrie ibidem destructus. ideo subditur. ideo audite etc. in die enim uisitare cepero preuaricationes israel. populum puniendo uisitabo et super altaria bethel omnia ydolatrie loca destruendo et percutiam domum hyemalem cum domo estiua. potentes enim ex carnalitate habebant uarias domos pro hyeme et estate et peribunt domus eburnee. non quod essent totaliter de ebore sed quia ibi erant aliqua opera nimis curiosa eburnea et hoc modo dicitur. iii. Regum. ultimo de achab rege israel et domus eburnea quam edificauit etc.

¶ i. ydolatrias.

¶ tempore ezechie uenerunt.

Audite verbum. Postquam propheta de scriptura et supra [superius] de capite et supra suprascriptas iniurias hic consequenter idem ostenditur de viris eorum cum dicit audite verbum hoc vacce pingues. id est potentium uxores que dicuntur vacce. proprie propter vitulos aureos quos adorabant et pingues inde dicuntur ad quarum amplificationem iniquitas viros suos incitabant ideo subditur que calumpniam facitis. id est per viros vestros pro cunctis. ideo subditur. que dicitis dominis vestris. id est maritis. afferte et bibemus. id est substantiam aliorum rapite ut nos et familie nostre possimus laute vivere. et subditur pena. iuravit dominus in sancto suo. id est in se ipso qui est sanctus sanctorum Ecce dies venient super vos. id est ad punitionem vestram. et levabit vos portando in captivitatem sicut portantur res ponderose in tinellis et reliquias vestras in ollis ferventibus. id est cetere ad fortalicia fugientes ibidem cremabuntur cum edificiis et per aperturas exibitis. id est ville sicut aperiuntur in muris per quas exirent hostes et proiciemini in armon nomen est regionis longinque extra terram assiriorum. Venite post quam propheta arguit populum de avaricia hic consequenter arguit eum de ydolatria et dividitur in tres partes quia primo ponitur ydolatrie frequentatio secundo frequentantium obstinatio ibi tercio punitionis monicio ibi postquam autem. Circa primum dicit venite in bethel. id est venientes frequentando locum ydolatrie ita quod propheta non invitat ad idolatriam sed magis arguit eam. ad galgalam. ibi enim similiter ydolatria exercebatur ut dictum est supra osee. xii. capitulo et offerte. id est offeretis. tribus diebus. scilicet in anno sicut in templo domini quod erat in iherusalem cultores dei debebant apparere ter in anno. exo. xxiii. Jeroboam enim in cultu vitulorum quos fecit statuit aliqua similia cultui divino qui fiebat in iherusalem ut populus facilius assentiret et sacrificate de fermentato sicut et gentiles ydolatre oblationes enim deo facte in iherusalem erant absque fermento sic enim voluistis. filii israel. scilicet sacrificare vitulis aureis et non de mandato meo sed voluntate vestra iniqua. Unde hic consequenter ponitur obstinatio populi qui pluries adeo fuit flagellatus propter peccata non tamen emendatus et primo ponitur flagellum famis cum dicit unde et ego dedi vobis stuporem dencium. id est famem. hebrei autem dicunt. candorem dencium. Unde et famelici vulgariter dicuntur habere dentes albos et venterem vacuum ideo sequitur et indigenciam panum. secundo flagellum sitis cum subdit. ego prohibui a vobis ymbrem. et hoc tribus mensibus ante messem. que incipit in illa terra mense aprilis et sic prohibita ymbre quando quo magis solet pluere et pluit super unam civitatem etc. id est quando dedi pluviam fuit tamen modica quod non sufficiebat vobis ad potum ideo sequitur et venerunt due et tres civitates etc. tercio

flagellum venti urentis vel aure valencia corrumpentis et erucas generantis cum dicit percussi vos in vento urente. etc. quarto flagellum occisionis ab adversariis cum dicit. misi in vos mortem in via egypti. miserunt enim iuvenes electos in egyptum ad adiuvandum, inde auxilium contra assirios qui per consequens ab assiriis fuerunt occisi ab eis et equi eorum ab adversariis capti ideo subditur usque ad captivitatem equorum. et quia cadavera eorum remanserunt insepulta subditur et ascendere feci putredinem etc. quinto flagellum subversionis terre per adversarios cum dicit. subverti vos. que subversio facta est ferro et igne ideo sequitur. et facti estis quasi torris. id est lignum semiustum et dicitur a torreo. res. et non redistis ad me totaliter. flagellatio quia propterea hec faciam tibi israel. id est iterabo tibi penas consimiles et maiores. Postquam autem. hic consequenter ponitur punitionis monicio. scilicet ut populus ad dominum convertatur et ad hoc inducitur duplex motivum secundum ponitur capitulo. v. primum autem motivum est consideratio divine potencie cui omnis creatura debet se subicere. ideo dicit. postquam autem hec fecero tibi id est afflictiones predictas. prepare in occursum dei tui israel. per debitam penitenciam revocationem tibi intellectum divine. Et doctores expositores nostri communiter et satis rationabiliter quod hic est prophecia de conversione iudeorum circa finem mundi futura. Unde et decem tribus ad hunc non sunt de captivitate liberate et secundum hoc exponitur prepare in occursum. etc. id est preparabis te ad hanc autem conversionem seu penitenciam dictam debet movere excellencia divine potencie ideo sequitur quia ecce formans montes etc. et annuncians homini eloquium suum. dando ei prophetie spiritum deo excitante id est angelorum

Audite. hic ponitur secundum motivum quod est divine iusticie consideratio actione peccata punientis. Et dividitur in duas partes quia primo ponitur hec consideratio. secundo arguitur populus de opposito ibi. qui convertitis. prima in duas quia primo inducit populum ad considerationem pene preterite. secundo ad evaluationem future ibi. quia hec dicit. Circa primum dicit propheta. audite verbum istud. non solum aure sed etiam corde. quod ego super vos levo planctum. compassionis inserere vobis in flete domus israel cecidit. a statu prosperitatis et hoc fuit tempore azael regis qui supra modum afflixit regnum israel secundum quod dicitur. iiii. regum. viii. tertio quod est finis domini consequens israel. proiecta est et tradidit eos in manu azael regis syrie etc. et subditur attriverat eos rex syrie. non adiciet ut resurgat in pristina prosperitate et ad idem facit quod sequitur. virgo israel proiecta est. quia expressio est eiusdem ad maiorem expressionem quod declaratur per id quod subditur. verbis de qua.

egrediebatur mille etc. Quia hec dicit dominus
hic inducit ad emendationem pene future dicens
in persona dei. querite me per opera bona. et
uiuetis corporali et spirituali uita. et nolite querere
bethel etc. i. nolite colere ydola que coluntur
in bethel galgala et bethel sabee. quia gal
gala captiua ducetur etc. i. populus ydolatrians ex
tunc ibidem. querite dominum et uiuite. expositum
est supra ne forte comburatur ut ignis qui totaliter
desinit per consumptionem materie combustibilis. domus
ioseph i. regnum israel quod denominatur a ioseph
eo quod ieroboam primo rex fuit de tribu effraym
filii ioseph. ¶ Qui conuertitis hic arguit cum
populum de opposito. s. quia peccabant sine freno
timore dei postposito et primo arguit eos cum
gressiones secundo declinationes ibi. ve. desiderantibus.
prima in duas quia primo arguuntur populi multiplex
transgressio secundo ostenditur punitio ibi ideirco.
Circa primum dicit qui conuertitis in absinthium
iudicium. i. in amaritudinem pauperum eos iniuste
condempnantes. et iustitiam. i. deum qui est iu
sticia per essentiam sicut et uita. in terra reli
quistis. pro ydolis uanis. facientes arcturum et
orionem. est autem arcturus quedam constella
tio que reuoluitur circa polum septentrionalem
et uocatur ursa maior ab astrologis et cur
rus karoli a laicis. orion autem quedam est con
stellatio clara et nota partim in signo thauri
et partim in signo geminorum et ortus eius signi
ficat tempestates etc. quod dicit plus secundum ueritatem
quam quod orion est in dilectione et difficile. conuertentes
in mane tenebras. etc. i. successionem faciat di
ei et noctis. qui uocat aquas maris. eleuan
do eas in uaporibus humidis. et effundit eas super
faciem terre. conuertens eas in pluuias. qui sub
ridet uastitatem. in hebreo habetur. qui uolentiam
fortem eius reprimendo et sic subridet. i. con
tempnit uastitatem a forti factam. et depopula
tionem super potentem affert. populum de regno
potenti transferendo et captiuando ista dicta sunt
de deo ad ostendendum quod non est pro ydolis reli
quendus et ueritatem ad ostendendum populi transgressionem
dicens. odio habuerunt in porta corripientem
in portis. n. antiquitus sedebant iudices et se
nes ut quilibet eciam extraneus inueniret eos in
promptu et loquentem perfecte. i. sanos doctores
et prophetas. abhominati sunt eorum doctrinam refu
tando. Idcirco. hic ostenditur punitio eius dicens pro
eo quod diripiebant pauperes et ostenditur modus
direptionis. et predam electam. i. illud quod erat
melius et nobis placencius. tollebatis ideo in
penam huius et aliorum peccatorum predictorum domos quadro
de lapide hedificabitis. i. sumptuose et labo
riose. et non habitabitis in eis. quia in captiuitatem
ducemini. quia cognoui multa scelera uestra. ad pu
niendum. et fortia. i. grauia. hostes iusti. i. in
sticie ita quod iustum est hic neutri generis. accipien
tes munera pro subuersione iusticie. ideo prudens in
tempore illo tacebit. cessans a correctione

sciens uidens quod non esset ad uitam emendationem
sed magis ad peiorem uitam aggrauationem. ideo
sequitur. quia tempus malum est. non propter se. sed propter
maliciam gentis et cetera. hoc ante tempus illud propheta
monet de correctione eos dicens querite bonum
per emendationem uite. ut uiuatis corporaliter
et spiritualiter. et erit dominus deus exercituum nobiscum
per gratiam suam nos protegendo. sicut dixistis
i. desiderastis. sed quia hoc desiderium non impletur
nisi mala uita corrigatur. ideo subditur odite
malum. dicit. ei sunt partes iusticie. s. declinare
a malo et facere bonum. et constituite in porta
iudicium. i. iudices in portis ciuitatum et uilla
rum sicut preceptum est de ut. xvi. ad hoc ut quili
bet peregrinus quod cuius possit statim iudices in
uenire. si forte misereatur dominus. non dicitur
hic forte propter aliquam mutabilitatem que sit
in deo sed in libero arbitrio hominis reliquiis ioseph
i. regno ioseph quod dicitur hic reliquie post eius
diminutionem ut predictum est. dicitur hic regnum decem
tribuum regnum ioseph eo quod ieroboam primo rex
fuit de tribu effraym filii ioseph. propterea hec dicit
dominus etc. in omnibus plateis planctus. hoc sum
non refertur ad illam immediate precedentem
sed ad illud quod dicitur supra. hostes iusti accipi
entes munera et pauperes in porta deprimentes
ex quo concludit hic propterea. et ostenditur in omnibus
plateis. s. ciuitatum. planctus. mouendus et
in cunctis que foris. i. uillis et opidis in
campestri terra situatis. dicetur ve ve. propter multi
plicationem miserie. et uocabunt agricolam
ad luctum. in uillis et opidis in quibus
non sunt habentes artem plangendi et ad plan
ctum. in ciuitatibus. eos qui sciunt plangere
i. canere carmine lugubri. tales enim solent
in ciuitatibus manere. et in omnibus uineis
i. campestribus locis. erit planctus. cuius causa
subditur. et pertransibo in medio tui. faciens
executionem iusticie mee per assirios. ve. desi
derantibus. hanc autem literam exponunt aliqui
de regno duarum tribuum de quo prophetauerunt
ieremias et alii prophete quod populus iturus esset in capti
uitatem babilonicam et inde post. lxx. annos
rediturus et habiturus maiora bona quam ante quod
tamen non erat intelligendum statim post redi
tum sed longe post. s. in aduentu christi. prout
declaratum supra in pluribus locis. uerba ieremie
et aliorum prophetarum multi tamen de populo intelligebant
quod habituri essent illa statim in reditu propter quod
desiderabant accelerationem illius captiuitatis
propter accelerationem prosperitatis in reditu et
ad hoc applicant literam sequentem in qua
propheta eos increpat de tali desiderio ut dicunt
isti ¶ Sed illud non uidetur conueniens dictum
quia non solum reges. s. ioachim et sedechias
sed etiam principes et sacerdotes et pseudo
prophete et omnis populus persequebantur ad mortem
ieremiam eo quod denunciabat illius captiuitatis
accelerationem ex quo patet quod non desiderabant

eam sed magis abhorrebant propheta. quod sicut dictum est supra hic propheta arguit illusores eius. i. in populo reputabatur dicta prophetarum fabula de diuina punitione futura et sic deridendo dicebant Ierem. xvii. ubi est uerbum domini ueniat sicut fuit ibidem expositum. ita dicitur hic. Ve desiderantibus etc. et diuiditur in duas partes quia primo predicitur supplicium secundo auferunt remedium ibi. Odi. circa primum dicitur. Ve desiderantibus diem. i. diem diem ultionis denunciatam a prophetis de qua proterue dicebant ueniat dies illa loquendo per modum optatiuum. Ad quid eam uobis. i. i. equalis est uobis futura dies illa et respondet. Dies domini ista tenebre. et erit uobis dies tribulationis que per tenebram metaphorice designatur. ideo subditur. quomodo si effugiat uir a facie leonis etc. i. tunc uobis occurrent tot pericula quod si aliquis euadit unum incidet in aliud. ideo concluditur. Numquid non tenebre etc. q.d. sic et exponitur ut supra. ¶ Odi. hic ostenditur remedium quod posset esse per diuinam placationem quod tollitur cum dicitur in persona dei. Odi et proieci festiuitates uestras etc. et patet littera. Aufer a me tumultum carminum tuorum. i. si offeras michi laudes uocales humanas seu musicis instrumentis non acceptabo quia non est speciosa laus in ore peccatoris. ecclesiastici xv. Et reuelabitur quasi aqua. i. ualde manifeste iudicium. i. exsequutio iustitie mee. quasi torrens fortis qui suo impetu rapit ea que inuenit. q.d. ita rapiemini in captiuitatem. Numquid hostias etc. istud refertur ad tempus in quo filii israel fuerunt in deserto et dicunt aliqui expositores tamen quod a conflatione uituli exo. xxxii. non obtulerunt sacrificia et oblationes domino sed ydolis que portabant in itinere. ¶ Sed hoc non uidetur uerum quia pro adoratione uituli populus fuit grauiter punitus ut habetur ibidem et similiter pro peccato ydolatrie phegor numeri xxv. et ideo non est uerisimile quod si tam diu ydolatriam exhibuissent ydolis que secum portassent quin populus uniuersaliter de hoc punitus et quin de hoc esset expressa mentio in libris moysi et ideo istud inducitur ad ostendendum quod sacrificia non sunt deo accepta nisi assit bona uita et hoc per oppositum. s. quia ista sacrificia fuerunt obmissa longo tempore cum populus israel esset in deserto. et tamen dominus qui benignus placatus illi populo contulit illa beneficia prebendo manna continue et ducatum ignis et nubis de nocte et die et multa alia beneficia. De dicta uero omissione sacrificiorum dicit. Ra. Sa. super illud numeri ix. fecerunt filii israel phase tempore suo quod toto tempore quo fuit populus in deserto non fecit nisi illud phase tamen et tamen erat principalis solempnitas anni et in qua debebant offerri sacrificia solempnia et si illud fuit omissum multo fortius alia minus principalia. fuit enim super hoc populo dispensatum propter incertum nubis motum sicut et de omissione circumcisionis. ista tamen omissio sacrificiorum non est sic intelligenda uniuersaliter quod illo tempore fuerint nulla sacrificia oblata quia in dedicatione tabernaculi obtulerunt principes plurima animalia in sacrificium domini numeri vii. et idem contigit ex aliquibus aliis causis specialibus et secundum hoc dicitur. Numquid hostias et sacrificium etc. q.d. pauca obtulistis et ideo non computantur sed in illud quod dicitur secundo pluraliter quod modicum est pro nichilo reputatur. Et portastis tabernaculum moloch secundum quod dicit. Ra. Sa. et secundum ea que predicta sunt de statu populi in deserto. illud non refertur ad litteram immediate precedentem sed ad illud quod supradictum est. Dies domini tenebre et non lux. i. dies punitionis uestre erit plena tribulatione cum dicitur. Et portastis. i. portabitis loquendo de futuro per modum preteriti propter certitudinem prophetie. Tabernaculum moloch etc. dicit Ra. Sa. quod assyrii ducentes .x. tribus in captiuitatem posuerunt ydola que coluerant super humeros eorum in itinere ut sic appareret quod dii quos colebant non potuerant eos saluare contra assyrios et huic expositioni consonat littera sequens. Et migrare uos faciam trans damascum. i. ultra syrie regnum mittendo uos in captiuitatem in terram ualde longinquam

Ve qui opulenti

estis. In hoc autem capitulo arguit populum de superbia et carnalitate et diuiditur in duas partes quia primo exprimitur culpa secundo subditur pena ibi. Quapropter et in hoc capitulo loquitur propheta contra regnum israel. Dicitur igitur. Ve. qui opulenti estis diuitiis male acquisitis in syon. i. in regno iuda sic uocato eo quod ierusalem erat ibi metropolis in qua erat templum et domus regia in monte syon. Et confiditis in monte samarie. i. in potentia regni israel cuius metropolis erat samaria in monte sita ut habetur iii. Reg. xvi. Optimates. i. principales in populo. Ingredientes pompatice domum israel. i. cum superbia magna ostentantes uos in populo. Transite in calanne. i. in babilonia. et dicit. Ra. Sa. et ite inde in emath que nunc dicitur antyochia. Et descendite in geth palestinorum que erat principalis inter quinque ciuitates philistinorum. Si latior terminus eorum termino

OS expo͂nit ut supra. usque ibi et dicet ei. i.

no meo est. q. d. non primo dedi nobis latio
rem et terram meliorem et hoc est verum
si considerentur principia istorum que fuerunt
minora in extensione et bonitate a principio
quam regnum unde datum populo israel adeo quod reg
num babilonie et antyochye postea fue
runt magis dilatata in spatio et fortitudine
qui separati estis in diem pessimum. in die
malum. i. ad punitionem magnam eo quod
regno nobis dato abusi estis ideo subdit
et appropinquatis solio iniquitatis.
consequenter arguit eos de carnalitate dicens
qui dormitis in lectis eburneis. notans
eos de nimia curiositate et luxuria similiter
de gula ibi qui comeditis agnum etc. et
de inepta leticia. qui canitis etc. sicut
dauid putauerunt se habere uasa cantici. i.
instrumenta musicis etc. q. d. non est ita
quod dauid utebatur in diuinis laudibus ipsi autem
in lasciuiis et dissolutionibus. in fialis vinum
bibentes. cum excessu, et nimia carnali
tate. et optimo unguento delibuti. ad
odorem sue carnis inepte permulcendum et
dicitur aliqui hic quod optimum unguentum
dicitur hic illud quo ungebantur uasa
diuino cultui applicanda de quo precipitur
exo. xxx. quod nullus sub pena mortis uteretur
ad odorem sue carnis. et nichil patiebantur. i. compatiebantur super contritionem ioseph.
i. destructionem populi israel per prophetas nunciata reputabant enim uerba eorum friuola..
Quapropter hic consequenter subditur pena debita et
diuiditur in duas partes quia primo predicitur
pena secundo resumitur culpa ibi. numquid
currere. Circa primum dicit quapropter. i. pre
dictas culpas. nunc i. cito. optimates.
qui sunt capitanei populi erunt in cap
tiuitate primi et auferetur factio lasciuientium. i. adulatio eorum qui mulcebant e
os in sermonibus suis. iurauit dominus. i. fir
miter statuit quod hec pena erit ideo subdit
detestor ego superbiam iacob. i. populi israel
et domos eius odi. i. domum decem tribuum
et domum duarum. et tradam ciuitatem. i.
ciuitates in manibus aduersariorum quod si
aliqui fuerint euadentes aduersarios per
absconsionem sui in locis occultis. et ipsi
morientur ibi fame. uel fumo incendii. et
tollet eum. i. quemlibet sic mortuum. propin
quus suus. qui euasit manus assiriorum
et comburet eum non potens eum deferre
ad locum sepulture. ut efferat ossa
que facilius possunt portari ad locum
sepulture quam totum corpus. et dicet. s. deus
propinquus. ei qui in penetralibus domus
est. querens mortuos in locis occultis
numquid penes te est. supple aliquis
mortuus. et respondebit. finis est. et
non inueni plures. et dicet ei. i. primo

ab eo querenti. tace et non recorderis nominis
domini. qui fecit nobis mala ista. ita quod est
verbum hominis impacientis contra deum
secundum expositores nostros secundum hebreos uero
hec est littera. et tollet eum propinquus
de combustione sua. et de loco ubi fuerat
combustus. ut efferat ossa. de combustione
remanentia. ut sepeliat ea et remanet
dicet ei etc. primo sibi loquenti. tace. i.
non loquaris ultra de ista combustione et sepe
litione et subditur ratio. et non ad recordandum
nomen domini. i. ista mors contingit eis
eo quod non recordabantur nominis domini, et ideo
non est curandum de eorum sepultura sic ex
ponunt hebrei. quia ecce dominus mandauit
i. aduersariis iudeorum inspirauit uolun
tatem ueniendi contra eos. et percutiet
per eos domum maiorem ruinis. i. regnum
x. tribuum irreparabiliter. et domum minorem. i.
regnum duarum tribuum. scissionibus que tamen
fuerunt reparabiles. unde et captiuitas du
arum tribuum relaxata fuit per cyrum captiuitas uero decem tribuum adhuc non est
relaxata secundum hebreos. numquid. hic pro
pheta resumit populi malicias. d. numquid
currere queunt in petris equi. etc. q. d. non
quia hoc esset contra solitum nature cursum
et tamen sic facitis in moralibus ideo sequitur
quoniam in amaritudinem uertitis iudicium
etc. ducentes iura pauperum ad amaritu
dinem per iniustas subuersiones. qui letamini
in nichilo. i. in uana gloria mundi. qui dicitis
nos iactando. numquid non in fortitudine
nostra assumpsimus nobis cornua. i. potentiam
temporalem acquisiuimus nobis propria uirtu
te et industria. q. d. sic ideo subditur pena.
Ecce ego suscitabo etc. gentem. s. assyriorum
contra regnum israel. et caldeorum contra regnum
iuda. et conteret uos ab introitu emath.
qui est iuxta tigrim unde in parte aquilonari. usque ad torrentem deserti. qui est
in extremitate australi et sic comminatur
destructionem totius iudee...

VII

Hec ostendit. Supe
rius amos denunciauit suam pro
phetiam hic ex hoc patitur calumpniam
secundum quod dicit iohannes os aureum su
currit odium qui arguit impios.. Et
diuiditur in duas quia primo patitur
calumpniam secundo resumit suam prophetiam
capitulo. viii. prima in duas quia primo
ponitur calumpnie spiritualis occasio secundo
calumpnie impositio ibi. et misit ibi pri
ma adhuc in duas quia primo ponitur occa
sio indirecta secundo directa ibi. hec ostendit
hec autem coram propheta amos fuit occa
sio calumpniandi ipsum generaliter tamen

prophia in hoc capitulo posita fuit occasio spa lis et ponuntur hic primo due visiones que fuerunt huius calupnie occasiones indirecte tamen secundum ponitur ibi. hec ostendit. Circa primum sciendum quod propheta in visione ymaginaria videbat deum producentem locustas ad corrosionem terre nascentium tamen ad preces eius non produxit ad effectum sicut ad predicationem niniuitarum fuit subuersio per ionam proclamata et hoc est quod dicitur. hec ostendit michi in visione ymaginaria cuius tamen significationem intellexit propheta et sic intelligende sunt alie visiones sequentes. et ecce fictor. i. deus formator locuste. i. locustarum sicut. ero. viii. venit musca grauissima. i. multitudo muscarum. in principio germinantium serotini ymbris. i. illo tempore quo solent omnia blada tuellare. et ecce serotinus post tonsorem gregis. in hebreo habetur post tonsorem regis. et videtur hic litera falsificata per impericiam scriptorum propter similitudinem dictionum vel per ymaginacionem aliquorum correctorum eo quod tonsio magis dicitur magis de gregibus quam de regibus.

Ad intellectum huius litere sciendum quod sicut in terra illa quando blada sunt adhuc in herba et modum incipiunt tuellare ponuntur ibi agnicule ad comedendum summitates sic in iudea cum tondebantur blada et illa tonsio erat pro animalibus regis nutriendis ideo dicebatur tonsio regis secundum hoc dicit. Et ecce serotinus. i. tempus in quo incipiunt blada tuellare post tonsionem regis. quia si postea tonderentur non possent fructificare. et factum est cum consummasset comedere herbam terre. scilicet multitudo locustarum. hoc tamen non erat in re sed in ymaginaria visione dixi deprecando ne inferretur hec plaga populo. quis suscitabit iacob. i. releuabit populum israel ab ista plaga si inferatur. q. d. nullus nisi tu. misertus est dominus super hoc. non inferendo plagam ostensam. hec ostendit. hic ponitur secunda visio de futuro incendio que finaliter fuit impedita per orationem prophete et quantum ad hoc dicit et ecce vocabat iudicium. i. angelos executores sue iusticie ad ignem. a. ad succendendum totam regionem. et deuorabit abyssum multam sic enim ymaginarie videbatur quod ignis erat ita fortis ut consumeret et aquas profundas nomine abyssi significatas et per hoc intellexit propheta comminationem incendii futuri mitteri, et dixi deprecando ut non fieret et exponitur ut supra exclusis patet quod illa expositio que dicit exercitum assyriorum significatum per locustas in visione prima ad destructionem regni israel et exercitum caldeorum per ignem in secunda qui incendit ierusalem non est conueniens quia plage hic ostense reuocate fuerunt ille vero non iste in due visiones fuerunt indirecte causa calupnie contra amos in quantum pro plagis illis reuocandis orauit

que tangebant populum quietem. et pro reuocatione sequentis non orauit. que tangebat domum regiam. ¶ hec ostendit hic ponitur tercia visio eiusdem. ecce dominus stans super murum litum. i. liuitum et per murum intelligitur robur regni decem tribuum per linitionem designatum propterea eo quod murus linitus protegit eum a nive et pluuia. et in manu eius trulla cementarii. que est instrumentum ad liniendum et sequitur post ecce ego ponam. i. deponam trullam. subtrahendo a regno. x. tribuum protectionem meam. non addam ultra superinducere. i. linire per quod intelligitur protectionem secundum predictam. hebrei habent aliam literam tamen ad eandem sententiam que talis est. ecce stans super murum lineam et in manu eius linea. et accipitur hic linea pro corda lathomi in cuius extremitate est plumbum cum qua considerat si murus erigatur recte super fundamentum et si inuenit dilectionem reducit eam ad rectitudinem et per hoc designatur diuina iusticia tortuositatem culpe emendans per penam ideo sequitur ecce ego ponam lineam in medio populi mei israel. i. rectitudinem iusticie mee eius peccata puniendo. non adiciam ultra pertransire eum. i. dissimulare eius peccata absque punicione. et demolientur excelsa ydoli. i. bethel. et dan ubi colebantur vituli. et sanctificationes israel. i. omnia loca ubi offerunt oblationes et sacrificia desolabuntur. quod fuit impletum per sellum qui interfecit zachariam filium ieroboam et regnauit pro eo. iiii. regum xv. et hec visio fuit directa occasio calupnie contra amos. ¶ Et misit. hic consequenter ponitur calupnia contra amos et primo ponitur hec calupnia secundo calupniatoris pena ibi et respondit. prima in duas quia primo amos accusatur secundo molestatur ibi et dixit. Circa primum dicitur. et misit. s. nuncios. amasias sacerdos bethel qui erat locus principalis cultus vituli dedicatus ad ieroboam regem. iste fuit ieroboam filius ioas iiii. regum xv. rebellauit contra te amos excitando populum contra te odiendum. non poterit terra sustinere etc. i. non dignum ipsum amplius viuere super terram quia dixit hec in gladio morietur ieroboam. hec accusatio erat falsa amos enim non dixerat hoc de ieroboam sed de domo eius seu posteritate ut patet per predicta ¶ Et dixit hic consequenter amos describitur molestatus indirecte iste amasias quod rex paruum curauit de sua accusatione quia cognouit eam esse falsam vel quia reputauit verba amos friuola ideo temptauit amos fugere de terra illa dicens qui uides. i. tu amos qui dicis te habere visiones. fuge in terram iuda. ubi audiuntur talia. et comede ibi panem qui dabitur tibi

Λ enim

pro tua prophia

pro tua prophetia. et in bethel non adicies ultra ut prophetes quia sanctificatio regis est. i. locus dedicatus a rege pro cultu vituli ut habetur. iii. Regum. xii. Et respondit. hic consequenter ponitur excusatio prophete. prima .iii. amos primo respondet excusando simulate .s. quod prophetavit in terra iuda pro panis dicens non sum propheta etc. i. non sum de prophetis falsis qui prophetant pro cibo acquirendo secundum quod dicitur Ezechiel. xiii. violabant me ad populum meum propter pugillum ordei et fragmentum panis etc. sed armentarius. i. habeo animalia que sufficiunt dumtaxat illius temporis. q. d. non indigeo victum meum vaticinio ut pro illo propheciam mendicarem sed sum verus propheta ideo subditur. et tulit me dominus etc. ita quod loquor ex inspiratione divina. Sic exponit. Ra. sa. Aliqui vero exponunt hanc non sum propheta etc. i. non sum naturaliter filius prophete sed hec expositio non videtur conveniens. primo quia in toto veteri testamento et novo non solum dicitur propheta qui actu cantatur filius prophete sed etiam qui conveniunt tanquam consortes cum non cantantur sed quia statim in eadem serie subdit prophetice predictionem amasie. dicens. Tu dicis non prophetabis etc. volens impedire officium domini. propterea hec. hec dicit dominus. Uxor tua in civitate fornicabitur. ab assyriis civitatem capientibus qui pollucent in oculis eius uxorem tuam et occident plenum. et humus tua in funiculo metietur. i. externis gentibus dividetur rex enim assyriorum captivato regno. x. tribuum misit illuc gentes alienas ad possidendum terram. iiii. Regum. xvii. et tu in terra moriens. i. in assyriorum terra infidelis idolatria polluta. Dicit autem Ieronimus in prologo huius prophetie. iii. quod amasias sacerdos frequenter plagis afflixit amos et tandem filius eius osias eum vecte per tempora transfixit et sic dolore vulneris exspiravit quod hic non exprimitur.

Hec ostendit. VIII

[P]ostquam amos propheta passus fuit iniuriam hic constanter resumit propheciam suam. Et dividitur in duas partes quia primo denunciat populi destructionem secundo eius reedificationem post medium. ix. capituli ibi. In die illo. prima in duas quia primo prophetatur consummatio regni decem tribuum secundo regni duarum capitulo. ix. prima in tres quia primo ostenditur in visione penam suam imminentem secundo arguit crimen avaricie ibi. audite. tertio resumit penam magis diffuse ibi. iuravit. Circa primum dicit ecce uncinus pomorum. poma que possunt manu colligi. primo colliguntur et postea illa que non possunt capi nisi cum uncino quo ramus attrahuntur et ideo per hanc visionem designatur divina ultio ultimata absque revocatione ideo subditur. venit finis super populum meum israel non addiciam ultra ut pertransseam eum dimittendo eum absque punitione. hebrei dicunt quod hec est littera ecce calathus ficorum. s. pessimarum que nichil valent sed proiciuntur et per hoc captivatio populi designatur et stridebunt cardines templi in quo adoratur vitulus et per stridorem cardinum intelligitur destructio edificiorum. In hebreo habetur. et stridebunt cardines palatii. i. palaciorum regis et principum et multi morientur non enim omnes quia assyrii aliquos reservaverunt ut in captivitatem ducerentur. In omni loco proicietur silentium. i. ab omni loco expelletur per clamorem morientium. Audite hic consequenter arguit in potentibus crimen avaricie dicens. audite. hoc qui conteritis pauperem. i. pauperes ad nichil sunt redigitis. dicentes. cum desiderio quando transibit mensis. i. abundancie tempus ut sic tempore carestie bladi vendamus carius. et sabbatum in quo fit quies a venditione. et aperiemus frumentum. i. horrea frumenti. ut imminuamus mensuram dolose et augeamus siclum. i. precium et supponamus stateras dolosas. in pondere monete. ut possideamus in argento egenos quia compellantur se nobis vendere in servos et pauperes pro calciamentis. In hebreo habetur. pro aliis vilibus et exponitur ut supra. ii. capitulo. et quisquilias. i. purgamenta que non debent vendi cum frumento sed eici. Iuravit. hic propheta resumit penam populi magis diffuse explicando et primo quantum ad penam corporalem secundo quantum ad spiritualem ibi ecce dies. Circa primum dicit. Iuravit dominus. i. firmiter disposuit et irrevocabiliter in superbiam iacob. i. contra superbiam populi. x. tribuum. si oblitus fuero etc. i. non obliviscar sed puniam eorum opera mala. Numquid super isto non commovebitur terra etc. ymmo commovebitur afflictione magna et ascendet quasi flumen etc. per hoc designatur captivitas populi futura sicut aque fluminis transeunt de loco sue originis ad loca longinqua. occidet sol in meridie. i. tempore quo sperabant prosperitatem supervenient adversitates et idem intelligitur per hoc quod subditur et tenebrescere faciam. etc. est. n. expressio eiusdem per alia verba ad maiorem exaggerationem et inducam super omnem dorsum vestrum saccum etc. sic enim ducebant captivi induti sacco et capita rasi secundum quod dicitur de isto. xxiii. de captivitate vindentium [illegible] eius [illegible] et ponam eam quasi luctum unigeniti. i. tantam amaritudinem sicut est matris lugentis unigenitum. Ecce dies. hic consequenter ponitur pena spiritualis cum dicit. et mittam famem in terram non famem panis etc. s. solum sed audiendi verbum dei nullo enim dei iudicio [illegible] est ut ipsa decem tribuum qui prophetas prius occiderunt et pastum fugaverunt in tribulatione eorum per assyrios quesierunt consilium a prophetis et non invenerunt ideo subditur. et commovebuntur a mari usque ad mare i. a mari mediterraneo usque ad mare galilee et ab aquilone. i. a termino aquilonari regni decem tribuum usque ad orientem. i. terminum orientalem circuibunt querentes verbum domini per omnes partes

regnum suum et non invenient. quia non sunt digni invenire predicta. In die illa deficient virgines pulchre. a sua pulchritudine. et adolescentes a sua fortitudine. in sensu corporali. ex quo patet quod dictum est quod sicut defectum cibi et potus corporalis fuit etiam defectus cibi spiritualis. Qui iurant in delicto samarie. id est in vitulo quem fecit Ieroboam rex samarie et in hoc faciebant ei reverentiam quia omnis per maiorem sui iurant. hebr. vi. et dicunt vivit deus tuus dan. ibi enim fuit positus unus de duobus vitulis a Ieroboam factis. iii. Reg. xii. et ei attribuebat deitatem hoc modo iurando. et vivit via bersabee. id est ille pro cuius adorationem itur in bersabee ibi enim fuerat ydolatria ut dictum est supra v. capitulo. Sciendum tamen quod ista bersabee est alia ab illa que est in termino australi terre promissionis que est in tribu iuda de qua dicitur iii. Reg. xix. quod helyas venit in bersabee iuda. et cadent et non resurgent. ultra illa enim captivitas decem tribuum non fuit relaxata ut frequenter supradictum est.

IX

Vidi dominum. hic consequenter Amos prophetat contra regnum duarum tribuum. Et dividitur in duas partes quia primo ponitur pene acerbitas secundo eius inevitabilitas ibi non erit. tertio eius rationabilitas ibi numquid. Circa primum dicit vidi dominum super altare. scilicet holocaustorum quod erat in Ierusalem metropoli duarum tribuum et dixit. executoribus sue iusticie percute cardinem. scilicet templi. et commoveantur superliminaria. per quod designabatur destructio templi futura sub rege Sedechia et subditur causa tamen peccatis cum dicitur. avaritia enim in capite omnium. id est in rege et principibus et sacerdotibus. et novissimum eorum. id est minimum de populo in gladio interficiam. per hoc designabatur quod a maioribus usque ad minores omnes subirent regi babilonis armorum violentia et sic adimpletum fuit sub Sedechia. iiii. Reg. ultimo. non erit. hic consequenter ponitur pene inevitabilitas cum dicitur. non erit fuga eis nisi ad horam postea capientur ideo subditur et qui fugerit etc. si descenderint usque ad infernum in locis subterraneis se abscondendo inde manus mea. id est potestas mea. educet eos. per caldeos qui querent eos ibi et invenient et si ascenderint usque ad celum fugiendo ad montes altos quorum cacumina videntur tangere celos inde detraham eos per caldeos eos insequentes et si celaverint se ab oculis meis in profundo maris. id est si possent hoc facere ibi. mandabo serpenti et mordebit eos. id est per hoc non salvarentur et si abierint in captivitatem etc. ibi enim tanquam viles persone et abiecte occidebantur

pro modica causa. et ponam oculos meos super eos in malum inducendo super eos malum pene et dominus deus exercituum. id est angelorum ipse simpliciter est qui tangit terram duarum tribuum virga iusticie sue et assendit sicut rivus omnis. per hoc designatur captivitas duarum tribuum generalis per fluvium aque sicut dictum est capitulo precedenti de decem tribubus. qui edificat in celo ascensionem suam. hoc dicitur quia licet deus ubique sit tamen eius maiestas relucet in celo et fasciculum suum super terram fundavit per fasciculum intelligitur regio elementaris que modica est respectu ambitus celestis qui vocat aquas maris quia vapores humidi elevantur inde pro maiori parte et effundit eas resolvendo vapores in pluvias. Numquid. hic consequenter ostenditur predicte vindicte rationabilitas cum dicitur numquid non israel ascendere feci de terra egypti. q.d. sic educendo eos de dura servitute ad terram fluentem lacte et melle et ideo huius beneficii ingrati sunt magis digni puniri. et palestinos. id est philisteos de capadocia. q.d. sic et hoc habetur gen. x. et syros de cyrene. q.d. transfero gentem de terra ad terram prout placet voluntati mee et aliquando propter demeritum sue culpe ideo subditur ecce oculi domini super regnum peccans eius peccando peccata considerando et puniendo ideo subditur et conteram illud a facie terre totaliter destruendo temperat tamen istum rigorem quantum ad iudeos dicens verumtamen conterens non conteram. id est non destruam omnino domum iacob sed per orbem dispergam. ideo subditur ecce enim etc. sicut concutitur in cribro. ad hoc enim concutitur granum in cribro ut purgetur sic. i. pene adeo instinte sunt peccatorum purgative quando patienter tollerantur. et non cadet lapillus super terram. id est de verbis meis nichil cassabitur in vanum quin completantur in gladio morientur omnes peccatores populi mei. qui sunt in peccatis suis obstinati. qui dicunt non appropinquabit etc. quia comminationes prophetarum frivolas reputabant. In die illo. postquam Amos nunciavit populi israel destructionem. hic ultimo denunciat finalem reparationem populi que facta est in redditu captivitatis babilonice sub zorobabel duce ut dicunt aliqui sed hoc non videtur verum quia populus ille nunquam fuit in tanta prosperitate que hic describitur cum subditur ut possideant reliquias ydumee et omnes nationes. immo semper fuit in subiectione et servitute primo persarum secundo grecorum tertio romanorum propter quod beatus Iacobus act. xv. allegat hanc scripturam dictam de hedificatione ecclesie per fidem. Ra. Sa. etiam exponit quod dicitur hic suscitabo tabernaculum david etc. id est regnum david quod secundum omnes hebreos intelligitur

suscitandi per aduentum messye. et sic secundum
Ier. sic scriptura hic loquitur de tempore
xpi. Ecce dies ueniunt dicendo hoc quod futurum
quasi iam est preteritum. Item in libro seu he
draico qui apud hebreos est autenticus
dicitur erigam tabernaculum dauid quod
cecidit. dicit Ier. sustinam generacio in
qua dauid. i. messyas uenturus est sapi
entes ingrati inuoabuntur et sic fiunt tem
pore xpi quia aliqui iudeorum erant sa
ducei qui negant spiritum et angelum et resur
rectionem quod est maxime erroneum alii uo
pharisei qui propter tradiciones suas irritam
erant mandata dei quod est ualde fatuum
patet eciam quod hec scriptura suscitabo
tabernaculum dauid etc. refertur ad tempus
xpi secundum hebreos. Ergo secundum sensum litteralem
beati iacobi exponenda est hec littera de reedi
ficacione ecclesie per xpm in unione gencium
et iudeorum sicut allegatur. act. xv. Et di
uiditur in duas partes quia primo de
scribitur hec reedificacio secundo reedifica
cionis acceleracio ibi ecce dies. Ad in
telligenciam primum sciendum quod xpus da
uid nominatur in scriptura ueteris testamenti
osee. tercio. post hec reuertentur filii israel
et querent dominum deum suum et dauid regem
suum ubi habet translacio caldaica reuerten
tur filii israel et querent cultum dei sui
et obedient messye filio dauid regi suo
sicut ibidem fuit expositum. Et similiter
ier. xxx. seruient domino deo suo translacio
caldaica habet colent coram domino deo suo
et obedient messye filio dauid. Item
sciendum quod una est ecclesia que incepit a
primo abel iusto usque ad ultimum electum
qui in fine mundi nasciturus est secundum
quod dicit beatus gregorius. omelia. vii. et ista ecclesia
uocatur tabernaculum dei siue xpi. ysa. iiii.
erit tabernaculum in umbraculum diei etc.
et apoc. xxi. ecce tabernaculum dei cum
hominibus etc. istud quidem tabernaculum in quo
est uerus cultus dei cecidit post diluuium
omnibus ad ydolatriam declinantibus a tempore
nemroth qui coegit homines ignem ado
rare paucis tamen exceptis ut habraam
et aliquibus aliis fidelibus multi etiam de
illis qui descenderunt ab abraham decli
nauerunt ad ydolatriam ut hysmaelite et
filii cethure et ydumei ab ysaac descen
dentes et licet eius omnes filii iacob fue
runt fideles tamen postea multi ab eis descenden
tes fuerunt ydolatre ut patet exodi xxxii. de
adoracione uituli et in libris iudicum et re
gum de cultu ydolorum sed ruinam huius taber
naculi reparauit xpus et eius discipuli per
quorum predicacionem ydolatria cessauit
per orbem et uocati sunt iudei et gen
tiles ad fidem et hoc est quod dicitur hic

In die illa. i. tempore gracie quod dicitur dies. ro.
xiii. nox precessit dies autem appropinquabit. suscitabo
tabernaculum dauid. i. ecclesiam xpi qui
secundum deitatem est ab eterno hebr. xiii. ihesus
xpus heri et hodie ipse et in secula. quod cecidit per
ydolatriam modo predictum et reedificabo ap
erturas murorum eius etc. i. scissuras gencium
per diuersos ritus quia aliqui colebant iouem
alii dianam alii martem et sic de aliis
que per predicacionem dei et apostolorum reducte
sunt ad unum uerum dei cultum. et ea
que corruerant instaurabo quia multi qui corrue
rant a fide unius dei ad cultum huius relevan
tur. et reedificabo eum sicut diebus antiquis
i. sicut ante diluuium qui omnes communiter colebant
unum deum sicut secundum ipsam adam instruc
tionem licet postea corrupti fuerunt communiter
naturalitate et lascivia. gen. vi. omnis quippe
caro corruperat uiam suam. ut possideant reli
quias ydumee et omnes naciones. ista autem
possessio non intelligitur per dominium temporale sed spiritu
ale in quantum apostoli et fideles alii cola gen
tium subiecerunt fidei ideo. act. xv. ubi alle
gatur hic scriptura secundum translacionem. lxx. in
terpretum tunc erat auctoritas autentica pro eo quod
dicitur hic. ut possideant reliquias ydumee
et omnes naciones eo quod inuocatum sit nomen
meum super eos. dicitur ibi ut requirant ceteri
hominum dominum et omnes gentes super quas in
uocatum est nomen meum et ideo quod dicitur hic eo quod
dicitur hic eo quod inuocatum sit nomen meum super
eos et refertur ad illos qui uocati sunt
ad fidem exprimuntur autem hic ydumei quia
xpi et iudei de duobus fratribus descenderunt
s. iacob. et esau. et xpus de iudeis descendit
secundum carnem et sic apostoli et primi credentes
Ecce dies. hic consequenter describitur dicte reedi
ficacionis acceleracio que facta est per ce
lerem euangelii publicacionem quia uiuente
adhuc beato petro et pluribus aliis apostolis
fides catholica fuit per totum orbem pre
dicata sicut plenius declaraui super illud
ps. xviii. In omnem terram exiuit sonus
eorum etc. Et breuiter potest hic celeritas pre
dicacionis euangelii incepit a ierusalem que
est in medio terre habitabilis. act. i. et inde
deriuata est antiochiam uersus autem occiden
tem publicata fuit uiuente petro quia dis
cipuli ab eo missi instancias pro predica
cione euangelii edificauerunt sermonis etiam
deinde sancti petri urbem in qua plures ego fui
et eodem tempore fides catholica fuit predicata
per omnia loca notabilia regni francie us
que ad mare occeanum quod est terminus terre
habitabilis secundum astrologos et eadem racione
euangelium tunc fuit predicatum uersus
alias partes a ierusalem .i. orientis austri
et aquilonis ut primo probabiliter hoc uidetur
quod plures apostoli et alii xpi discipuli dispersi

fuit ad predicandum euangelium uersus illas partes que uersus occidentem et sic patet accubitio uocationis gencium ad fidem. Item secundum quod conuersio gencium ad fidem intellectus nominis designatur. luce v. mellis quod melodie et suauitatis predicacionis et seminacionis predicatoris domini propheta eciam hoc modo dicuntur frequenter. loquuntur et ipsius in euangelio. Unde luce viii. semen est uerbum dei. Ecce igitur illo dies ueniunt. i. tempus noui testamenti. et comprehendet arator messorem. i. predicator sermonum auditores ad fidelium conuersionem sicut patet act. ii. ubi ad predicacionem petri statim conuersi sunt tria milia. et act. v. milia. et calcator uue seminatoris sacre doctrine mittentem semen i. faciet discipulos aptos ad predicandum sicut patet in actibus apostolorum in pluribus locis. prout dona ab eis predicabatur uerbum dei. et stillabunt montes. i. apostoli ceteri prominentes dulcedinem euangelice doctrine et omnes colles. i. minores doctores. culti erunt. cultum sunt. s. ad proferendum fructum in ecclesia dei. et conuertam captiuitatem populi mei israel. liberando eos de seruitute diaboli. et edificabunt ciuitates etc. per hoc intelligitur diuersitas status in ecclesia. per ciuitates status coniugatorum in quo requiritur communis actorum. Unde et ciuitas dicitur ciuium unitas. per uineas uero status prelatorum et doctorum. Unde et ipsius dicit apostolus. ioh. xv. ego sum uitis et uos palmites. per ortos uero status religiosorum qui sunt clausi sub disciplina regulari. isti enim status sunt instituti a temporibus apostolorum et discipulorum christi et perceptio uirtutis seu fructus consequentis est consecucio meriti in presenti et premii in futuro. Quod nobis concedat qui sine fine uiuit et regnat in secula seculorum. A. M. E. N.

Explicit amos

Incipit prologus in abdiam prophetam

Iacob patriarche etc. Iste prologus diuiditur in tres partes in prima ponitur argumentum operis sequentis. s. prophetie cum dicitur. Iacob patriarche etc. et quia methaphorice. in persona edom. contra ydumeos prophetia dirigitur. In secunda parte ostenditur racio methaphore ibi et quia filius israel. In tertia uero parte ponitur notificacio ipsius prophete ibi. hebrei hunc esse dicunt. licet quidam incipiant ibi prologum. Sed melius michi uidetur ut in eodem prologo precedentibus continuetur. hiis uisis de littera insistamus et exponendo sic diuidamus. iacob patriarcha. i. patrum princeps fuit enim. xii. filios a quibus tribus. xii. descenderunt qui ob ruborem corporis et edom hebraica lingua appellatus est. gen. xxv. Cum uenisset lassus. de agro ait. da michi de coctione hac rufa. quia oppido lassus sum quam ob rem uocatum est nomen eius edom. Hec. i. rufus. utrumque sic appellatus est. s. propter ruborem pulmenti et corporis. Sic ergo assignatur nominis racio. Secundo ostenditur. fratris persecucio. cum dicitur is memoratur etc. Tercio transfertur ad alios persecutores. Similitudo ibi. qua de causa etc. quis israel nomen acceperit quia. gen. xxxii. nequaquam uocabitur nomen tuum iacob. Sed israel dicitur autem ei odio habitus fuerat sicut patet. gen. xxvii. ubi dicit esau. ueniunt dies luctus patris mei et occidam iacob fratrem meum. Et. posset dici quod israel est geniti eius et interpretatur uir uidens deum quod nomen accepit. iacob qui interpretatur luctator uel supplantator. et recte istud nomen est uidenciam deum qui deo uirtute inpugnat uicia et supplantauit uel potest dici quod acceperit in dispositione diuina planius et uerius ut credo potest dici quod ad litteram iam israel nocitiuus fuerat sicut dicitur. gen. xxvii. cum esau uenit ei obuiam ut eum interficeret sed placatus muneribus et humilitate iacob sicut habetur gen. xxxiii. eum non interfecit. qua de causa etc. ex eo quod deinde est quod edom. persecutus est iacob inferi quod omnes persecutores filiorum israel iacob edom appellari sunt ex quo relinquitur quod sit. omnes tales est prophecia. s. contra ydumeos uel interpretatur et quia populus israel. hic ponitur racio methaphore quia. s. in persona edom comminatur persecutoribus israelis fit autem ista comminacio propter duo primum est persecucio israel. Secundum est superbia de uictoria que notatur ibi. quod non dei digna esse etc. dicit igitur. et quod populus israel. i. due tribus de captiuitate caldeorum de qua legitur iiii. reg. xxv. reuocatus est. sicut habetur. ii. paralip. ultimo. et. i. esdre. i. ab alio regno. quocumque. s. grecorum uel babiloniorum uel ydumeorum idem hic requiritur. s. ydumee uel aliud quodcumque persecutus est. amos. i. eo quod persecutus est in gladio.

Item

heredem suum. populum suum illud super montem esau. q
superasse propria, intitur venire dominus indignacio
de quo regno etc. hic ostenditur ultra est quod iudico
contra illos et primo ostenditur que per leccionem
ab austro ibi memorare etc. secundo per locum
a minori ibi. nam reliqua littere in ps. q. sup
flumina babilonis memorare domine filiorum edom.
i. puni eos pro eo quod fecerunt in die restitucionis
ihrlm quam impediuit dicit. psalmista, ut in die
quo exiret voluit ihrlm de manu babilonis
filii. eorum edom. i. ydumei impedimento fuerunt
iudeis reedificantibus ihrlm post se redeuntibus
de babilonia. nam reliquam etc. hic arguit
a minori sic. Si in h eodem propheta fit comminacio
gentes alias que non tantum meruerunt sicut
ydumei multo forcius contra illos dicit comminacio
nam reliqua littere huius libri confirmata ibi. iuxta
est dies domini super omnes gentes / ob causam. s. quod
iniusti filios israel impugnauerunt et de malo eorum
gaudebant. et regnum dei. unde in fine illius libri
dicitur et erit domino regnum. iuxta. q.d. domini
comminacio in prophecia significat quod pene inferet
aliis regnis et israel erit regnum domino. hebrei
dicunt etc. etc. hic notificatur propheta multipliciter
primo enim ostendit quid sit cum dicit hebreum
huic esse. etc. secundo ostenditur ubi sepultus sit.
ibi. sepulcrum quoque eius. tercio ostenditur meri-
tum eorum prophetie quod huic sit ergo. q.e. prophetas
etc. quarto ostenditur auctoritas narracionis
que ei cum paulo communis est ibi. et habet stephanum
dicit igitur. hebrei dicunt hunc dicit quod iudei communiter
dicunt hebreorum hic confirmant quod non iudei quod
possit pauisse prophetas sub achab et prophetasse sub
ioram pauit. c. prophetas. iii. regum. xviii. abdias
timebat dominum deum israel valde. nam cum inter-
ficeret iezabel prophetas domini tulit ille. c. prophetas
et abscondit eos quinquagenos et quinquage-
nos in speluncis et pauit eos pane et aqua
Si. g. fuit sub achab quo prophetauit sub ioram
filio eius consultat autem quod sub eo prophetauit
quod sub eisdem regibus sub quibus amos sedecim regum
binum quam ponit in fine illius prologi. l. non
idem est ordo. etc. ubi dicit in quibus aut tempus non
preteritum in titulis sub illis eos regibus prophetasse
sub quibus et hii qui ante eos sunt cantica p-
phetauit abdias autem non sit determinatum tempus
in titulo quo aut cum iam ab achab et usque io-
boam fuit. vii. generaciones [illegible] est quod tempus
non dicit hic sedem suam similiter [illegible] ordi-
nem tradicionem. Sicut supra expositum est hebre-
hunc dicunt etc. vel potest dici quod sub achab et
ioboam uero senex ochozias est filius achab.
tunc inferius iuuenis sub ioboam. uero senex ocho-
zias est filius achab regnauit super israel duobus an-
nis. iii. regum. xxii. c. et post eum ioram frater eius. xii.
annis. iiii. regum. iii. c. post hunc ieu. xxviii. annis.
iiii. regum. x. c. post hunc ioachaz filius ieu. xvii. annis
iiii. regum. xiii. c. post hunc ioas filius eius. xvi. annis
iiii. regum. xiii. c. post hunc regnauit ieroboam. xli.

regum in eodem capitulo et sic ab achab usque
ad ieroboam fuerunt. lxxx. anni. fuit ergo iu-
uenis sub achab et senex sub ieroboam et tunc
datum est ei donum prophetie. in speluncis vel fouei-
bus. in originali tantum est in speluncis. et di-
citur quod aliqui superfluit cum idem significent
specus et spelunca. cum baal. in originali non est
ante. sed baal. est ibi datiui casus et de. vii.
milibus. iii. regum. xix. c. dereliqui michi in
israel vii. milia virorum quorum genua non sunt
curuata ante baal. herodes antipatris filius
notandum tres fuisse herodes primus fuit herodes as-
calonita filius antipatris qui pueros occidit
de quo. mt. ii. secundus herodes antipas. filius herodis
primi sub quo christus passus est de quo. luce. xxiii.
tercius fuit herodes agrippa filius aristoboli fi-
lii herodis magni qui iacobum fratrem iohannis
interfecit et petrum in carcerem trusit de quo
act. xii. de primo agitur hic. augusti. ab au-
gendo sic dictum. unde ysidorus ethimologiarum ix. augustus
nomen apud romanos nomen imperii est eo quod
olim augerent rem publicam amplificando.
quod nomen primum senatus octauio cesari
tradidit ut quia auxerat terram ipso nomine
et titulo glorificaretur dum idem octauianus tam
cesar et imperator appellaretur. unde augustus

Cesarem alibi legitur quod romani adulantes
augusto mensem qui prius sextilis dicebatur
a nomine augusti appellauerunt augustum. sexagesimo
sed dum iulio cesare primo imperatore. unde ysidorus
ethimologiarum nono cesarum nomen iulio incepit qui bello
ciuili commotus primus romanorum singulare optinuit
principatum cesar autem dictus est quod cesso mortue
matris utero prolatus eductusque fuit vel quod cum
cesarie natus sit a quo imperatores sequentes dicti sunt
cesares eo quod comam gerunt qui enim ex secto utero
matris eximuntur cesones uel cesares appellantur
quorum nominis [illegible] augusti [illegible]
[illegible] aliter sic. quia nomine vocat
eos augusta [illegible] augustum [illegible] et sicut
stephanus de quo act. vi. et vii. corona. interpre-
tationis interpretacione. nam stephanus grece corona latine
dicitur hic sumitur dei cum paulo etc. hoc dicit quod pau-
lus apostolus semper in epistolis se seruum appellauit. quod di-
ceret paulus gloriari posset de hoc quod seruus dei esset
diceret ille idem nominis interpretacione gloriam [illegible]
quam seruus est seruus dei abdias enim seruus domini
uel seruiens domino interpretatur

Explicit qualiscumque expositio
istius prologi.

Incipit abdias

Visio abdie

Secundum doctores hebreos et latinos iste abdias fuit dispensator domus achab regis iste qui cum iezabel interficeret prophetas domini abscondit ab eis quinquagenos et quinquagenos in speluncis et pavit eos. iij. R. xviij. et ideo meruit a domino spiritum prophetie secundum dictum salvatoris math. x. qui recipit prophetam in nomine prophete mercedem prophete accipiet. hic autem prophetat contra idumeos qui turbaverunt iudeos diligere eo quod ad [illegible] fratribus descendissent et ipsi e contrario habuerunt eos odio et eorum exterminatoribus auxilium prebuerunt. Dividitur ergo eius prophetia in duas partes quia primo nunciatur ydumeorum vastatio secundo iudeorum gloria ibi. et in monte. prima in tres quia primo denunciat eorum vastationem propter culpam superbie. secundo propter culpam superbia [illegible] ibi. non est prudentia. tertio propter culpam sue iniquitatis ibi. propter interfectionem. Circa primum dicitur visio abdie. supple est hec que sequitur. auditum audivimus a domino. ego et alii prophete in spiritu ab eo. et legatum ad gentes misit. iste legatus est instinctus divinus excitans adversarios ydumeorum ad devastandum eos propter peccata. ideo subditur confederatio eorum ad hoc agendum cum dicit. surgite et consurgamus etc. ecce parvulum dedi te. istud est dictum [illegible] de futuro per modum preteriti propter certitudinem prophetie super ydumeam venture. superbia cordis tui extulit te. ultra modum virtutis tue. habitantem in scissuris petrarum. et in locis [illegible] in quibus inimicos [illegible]. qui dicis in corde tuo quis detrahet me in terram. Detraham i. deiciet me a mea magnitudine ac si non timeas homines nec deum ideo non [illegible] responsio divina si exaltatus fueris. et [illegible] omnium bonorum [illegible] cum dicit. si fures introissent ad te. et post. [illegible] ibi. et omnes viri federis tui. in quo ostenditur quod talia passura sit ydumea non solum ab inimicis sed ab illis qui prius erant amici sui et sibi federati quod est [illegible] secundum illud ps. [illegible] si inimicus meus maledixisset michi sustinuissem utique etc. Non est prudentia hic enim denunciatur vastatio eorum propter [illegible] visi [illegible] debant et divinationibus et auguriis ideo dicitur hic. non est prudentia in eo. attendentes et talibus frequenter decipiuntur ideo subditur. numquid non in die illa. s. vastationis ydumee. perdam sapientes de ydumea. qui sunt superstitionibus dediti et [illegible] q. d. sic per effectum contrarium. et timebunt fortes tui a meridie. ab illa. n. parte iminet exercitus [illegible] propter interfectionem. hic enim denunciatur vastatio propter crimen iniquitatis sue cum dicit propter interfectionem et propter iniquitatem in fratrem tuum iacob. esau enim persequebatur iacob fratrem suum ad mortem. gen. xxvij. propter benedictionem paternam et eodem modo ydumei ab esau descendentes persecuti sunt populum israel a iacob descendentem propter

quod vocatur hic iacob. operiet te confusio supervenientis tibi ex omni parte. et peribis in eternum absque regni reparatione. In die cum stares adversus eum. i. iudaicum populum. cum caperent alieni i. assyrii primo et postea caldei exercitum eius et extranei ingrederentur portas eius. in ierusalem et alias civitates et super ierusalem. i. super predam ierusalem ut quilibet portaret partem suam. tu quoque eras quasi unus ex eis cum iniquitatis destruendo et bona rapiendo. et non despicies in die fratris tui. i. in die vastationis eius non despicies eum quia tu eius magis contemptibilis in die peregrinationis eius. i. captivationis ad terram extraneam. et non letaberis. quia habebis occasionem maioris tristitie et non magnificabis os tuum iactando te quod sunt in templi et civitatis combustione et quocumque modo iudeorum angustia licet ydumei plures fuissent contra regnum iude cum assyriis et caldeis ut dictum est supra tamen ante combustionem civitatis et templi per nabuzardan fuerunt captivati ut dicunt expositores aliqui et sic non fuerunt in illa ideo subditur. neque ingredieris portam etc. et patet litera. et non emittes adversus exercitum eius. i. ad persequendum sedechiam superveniens cum suis bellatoribus. neque stabis in exitibus i. cum initiis ad interficiendum fugientes et non concludes reliquos. qui non potuerunt fugere de civitate quia iuxta est. i. prope et ante dictam destructionem ierusalem dies domini. i. tempus sue vindicte super omnes gentes. s. regum ydumee. ieremias xxv. et xxxviij. et xlij. et similiter xlix. et eze. xxxv. unde dicendum quod ydumei fuerunt cum caldeis in destructione ierusalem per caldeos et sic habetur [illegible] et idem sonat quod hic premittitur et super ierusalem mittebant sortem. i. super predam de ierusalem ut quilibet partem suam tolleret tu quoque eras unus ex eis. que divisio prede manifeste fuit in captione civitatis per caldeos ideo aliter exponenda est litera ab illo loco et non despicies in die fratris tui. i. de die vastationis eius facta per caldeos sicut provi. xvij. dicitur qui in ruina letatur alterius. i. de ruina alterius quasi d. magis malum eveniet tibi cito post ruinam ierusalem et ita cessabis despicere populum iudaicum et non letaberis. superveniente tibi occasione tristitie maioris. morte enim maiores depellit minores et non magnificabit os tuum ulterius iactando quod sunt in civitatis et templi captione eadem causa neque ingredieris portam eius. post eius [illegible] per neemiam nec emittes adversus exercitum eius. tunc sicut [illegible] ante per nabuchodonosor nec stabis in exitibus. s. ierusalem ad interficiendum fugientes de ea sicut fecisti tempore obsidionis eius per caldeos et non concludes reliquos remanentes in civitate sicut tunc fecisti. quia iuxta est. i. prope. quia cito post destructionem ierusalem fuerunt captivati ydumei dies domini. i. tempus sue vindicte. super omnes gentes. i. regum ydumee de quibus loquitur propheta sicut fecisti persequendo nequiter filios iude ita alii

persequeretur te. quomodo enim bibistis super montem etc. et laute vixistis de bonis acceptis de templo quod erat in monte moria. bibent omnes gentes. hauriendo bona tua. et absorbebunt te venientes super te in tanta potentia te quod non poteris resistere. et erunt quasi non sint alicuius momenti gentes tue. ideo sequitur. sicut enim persequendo nequiter filios iude sic alii persequentur quos et bibistis. id est letati fuistis super montem sanctum meum. id est de malo veniente supra montem ubi est templum nomini meo dedicatum. bibent omnes gentes. hauriendo bona tua et letabo de tua miseria. et absorbebunt te. te totaliter devorando. et erunt quasi non sint. id est gentes tue. Unde illud refertur ad illud quod supra dictum dies domini super omnes gentes. Et in monte syon post destructionem ydumeorum innuit propheta consolationem iudeorum et dicunt aliqui expositores nostri quod residuum huius prophetie intelligitur ad litteram de reditu captivitatis babilonice. sic et in monte syon erit salvatio quia liberati de captivitate illuc venerunt ut habetur primo esdre i. et erit sanctum quia ibi reedificatum fuit templum in loco sancto. et possidebit domus iacob eos. qui se possiderant quod maxime fuit impletum tempore machabeorum qui pugnantes contra hostes suos ad ulciscendum sibi subiecerunt. et erit domus iacob ignis etc. dicitur hic domus iacob illi de regno iude qui redierunt de captivitate. et domus ioseph illi de regno israel qui evadentes manus assyriorum postea venerunt ad habitandum in regno iude et cum illis de regno iuda captivati fuerunt et cum redeuntibus redierunt. et domus esau stipula. id est ydumea ita facile destruetur ab eis sicut stipula ab igne. et hereditabunt hii qui ad austrum sunt etc. quia tempore machabeorum dilataverunt terminos suos circumquaque et transmigratio exercitus huius. id est illi qui de regno iude transmigraverunt in babilonem. hereditabunt supple. omnia chananeorum loca. id est que fuerunt a chananeis possessa antequam filii israel ingrederentur terram illam usque ad sareptam civitas est in qua vidua pavit helyam. et transmigratio ierusalem que est in bosphoro. nomen est loci in regno babilonie secundum illam expositionem ad quem aliqui de ierusalem fuerunt translati. et ascendent salvatores. id est esdras et neemias vel machabei ut dicunt alii. et erit domini regnum. id est virtute divina sicut ista eis fuerunt a captivitate liberati. in aliquibus autem libris additur in fine amen. sed non est in hebreo nec in libris correctis.

Ista expositio videtur habere aliqua dubia primo quia non legitur plane de captivitate quod tempore iudeorum fuerint ita dilatati temporibus predictis et maxime quia dicitur hic et possidebit regionem samarie. quia samaritani in illuc missi a rege assyriorum iiii regum xvii. habitaverunt regionem illam usque ad tempora christi ut patet iohannis iiii et in pluribus aliis locis ex evangelio. Et ideo quod dicitur et erit domini regnum. videtur convenienter exponi quia in scripturis ... dauid quod dicitur regnum dei in scriptura a doctoribus hebreorum et latinorum dicitur reparandum per christum et hoc videtur manifeste sonare dictum prophetarum ... quod Ra. Sa. et alii hebrei exponunt totam partem istam de christo unde cum per christum secundum hoc deficiunt quod dicunt esse futurum quod iam est adimpletum et ideo potest ista pars exponi de tempore christi cum dicitur. et in monte syon erit salvatio quia christus salvator ibi plures predicavit in templo et plures infirmos curavit spiritualiter et corporaliter. et erit sanctus. quia ibi missus fuit spiritus sanctus in signo visibili in die penthecostes secundum quod dicit ieronimus in epistola ad paulinum. et possidebit domus iacob. id est apostoli et alii primi credentes qui fuerunt de domo iacob. et ista possessio non est per temporale dominium sed quia potentes huius mundi posuerunt colla sua sub iugo fidei. et erit domus iacob ignis etc. quia super eos apparuit spiritus sanctus in specie ignis. actuum ii. et domus esau. id est gentiliter gentiles. et hoc ideo quia esau persequebatur iacob et descendentes ab eo scilicet ydumei persequebantur filios israel a iacob descendentes omnes qui populum israel persecuti sunt eiusmodi erant gentiles vocantur nomine edom ut dicunt hebrei et ulterius deductum est hoc nomen ad omnes persecutores fidelium et hoc idem dicit ieronimus in prologo [^ primo] huius prophetie et per hoc quod dicitur hic stipula et apostoli ignis intelligitur eorum conversio facilis ad fidem. et devorabunt eos. id est corpori christi mistico incorporabunt et hoc modo dicitur actuum x. surge petre occide et manduca. de conversione cornelii et aliorum gentilium cum eo existentium cum statim futuram. et non erunt reliquie etc. id est non remanebit in eis aliquid ydolatrie precedentis sic dicitur proverbiorum xii verte impios et non erunt. scilicet amplius impii manebunt tamen et preteritum conversi. et hereditabunt etc. actuum primo dicit christus discipulis suis eritis michi testes in ierusalem et in omni iudea et samaria et usque ad ultimum terre quia fidem christi primo predicaverunt in ierusalem et postea in aliis partibus circumquaque submittentes colla gentium sibi et secundum hoc dicit hic aliqua hereditate quasi divisas ad quas venerunt et exprimuntur specialiter aliqua circa proxima ierusalem et iudee ut mons esau terra philistinorum samaria et galaad et sarepta sydoniorum et per ista loca intelliguntur omnia alia loca ad que derivata est per apostolos fides catholica secundum tamen quod ibi translatio nostra habet usque sareptam in hebreo habetur usque sarphat. id est usque in franciam ut dicunt Ra. Sa. et secundum hoc exponitur quod dicitur hic. et transmigratio exercitus huius. id est collonis fidelium in iudea existentium qui erant ex ...

loris contra diabolum et persecutores infidelium quorum aliqui transmigraverunt per varia loca infidelium qui hic chananei nominantur, procedentes usque in franciam. s. sanctus savinianus qui fuit de lxx. discipulis unus et convertit ad fidem civitatem senonensem que tunc erat metropolis in tota francia et civitas aurea vocabatur et post civitatem quelibet eam domino dedicavit faciens cum [illegible] muris civitatis cum pollice cum sederet lapis sicut cera mollis et ad huc apparet in pluribus locis sicut ego vidi qui hec scripsi et socii sancti saviniani alias civitates francie plures ad fidem converterunt ut ex actis eorum patet. et transmigratio ihrlm quam bosforo est. in hebreo habetur in sepharad. i. in hyspania ut. dicit. [illegible] que fuit conversa per iacobum apostolum et eius discipulos ubi fidem [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] cum [illegible] [illegible] possidebit civitates austri. hec est hyspania [illegible] ihrlm sic in parte occidentali cum [illegible] relinquit sinistram de qua facit mentionem in [illegible] [illegible] est ad [illegible] et ascendent salvatores. i. petrus et paulus, qui dicuntur salvatores [illegible] eo quod sunt [illegible] apli in montem syon. i. in capitolium ecclesiam que mons syon dicitur. ysa. ii. et hebr. xii. [illegible] ibi de [illegible] est iudicare montem esau. i. romam ut dicit [illegible] quia apparent [illegible] et eam [illegible] [illegible] de persecutore xpianorum [illegible] eum ad destructionem [illegible] et edificationem ecclesie per romanum imperium et erit domino regnum. quia roma caput mundi dimisit vicario xpi cum fecerit sedem imperii constantinopolis aliter etiam potest exponi de tempore futuri iudicii cum dicit et ascendent salvatores. i. apli qui erunt iudicis assessores ad perfectam salutem electorum tunc fiendam in montem syon. quia circa illum locum erit finale iudicium ut dictum est. s. ioel. iii. iudicare montem esau. i. condempnare superbiam infidelium qui nomine edom vel esau designantur ut dictum est supra. et erit domino regnum. quia tunc omnia perfecte subicientur domino nostro ihu xpo cui est honor et gloria in secula seculorum. a M E N

Explicit abdias. Deo gratias

Incipit primus prologus in iona prophetam.

Sanctum ionam etc. iste prologus quem dividitur in quinque partes. In prima parte prima notificatur in sanctum ionam etc. In secunda [illegible] cur ad prophetandum mittitur ibi in condempnationem israel. in tertia quod prophetiae complementum ibi temporibus quoque ieroboam. In quarta cum [illegible] [illegible] [illegible] ibi [illegible] cum prophetia illuminatur. In quinta tempore helisei et tamen [illegible] monstrat ibi. hic illi [illegible] etc. item in prima parte notificatur [illegible] primo per declarationem originis secundo per [illegible] [illegible] ibi. quem helyas. tertio per nominis [illegible] ibi. et hanc causam dicit itaque. [illegible] ionam. hic queritur quare dicatur plusquam ceteri prophete qui omnes sancti fuerunt etc. ne videatur aliquid [illegible] infra videtur mandato domini repugnasse et de ira domini contra ninivitas [illegible] fuisse. mulieris vidue. iii. reg. xvii. c. de helya apparuit ei mulier vidua colligens ligna etc. sarepthane. i. sarepta civitate que sita erat inter tyrum et sydonem de resuscitatione filii istius vidue. dicitur. iii. reg. xvii. c. exaudivit dominus vocem helye et reversa est anima pueri intra eum et revixit. nunc in isto miraculo cognovi etc. ob hanc causam. [illegible] quia mulier dixerat helye. iii. reg. xvii. c. nunc in isto cognovi quia vir dei es tu verbum domini in ore tuo verum est. dicitque ipsum puerum. i. ionam vocatum amathi. etc. littera satis plana est in condempnationem autem israel. hic subauditur causa cur ad prophetandum mittitur. s. in penam israelis penitentibus in ninivitis. ione. iii. crediderunt viri ninivite deo et predicaverunt ieiunium et vestiti sunt saccis a maiore usque ad minorem et hoc est quod dicit. quia ninive a gentium primam etc. sicut dicit. ieronimus in libro de locis ninive est urbs assyriorum quam edificavit assur egrediens de terra sennaar et de illa loquitur hic. est autem et alia usque hodie civitas iudeorum nomine ninive in angulo arabie quam nunc corrupte minive vocant temporibus quoque ieroboam de quo dicitur. iiii. reg. xiiii. f. regnavit ieroboam filius ioas regis israel in samaria quadraginta et uno anno et sequitur ipse restituit terminos israel ab introitu emath usque ad mare solitudinis iuxta sermonem domini dei israel quem locutus est per servum suum ionam filium amathi ex hoc patet quod multum senex erat quando hec facta sunt. is cum prophetia etc. hic [illegible] quedam que cum [illegible] ne prodiceret ninivitis que tamen [illegible] non delebantur duo autem [illegible] cum primum est quod cum [illegible] ninivitas per penitentiam [illegible] nolebat eis predicare ne falsum predicasse postea videretur et hoc est quod dicit. hic is cum

prophetia

prophetia illuminamur etc. Scilicet erat quod sinu celi tenebantur. Et licet ninivitas noluerunt quam tamen tenebantur predicabat et hoc est quod dicitur hic. Non sumus usi ad habrahum etc. Sed in libro evulavit quod vocatur cum de. Dic dispensationis ignarus etc. Dicit igitur ipse cum prophetia illuminante etc. contra illud · xviij · vel dei pone dominum et dicit glosa. legerat Ionas iam libros quod memorant neguncia. Sed inhac quod cetera dicit hic quadragesima non plena. contra civitas nostra de liberanda. Sed illud non legerat quod per suam comminationem agerent penitentiam et ita iram evaderent. propter divine dispensationis ignarus aliquando dicitur. aliquando dicit quod legerat in speculo eterni eorum civitas sicut hic dicitur etc. et quod ... iram evaderent sed modo questionis non legerat hec quod per suam comminationem deberent querere. Si per hoc non posset responderi ad secundum. Hoc dicitur quod ablatio ab Iesum non importat hic cognitionem sed ... ut sic sensus dicitur illuminante prophetia ad videndum subversionem corporalem ... vidit spiritualem conversionem non ... sed credulitate quadam. Sed hic exponitur ... 1. Ionas. cum prophetia illuminante ad deviandam dignitatem civitatis ... cum illuminante luce cognitionis prophetie ... de ruinam mentium civitatis videret. 1. crederet penitentes civitatis iram consecuturos. quod sciebat deum iram unde Ione iiij. Scio quod tu deus clemens et misericors es patiens et multe misericordie et ignoscens super malicia. Unde ne nolebat esse in obediens erat ergo penitebat. Propter dicitur aliquando quod hic est unde post modum quanto primus est et penitentiam et ... peccatum suum Ione. 1. Scio quod propter me hec tempestas grandis est super vos vel potest dici quod non omnino ... Sed exulavit sicut moyses exulat sed exo. iiij. dicens obsecro domine non sum eloquens etc. Ut filii dei. hic tangitur secundum quod quod nolebat eis predicare sed secundum hoc videtur inimicus fuisse. Propter non dicitur nolebat non revocavit quod nec hic esse eius oppositum sed secundum hic nulla est racio. Hoc potest dici quod non sequitur si nolebat quod non diminueret quod inimicus esset vel iniquus quod hoc nolebat quia de malo eorum gaudebat sed quia de malo populi sui dolebat. Sciebat enim conversionem in dampnationem fore iudeorum. Unde glosa. noverat propheta revelante spiritu quod penitentia gentium ruina sit iudeorum. et ideo amator patrie non tam invidet ... quam cupit perire suum non perire. Vide etiam quod si vidisset in speculo eorum conversionem teneret conformare voluntatem suam voluntati divine. Sed ad hoc ex verbo glose scilicet propheta revelante spiritu etc. videtur etc. videtur quod eorum conversionem videat revelacionem prophetia. Sed quod nec pro ... sed homo bonum quod hoc penitentia si contingeret eorum ruina esset ... est. Gen. xviij. divine dispensationis ignarus. hic ostenditur quod in duobus exulavit. Sed propter ignorantiam duorum primo quia deum ignoravit

magis velle salutem quam ... Secundo noluit ... sed ut ... quia timebat ... potentiam esse ... ibi ideo contulit deus. Primo ergo ostendit ignorantiam. Secundo modo ignorantie ostendit ibi. Unde illa cavendum etc. dicit igitur Ionas divine dispensationis ignarus. Sed contra dictum est supra quod ... hoc sciebat quod ... hec ... patiente etc. ignorans pro illud ... hic probat secundum partem que legerat ibi illa cavendum etc. in qua ostenditur quod loquitur per ... propheta. ... et ... illam mulierem de qua ... et ... que ... et nolebat sed prophetia ... indulgentiam ... ignorantiam ... potest evadere exponem litteram ut dicatur ne nolebat i. quod nolens ut erat et sic ... volebat. et quod volens quod revocarentur et ille divine dispensationis ignarus. 1. quod divinam ... dispensationem et omnia tunc ... que videamus 1. ... ... homo ... que ... dominus ... et illam ... videtur velle ... sequens. Si quod humanum ad ... etc. ideo ... domini. Secundum primam ... hic ... ignorantia que sunt ... et nota quod bene dicit humanum aliquid ... esse ... natura corrupta ... que ... ... Dicit n. augustinus ... ... puer ... non est ... hominis ... Sed ... et ... quod dicit glosa ... consilii est pro verecundia ... est ... ... Ignis ... exulavit ... pro verecundia ... ...

Explicit qualiscumque expositio istius prologi.

Incipit secundus prologus in Ionam prophetam.

Ionas columba

In hoc secundo prologo procedimus hoc modo. primo enim notificatur persona prophete. secundo ostenditur series siue hystoria prophetie ad generale prohemium. circa determinatur locus sepulture prophete, circa secundum tangit in prima parte notificat quibus nominibus inspiciatur. cum dicitur: ionas columba etc. a cognatione cum dicitur: filio amathi. a loco unde erat cum dicitur: qui fuit de geth. quid autem significet geth exponit hieronimus in onomasticon dicens: geth in secundo sephon miliario que hodie appellatur diocesarea euntibus tiberiadem haut grandis est uiculus ubi et sepulcrum eius ostenditur. quamquam alii iuxta diospolim .i. liddam eum esse natum et conditum uelint non intelligentes hoc quod additur ophir ad distinctionem aliarum urbium geth pertinere que uel iuxta eleutheropolim siue diospolim hodie demonstrantur. Secundum in secunda parte in qua tanguntur series siue hystoria prophetie. primo tangitur missio prophete ad predicandum niniuitis ibi. ad ge cum preconium meum. secundo fuga prophete nunciam ostinitur exequi contempnens. ibi: surrexit etc. Tercio sequitur ad exequendum compulsio ibi primo quod predictum nauis etc. quarto subiungitur tamen execucio ubi niniuitis predicauit. quinto ostenditur exequentis affectio siue affectio. ibi sed et tristatus etc. quare iniquus fuit per antecedens pro consequenti .i. pro execucione iudeorum quam tollerit consequi ex conuersione gentilium. Inuidet ergo nunc dicitur. per antecedens ponitur pro consequenti .i. subiectum doloris passionem que ad inuidiam solet consequi. Sephon opidum fuit unde fuit oriundus animalium sic cinges. tiberias ciuitas fuit in iudea in honorem tiberii cesaris condita.

Explicit qualiscumque exposicio istius prologi

Incipit Ionas.

Et factum est

hic incipit ionas propheta. Et diuiditur in duas partes quarum primo ostenditur eius missio et secundo prima secundo capitulo primum in ires quarum primo describitur ione rebellio secundo rebellionis deprehensio ibi Dominus autem. tertio deprehensi primo ibi. et dixerunt. Circa primum dicitur. et factum est uerbum domini ad ionam qui fuit tempore ioram regis israel ut habetur iiii. Regum xiiii. filium amathi. dicunt aliqui quod nomen proprium est patris ipsius sed hoc non uidetur uerum quia secundum omnes doctores hebraicos et latinos iste ionas fuit filius mulieris uidue quem suscitauit helyas. iii. Regum xvii. illa non fuit de populo israel sed fuit gentilis ut patet per uerbum saluatoris. luce iiii. multe uidue erant in diebus helie in israel et ad nullam illarum missus est helyas nisi et per quem eius maritus fuit gentilis. talibus autem non dabantur tunc filio prophetie et sic opportet hec duo sicut pater ione secundum regulam doctorum hebraicorum et catholicorum. Sed quia in principio aliorum prophetarum exprimitur nomen patris uerisimile fuisse prophetam fuit et filius ideo dicendum quod amathi est nomen appellatiuum et sonat ueritatem in latino resuscitato enim filio dixit uidua ipsi helye nunc in isto cognoui quia uir dei es tu et uerbum domini in ore tuo uerum est et ab hoc puer suscitatus ex tunc uocatus est filius amathi .i. ueritatis et hoc idem dicit hieronimus in prologo. sicut aliquis dicitur filius mortis qui fecit aliquid dignum morte. secundo Regum xii. Surge et uade in niniuen. que erat ciuitas longe posita. et predica in ea. quia ascendit malicia eius coram me .i. malicia huius eorum meruit quod subuerteretur. et surrexit ionas ut fugeret in tharsis. ciuitas est cilicie de qua paulus fuit oriundus. actuum xxi. et descendit in ioppen. portus est in iudea super mare mediterraneum et nauigium eius .i. precium nauis per suam deportacionem. Hic occurrunt duo dubia primum quare nolebat fugere ad cuius intellectum sciendum quod duplex est prophetia communiter loquendo ad propositum una que dicitur predestinacionis .s. quando aliquid reuelatur futurum eo modo quo est in diuina predestinacione et illud semper impletur hoc modo dominus reuelauit samueli de reprobacione saulis primo Regum xv. per quod dicit samuel porro triumphator in israel non parcet et penitudine non flectetur neque enim homo est ut agat penitentiam alia est prophetia comminacionis .s. quando aliqua prophetico reuelantur futura prout est in causis secundis secundum earum dispositionem et secundum hoc ysaias de mandato dei dixit ezechie. iiii. Regum xx. dispone domui tue. morieris enim tu et non uiues. talis enim erat infirmitas quod secundum naturam non permittebat euadere mortem et hec non semper impletur per penitenciam cum deus eum sanauerit miraculose propter eius preces et lacrimas. Item sciendum quod spiritus diuino prophetie uiuit tangit corda prophetarum .s. in modo perfecto uel perfectius sicut ysaie fuit reuelata mors ezechie futura secundum nature cursum. ideo dixit morieris tu et non uiues. postea uero eius sanacio miraculosa sicut ibidem subditur. reuertere dic ezechie. etc. audiui oracionem tuam et lacrimas uidi. et ecce sanaui te. prophetia autem ista de subuersione niniue fuit tantum comminacionis quia tunc non fuit impleta. propter penitenciam niniuitarum sed primo tamen hec non fuit reuelatum ione a principio sed solum

penitentiam ninive sciebat autem ionas revelatione divina magnitudinem et ex altera parte clementiam quod ninive peniteret ad eius denunciationem ninive et prophetia sua non impleretur et sic ipse propheta diceretur propter quod noluit mandatum domini declarare et hoc est quod dicitur infra capitulo iiii. propter hoc preoccupavi ut fugerem in tharsis scio enim quia tu deus clemens et misericors es etc. Sed contra hoc potest dici quod ionas poterat nunciare destructionem ninive conditionaliter scilicet nisi peniteret et sic non posset notam falsi prophete propter quod fugere nulla videtur ratio. ad quod dicendum quod ionas propheta sciebat quod prophetia magis se conformat divine voluntati quam humane sicut patet numeri xxiii. de balaam qui volebat maledicere populo israel et econtrario benedicebat ionas autem sciebat circa hoc divinam voluntatem scilicet quod subversio ninive nunciaretur absolute et ideo interponere conditionem non erat prudens sic. Tertio dubium est quomodo voluit fugere a facie domini quem sciebat ubique presentem. ad quod dicendum quod licet sciret deum esse presentem ubique per essentiam presentiam et potentiam sciebat tamen cum hoc ipsum esse specialiter in alio loco et non in alio ad aliquem actum determinatum sicut quantum ad missionem spiritus sancti in signo visibili fuit in domo in qua erant discipuli congregati secundum quod dicitur actuum ii. et replevit totam domum ubi erant sedentes et non alia loca tempore vero ione spiritus prophetie non dabatur inter gentiles sed tantum iudeis nec valet contra hoc quod ezechiel et daniel prophetavit in caldea quia hoc fuit longe post ione tempora et ideo estimavit quod si esset extra terram israel non fieret sibi mandatum divinum de prophetica nunciatione sicut primo regum x. dicitur de saule quod cum aliis prophetis prophetabat non alibi licet deus hoc possit ubique facere et ideo ionas voluit extra terram israel fugere hoc etiam a deo permissum est fieri ut fugiens naufragium pateretur et a pisce glutiretur in quo triduana sepultura christi prefiguratur secundum quod dicitur matthei xii. sicut fuit ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus sic erit filius hominis in corde terre. Dominus autem hic consequenter describitur rebellantis deprehensio scilicet per tempestatem a deo missam in mare per quam cognitum fuit suam inobedientiam confiteri et probatum usque ibi. *et clamaverunt viri ad deum suum.* id est quisque ad deum quem colebat. Dicit enim rabi salomon quod ibi erant homines de variis gentibus et diversorum rituum *et ionas descendit ad interiora navis.* horrens videre maris tempestatem in qua mare inveniebat quia sciebat eam propter se excitatam *et dormiebat sopore gravi.* absorptus pre tristitia sicut apostoli in passione christi luce xxii. et dixerunt. *ad collegam suum.* id est unusquisque eorum qui erant in navi. hoc intelligitur de divinis venire et mittamus sortes. Dicit autem rabi salomon quod videbant alios ab eis distantes prospere navigare ita quod tempestas erat solum circa navem illam et ex hoc

et hoc videbatur ex eo quod ut dicit idem ... et tempestas *quam ventis et nubibus* deus et nova *signa quae in mare ibat et volvebantur super eos* ex quo videbant quod fluctus maris sequebantur eam ex ad quamcumque partem se verterent et ex hoc conceperunt quod illa tempestas erat excitata propter malefactum alicuius existentis in navi et ideo miserunt sortes ad inveniendum ipsum qualis autem fuerit sit ista sortitio et qualiter non divinum fuit diffuse infra xxxiii. posuimus hic breviter aliquid repetere. Circa quod sciendum quod duplex est sors quedam divisoria ut cum ad aliquid rem dividendam mittuntur sortes ut per hoc determinetur cuius quam partem accipiat conventus vel totum eventum fortune et hoc est licitum nulli est periculum alia consultatoria quae per sortes consulitur quid agendum vel dimittendum et si expectatur consilium per sortes a demone illicitum est similiter si a corpore celesti cuius effectus ad hoc se non extendit et ideo non caret occulto pacto demonum. Si autem expectetur ab angelis nullum est periculum in his in casu ut cum hoc sit sine necessitate quia tunc ad dei temptationem pertinet nisi si in necessitate debita dei reverentia conservatur propter quod premissa oratione apostoli sortes miserunt in electione mathye ut sic electus esset alicuius quem instinctu spiritus sancti debere fieri. Forte nautae sortem consultarunt vel et ministres omnino quia prope sunt loco supradicto illos tamen non oportet hic excusare de peccato quia sicut dictum est erant ibi diversi homines diversos deos colentes et ideo videtur quod miserunt sortes secundum modum gentilium qui utuntur sortibus superstitiosis deus tamen qui elicit bona de malis sic sortes temperavit quod ionas deprehensus fuit et confiteri peccatum suum compulsus fuit secundum quod dicitur proverbiorum xvi. sortes mittuntur in sinum sed a domino temperantur ideo sequitur. *et dixerunt ad eum indica nobis etc.* et fecerunt sibi quatuor questiones dicentes *quod est opus tuum.* quia ex opere malo homo est puniendus. *que terra tua.* quia propter maliciam terre aliquis aliquando punitur *et quo vadis.* quia aliquis puniendus est qui vadit ad locum malum seu prohibitum et ad illam questionem respondit se fugere in tharsis ut declararet dominum preceptum ut habetur scilicet *cognoverunt enim viri quod a facie domini fugeret quia indicaverat eis.* licet hic taceatur. *vel ex quo populo.* quia aliquis aliquando punitur pro malo parentum *et dixit ad eos hebreus ego sum.* hoc enim nomen commune est omnibus descendentibus a iacob patriarcha. *et timuerunt viri.* propter offensam dei ione quem confitebatur dominum maris et terre. *Et dixerunt ei quid.* Ponitur ione deprehensi punitio de qua primo queritur. *quid faciemus tibi etc.* et sequitur responsio *tollite me et mittite in mare.* magis ei volebat solus mori quam cum eo alii morerentur occasione sui volens etiam per mortem suam

placare [illegible] dei et [illegible] tempestates [illegible] posse [illegible] sine eius
merito et clamauimus [illegible] domine ne pereamus
in anima [illegible] ione quia tu domine sicut uoluisti fe-
cisti. [illegible] tempestatis [illegible] cognoscunt
clamant [illegible] quem colebat iona
et liberat mare a furore suo. ex quo manifeste
apparet [illegible] ione transgressio mandati domini
declinando. et timuerunt [illegible] etc. ex signis
nisi sunt [illegible] ad colendum verum deum qui
est super omnes creaturas omnes dominus. et hoc
bonum elicuit deus de malo [illegible] augustinus
in enchiridion [illegible] est omnipotens et bonus quod non sineret mala fieri
nisi ex eis maiora bona eliceret. II

Et preparauit [illegible] ipsius
ione penam et hec [illegible] ex eius orationem
[illegible] diuidi [illegible] capitulo [illegible]
[illegible] quia primo ponitur [illegible]
[illegible] et eiecit [illegible] et dixit. Circa primum [illegible] et preparauit
dominus piscem grandem [illegible]
[illegible] et erat ionas in uentre
piscis tribus diebus et tribus noctibus [illegible]
[illegible] quia hoc fuit [illegible]
[illegible] et [illegible].
Et [illegible] quod [illegible] modo
[illegible] clamaui ad dominum de tribulatione
mea [illegible] ualde [illegible]
et in uentre piscis [illegible] et exaudiuit
me. [illegible] in uentre [illegible]
cognouit [illegible] de uentre [illegible]
[illegible] uentre piscis [illegible]
quod ualde horridum [illegible] et proiecisti me
in profundum etc. quia pisces [illegible] magni
habitant in profundo maris non [illegible]
[illegible] litora [illegible] et flumen
[illegible] super me transierunt [illegible] super
piscem et per [illegible] super ionam [illegible]
[illegible] patent [illegible] etc. [illegible]
[illegible] sicut [illegible] pis-
ces habitant in profundo maris [illegible] distant
a montibus in litore maris [illegible]
[illegible] me in eternum [illegible]
[illegible] litora maris quod in eternum non possum
exire nisi tua uirtute ideo [illegible] et [illegible]
[illegible] cum angustiaretur in me anima mea
desperans omni [illegible] ideo [illegible]
domini recordatus sum [illegible] a quo solo expecto re-
medium qui custodiunt uanitates [illegible] per-
[illegible] misericordiam suam [illegible]
[illegible] se indignos diuina [illegible]
[illegible] sensus [illegible] que nullius sunt [illegible]
Ego autem in uoce laudis immolabo tibi
[illegible] meum per uerum [illegible]
[illegible] quecumque uoui reddam. homines

[illegible] enim in magna necessitate constituti solent emittere
uota deo et sic fecit ionas in uentre piscis
[illegible] Et dixit. hic [illegible] ponitur ipsius ione
[illegible] dicitur. et dixit dominus pisci dei dicere
est sibi facere fecit enim piscem ionam e-
uomere in aridam terram. hoc enim non potuisset
facere piscis sine dei speciali operatione quia [illegible]
magnitudinem non potuisset tantum aride ua-
[illegible] appropinquare.

Et factum est. III

[illegible] ione pena ex eius oratione. hic
[illegible] ex mandato dei prompta exe-
cutione. Et diuiditur in duas partes quia primo
ponitur hec executio secundo sequens afflictio
[illegible] prima in tres quia primo ponitur
predicatio ione secundo conuersio niniuitarum et [illegible]
[illegible]. Circa primum [illegible] mandati diuini
reiteratio cum dicitur et factum est uerbum domini
ad ionam secundo etc. secundo subditur huius man-
dati executio cum dicitur. et surrexit ionas et
abiit etc. sine dilatione et niniue erat ciuitas
magna. itinere dierum trium dicunt aliqui quod
tres diete ponebantur circueundo muros
ciuitatis. Sed hoc non uidetur uerum quia secundum sa-
cram scripturam et hystoriographos babilo-
nia excellit omnes alias ciuitates in magni-
tudine [illegible] quod [illegible] dicit de ea quod non erat
[illegible] ciuitas [illegible] clausa muris et [illegible]
[illegible] circuitus murorum habebat xxiiii. leu-
cas [illegible] que uero faciunt tres dietas [illegible]
[illegible] et ideo uidetur melius dicendum quod iste tres diete sunt
[illegible] procedendo per uicos ciuitatis
[illegible] sicut [illegible] ionas predicare denunciando
[illegible] subuersionem ciuitatis et cepit ionas
introire ciuitatem itinere diei unius. Dicunt
hic aliqui quod ionas ita prompte [illegible]
exequebatur mandatum dei quod iter trium
dierum una die compleuit sed hoc non uidetur
textui consonare quia dicitur et cepit ionas
introire ciuitatem itinere diei unius. Si enim hoc
[illegible] magis diceretur
perambulauit ionas ciuitatem itinere diei unius
[illegible] Et ideo dicendum est quod in prima die perambulauit
unam partem ciuitatis tantum. et clamauit et dixit
uerba domini nichil addendo adhuc. xl. dies
et niniue subuertetur [illegible] meruerant ciui-
um delicta [illegible] est [illegible] conditio erat sub-
intelligenda. s. si non agerent penitentiam sed non
erat a propheta exprimenda ut positum est. Et credi-
derunt. hic [illegible] ponitur conuersio populi ad predi-
cationem ione cum dicitur et crediderunt uiri nini-
uite in deum. qui prius [illegible] colebant idola.
et predicauerunt. s. solempniter indixerunt popu-
lo ieiunium etc. ut per carnis afflictionem
et humiliationem in uictu et uestitu placarent
[illegible] et non solum fecerunt hoc populares
sed etiam maiores ideo dicitur de rege

[illegible] quod erat prophetia comminacionis ut dictum est. c.

ut exemplo eius magis conuenirent alij. et ab
iecit uestimentum suum in signum regalia de
ponendi. et indutus est sacco in signum penite
et sedit in cinere. in signum humiliacionis magis.
et clamauit per orbem preconis homines et iume
ta &c. huiusmodi et alia sunt [illegible] i. ad
iutorium et ideo affligendo corpus in ieiuniis reddi
dit [illegible]. quod ad ostendendum perfectam penitenciam
non solum induit rex afflictionem hominum
sed etiam aliorum. et clament ad deum in fortitudine.
destituente et pastu mugiebant qui mugitus
dicebantur ad deum clamare in quantum
per homines hoc ordinabatur ad placandum
sic offensum. et conuertatur uir. i. quicumque de
populo. de malo. ad bonum et subditur iniquitas. quis
scit si conuertatur. quasi diceretur sicut per peccata
nostra est offensus ita forsitan per nostram penitenciam
erit placatus. Et uidit deus. hic consequenter ponitur
condescensio miseracionis diuine cum dicitur. et uidit
deus opera eorum. i. acceptauit et approbauit sicut
gen. iiii. et respexit deus ad abel. et ad munera
eius. et misertus est. penam comminatam non inferendo.
sciendum tamen quod postea iniquitate reuersi
sunt ad uomitum et sic ciuitas fuit subuersa
de qua subuersione prophetauit sanctus thobias. xiiii. c.

Et afflictus est.

hic consequenter ponitur ione afflictio que
primo ponitur secundo arguitur hic ibi et dixit
Cum primum dicitur. et afflictus est ionas. quando
uidit ciuitatem ad huc stantem post terminum
xl. dierum. et sic timuit diffamari et uilipendi
sicut falsus propheta quae erat afflictio maxima in eo
quia magis uolebat mori quam uiuere in statu tali.
nunquid non hoc est uerbum meum &c. s. quod
timebat dictum suum non impleri propter magnitudinem
misericordie dei propter quod uoluit fugere a facie
dei ut dictum est supra et patet littera. Et dixit
dominus. hic consequenter impaciencia ione arguitur cum dicitur
et dixit dominus. deprehendens eius inpacienciam
putas ne bene irasceris tu. i. racionabiliter
q. d. non. et egressus est ionas. s. ante terminum
xl. dierum. ita quod hic exitus ponitur hic per recapitulacionem
et sibimet fecit umbraculum
contra solis estum qui est ibi ualde intensus
et ad ad melius arguendum impacienciam ione
ponitur exemplum sensibile cum dicitur et preparauit
dominus deus ederam faciendo eam subito crescere
supra cursum nature. et letatus est ionas super
plici causa. s. quia faciebat sibi umbraculum
[illegible] et quia ex eius iuuamento la[illegible] producione
estimauit quod deus suam prophetiam adimpleret
et preparauit deus uermem. omnia enim contingencia
in mundo sua prudencia disponuntur. et percussit
ederam corrodendo eius radicem. precepit
dominus uento calido et urenti ad intendendum
solis estum. et petiuit anime sue ut moreretur.
tum quia estu supra modum affligebatur tum quia

ex arefactione edere subito coniecturauit quod sua
prophetia non impleretur et sic falsus propheta
crederetur quod erat sibi grauius morte ideo subdit
melius est michi mori &c. ex quo eius impaciencia
in duobus concluditur cum dicitur. putas
ne bene irasceris tu super ederam. i. racionabiliter
de arefactione eius. et dixit bene irascor usque ad mortem. racionabiliter
ex causa predicta. et ex hoc concludit deus
oppositum. tu doles super ederam et racionabiliter
secundum tuam estimacionem. et ego non parcam
niniue. q. d. multo fortius debeo compati et condonare
tante ciuitati uenienti ad penitentiam et parcere
de subuersione. quia nescierunt quid sit inter dexteram
i. sunt ad huc infra annos discrecionis et per consequens
adhuc innocentes et ideo propter tantam innocenciam
racionabile est compati ciuitati tali &c.

Explicit ionas.

Incipit prologus in micheam.

Temporibus ioathe.

&c. In isto prologo procedit
Ieronimus per hunc modum
primo dicit quibus temporibus
et sub quibus regibus est data
ista prophetia. secundo agit de regum
differencia ubi secundo de singulis. tercio subdit
contra malos comminacionem diuinam ibi. quicumque obierit
&c. Dicit igitur. temporibus ioathe. filij ozie de quo
iiii. re. xv. c. et secundo para. xxvij. c. achaz
de quo iiii. re. xvi. c. et para. ij. paral. xxviij.
c. et. xxviij. c. ezechie de quo. iiii. re. xviii.
et ij. paral. xxix. c. et. xxx. c. isto propheta denunciat
[illegible]. i. cum dicitur. In diebus ioathan. &c.
[illegible] de singulorum [illegible]. hic ponitur regum differencia.
Quidam enim placuerunt deo per religionem
sicut ioatham et ezechias quidam displicuerunt
propter ydolatriam sicut achaz littera plana est dicit
igitur. de singulorum regum ioatham &c.
contrarium uidetur gen. xlix. ubi dicit preter dauid
et ezechiam et iosiam omnes reges peccatum
commiserunt ergo ioathan commisit peccatum
ergo non placuit. dicendum non placuit simpliciter
sed quo ad hoc placuit quod ydola que erant in
israel destruxit displicuit autem quod excelsa
non abstulit. iiii. re. xv. c. sicut quod placuit
etiam domino et sequitur uerumtamen excelsa
non abstulit. ij. par. xxvij. sicut quod tenium erat

toriam duo iuxta diuina que fecerant pater eius excepto quod non est ingressus templum domini et adhuc populus delinquebat. Item quod cum omnes reges preter quinque fuerint intelligendum est de prima ydolatrie ut in se uel in aliis. ut hec dicit in glo[ssa] paucos ezechie et iosie qui primo peccauerunt et cito penituerunt de ezechia. patet quod placuit deo. iiii. Reg. xviii. xix et xx. et ii. par. xxix. et xxx. et xxxi. de iustitia deo. ii. paral. xxviii. c. non fecit rectum in conspectu domini sicut david pater eius etc. Item eodem. c. et tempore angustie sue auxit contemptum in dominum ipse per se rex achaz immolauit diis alienis etc. quibus et filios suos. iiii. Reg. xvi. a. filium suum consecrauit transferens per ignem. Et ydola gentium. ii. paral. xxviii. lustrauit filios suos in igne iuxta ritum gentium. Samariam. regionem palestine uel ciuitatem unde ysidorus ethimologiarum xiiii. Samaria regio palestine ab oppido quod nomen accepit quod uocabatur samaria. idem in. xv. ubi agit de nominibus urbium conditarum. Samaria a qua omnis regio que circa eam fuit nomen accepit. Semiramis cherub rex assyriorum construxit uocauitque samariam i. custodem quia cum israel transtulit in medos ibi custodes constituit hanc obsidione captam antiochus solo coequauit quam postea herodes a fundamentis instaurans in honore augusti augustam. i. sebasten greco sermone uocauit ibi sunt heliseus et abdias propheta et quo maior inter natos mulierum non [fuit]. Johannes baptista. Contra istam denunciatur diuina comminatio per prophetam michee. i. a. ubi dicitur quod uidit super samariam et ierusalem. glo[ssa]. quia primum samaria metropolis. x. tribuum captiuata est deinde ierusalem propheta in ponitur titulo primo de samaria secundo de ierusalem. iiii. Reg. xvii. inuenies de utriusque captiuitate. Item. vi. michee fit comminatio contra samariam prope et israel. iii.

Explicit qualiscumque expositio istius prologi. Quidam libri habent hic secundum prologum qui sic incipit

Sermo dei qui semper ad prophetas descendit. et licet iste prologus in bibliis parisiensibus non scribatur tamen propter aliquos michi uidetur exponendus quod breuiter transcurratur. duo itaque notantur in prologo isto primo .n. propheta commendatur a nomine. Sermo dei etc. Secundo ratio impositionis nominis sibi et aliis assignatur ibi. quomodo igitur apud nos etc.

commendatur autem propheta. Notandum primo a spiritu prophetie. Secundo a congruentia proprii nominis locum eius [illegible] ibi. qui interpretatur humilitas. ibi etiam ponuntur interpretationes nominum. S. prophete et locorum ortus sui. ut insinuantur sibi simul congruere et prophetie dicat igitur. Sermo dei qui semper ad prophetas descendit. contra spiritus sanctus non semper tangit corda prophetarum. Respondeo semper. i. hoc [illegible] sicut. i. excellat. u. siue in eminentia omne. i. omnis bonus status. de moralis [illegible] quod humilianti sub potentia manu dei. i. pe. u. qui se humiliat exaltabitur. luc. xiiii. Diliite [illegible] c. xi. c. modo igitur hic notatur ratio impositionis nominis non solum sibi sed et aliis et hic tam apud nos quam apud hebreos et grecos. notitia. i. ad notitiam imposita. auspicium. i. augurium auspex quasi dicitur diuinator qui diuinat ex consideratione uolatus auium. unde auspex dicitur quasi auspex quia aspicit. i. considerat aues uolantes unde auspicium dicitur diuinatio quasi auspicium quia fit ex inspectione auium. micheas qui interpretatur humilitas. abdias seruus domini zacharias memoria domini

Explicit [prologus].

Incipit micheas.

Verbum domini

hic incipit prophetia michee que in duas partes diuiditur. s. in prohemium et tractatum qui incipit ibi audite. In prohemio primo notificatur auctor ex nomine cum dicitur ad micheam. et ex natiuitatis loco cum dicitur morasthites. i. de morasthi. Secundo ponitur tempus prophetie cum dicitur in diebus ioathan etc. tertio ad quos facta est prophetia ibi. super samariam et ierusalem. s. super regna. x. tribuum et duarum. samaria autem erat metropolis in uno et ierusalem in altero. Audite. hic incipit tractatus qui in duas partes diuiditur quia primo propheta populo comminatur secundo populum consolatur cap. iiii. ista tamen diuisio prima non est sed tamen a pluribus. in prima .n. parte ponitur aliqua consolatoria. prima diuiditur in duas quia primo comminatur penam propter culpam populi generalem secundo propter culpam maiorum specialiter capitulo. iii. prima adhuc in duas quia primo ponitur comminatio pene propter culpam ydolatrie secundo propter cultum auaritie. c. ii. prima in duas. quia primo ponitur comminatio pene secundo cum[illegible] prophete ibi super hoc. prima in duas quia primo fit comminatio iustitie

Marginal notes: "s[cilicet] nomi[ni]s" (beside first line of right column); "fuit" (left margin beside "non solum bap[tista]"); "primo" (right margin beside "ponitur").

regno quintum secundo regno israel separatim et ponam. prima adhuc in duas quia primo denunciatur pena secundo declaratur culpa ibi: scelere. Circa primum excitat propheta attentionem dicens audite populi etc. secundo inducit dei testimonium pro veritate dicenda et sit dominus vobis in testem qui fallere non potest nec falli. de templo. id est de celo empireo ubi cum eo sunt angeli sancti eius cum laudibus inherentes. quia ecce dominus egredietur de loco suo. id est primum. id est ipsius dei parte et uniformiter et eo locutus eius dicitur una aqua quod non uidetur egredi quando punit secundum rigorem iustitie ut dicit. ysa. .li. et talis egressus non est per motum localem sed quia est efficiens similitudinarie dicitur egredi in effectum qui producit ipsum. et descendet per immediate peccata hominum peccatorum. et calcabit super excelsa terre. non deferens alicui persone propter eius magnitudinem ideo subditur. et consumentur montes. id est maiores. et valles. id est minores. sicut cera etc. id est absque resistentia quia non potest resisti diuine uirtuti. In scelere. hic ostenditur culpa cum dicitur. In scelere iacob. id est propter scelus regni israel. quod nominatur etiam iacob. sicut patriarcha iacob fuit binomius. omne istud. id est peccata supradicta et subsequentia contingent. et de hoc scelere queritur cum dicitur. quod scelus iacob. et respondetur. nonne samaria. quasi dicat. sic. et per samariam intelligitur ydolatria que exercebatur in toto regno israel cuius metropolis erat samaria per regum potentiam. Ieroboam enim primus rex ad hoc induxit populum ut habetur .iii. Reg. xii. et que excelsa iude id est unde procedit ydolatria que exercetur in montibus regni iude. nonne ierusalem. quasi dicat. et potentia regum iude quorum sedes regni erat in ierusalem processit ista malicia/ Salomon. namque prope ierusalem edificauit templa ydolorum uxoribus suis .iii. Reg. xi. quod fuit prouocatiuum ydolatrie aliis. postea achaz iuxta altare salamonis posuit in templo. iiii. Reg. xvi. et postea manasses. ydola posuit in templo. iiii. Reg. xxi. et sic potentia regum malorum induxit populum ad ydolatriam. Et ponam. hic ostenditur comminatio pene regno israel separatim cum dicitur. et ponam samariam quasi acervum lapidum. per destructionem samarie metropolis in regno .x. tribuum intelligitur destructio totius regni quod impletum fuit tempore osee. iiii. Reg. xvii. Et omnia sculptilia eius concidentur ut in auro et argento auferantur. et omnes mercedes eius. id est illa que non possunt bene portari a predatoribus. comburentur igni cum domibus in quibus sunt. quia de mercedibus meretricis. id est ydolatrie. genus quod ydolatria uigebat in regno .x. tribuum. et usque ad mercedem meretricis. id est genus aliorum ydolatrie reuertentur reportantur enim a predatoribus illius regni. quasi pro uictorie exercitus dei iustitie. super hoc hic ostenditur compassio prophete super populum suum cum dicitur. super hoc plangam et ululabo. est autem ululatus uox confusa procedens ex magno dolore. uadam spoliatus

id est laceratis uestibus iudei enim in dolore posita uestes suas lacerabant ut patet in multis locis ueteris et noui testamenti. faciam planctum uelut draconum id est ualde horribilem. quia desperata est plaga eius. id est non est remediabilis malicia eius nec per consequens pena debita ad hoc sequens et subditur etiam alia causa cum dicitur. quia uenit usque ad iudam. malicia regni israel et sibi sequentur pena. in geth nolite annunciare. ne philistei letentur de miseriis huius populi per talem modum dauid loquebatur in planctu super saul et ionathan et filium eius .ii. Reg. i. nolite annunciare in geth etc. lacrimis ne ploretis. id est signa tristicie in aperto non ostendatis ne insultent philistei. in domo pulueris etc. id est in secreto signa tristicie manifestate et transite uobis habitacio pulcra. id est nos habitantes in regno .x. tribuum quod est pulcre habitacionis transite. id est captiui transibitis dum in captiuitatem. confusa ignominia. id est habitacio uestra que prius erat pulcra cito confundetur per ignominiam sibi illatam et quia aliqui quandoque propheta credebant tamen fore nolas dicentes ad hunc non sumus eiecti de terra nostra ideo dicit propheta non est egressa que habitat in exitu. id est plus gens ista que non sic egressa est in iamius exeundi. planctum domus uicina. accipiet ex uobis domus uicina dicitur hic regnum duarum tribuum quod in medio erat contiguum regno decem tribuum et accepit maliciam ydolatrie ab eo ut dictum est et per consequens ordinem pene sequentis et planctum. que stetit sibimet. contigua enim regno .x. tribuum regnum iuda ad se stetit propter bonitatem ezechie regis qui tunc regnabat .iiii. Reg. xviii. cui successit manasses qui fuit pessimus ideo subditur. quia infirmata est in bonum. posuit enim manasses ydola in templo dei .iiii. Reg. xxi. et quia ex hoc secuta est destructio ierusalem .iiii. Reg. xxiiii. ideo subditur. que habitat in amaritudinibus. propter destructionem ciuitatis et templi in memoriam. tumultus quadrige. id est quadrigarum. habitans lachis. noem est ciuitatis que alio nomine dicitur dan. iudic. xviii. et est in termino aquilonaris terre promissionis ex illa uero parte uenit exercitus caldeorum qui ierusalem fecit. id est cum tumultu magno quadrigarum et armatorum noctem sicut malus maiorum et iusse ab illa parte incepit pena sicut incepit culpa quia in lachis fuit positum ydolum miche a principio temporis iudicum ut habetur iudic. xviii. et inde ydolatria processit ad decem .x. tribuum et de illa ad duas tribus et sic dicitur principium peccati. propterea. illud refertur ad sequentia dicit. ii. m. lu. quod geth confederati fuerunt cum fatre rege israel ad ueniendum contra regnum iuda sicut et syri de quo habetur .xxxi. vi. et tamen postea fuerunt in confirmacione omnium facte cum osee filio hela. iiii. Reg. xv. et sic fuerunt mendaces et deceptores

[illegible] inuenerunt quia terra eorum uastabatur ab assiriis et hoc est quod dicitur. domus mendacii. i. mendacium et deceptionem ducitur. adhuc. s. rex assiriorum. eximsimos. i. bellatores ab eo missos. super hereditatem. geth. domos mendacii. ita quod per domos idem intelligitur quod per hereditatem geth. et quia non solum geth fuit destructa sed maresa et odolla ideo subditur adhuc heredem. i. inimicum terram tuam accipientem et possidentem adducam tibi qui habitas in maresa. i. gentem ibidem habitantem. usque ad odollam ueniet gloria israel. i. confusio que hic nominatur e contrario sicut nichol dicit dauid secundo. regum vi. quam gloriosus fuit rex israel hodie. i. quam uilis. posset etiam aliter dici quia dictio hebraica hic posita potest uarie pronuntiari. significat gloriam et captiuitatem et in hoc secundo sensu est littera plana usque ad odollam. que est ciuitas israel. ueniet captiuitas. i. destructio per aduersarios. ideo concludit propheta. decaluare et tondere in signum tristitie. super filios deliciarum tuarum. i. nutritos in deliciis. dilata caluitium tuum sicut aquila. cum plumis caducis quando senectute antique. qui captiui ducti sunt ex te. i. cito ducentur in terram assiriorum. II

Ve qui cogitatis

hic consequenter. propheta prophetat ciuili [illegible] et diuiditur in tres partes quia primo ponitur pene comminatio. secundo prophete consolatio ibi. utinam. tertio populi consolatio ibi congregatione. prima in duas quia primo propheta ponit populi culpam secundo comminatur penam ibi idcirco. Circa primum dicit. ve qui cogitatis inutile. i. bonum alterius rapere quod est magis nociuum quam utile. secundum illud augustini lucrum in archa. dampnum in conscientia. tulit uestem et perdit fidem. et operamini malum in cubilibus uestris. i. operari disponitis. ideo subditur in luce matutina faciunt illud exequendo in opere quod disposuerant de nocte et quid sit illud subdit. et concupierunt agros. s. alienos. et uiolenter tulerunt simplicibus et uolentibus. et calumpniabantur uirum et domos eius. persequendo pauperes in personis et bonis suis. idcirco. hic consequenter predicit penam et secundo remouet falsam estimationem ibi ne loquamini. Circa primum dicit. idcirco. i. propter dicta mala. ecce ego cogito super familiam istam. i. super regnum. x. tribuum. malum. i. penam. unde non auferetis colla uestra. quia erit tam graue quod non poteritis euadere. et non ambulabitis superbi. sed magis depressi et humiliati et captiui. quia tempus pessimum est. s. contra nos. In die illa sumetur super uos parabola. i. derisio. et cantabitur canticum cum suauitate ab aduersariis uestris dicentibus in persona uestra de depopulatione uastati sumus. teglathphalasar

enim rex assiriorum in parte deuastauit populum iiii. regum xv. ideo subditur. pars populi mei commutata est. quia captiuauit partem populi. quo facto recessit ad terram suam et filius eius salmanasar captiuauit residuum et adduxit gentes externas ad possidendum illud regnum. tunc quod prouidens propheta dicit in populi sui persona quomodo recedet a me. q. d. quid ualet michi iste recessus. cum reuertatur. i. cum cito sit uenturus filius eius qui reuersionis regiones nostras diuidet gentibus alienis. ideo concludit propheta. propter hoc non erit tibi. o israel. mittens funiculum sortis. i. hereditatem in partitionibus terre. quia gentes illuc adducte manserunt ibi usque post tempora christi ut frequenter supra dictum est. Ne loquamini. hic consequenter excludit falsam estimationem populi credentis se non expelli de terra eo quod erat sibi data a deo. d. ne loquamini loquentes inter uos. non stillabit super istos. i. predicta a prophetis non cadet super nos. numquid abbreuiatus est. spiritus domini. sic. n. dicebant. spiritus domini. i. eius uoluntas. non est diminuta ad benefaciendum nobis nec cogitat nobis facere quod dicunt prophete. et subditur responsio in persona domini. nomne uerba mea bona sunt cum eo etc. i. uerba mea promissiua sunt et factiua bonum illis qui incedunt uia recta et non malis hominibus de quibus subditur. et e contrario populus meus in aduersarium consurrexit. s. contra me persequendo me in membris ideo subditur. de super tunicam pallium sustulistis uiolenter et male ab impotentibus se defendere et eos qui transibant simpliciter. i. sine clipeo. conuertistis in bellum. in uadendo eos sine causa. mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum. sufficit de uiris earum. cum quibus delectabiliter uiuebant. a paruulis eorum tulistis laudem meam. quia orphanos facientes uos compulistis pre dolore clamare magis quam laudare. Surgite et ite. i. de terra uestra cito ibitis in captiuitatem. propter immunditiam eius. ex peccatis scilicet uestris corrumpetur putredine pessima. s. gens ista. Utinam hic consequenter ponitur prophete compassio. propter malum superuenturum populo suo dicentis. Utinam non essem uir habens spiritum. s. prophetie in malis que predixi et mendacium potius loquerer. i. quod illa que dixi non euenirent non tamen sic est. stillabo tibi. i. penam uenturam denuntiabo. in uinum et ebrietatem. i. pene habundantiam que per potum frequenter designatur in scriptura et potissime. ie. xxv. accipe calicem etc. et erit super quem stillatur populus. i. super populum istum stillabit descendet pena a me predicta. Congregatione hic consequenter ponitur populi consolatio ut post uinum mordicatiuum infundatur oleum leniens et exponunt aliqui partem istam de reditu captiuitatis babilonice sed hoc non uidetur conueniens dictum quia dicitur hic congregabo iacob totum. de captiuitate uero babilonica redierunt

tum due tribus et parum de .x. tribubus qui euaserunt manus regis assyriorum et postea habitauerunt in regno iude et cum duabus tribubus captiui fuerunt et redierunt non tamen omnes quia plures de istis et de illis remanserunt in babilonia detenti amore uxorum quas ibi acceperant et prolis quam genuerant et bonorum temporalium que acquisierant. ¶ Preterea. quia in fine dicitur et transibit rex eorum coram eis. redeuntes .s. de captiuitate non habuerunt regem ducem patet quod istud est referendum ad christi tempus et exponunt aliqui de conuersione generali iudeorum ad fidem circa finem mundi et potest ad hoc bene satis applicari. Videtur michi conueniencius exponi de congregatione congregatorum primo in limbo et eorum eductione per christum. sic congregatione congregabo iacob totum hoc dicitur eodem modo loquendi quo maiores ciuitatis ponitur quod factum eorum dicitur factum totius ciuitatis et quia solum secundum ueritatem soli electi dicuntur de domo iacob mistico et uero et omnes isti fuerunt ibi congregati a principio mundi usque ad resurrectionem christi. pariter ponam illum quasi gregem in ouili quia erant ibi adeo custoditi usque ad tempus christi quo inde translati sunt ad gloriam. tumultuabuntur a multitudine per hanc tumultuacionem non intelligitur aliqua commocio quieti contraria sed per eam designatur multitudo magna. ascendet. n. scilicet christus unde dicit hic. Ra. Sa. ascendet. n. scilicet saluator eorum. pandens iter. quia sua morte aperuit celum. diuident. scilicet exitus in inferno quia electi inde eductis reprobi remanserunt ideo subditur et transibunt portam. scilicet inferni inde egrediendo et transibit rex eorum coram eis etc. i. dominus ihesus christus uerus homo uerus deus. Qui uiuit et regnat in secula seculorum. Amen.

dicitur tota ciuitas

Et dixi. III

hic consequenter propheta comminatur propter peccata maiorum et primo spiritualium. secundo magis generaliter ibi. Verumptamen. prima in duas quia primo ponitur comminacio propter culpam principum secundo propter culpam pseudo prophetarum ibi hec dicit. Circa primum dicit. audite principes iacob et duces israel. numquid non uestrum est scire iudicium. q. d. ad hoc tenemini qui habetis officium iudicandi qui odio habetis bonum et sic per contrarium dicta nobis adeo abhominamini. qui uiolenter tollitis pelles eorum .i. in personis affligendo. qui comederunt etc. per comestionem et excoriacionem et ossium confractionem et concisionem in lebete. datur intelligi uarius modus exquisitus populum affligendi. tunc clamabunt ad dominum cum ab aduersariis affligentur et non exaudiet eos. iudicium enim sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam iacobi. ij.

Hec dicit. hic consequenter ponitur comminacio propter culpam pseudo prophetarum cum dicitur. qui mordent dentibus suis. decipiendo uerbis suis. et predicant pacem etc. i. denunciant prospera illis qui dant eis munera aliis autem aduersa. propterea nox .i. obscuritas ignorancie nobis pro uisione erit et tenebre. scilicet tribulacionis et angustie et occumbet sol super prophetas .i. omnis cognicio ueritatis et claritas prophecialis deficiet eis. quia non est responsum dei. scilicet uerbum eorum sed magis ab eis confictum.

¶ Verumptamen hic consequenter propheta comminatur maiorum generaliter dicens. repletus ego sum fortitudine spiritus domini .i. spiritus dei dedit michi constanciam ad arguendum uicia maiorum potentum ideo subditur. audite hoc principes. qui habetis potestatem superiorem in temporalibus. et iudices iusticiam in omnibus peruertentes. qui edificatis syon in sanguinibus .i. de substancia et sanguine innocentium condempnantes eos ad mortem ut habeatis bona eorum. principes eius in muneribus iudicabant .i. pro muneribus iniustum sinistrum pronunciabant. et sacerdotes eius in mercede docebant qui tamen ex officio tenebantur docere legem liberaliter. et prophete eius in pecunia diuinabant. i. pro pecunia mendacia confingebant. et super dominum requiescebant .i. a domino requiem promittebant dicentes. numquid non dominus etc. q. d. ueraciter deus est in nobis et ideo non habetis timere ab aduersariis. propter hoc causa uestri. qui falsa promittitis syon quasi ager arabitur etc. .i. sic erit destructa quod poterit arari propter destructionem hierusalem. quia propter promissa falsorum prophetarum sedechias rebellauit regi babilonis et ex hoc secuta est destructio templi et ciuitatis .iiij. Re. ultimo. et mons templi in excelsa siluarum. quia in locis destructis et derelictis longo tempore solent fructecta crescere tempore uero captiuitatis durauit .lxx. annis secundum uniuersam computacionem in tanto tempore potuerunt bene crescere.

Et erit. IIII

hoc est pars secunda principalis in qua propheta denunciat principaliter consolatoria maxime uero consolatorium erat christi misterium et ideo propheta describit huius beneficii magnitudinem. secundo iuxta hoc arguit malorum ingratitudinem capitulo. vij. prima in duas. quia primo describit propheta condicionem corporis secundo capitis. capitulo. v. corpus autem misticum christi est ecclesia. cuius primo describit condicionem secundo tirannorum persecucionem ibi et nunc. ¶ Circa primum sciendum quod pars ista ab hebreis et latinis exponitur tempore christi uenire tamen quia iudei dicunt adhuc christum uenturum nos autem dicimus tempus sui aduentus preteritum et ad confirmacionem sui erroris adducunt iudei aliqua argumenta ex hoc loco primo quia dicitur. hic erit in nouissimo dierum etc. tempus uero ihesu nazareni non fuit nouissimum ut patet quia post eius mortem fluxerunt mille anni ergo ihesus nazarenus non fuit christus sed adhuc est presencium uenturus. ¶ Item quia subditur. erit mons domus domini preparatus in uertice moncium quod non est adhuc factum quia mons syon

non est in aliquo elevatum. et sunt multi
montes illo altiores. Et concident gladios suos in vomeres
et conflabunt gladios suos in vomeres
etc. et sequitur. et non discent ultra belli-
gerare. post vero tempus domini nazareni
fuerunt bella gravia et potissime in iudea
quando per romanos fuit destructa. quod etc.
Ista vero argumenta et aliqua solutiones ipsa-
rum ubi glossis latius ponuntur potest tamen aliter
breviter responderi ad primum dicendo quod tempus
nove legis dicitur novissimum quia non suc-
cedit ei alia lex sicut successit legi moy-
saice et secundum hoc dicitur prima Ioh. ii. ca. no-
vissima hora est. Item. genesis xlix. congregamini
ut annunciem vobis que ventura sunt in no-
vissimis diebus et tamen secundum hebreos illa sunt
impleta dum est scilicet ab ingressu terre pro-
missionis sub Iosue et ibidem fuit determinatum
secundum solutionem et per dominum [illegible] quando di-
cit quod illa elevatio non est intelligenda cor-
poraliter sed quia debebant ibi fieri mira-
bilia quod fuit ad impletum quando christus
deus et homo fuit ibi presentatus in templo
ibi etiam postea predicavit et multa fecit
miracula sive dominicas [illegible] ibi etiam
super apostolos spiritum sanctum misit in signo visi-
bili quod fuit mirabile maximum ad cetera
patebit infra. Et igitur exponamus hec litteram
de promotione ecclesie sicut et fuit exposita. ysa.
secundo. et erit in novissimo dierum. i. tempore gratie
quod est novissimum ut dictum est. mons
domus domini preparatus in vertice montium. per
mirabilia ibi facta. ut notatum est aliter ut
dictum est. et fluent ad eum populi etc. quod videmus
impletum per orbem in omnibus generibus.
et docebit nos de viis suis. quantum ad pre-
cepta et divina in semitis eius quantum
ad consilia evangelica. quia de syon exi-
bit lex etc. de ierusalem enim processerunt
apostoli aliique discipuli ad predicandum per
orbem fidem christi. act. i. et iudicabit inter
populos multos iudicio discretionis. aliquos
vocando ad fidem et gratiam alios dimittendo
suo iusto iudicio licet nobis occulto. et con-
cident gladios suos in vomeres etc. christus
enim fuit natus tempore maxime pacis. quod
tunc fuit descriptio universi orbis. luc. secundo
et duravit illa pax per longum tempus. [illegible]
quod in multis partibus plura arma belli
ea que pro tunc non erant neccessaria
fuerunt in usum agri culture conversa et non
disceret ultra belligerare. aliud ultra non [illegible]
[illegible] permanentem [illegible] post [illegible]
aliquod tempus [illegible] et aliquid non mul-
tum longum fuerit. [illegible] et non veni-
unt ultra latrones [illegible] scilicet tempore
illius regis et [illegible] postea multotiens
venerunt. et sedebit vir subtus vineam suam
etc. i. habebit pacem et securitatem ad hoc im-

pletum est in ecclesia a tempore constantini
et beati silvestri. quia omnes populi. a fide christi
alieni ambulabunt unusquisque in nomine
dei sui. quia per longum tempus post mortem
christi diverse gentes diversa ydola colue-
runt. nos autem ambulabimus in nomine
dei nostri. scilicet ihesu christi. in eternum et ultra. i. ultra
omnem mensuram quantumcumque longam.
in die illa. i. tempore gratie quod dicitur dies ro. xiii.
nox precessit dies autem appropinquavit.
congregabo claudicantem. i. gentilitatem que in-
cesserat per ydolatriam. et eam quam eieceram
quia legem non dederunt gentilibus nec prophetas
et sic quodammodo eos eiecerat. colligam in
ovile. ecclesie. per apostolorum predicationem. videtur tamen
quod melius exponatur hec littera de gente iudaica
quantum ad illam partem que adhesit christo cum
dicitur. congregabo claudicantem. i. gentem
iudaicam que dicitur claudicans ab antiquo. iii. reg. xviii. usquequo claudicatis in duas
partes et sic in adventu christi claudicavit
quia aliqui adheserunt sibi sicut vere re-
demptori alii autem reputabant eum de-
ceptorem ut patet ex decursu evangelii.
et eam quam eieceram. dimittendo eam per diu-
ersa loca. colligam in unum christi ecclesiam et quam
afflixeram. scilicet per caldeos et grecos et roma-
nos et sic intelligitur consolabor. et ponam clau-
dicantem in reliquias. quia pauci de iudeis
et adheserunt christo respectu multitudinis [illegible]
rum. et eam que laboraverat. hoc dicitur de primo
credentibus qui cum christo fuerunt in labore
et afflictione et post mortem eius ut patet in actibus
apostolorum in pluribus locis. in gentem robustam.
quia tollerabant afflictiones et tormenta non
solum patienter sed etiam gaudenter. act. v.
ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii quoniam
digni habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam
pati et regnabit dominus super eos in monte
syon. i. in ecclesia que dicitur mons syon eo quod ibi
primo fidem catholicam predicaverunt et spiritum
sanctum super apostolos misit. et hoc nunc et usque
in eternum. quia statum ecclesie militantis suc-
cedet status ecclesie triumphantis cui non erit finis.
et tu turris gregis. i. templum quod erat factum
ad modum turris et dicitur gregis quia in atrio illius
templi immolabantur greges in altari ho-
locaustorum. nebulosa fumi consurgente de ho-

locaustis que tota comburebantur ad ho-
norem divinum. usque ad te veniet. secundum exposi-
tores quod impletum fuit quando ibi oblatus fuit
et predicavit et subditur conditio venientis
cum dicitur. et veniet potestas prima etc. tunc sic
deductus. Et nunc hec que ponuntur circa per-
secutionem sciendum tamen quod aliqui residuum
huius capituli usque ibi. nunc vastabitis. expo-
nunt de ductione iudeorum in babilonem et re-
ductione et licet sanctus potest applicari usque ibi.
surge et tritura. sed ultra bene explanari

/ ex nebula

postea qui redeuntes de captivitate baby
lonica nunquam habuerunt talem potentiam
qualis hic describitur sed semper fuerunt
subiecti primo persarum et medorum secundo grecorum
tercio romanorum. Ita quod N. de Lira
exponit hanc litteram de tempore christi di
cens quod in adventu messie iudei erant in magna
pace et subiciebantur eis omnes reges
terre. Litteram vero precedentem exponit de
captivitate babilonica et eius eductione sicut
et precedentes. Quod autem sequitur: *nunc
vastaberis etc.* exponit de destructione baby
lonis per cyrum et darium. Alii autem expo
nunt de vastatione iudee per sennacherib tempore
ezechie. Istas autem expositiones non prolequor
quia videntur michi difficiles. ¶ Propter
quod salvo meliori iudicio videtur michi
quod hic primo ponitur persecucio ecclesie
et secundo sinagoge. *Ibi: nunc vastaberis.* Et
licet iste due persecuciones fuerint eodem tempore
saltem pro parte sunt tamen contrarios
habuerunt quia ex persecucione ecclesie ymmo licet
creverit. Ex persecucione ecclesie. N. eius quod dicta est
sub stephano primo martire dispersi fuerunt
fideles de ierusalem per varias regiones pre
dicando fidem catholicam. Actuum. viii. Sinagoga
vero ex persecucione sua defecit quia
captivata iudea per romanos cessavit
legis sacrificia et oblationes et similia que non
poterant alibi offerri extra terram promissionis. Pri
mo ergo agitur de persecucione ecclesie cum dicitur
et nunc quare merore contraheris. Hoc di
citur ad debiliores fideles qui in perse
cucione facta sub stephano fuerunt in afflictione et
merore. Actuum viii. ¶ *Nunquid rex non est tibi*
q. d. ymmo christus assistens tibi usque in finem seculi
quod dicit Mathei ultimo. Ecce ego vobiscum sum
omnibus diebus usque ad consummacionem seculi. *Aut
consiliarius tuus periit.* q. d. non quia spiritus
sanctus docebit te de omnibus. *Quia comprehendit
te dolor.* Primo in iudea ex persecucione tyran
norum. *Quia nunc egredieris de civitate etc.*
i. de ierusalem quia sicut dictum est in persecucione
sancti stephani fideles pro maiori parte
exierunt de ierusalem et dispersi sunt per regiones
predicando. *Et venies usque ad babilonem.* Et non
loquitur ibi de babilone que est in terra
caldeorum que iam erat subversa et inhabita
bilis sed de babilone que est in egypto in
qua fuit fides christi publicata per matheum
apostolum in cuius sorte venit egyptus ut dicit Ie
ronimus in libro illustrium virorum. Vel per baby
lonem intelligitur hic roma sicut prima petri v.
Salutat vos ecclesia que est in babilone collecta i.
in roma secundum quod dicunt Ieronimus et omnes
expositores in qua publicatum fuit evan
gelium per apostolos petrum et paulum. *Ibi libe
raberis* a persecutoribus tuis quod fuit sum
ptum tempore constantini. Et nunc congregate

sunt super te gentes multe. Persequentes ecclesiam
tuam primo in iudea ut patet actuum viii. et
pluribus aliis locis et postea per totum orbem
per tyrannos intendentes extinguere fidem ca
tholicam. Ideo subditur: *Que dicunt lapidetur
etc.* Quia sicut dictum est in persecucione
maxime crevit fides catholica quod fuit
figuratum exodi primo in filiis israel qui quanto
magis opprimebantur tanto magis multi
plicabantur et crescebant ideo subditur:
Ipsi autem non cognoverunt cogitaciones domini
qui tyrannorum persecuciones convertit in
ecclesie augmentaciones per contrarium sicut ve
dicionem ioseph in eius dominium. Genesis x
xxvii. ¶ Ideo subditur: *Quia congregavit eos quasi
fenum aree* tibi subiciendos quia principes
qui persequebantur fidem catholicam
submiserunt colla sua iugo christi ut patet de
constantino et aliis principibus per orbem.
Ideo subditur: *Surge et tritura filia syon*
i. ecclesia subice tibi colla gencium. *Quia cornu tu
um ponam ferreum.* Dabo tibi virtutem
predicandi constanter fidem et confirmandi mi
raculis ita quod multitudo gencium subiciatur
tibi contra potestatem dyaboli. *Et comminues po
pulos multos* inducendo eos ad veram con
tricionem suorum peccatorum. *Et interficies domino
rapinas eorum.* In hebreo habetur et sanctifica
bis quia bona temporalia conversorum ad
fidem sunt divino cultui applicata in pluribus
locis per orbem. Et quia talia bona dicuntur
amortizata ideo translacio nostra habet interfi
cies. *Et fortitudines eorum domino universe
terre* i. christo cui subiecta est gencium forti
tudo. ¶ *Nunc vastaberis.* Hic consequenter descri
bitur persecucio sinagoge per romanos
in ulcionem mortis christi. Iam xiiii. in qua quidem
persecucione defecit quia destructo templo et
iudea iudei partim trucidati et partim lon
ge captivi sunt et longe cessaverunt legalia
et quia hoc fuit satis cito post persecucionem
ecclesie in iudea de qua dictum est parte pre
cedenti ideo dicitur: *nunc vastabis filia la
tronis.* i. gens iudaica unde et dominus Mathei xxi
dixit in templo quod erat in ierusalem: domus
mea domus oracionis vocabitur vos autem fecistis
illam speluncam latronum. *Obsidionem po
suerunt* i. ponent quia loquitur de futuro
per modum preteriti propter certitudinem prophecie super
nos s. iudeos in quorum persona loquitur
propheta quia erat de gente illa. *In virga per
cucient* s. romani maxime iudicem israel i.
ita viliter tractabunt et affligent personas
in statu dignitatis existentes sicut historie
unde et tytus sacerdotes qui erant in templo
principaliter capta civitate iussit occidi ut
dicit iosephus libro de iudaico bello.

sic

MI

E[t tu] bethleem [illegible] supra capitulo in p[ro]ximo in quo vo[cati]o[n]is ypo[critarum] decimo [illegible] et [illegible] promoc[i]o[n]e; hic aute[m] denu[n]ciat captiuitatis co[n]dic[i]o[n]em et diuidi[tur] in duas q[uia] p[ri]mo pon[itur] co[n]dic[i]o xp[ist]i sec[un]d[um] co[n]ueni[enci]am sibi ibi. p[ro]p[ter] hoc. co[n]dic[i]o xp[ist]i est q[uod] in vna persona est deus verus ab eterno et homo in t[em]p[o]r[e] hoc eni[m] est sibi singulare p[ri]mo ergo exp[ri]mitur eius humanitas et loco humanitatis natiuitatis cum dicitur. tu bethleem effrata. i. alio nomine sic nota ut h[abe]tur gen. xxxv. paruulo es. s. loc[us] i[n] milibus iuda. i. respectu p[o]p[u]li in dignitate et multitudine q[uia] tribus iude fuit tribus regia. inde enim fuit natus dauid p[ri]mo re[gum] xvi. et quia nobilitas ciuitatis magis [con]sistit in p[o]p[u]lo q[uam] in spacio ideo matheus ii. capitulo allegauit auctoritatem istam sic et tu bethleem terra iuda nequaquam minima es in p[ri]ncipibus iuda. ex te michi egredietur qui sit dominator in israel. glosa. ra[bbi] sa[lomon]. i. messias filius dauid et hec idem dixerunt sacerdotes et legis periti ab herode requisiti ubi xp[istu]s nasceretur. math. ii. dicentes in bethleem iude sic. n. scriptum est per prophetam et tu bethleem [etc]. ex quo patet q[uod] aliqui catholici exponentes hanc scripturam de ezechia rege magis iudaizant q[uam] hebrei. et cum hoc dicitur ab intencione euangelii. C Consequenter exprimit xp[ist]i diuinitas cum dicitur. et egressus eius. i. emanacio ab inicio. i. a patre qui est principium filii. a diebus eternitatis. quia hec emanacio est eterna semper. n. nascitur filius a patre et semper natus est. C Propter hoc. hic consequenter agitur de adherentibus xp[ist]o quorum primo ponitur profectus secundo proficiendi modus ibi. et erunt reliquie. prima in duas quia primo ostendit propositum secundo remouet dubium ibi et erit iste. Circa primum primo ponitur continuacio ad predicta dictum est eni[m] q[uod] xp[istu]s secundum humanam naturam fuit de bethleem et sic iudeus et legem seruauit et p[ro]p[ter] hoc volunt defferre p[o]p[u]lo et legi quia in morte eius lex cessauit quantum ad efficaciam tamen ad tempus seruari potuit ut synagoga cum honore duceretur ad sepulcrum ut dicit augustinus similiter consequenter p[o]p[u]lus iudaicus q[uantum] ad incredulos esse morte dignus p[ro]p[ter] mortem xp[ist]i tamen ista punicio fuit dilata usque ad annum xlii. in quo destructa fuit ciuitas et templum et p[o]p[u]lus captiuatus per exercitum romanorum et hoc est quod dicitur p[ro]p[ter] hoc. i. p[ro]p[ter] assumpcionem humane nature de iudeis et honorabilem tumulacionem. leget dabit eos. i. permittet iudeos habitare in hierusalem et iudea usque ad tempus in quo parturiens pariet. i. usque ad tempus publicacionis euangelii in quo per orbem nati sunt ecclesie filii et hoc fuit impletum a p[ri]mo apostolorum sicut declaratum fuit. s[upra] amos ix. et diffusius super illud psalmi xviii. In omnem terram exiuit sonus eorum et illud fuit tempus xlii. duorum annorum predictorum in quo publicatum fuit euangelium et synagoga ducta ad sepulcrum et quia pauca comparatione de iudeis fidem receperunt ideo subditur. et reliquie. i. pauca comparatione. fratrum eius. i. iudeorum qui dicuntur fratres xp[ist]i quia fuit ex eis secundum carnem. conuertentur ad filios israel. i. ad fidem xii. patriarcharum qui fuerunt filii iacob qui alio nomine dictus israel vel ad xii. apostolos qui dicuntur filii israel. i. viri videntis deum in humanitate ab instanti concepcionis quia nati fuerunt de p[o]p[u]lo israel. et stabit xp[istu]s eciam post eius ascensionem nubes fuit consessa. et pascet filios suos fidei doctrina. in fortitudine domini. i. miraculis confirmata. [Mar]c[i] ultimo predicauerunt ubique domino cooperante sequentibus signis que non poterant fieri nisi diuina uirtute. et in sublimitate nominis domini dei sui. i. ihesu xp[ist]i in cuius nomine in p[ri]mitiua ecclesia communiter fiebant miracula sicut declaratur [con]similia et quia de gentibus plures fuerunt conuersi per orbem vniuersum ideo subditur. et conuertentur quia nunc magnificabitur. s. nomen xp[ist]i. usque ad terminos terre. Et erit hic quia remouetur dubium possent enim iudei in michee tempore credere q[uod] eius prophetia de aduentu xp[ist]i et profectu adherencium sibi deberet cito impleri ideo hoc remouet dicens et erit iste. s. xp[istu]s. pax. et dicitur in abstracto per excellenciam et hoc modo dicit apostolus ephe. ii. ipse est pax nostra qui fecit utraque vnum. assirius cum venerit in terram nostram q. d. non erit cito p[ro]uisio sed oportet prius terram nostram conculcari et deuastari per assirios et caldeos de quibus subditur. Instar assyrii. ii. p[ri]mo vastauerunt iudeam captiuando x. tribus. iiii. re[gum] xvii. et postea caldei. alias reliquas duas. iiii. re[gum] ultimo. et suscitabimus. i. suscitandos denunciabimus ego et alii prophete septem pastores. i. septem duces persarum et medorum de quorum consilio reges cuncta faciebant hester p[ri]mo et illi dederunt consilium cyro et dario de inuasione utriusque regni scilicet assyriorum et caldeorum et quia ceperunt regnum assyriorum quod erat iam sub potestate babilonis [illegible] et octo p[ri]mates. s. in exercitu persarum et medorum qui dicebantur conestabularii vel marescalli bellatores ductores. et pascent. i. deuorabunt terram assur in gladio. In hebreo habetur et confringent et idem hoc significatur est. quia uerbum hebraicum hic positum est equiuocum ad pascendum et confringendum. et terram nemroth in lanceis suis. hec est terra babilonis in qua p[ri]mo regnauit nemroth. gen. x. et liberabit ab assur [etc]. ita q[uod] non poterit uenire in terram nostram sicut ueniat antea. Et erit de medio. propheta consequenter ad ostendendum [illegible] adherentes xp[ist]o proficiendi modum ostendens p[ri]mo q[uod] hoc erit uirtute diuina secundo q[uod] non humana ibi et erit. Circa primum dicitur et erunt reliquie iacob. i. apostoli et alii p[ri]mi credentes qui supra dicuntur reliquie in medio p[o]p[u]lorum multorum quasi ros

babilonie ut patet danielis v. p[ro]p[ter]ea quoniam et reg[nu]m

faciemus

faciens ipsos fructificare quod uidemus impletum per orbem vniuersum. a domino. fructificacio enim que fit uirtute roris non fit humana prouidencia sed diuina. ideo subditur que non expectat virum etc. et erunt reliquie. i. predicti apostoli et discipuli. quasi leo etc. quia sicut non impeditur leonis consecucio prede sic nec apostoli argencium conuersione. ideo subditur quem cum transierit etc. exaltabitur manus tua. i. potestas apostolorum et mutatur hic modus loquendi de tercia persona ad secundam. super hostes tuos. i. demones quos fugabant ab ydolis et corporibus obsessis et omnes inimici tui peribunt. quod potest intelligi de sacerdotibus ydolorum uel de iudeis contra christum obstinatis qui destructi fuerunt et captiuati per romanos in ulcionem mortis christi et discipulorum eius quorum aliquos occiderunt ut stephanum iacobum fratrem ioh. ut habetur in actibus apostolorum et iacobum fratrem domini secundum quod dicit iosephus. xx. libro antiquitatum. Et erit hic ostenditur quod profectus discipulorum christi non fuit uirtute humana ut potestate armorum et municionum per quem modum creuit lex mahometi. ideo subditur. auferam equos tuos de medio tui. i. de uirtute armorum et aliorum non potentes in conuersione gencium. et perdam ciuitates terre tue. i. in fortaliciis non erit confidencia tua. sed in potestate diuina. per talem modum loquitur zacharias propheta. ii. c°. absque muro habitabitur ierusalem pre multitudine hominum et loquitur de ierusalem post eius reedificacionem per neemiam ut uidebitur deo concedente et sic etiam dicitur absque muro etc. non est intellectus quod careat muris sed quod non erunt necessarii pro defensione ciuitatis. et auferam maleficia. quia ydolatria et diuinaciones et consilia ad ydolatriam pertinencia per predicaciones apostolorum et aliorum credencium sunt amota. et faciam in furore et in indignacione ulcionem. pene in presenti illate sunt medicinales et ideo non dicuntur proprie ulcio furoris seu indignacionis sed pene inferni et ideo de ipsis hic loquitur in omnibus gentibus. que non audierunt scilicet predicaciones apostolorum et doctorum fidelium qui non comminantur penas temporales sed futuras et eternas

Audite. VI

post ... propheta de uenientia ... christi aduentum. hic consequenter ... propheta ... Et primo ponitur hec increpacio. 2° consolacio ut post uinum mordificatiuum infundatur oleum lenitiuum. vii. c°. ibi. ne leteris. prima in duas quia primo increpatur populus ut ingratus de beneficiis. secundo ut ... ibi. audite tribus. prima in tres quia primo multiplex beneficium dei recolitur. 2° ... gratitudinis excluditur ibi. quid dignum. tercio ueritas concludit ibi. iudicabo. Circa primum dicit audite que dominus loquitur. q. d. sunt diligenter attendenda. surge contende iudicio aduersum montes

etc. i. aduersum superbos populi mei. et fortia fundamenta terre. i. reges et principes quorum officium est terram conseruare. quia iudicium domini cum populo suo. ostendendo suam benignitatem per beneficia et populi ingratitudinem. ideo subditur popule meus etc. et per totum usque ibi. et misi ante te. etc. quia moyses erat dux populi aaron. sacerdos, maria prophetissa. exo. xv. memento queso. quid cogitauit balach. quia cogitauit debellare populum israel per adiutorium maledictionis balaam super ipsum. num. xxii. et quid respondit ei balaam. quid maledicam cui non maledixit dominus. num. xxiii. et iterum ibidem. ad maledicendum adductus sum benedictionem prohibere non ualeo. de sedechim usque ad galgalam. i. de exercitu israel qui tunc erat in sedechim num. xxv. et tendebat usque ad iordanem iuxta quem est galgala ex opposito terre promissionis. ita. la. exponit sic. de sedechim. quoniam populus israel in sedechim peccauit peccato phegor num. xxv. tamen dominus non dimisit eum sed introduxit eum ad galgalam que est in terra promissionis. ut cognosceres iusticias domini. i. fidelitatem eius ad habrahan ysaac et iacob implendo quod eis promiserat. Quid dignum. hic consequenter excluditur falsitas gratitudinis cum dicit quid dignum offeram domino. ad reddendum gracias debitas de tantis beneficiis. curuabo genu deo excelso. huiusmodi deuocionis signa cum est ... uera q. d. non est hec uera gratitudo ... i. cum multiplicaueritis oracionem non exaudiam. numquid offeram ei holocaustomata etc. q. d. talibus sacrificiis non placatur deus quia talia secundum se non sunt accepta sed fide et deuocione. numquid dabo primogenitum meum. q. d. hoc non ualet quia mors innocentis deo non placet unde et abraham non dixit deus immolare filium suum gen. xxii. ut sic impleretur sed ut manifestaretur. iudicabo tibi hic. hic consequenter ueritas gratitudinis concluditur. iudicabo tibi homo quid sit bonum deo per se acceptum et quid dominus requirat a te. pro gratitudine de beneficiis tibi datis utique facere iudicium. i. habere iusticiam non tantum in habitu sed etiam in effectu et hoc ad omnes. et diligere misericordiam ad pauperes et dicit diligere quia opera pietatis non sunt meritoria nisi fiant ex caritate et sollicitum ambulare cum deo tuo. mandata eius diligenter ad implendo. vox domini ad ciuitatem clamat pro me et aliis prophetis illa predicta et salus erit timentibus. timore filiali qui est annexus caritati in via. . Audite. hic consequenter arguitur populus de uiciis et primo de uicio fraudulencie secundo de uicio ... in principio capituli vii. prima in duas quia primo arguitur culpa secundo subditur pena ibi et ego. Circa primum dicit propheta. audite tribus. scilicet israel generaliter uocem domini predicantem. et quis approbabit illud. etc. de assenciendo et opere implendo. q. d. pauci

scilicet ut olim abrahe

aut nulli et dicitur causa huius impedimenti
ad huc ignis .s. cupiditatis ardentis in domo
impii .i. in ipso uxore et familia tota. thesau
ri iniquitatis .i. iniquitate acquisiti. et
mensura minor ad decipiendum ementes. ire
plena .i. vindicte dei de prouocatiua. numquid
iustificabo stateram impiam. q.d. non cum
sit iusticie regula. loquitur ei propheta in per
sona domini. cetera patent. Et ego. hic ostendit
dicta pena cum dicit. et ego ergo .i. propter fraudulen
ciam. cepi percutere te perdicione .i. captiuacione
de tribu tua regni et decem tribuum et regni
duarum primo fuit afflicta multipliciter propter pecca
ta sua et tandem captiuata unum per assyri
os aliud per caldeos. tu comedes. et non
saturabis. cibo tibi deficiendo .i. destitucione
et humiliacio tua in medio — tui .i. in
medio ciuitatis tue confundens ab aduersariis.
et apprehendes. in hebreo habetur et attinges
s. aduersarios tuos ducentes filios tuos
secum captos et non saluabis de manibus
eorum quia eis non potes preualere. et quos
saluaueris etc. et si contingat te aliquos ex
eis saluare interficientur. aliunde tu se
minabis et non metes. quia aduersarii tui
colligent messem uel destruent. tu calca
bis oliuam oleum exprimendo. et non unge
ris pinguedine tua. inde condiendo. et
mustum etc. q.d. labores tuos comedent
et bibent et tu famelicus et sitibundus
remanebis. et custodisti precepta amri etc.
qui fuit ydolatra pessimus ut habetur iii re
gum. et ambulasti in uoluntatibus eorum
quia non solum fuerunt ydolatre sed etiam
carnalibus uiciis dediti. ut darem te. in per
dicionem etc. istud ut non tenetur hic causaliter
sed quia captiuitas regni israel ad hoc secuta
est et derisio et opprobrium toto populo.

VII

Ve michi. hic ostendit arguens
propheta de peccato iudeorum inimicicie
et primo plangit propheta pro gentis sue ma
licia dicens. Ve michi. quia factus sum sicut
qui colligit ficus in autumpno. racemos
dimissos eo quod non potuerunt maturari ideo
dicitur. non est botrus ad comedendum
s. aptus. in hebreo habetur factus sum sicut
qui colligit ficus. et sic intelliguntur ma
las ita quod comedi non possunt ideo dicitur. pre
coquas ficus. que primo maturantur. desi
derauit anima mea. sed supple non inueni.
per hoc propheta methaphorice exprimit
in populo habundanciam mali et defectum boni
ideo dicitur. periit sanctus de terra. i. recessit
a malis ideo dicitur. omnes in sanguine
insidiantur. querentes interficere iustos
machinacionibus diuersis. malum manuum
suarum dicunt bonum. quia qualis

unusquisque est talis sibi finis uidetur. prin
ceps postulat leuari extorsione a subditis
et iudex in reddendo est .i. iudices sub rege
constituti student per iniusticias ad satisfa
ciendum regi ideo subditur. et magnus locutus
est desiderium anime sue .i. rex ministris exp
imit suam uoluntatem. et conturbauerunt eam
.i. ministri dicte conturbauerunt gentem subditam
per iniusticias. qui optimus in eis est .i.
minus malus. quasi paliurus .i. herba pun
gitiua. et qui rectus in comparacione ad necessitatem
quasi spina de sepe pungens et auxia
populum insultat. dies speculacionis tue .i.
captiuitatis tue comprophetis preuisa et pre
nunciata. nolite credere amico. i. pseudo
prophete promittenti nobis securitatem quasi
sit uester amicus. et nolite confidere in duce .i. re
ge credentes quod possit uos ab aduersariis libe
rare. ab ea que dormit etc. .i. ab uxore propria.
q.d. tanta imminet nobis miseria quod nullus
poterit quod confidere de alia persona quantum
cumque sibi coniuncta. Ego autem ad dominum
aspiciam. ponendo in eam totam meam fi
duciam uerbum est prophete pro se et suis
similibus in futuris tribulacionibus. Ne leteris
post populi increpacionem. hic ulterius propheta reddit
ad eius consolacionem primo denunciando captiui
tatum finiam secundo post terminum dei consolacionem
ibi pascere populum. Circa primum dicit ne le
teris inimica mea .i. tu babilon ne leteris
de captiuitate iude. quia cecidi in manibus
tuis consurgam per cyrum liberandus. hoc
enim non potest intelligi de captiuitate. decem
tribuum que non redierunt. cum sedero in te
nebris .i. positus fuero in tribulacione captiuitatis
dominus lux mea est. afferens michi leuamen.
iram domini .i. penam ab eo inflictam michi
portabo paciencer donec causam meam iudi
cet .i. babilonem licet enim regnum iude fuerit
punitum iuste ex parte dei iusticie tamen
caldei hoc exequebantur iniqua uoluntate.
educet me in lucem consolacionis uidebo iusti
ciam de caldeis fiendam per cyrum et darium
et aspiciet inimica mea .i. babilonia
et operietur confusione .i. undique erit confusa
que dicit ad me de illone ubi est deus tuus
q.d. non potest te de captiuitate liberare.
oculi mei uidebunt in eam. eius miseriam
nunc .i. cito. erit in conculcacione. et lutum per
cyrum et darium dies supple ueniunt
ut edificentur maceriae tue. uerbum est
prophete alloquentis captiuitatem iude de reditu
captiuitatis babilonice sed quia propheta lo
quebatur longe ante captiuitatem et re
ditum ideo denunciat quod terra iudea
esset prius affligenda per reges assyriorum. d.
in die illa .i. tempore achaz ydolatre. longe
fiet lex. quia fecit deponi altare domini ubi
offerebant hostie secundum legem. et iussit

PROLOGUS

eius offerret super altare sacrilegium. iiii. Reg.
xvi. In die illa .i. tempore ezechie filii a
chaz. usque ad te veniet assur .i. senna
cherib assyriorum qui venit usque prope ierusalem ad
capiendum eam. Et ad civitates munitas
quas vastavit in circuitu totam terram
usque ad flumen .s. iordanem qui est terminus
terre promissionis versus orientem. Et ad ma
re de mari mortuo usque ad mare medi
terraneum. Et ad montem de monte .i. de
monte syon ad montem libani qui in ter
mino aquilonari iudee et terra erit in desola
tionem propter habitatores suos .i. propter peccatum
achaz et aliorum regum ydolatrarum qui fe
cerunt ydolatrare populum. Pasce populum. Hic
propheta denunciat populo consolationem post redi
tum captivitatis babilonice dirigens
sermonem ad deum et dicens. Pasce populum
tuum .i. pasces. in virga tua .i. in dominatione
tua eum reducendo de captivitate babilo
nica. Habitantes solos in saltu .i. ex tua pro
tectione poterunt habitare secure in saltu ubi
habitare solent fere. Unde primo esdre .viii. dicitur quod
esdras non petivit equites a rege dicens
quod in via protegeret deus protector. In me
dio carmeli pascentur etc. .i. in loco fertili.
Videbunt gentes et confundentur. samari
tani et videntes illos qui de captivitate
venerant prosperari in reedificatione civitatis
et templi et alii fuerunt multum perturbati
et confusi ut habetur primo esdre et ne
emie. Aures eorum surde erunt .i. declina
bunt audire prosperitatem eorum pre invidia
qua torquebuntur sicut serpens in pulvere
volutabitur. Dominum deum nostrum formidabunt
timore servili timentes a deo puniri propter mala
que cogitaverunt facere populo suo [illegible]
et propter. ista ad dei laudem assurgit propheta.
Quis deus similis tui. quasi dicat nullus. quia tu
es solus verus. Qui aufers iniquitatem a scele
ribus tuis. per penitencie medicinam. Nota quod in
mutat propheta modum loquendi de secunda per
sona ad terciam. ultra furorem suum. Si perseve
rant in bono talia. et sunt ista comparative intel
ligenda sicut dictum fuit diffuse. .se. viii.
Deponet iniquitates nostras omnis nos ag
gravans et proiciet in profundum maris
.i. faciet eas non apparere ad puniendum. et ver
titur ad loquendum in secunda persona di
cens. Dabis veritatem iacob etc. .i. adim
plebis promissiones factas patribus nostris
que tunc implende erant et modo implete
sunt in domino ihesu christo cui est honor
et gloria in secula seculorum. Amen.

quod erit

Explicit micheas.

Incipit prologus in prophetam naum.

Naum prophetam. Iste prologus dividitur in tres
partes. in prima tempus eius pro
phetie tangitur. in secunda notantur
eorum demerita vel penam contra quos propheta dicit
ibi. Sed cum habitatores etc. In tercia exprimitur
uno sive finis prophetie quem prophetavit dicit iam. cum
x. tribus etc. Item in prima tanguntur duo .s. temporis
expressio et expressionis confirmacio. Secunda
ibi primo. Dicit igitur. Naum prophetam. ante ad
ventum regis assyriorum .s. salmanasar. qui
populum israel etc. iiii. Reg. xvii. fuisse non prophetasse
contra dicat ei quod dicitur infra in eodem prologo
Iam. et. x. tribus. ab assyriis ducte fuerant
in captivitatem. Sed contrarium videtur .s.
quod iste prophetavit temporibus ioathe achaz et eze
chie regum iuda .s. eo tempore quo micheas
secundum regulam ieronimi super positam infra illum
prologum .s. non idem ordo est etc. Respondeo regula illa
intelligenda est quantum ad aliquod tempus
non quantum ad omne. Unde iste propheta prophetavit
tempore ezechie quo micheas simpliciter prophetavit.
Et quidem in fine huius lectionis .i. huius libri hic
intendit confirmare quod dicit per textum
Sed contra in principio huius prophetie agitur
de morte regis assyriorum non ergo in fine a
gitur de adventu eius ad prelium. ad hoc res
pondent quidam quod de duobus fit sermo pri
mo enim agitur de morte sennacherib qui
obsedit ierusalem in fine autem agitur de ad
ventu alterius ad pugnam qui ninive destruc
ta fuit. Unde quod dicitur. Prediximus regis
non intelligitur de illo de cuius morte habetur
in primo capitulo. unde propheta non loquitur de eo
dem in illis duobus locis. Sed rex assyriorum
fuit salmanasar qui decem tribus
captivavit. iiii. Reg. xvii. et de illo agitur
naum iii. c. ibi. vox flagelli etc. ibi enim de
scribitur adventus regis ad pugnam. Item rex
assyriorum fuit sennacherib qui obsedit ierusalem
iiii. Reg. xviii. et ysa. xxxvi. de quo loquitur
hic in principio de cuius morte habetur
iiii. Reg. xix. c. et ysa. xxxvii. c. qui sic expo
nunt dicunt quod illa littera. Siquidem etc. superfluit
et contra dicunt ieronimo qui dicit .s. eodem pro
logo. Iam. x. tribus ab assyriis ducte fuerant in
captivitatem in hystoria ante ubi tangitur
hystoria. Quindecim capitulum quarti libri regum
scribitur sic. Sub ioathan exortus est propheta naum
de helchesei de tribu symeon contra ninivem
dicens. Hec dicit dominus ad ninivem. Exterminabo
te. et nequaquam prodiens de te [illegible]
mundo et ieronimo super naum dicit quod herodo
tum dixisse destructam ninivem a rege medorum
tempore iosie de eversione quoque finali ninive
predixit naum que facta est in hunc modum
paulo qui circumdabant eam [illegible]

cum facto pariter terre motu et igne de celo simul ceciderit. Et quia inundatione videtur scripsisse in libro suo ibi inundans non faciet innocentem dominus in tempestate et turbine vie eius tamen secundum aliam literam legitur ibi inundans non faciet innocentem. x. tribuum sub ezechia duminasse ab assyriis terra iuda in quo prophetavit plenius de destructione assyriorum in consolationem generis sui secundum hic distinguimus tempus quo prophetare incepit et tempus quo librum scripsit et sic regula solummodo non habet instantiam nec litera superflua nec sequenti litere contradicit. Et in habitatores etc. hic est secunda pars in qua primo exprimit peccatum eorum simpliciter contra quos edicitur prophetia secundo ostenditur causa editionis contra illos ibi quia de causa prophetavit eis contra iniquitates post reditum illorum post predicationem Ione. Ione. iii. Decem tribus. etc. tertia pars prologi. Et ad quid contra illos editur prophetia. Et ad consolationem. x. tribuum primo igitur notatur consolatio ex editione prophetie contra ninivem. Et magnitudo consolationis ibi. Nec erat parva consolatio dicit itaque iam enim decem tribus etc. iiii. Reg. xvii. Cetera plana sunt

Explicit expositio istius prologi

Incipit naum.

I

Onus ninive. Prophetia naum in duas partes dividitur scilicet in prohemium et tractatum qui incipit ibi. Dominus emulator. In prologo primo coniungit materiam huius prophetie in generali cum dicit. Onus ninive. i. prophetia de malo pene venture super ninive sicut dictum fuit. Ione. iii. ninivitis ad predicationem Ione agentibus penitentiam dominus non intulit penam comminatam sed quia postea redierunt ad vomitum deus destruxit ninive regnum per nabuchodonosor regem caldeorum et hanc destructionem predixit prophetice sanctus thobias. xiiii. capitulo et de ista loquitur naum propheta qui notificat autor cum dicit liber visionis naum helchesei. ita quod notificatur ex nomine cum dicit. Naum. qui interpretatur consolator et convenit sue prophetie quia destructionem assyriorum denuntiavit ad consolationem x. tribuum que per assyrios fuerunt captivate. Et duarum tribuum que per eorum fuerunt multum afflicte tempore ezechie. Item ex loco nativitatis sue cum dicit helchesei tertio ex officio prophetandi non solum verbo sed etiam scriptura cum dicit liber visionis. liber. xii. prophetarum sunt collecta in uno volumine

tamen prophetia cuiuslibet potest dici unus liber partialis. Dominus emulator. hic incipit tractatus in quo primo zelus divine iustitie declaratur secundo ad propositum applicatur ibi. Longanimis. prima in duas quia primo ponitur rigor divine iustitie ad puniendum secundo vigor sue potentie ad exequendum ibi. Dominus in tempestate. Circa primum dicit. Dominus emulator. i. irascens seu vindicte appetitor contra peccatores obstinatos emulatio enim aliquando pro ira ponitur sicut ezechielis. viii. erat ydolum zeli. ad provocandum emulationem. i. dei iram ut ibidem dictum fuit in hebreo habetur Dominus attensus. ira enim dupliciter diffinitur a philosophis uno modo materialiter et sic ira est attensio sanguinis circa cor et sic dicitur in hebreo dominus attensus. s. ira alio modo formaliter sic ira est appetitus vindicte et sic habet translatio nostra dominus emulator. i. vindicte appetitor ut dictum est. Sciendum tamen quod passio non in deo proprie sed metaphorice quia ad modum irati se habet qui punit ideo dicitur et ulciscens. i. puniens et repetitur propter sua plures cum dicitur. ulciscens dominus etc. ad maiorem affirmationem divine vindicte contra peccatores obstinatos dominus patiens quia non statim punit peccatores sed expectat eorum penitentiam ut sequens punitio iustior ostendatur et magnus fortitudine q.d. expectatio punitionis non est ex defectu virtutis. et mundans non faciet innocentem i. peccatores obstinatos non dimittet transire sine debita punitione ac si essent innocentes continuando ad precedentia vel aliter et mundans peccatores. a culpa non faciet innocentes scilicet liberos a pena quia pene sunt quedam medicine peccatorum purgative. Dominus in tempestate hic consequenter ostenditur vigor divine potentie cum dicit dominus in tempestate et turbine vie eius. i. sic consuevit venire. i. sic consuevit venire ad puniendum peccatores obstinatos de hoc habetur exemplum. exo. xiiii. ubi dicitur quod punitionem egyptiorum precessit vento vehemens et urens tota nocte et in debellatione exercitus cysare venit in tempestate iudicum. v. et similiter in debellatione philistiorum tempore samuelis i. Re. vii. et in pluribus aliis locis habetur et nebule pulvis pedum et vento enim turbinis elevatur pulvis obscurans aerem ad modum nebule et dicitur ex dei pedibus quia procedit ex terra secundum illum modum loquendi quo dicitur ysa. lxvi. celum michi sedes est et terra scabellum pedum meorum. Increpans mare et exsiccans illud. sua virtute sicut patet exo. xiiii. de mari rubro. Et omnia flumina ad desertum adducens. sicut. ii. siccavit alveum iordanis ita potest omnia flumina desiccare. Infirmatus est bassan et carmelus. que sunt loca uberrima et flos libani elanguit. ubi solet esse maior decorus et hoc fuit tempore helye ex siccitate inducta divina virtute tribus

annus et mensibus sex. Montes commoti sunt ab eo. hoc frequenter apparuit in terre motibus. Non omnia ista sunt inducta ad ostendendum magnitudinem virtutis dei. ideo concludit. ante faciem indignationis eius quis stabit. q.d. nullus. indignatio eius effusa est ut ignis. hoc patuit in subversione sodome et gomorre igne sulphuris. et petre dissolute sunt ab eo. ex vehementi igne resolvuntur lapides ut patet in calce. Bonus dominus. hic ostenditur illud quod dictum est de rigore divine iustitie et vigore sue potentie ad propositum applicatur in punitione regni assyriorum in quo metropolis erat ninive. Et dividitur in duas partes quia primo ponitur visio regis .s. sennacherib punitio. secundo totius regni destructio capitulo ii. prima in duas quia primo circa sennacherib. ponitur ultio divina. secundo exultatio in terra iuda ibi. Ecce super montes. ad intellectum primi sciendum quod sicut habetur iiii. Re. xviii. sennacherib venit in iudeam et de lachis misit rapsacem in ierusalem ad terrendum ezechiam et suum populum. sed rex ethiopum invadente terram sennacherib compulsus fuit dimittere iudeam ad deffendendum terram suam. sed habita victoria rediit postea in iudeam ad destruendum ierusalem et tunc angelus domini percussit in exercitu eius. clxxxv. millia bellatorum et ipse cum paucis fugit ad terram suam ubi interfectus fuit a filiis suis. iiii. Re. xix. et sic confortatus fuit ezechias cum populo suo et secundum hoc dicitur. bonus dominus et confortans .s. ezechiam et populum suum et sciens sperantes in se. i. ezechiam et ysaiam et alios iustos contra sennacherib de divino confidentes auxilio et in diluvio pretereunte. i. in fortitudine exercitus sennacherib secundum quod dicitur. ysa. viii. adducet dominus super eos aquas fluminis fortes et multas regem assyriorum et sequitur ibidem et ibit per iudam inundans. consummationem faciet. i. destructionem per angelum ut dictum est. quid cogitatis contra dominum cum sennacherib et exercitu tuo. q.d. vos cogitatis destruere civitatem domini et templum sed non poteritis et subditur causa. consummationem ipse faciet. exercitus vestri. non consurget duplex tribulatio. s. sennacherib non tribulabit regnum iuda ipsum captivando sicut salmanasar predecessor eius regnum israel tribulavit. tribulavit. quia sicut spine se invicem complectuntur et sic invicem comburuntur. sic convivium eorum etc. in vespere enim noctis in qua angelus percussit exercitum redigendo in cineres corpora bellatorum rex fecerat principibus exercitus convivium. ex te exibit cogitans contra dominum maliciam. iste fuit rapsaces missus a rege ad terrendum ezechiam et populum ut sic se redderent et ducerentur in terram ydolatrie subiectam si perfecti fuerint. etc. i. bellatores in fortitudine fuerint perfecti et multitudine sic quoque attendentur. i. ab angelo percutientur que percussio vocatur tonsio sine attonsio. ysa. vii. in die illa radet dominus in novacula acuta regem assyriorum caput et pillos pedum et barbam universam. Afflixi te et ultra non affligam te. verbum est domini ad ezechiam et populum suum qui fuit afflictus per regem assyriorum. et non affligam ultra. s. per assyrios tamen post ea tempore sedechie populus fuit afflictus per caldeos. et nunc conteram virgam eius. i. potestatem. et vincula tua disrumpam quoniam interfecto exercitu poteris ire libere per iudeam. et precipiet super te dominus. verbum est prophete ad sennacherib de quo precepit angelo ut percuteret exercitum eius. non seminabitur ex semine tuo amplius. i. non nascentur ultra tibi filii. quia fugiens ad terram suam cito fuit interfectus a filiis suis .s. post .l. dies a fuga sua thob. primo. De domo dei tui interficiam. quia in templo ydoli sui fuit interfectus. iiii. Re. xix. ideo subditur. sculptile et conflatile ponam sepulcrum tuum. quia inter ydola fuit occisus nec in sepulturam facta est ei honor regius eo quod factus erat toti populo exosus imputantes destructionem exercitus predictam superbie sennacherib deum israel blasphemantis. iiii. Re. xix. Ecce super montes. hic ostenditur exultatio populi iude cum dicitur. ecce super montes pedes evangelizantis etc. quia percusso exercitu et sennacherib fugiente statim ezechias misit cursores ad denunciandum dei auxilium sibi factum et ut omnes venirent in ierusalem ad reddendum gratias deo de tanto beneficio quia non adiciet ultra ut pertranseat in te belial. i. absque iugo per quod intelligitur sennacherib qui nec deum nec homines reverebatur. universus interiit. quia post mortem sui exercitus occisus fuit ut dictum est

Ascendit. II

postquam propheta denunciavit percussionem sennacherib assyriorum regis hic consequenter denunciat destructionem regni in quo metropolis erat ninive que destructio facta fuit per nabuchodonosor regem babilonis post mortem sennacherib et primo ponitur hec destructio secundo destructionis ratio capitulo iii. prima in tres quia primo ponitur ninive obsidio secundo obsesse captio ibi. porte fluviorum. tertio capte depredatio ibi diripite. Circa primum alloquitur regem assyriorum dicens. ascendit. i. ascendet currus et equos. s. exercitus caldeorum qui dispergat coram te. vastando terram tuam in occultis tuis et non poteris resistere qui custodiat obsidionem. Circa muniet [illegible] capiat eam contemplare viam etc. i. dispone ad muniendum eam tuos bellatores confortando. q.d. hoc erit pro nichillo ut habetur ut habetur infra et subditur causa quia sicut reddidit dominus superbiam iacob. deiciendo sennacherib eo quod superbe egit contra duas tribus. sic superbiam israel. supple cito reddet destruendo

totum regnū assyrioꝝ eo q superbe egit contra regnū decem tribuū ipm uiltr captiuando q uastatores. i. caldei uenientes dissipauit eos. i. dissipabūt assyrios et propinques eoꝝ. i. filios et filias. clipeus fortium eius. s. nabuc. ignitus erunt ei lamine ad solis radios refulgentes sicut ignis ad terrorem assyrioꝝ et ad offuscandū oculos eoꝝ. uiri exercitus in coccineis scribuntur. i. super arma ornamenta rubea ne si aliqs eoꝝ vulneretur ex apparencia sanguinis alii terreantur. ignee habene currus. i. currium erant ibi habene lumine et sic radio solis fulgebunt sicut ignis in die preparationis eius. s. ad pugnā et equi eorum erant de asseris de quibus dicitur. et agitatores eius. i. aurige propheta enim de uno exercitu loquendo transit ad aliū et econuerso sicut solet fieri in descriptione belloꝝ cum sopiti sunt. i. attoniti sunt pre stupore ideo subditur. in itineribus conturbati sunt nescientes currus ducere ideo subditur. quadrige collise sunt ex defectu ductoris et subdit causa huius stuporis cum dicitur aspectus eoꝝ. i. caldeoꝝ. q. lampades ꝛc. propter refulgenciā armoꝝ ut predictū est. quasi fulgura discurrencia. uelociter et audacter currentes contra assyrios. recordabitur rex assyrioꝝ fortiū suoꝝ. qui solebat esse constantes et nunc et facti sunt pauidi ideo subditur. ruent in itineribus suis. non potentes resistere in campo caldeis ideo subditur. uelociter ascendent muros eius. In hebreo habetur. festinabunt ad muros suos ut qui non poterant resistere in campo defenderent se in muris et preparabitur umbraculum. i. tentoria caldeoꝝ in circuitu ciuitatis ponentur ad eum obsidendum et sic patet ciuitatis obsidio. ¶ Porte fluuioꝝ. hic quomodo describitur ipsius captio cum dicitur porte fluuioꝝ. i. porte ninive que ostendebant in immicione fluuioꝝ. aperte sunt. i. facte per impetum caldeoꝝ et templum ad solum dirutum. s. templū ydoli nesrach. quod colebant reges assyrioꝝ. iiii. R. xix. In hebreo habetur. et palaciū. s. regis. ad solū dirutum in regum contemptum. et miles captiuus ꝛc. i. milites regum assyrioꝝ in scriptura. n. frequenter ponitur singulare pro plurali. In hebreo habetur et assyrius captiua adducta est et dicitur hic assyria regina ut dicit ra. sa. secundū illud psalmum. xliiii. astitit regina a dextris tuis et hoc sequens concordat et dicit. et ancille eius minabantur captiue a caldeis gementes ꝛc. non audentes alte clamare pre timore. et nineue quasi piscine aquaꝝ aque eius. i. inimicio fluuioꝝ et quia ostendebat non resistit aduersariis sicut aque piscine resistere non possunt pro sui paucitate. ipsi uero fugerunt. s. de ciuitate quicumque potuerunt fugere. ¶ Diripite. hic quomodo describitur ciuitatis capte depredacio cum dicit diripite uos caldei argentum ꝛc. i. quecumque preciosa dissipata est. s. ninive. et scissa. per fracturam muroꝝ in pluribus locis. et cor tabescens. i. deficiens sicut mulier bellatoribus uiris et dissolucio geniculoꝝ. i. genuū que tremunt ex timore et ideo dicit genicula diminutiue et defectio in cunctis renibus ita q non poterant stare et facies omnium sicut nigredo olle ex fame et ex fumo incendii nineue ideo subditur. ubi est habitaculum leonum. i. nineue ubi solebant reges et principes habitare. qui erant feroces ut leones. et pascua catuloꝝ. i. filioꝝ. ad quam iuit leo. i. rex quam ciuitatem ingressus est ut ibi habitaret secure. cum catulis suis. i. filiis et famulis. q. d. nulli q non habet refugiū a facie caldeoꝝ. leo cepit sufficienter. i. prius rapuit bona multoꝝ regnoꝝ sibi diripiendo secundum quod dicitur iiii. R. xix. uere domine dissipauerunt reges assyrioꝝ gentes et terras omnium. et necauit leenis suis. i. interfecit reges terre ut eoꝝ precisa auferret uxoribus et concubinis suis. et impleuit preda speluncas suas. i. domos suas ideo subditur ulcio diuina. ecce ego ad te dicit dominus. cuius uirtuti non potest resisti. et succendam usque ad fumum. i. totaliter quadrigas tuas in quibus alia regna deuastasti. et leunculos tuos comedet gladius. i. filii tui occidentur et exterminabo de terra. s. tua. predam tuā dando eam caldeis. et non audietur ultra uox nunciorum tuoꝝ. ad blasfemandum iudeos deum scilicet rapsaces. a te missus blasphemauit. iiii. R. xviii. stetit itaque rapsaces et exclamauit uoce magna iudaice ꝛc. et sequitur ibidem. nolite audire ezechiam qui uos decipit dicens dominus liberabit uos numquid liberauerunt dii gencium ꝛc. q. d. nec deus uester poterit uos liberare.

Ve ciuitas. III.

post ciuitatis destructionē hic propheta declarat destructionis occasionē que fuit ciuitatis malicia cum hoc tamen interponitur de pena et diuiditur in duas primo propheta. maliciam mīcatam eius de peccatis et secundo multiplex confusio ibi ecce ego. Circa primū dicit. Ve ciuitas sanguinum. i. cuius propheta fuit effusor multi sanguinis. uniuersa mendacii. tota dedita mendacio ut quos non poterat superare uirtute deciperet fraude. dilaceracione plena. i. diuisionibus intrinsecis quod est signum propinque subuersionis. c. xii. omne regnū in se diuisum desolabitur. non recedet ate rapina. i. caldei te obsidentes non recedent a te donec rapuerit omnia bona tua.

box flagelli. i. sonus flagelli incitantis equos currum et equitum super te uenientium. et micantis gladii. ad te occidendum. et fulgurantis haste. i. uelociter uibrate ad modum fulguris. et multitudinis interfecte de ciuibus tuis. et corruent in corporibus suis. q.d. tanta erit multitudo interfectorum quod unus interfectus super alium cadet. et subditur causa propter multitudinem fornicationum. spiritualium que sunt ydolatrie et corporalium. meretricis speciose etc. i. nimie attrahentis alias gentes ad suas ydolatrias per multas uias. et habentis maleficia. i. habentis multos maleficos et incantatores magicis artibus utentes. que uendidit gentes in fornicationibus suis. quia pulcras puellas aliarum gentium captas exponebant in munere pro stibulis pro precio et idem faciebant de pueris iuuenibus in uicio sodomitico. Ecce ego. hic consequenter ostenditur ipsius nimie desolatio et loquitur nunc tocius regni assyriorum. Et diuiditur in duas partes quia primo ostenditur propositum sub parabola meretricis. secundo sub parabola locuste ibi congregate. prima in duas quia primo ponitur parabola. secundo exemplum de ciuitate alia ibi. numquid. Circa primum dicitur in persona dei ecce ego ad te. ponendo in uituperium et derisionem. et reuelabo pudenda tua. loquitur de ea sicut de fornicaria muliere deprehensa cuius turpitudo omnibus manifestatur et proiciam super te abhominationes. quia faciam te despici factis et uerbis sicut uilem et ponam te in exemplum. s. correctionis aliorum tuam punitionem uidentium ideo subditur. omnis qui uiderit te resiliet a te. i. a maleficiis tuis ne similiter puniatur. quis commouebit super te caput tibi compaciendo. q.d. nullus sed dicent omnes dei super te iudicium. ¶ Numquid hic consequenter ponitur exemplum de alia ciuitate destructa per nabu. in egypto qui prius uastauit egyptum quam regnum assyriorum cum dicitur. numquid melior es alexandria. q.d. non et ideo non poteris stare contra nabuch. sicut nec illa. in hebreo habetur numquid es melior es no ammone. hec enim ciuitas uocabatur no. quam destruxit eam nab. et dicebatur amon quia ibi nutriebantur pueri regis propter pulcritudinem et bonitatem situs ut dicit ra. sa. postea per magnum tempus alexander intrauit egyptum et reedificauit hanc ciuitatem uocauitque eam nomine suo alexandriam. translator autem noster dimisit nomen antiquum quod iam erat obliuioni datum loco cuius posuit nomen nouum quod erat famosum populorum. i. que multos populos habuit sub se. que habitat in fluminibus per hoc designatur amenitas situs et fertilitudo. cuius diuicie mare. i. diuicie sibi aportantur per mare. aque muri eius. i. circumdant muros eius ad maiorem fortitudinem

ethyopia fortitudo eius. fortificationis. et egyptus. cuius tunc erat metropolis. et non est finis. diuiciarum suarum et fortitudinis affrica et libies fuerunt in auxilio tuo. i. in auxilio alexandrie. mutatur enim modus loquendi de tercia persona ad secundam. sed et ipsa non obstantibus predictis in transmigrationem ducta est per nabuch. paruuli eius elisi. quibus consuetum est in bellis parcere et in hoc notatur crudelitas caldeorum et super inclitos eius miserunt sortem ad determinandum cuius quos haberet captiuatos. et omnes optimates eius confixi sunt in compedibus. qui tamen solent honestius tractari propter reuerenciam status. et tu ergo niniue inebriaberis. i. sitibus penis uel maioribus replebaris. et tu queres auxilium ab inimico. i. illis a quibus sperabas habere auxilium fient tibi inimici. omnes munitiones tue sicut ficus etc. i. cito deuenient ad terram quantumcumque sint fortes. ecce populus tuus mulieres. i. factus est pauidus et impotens ad resistendum et sic intrabunt hostes. deuorabit ignis uectes tuos. i. tanta erit uehemencia incendii quod faciet ferrum portarum liquefieri. aquam propter obsidionem hauri tibi prouincie loquitur. q.d. nulla munitio ualebit tibi uirtualium seu fortalicorum. ideo subditur peribis gladio. s. caldeorum. deuorabit te ut bruchus. i. ita faciliter ducet te ad mortem sicut bruchus moritur adueniente frigore. ¶ Congregate. hic consequenter ostenditur eius desolatio et destructio sub metaphora locuste cum dicitur congregate etc. i. sicut bruchus et locusta congregantur in maxima multitudine ita quantumcumque magnam multitudinem bellatorum aggregaueris tibi non tamen poteris te defendere ideo subditur bruchus expansus est et auolauit. i. exercitus tuus fugiet a facie caldeorum. custodes tui quasi locuste. i. bellatores tui impotentes te custodire. que consident. i. similiter sedent in sepibus. modus est enim locustarum adueniente frigore se in sepibus congregare et ibi se occultare quantum possunt contra frigus sed si superueniat ortus solis antequam sint mortue statim euolant inde et per hoc designatur metaphorice quod assyrii timore nabuch. in fortaliciis congregarentur et postea ea extra terram suam in captiuitatem ducerentur. dormitauerunt pastores tui. i. consiliarii tui nescientes consulere tibi sepelientur principes tui sepultura asini. Iere. xxii. latitauit populus tuus in montibus. fugiens ad loca inaccessibilia equitibus. et non est obscura i. occulta contritio tua sed omnibus manifesta. pessima plaga tua. quia nullus apponet remedium ideo subditur omnes qui audierunt auditionem tuam. i. malum ueniens super te quod audietur ubique. compresserunt manum suam

[illegible] ad eius.

super te .i. magis studuerunt aggrauare
et allemare. Cuius causa subditur quia super
quem non transijt malicia tua semper
q. d. nulli aut pauci sunt ipsi qui non fue
runt a te afflicti et oppressi ipsi. quod gau
dent de tua oppressione in hoc eciam applau
dentes iusticie dei qui est benedictus in secula
seculorum amen.

Explicit naum

Incipit prologus in aba
cuch prophetam.

Quatuor prophete. In isto prologo que dam tanguntur que referun tur ad prophetam quedam que pertinent ad prophetam et pri mo tanguntur duo que refer untur ad prophetam primum est
gerencia quarundam aliarum prophetiarum ista que notatur
in principio Secundum est generum expedicionis dicitur
que notatur ibi . de naum . etc. post medium
tanguntur ea que pertinent ad prophetam et pri
mo tangitur nominis conueniencia ibi qui uel
ex eo . Secundo exprimitur conueniencie causa
ibi . nullus enim tam audaci uoce etc. ubi quasi
inculpatur de blasfemia cum deo . uides quam
temeraria . uox sit . Sed infra uersus finem
prologi excusatur modo notatur quod spiritu pro
phetico loquitur cum prophetie intelligencia
ibi nec tamen audiuit iudicium . ubi elidit falsam
montani doctrinam duplicem primo per se cum
dicit . intelligit quod uidet . secundo apostoli aucto
ritatem ibi unde et apostolus etc. quarto ostendit
contra quod intendit propheta ibi . illud quare
dicere etc. quinto quo tempore fuit ibi et
ut scias eo tempore etc. hieronymus. quod intelligen
dorum ex causis est sumendi dicendi causas
exponit ibi interim secundum literam etc. ultimo
in fine prologi ostenditur quod nullus debet causari
cum dominum Si non statim de tribulacione
eruit ibi . et quomodo si ergo tuus etc. huius uero
exponi liber instituimus et per transeuntes planum
exponamus obscura . zacharias in medio . ix . a.
et circa finem . xij . orationibus tuis loquitur ad
cromacium episcopum ad cuius instanciam commentator
est librum istum et sicut credo commentario pre
posuit prologum istum . hieronymus . glosa . In principio

libri commentatur hieronymus super osee . ioel . et amos
abdiam et ionam pamachio super naum micheam
sophoniam et aggeum . paule et eustachio super
abacuch . Cromacio etc. unde et in originali
incipit sic prologus primum cromati episcoporum
doctissime etc. et infra in eodem prologo dicit
illud quoque dilecte quod senilem animam uiolenter exig
is ut quasi quosdam gradus et scalas ad alciora
interna hystoriam tibi interpreter ad disceptan
dum iusticie . i. ad contencionem uel disputacionem
de iusticia neglecta quare ostendisti michi inde
i. quia me tam diu uiuere dimisisti ut uiderem
iniquitatem impiorum et laborem oppressorum
non peruenit ad finem iudicium . q. finis iudicij
est ut iste iudicatur uides quam temeraria uox sit.
de ista temeritate excusat eum dominus sommius
infra sicut tactum est supra iudicio et uox te
meraria est quantum ad superficiem litere unde et
dicitur et quodam modo . i. superficiali blas
phemantis . i. uituperantis uel reprehendentis
blasfemare enim significat que habetur per hunc
uersum . blasphemo . culpo . uel detraho . uel re
prehendo . aduersus figulum . Ro . ix . numquid
dicit figmentum ei qui se finxit . quid me fecisti
sic . Ieremie . xviij . sicut lutum in manu figu
li sic uos in manu mea domus israel nec non et
hic audiuerunt hic ostenditur quod spiritu prophetico
loquitur per que sibi dictorum suorum intelligencia
reuellatur et hic est contra peruersum dogma mon
tani heretici qui predicauit prophetas non habere
noticiam eorum que predixerunt sed in ore insa
nientium loqui . act . xxvj . insanis paule multe
te litere insaniam conuertunt . primo ergo ostenditur
propheta loqui spiritu prophetali quod notatur in uisione
prophetica cum dicitur nec non et hic audiuerunt
quod assumpcio uel pondus que quedam est iam di
cimus prophetie uisio est . quia . s. uidebat prophete
misteria intellectum ad hoc a spiritu sancto reuelante
illuminatum quia uero montanus hereticus
dupliciter errabat primo dicendo quod prophete
non intellexerint que dicebant . s. quod quasi
amantes uerba sua protulerunt primum errorem
elidit sommius dicens et aduersus montani dog
gma peruersum intelligit . quod uidet . secundum elidit
ibi . nec ut amens loquitur nec more insanie
cum feriarum . i. phitonissarum dat sine mente . i.
sine intellectu . Sonum uerborum . q. non ualens
in loquendo cohibere spiritum suum . xxviij . G. o.
Sicut urbs patens et absque murorum ambitu
ita uir qui non potest in loquendo cohibere
spiritum suum et illum duplicem errorem elidit per
auctoritatem apostoli superius de . i . cor . xiiij . Communi
tatum sic non loquitur ut amens aut ut feriam insi
niens . vij . s. ut appareat prophetis et doctores
ita loqui et . i . apostolus inducit . i . cor . xiiij . vt . s.
prophetantibus aliis alij fuit reuelatum taceant quod
prius loquebantur . per hoc quod dicit reuela
tum fuit elidit primum errorem . s. quod prophete
non intellexerint que dicebant prophetia ei est tamen

latteneum presentaz ul' pteritu ul' futurarum
diā inspiracoē manifestaco. Secundum autē .s.
q' aphe loquerentur ut amentes cohibē spiritum
non ualentes ⁊loquentur elidit arguens ex hiis
uerbis apli et dicens ex quo intellr' per .s. q'
sedm uerbū apli qui loquebantur tacent et
alios loqui permittunt. cum quis ex uoluntate
taceret. non inuitus aut coactus et alii locum
dat ad loquendum intellr' ingr' huius et posse et
loqui et tacere. cu uelit. vnd' .1. cor. xiiii. Spus
prophetaz prophetis subiecti sunt. glo. spus .s. qui unus
est sed plr' dicitur ppt' multos prophetas quos repl'
ul' ip. plura dona eius. subditur est prophetis ut
qn uoluit tacere loqui possint et non cogit eos
sicut phitonicos clamare aliqua ul' subticere de
hiis autē spiritum phitonicum dr' hic qui aut in
extasi .i. inuitus loquitur. sup. coactus clamare
a phitonico spū ipm agitante nec tacere nec loqui
in sua ptate habet. Sz contra .1. reg. xxviii. de
ecce mulier hūs phitonē in endor et tn et loqui
et tacere poterat cum uolebat. R'. qn phitonicus
spus uenit adiuinatus ut aliquid reuelet tunc
non aufferet ptatem loquendi ul' tacendi sic
patet de mulier pdctā secus est de obsessis ad
insaniam deductis de quibus loquitur hic racio
autem diuersitatis est quia adiuinantibus
pcit ut sepius simoret quos ante obsidet. q' pto
testatem super eos hūs aspirunt. quātū pmittit'
extasis sicut ait papias dicitur excessus mentis
qui fit ex pauore mentis et accipitur hic in
malo sicut et in quinto libro eccl'ie hystorie
ubi dicitur autē montē quēdam noīe qui nuper
ad fidem xpi uenerat scrogato allic pro ⁊sule
audientes nimia pinatus amensis ⁊uertisse spiritum
in semet ipso locuz dedisse ac repente in quo
dam mentis excessu effectum et uelut spiritum
accum proloqui cepisse noua quedam et diuisa
ab hiis que ex traditione maiorum eccle tradita
fuerunt in bono autem dr' extasis cum mens
non a pauore alienatur. Sz in spiritualē aliena
reuelatoīs assumuntur illud quoque discere hic
ostenditur con'. quos propheta intendit et ad au
dientiam huius partis uidendum q' sicut propha naum
uaticinium huiūs contra niniuen. et assyrios
qui .x. tribus que notantur isrt' uastauerūt
et hoc in ⁊solacon ppli captiuati ita abacuch
habz uaticinium contra nabuc'. et caldeos sub
babilonios qui duas tribus captiuauerunt di
cit igitur illud quoque disce ⁊c'. ad alegor. i. intencia
i. tendentem et ascendentem ad sensum tropologicum
allegoricum et anagogicū. hystoriam tibi interpre
tetur i. exponam quantum ad sensum litteralem qui
uastauerūt .x. tribus .iiii. reg. xvii. d. quibus iudas
et ierlm ⁊c'. iiii. reg. xxiiii. et xxv. et ut scias.
⁊c'. hic ostenditur quo tpre propheta fuit .s. tpre cap
tiuitatis duaz tribuū q' ex hystoria dan. xiiii.
probatur sibi narrante abacuch prophetam missum fu
isse cum cibo ad danielem in lacum leonū qui
erat in babilone cum eo deportatus qui

uterque daniel de hiis qui a nabucodonosor capti
uati erant fuit ut patet in principio dani
elis quamquam apud hebreos hec ipsa non legi
tur hystoria. s. de missione abacuch ad da
nielem. Sed theodocionis edicione translata
est sicut dicit .ihrōnimus dan. xii. b. igitur sic
quis recipit ⁊c'. quia quidam recipiunt dictam
hystoriam et quidam non ostendit q' in
ethilomius ꝯ ueritatem dicit dicit siue recipiatur
siue non recipiatur et q' utraque dicto habz
suum proprium. vnde dicit igitur quia quidā
hystoriā dictam calumpniantur a quibusdam recipi
tur igitur .i. ip. si uolo ostendere q' simm ⁊uis
recipere scripturā illam. de missione abacuch
dan. xiiii. siue non recipit verum pro nobis est
qui dicimus supra abacuch prophetasse aduersus
babilonē et nabucodonosor qui captiuauerunt
duas tribus aut .ii. recipit. et tunc planum
est. quia post rem iam factam .i. post capti
uitatem duaz tribuum propheta abacuch scripsit
contra captiuantes .s. contra babil' et nab'
aut recepit et tunc scribit prophetico spiritu que
uentura cognouit. s. captiuitatem duarum
tribuum per babilonios postea destruendos
ysa. xxxiii. ve qui pdaris nonne et ipse pdabe
ris quod autem oīa ista preuidit plane
scribitur in hystoriis ubi dicitur porro abacuch
fuit de tribu simeon hic preuidit captiuitatem
ierlm nouam et aduentantibus caldeis fu
git in sostratenaz et erat hic cola in terra isrl'
descendentibus uero inde reliquiis in egiptum
quasi peregrinabatur in terram suam et sep
sit in principio operis sui causas ad
uersus dnm cur ipsis uastaret ppm dei et
christianum eius cum ipse clamaret non exaudi
retur sed in ⁊solacione apparuit ei dns cala
mitates circumstancium nacionum futuras p
nabugodonosor longe maiores et tandem
ipm nabuc'. pituruz et ideo a murmure con
uersus est ad preces mitum sedm littram ⁊c' qui
supra eodem plogo indebitur propheta .q. de blas
phemia in culpam ubi dr'. indes quā ebenne
rina uox sit ⁊c'. hic scribitur ipsius excusacio
et tangitur hic racio primo ei ponitur qr'
ubi propheta quibus dr' causari aduersus dnm vnde
culpabilis uidetur Secundo tangitur locucionis
causa ul' racio vnde excusabilis iudicatur
ibi et hoc dicit prouentus uel pre mente an
gustia ⁊c'. tercio dicitur q' qualiter ex p'
humane fragilitatis loquebatur ibi. Sed et hec
qualiter accipe dicit. q' intima .i. inter alia que
dicit in plogo isto ostenditur propheta cur nabuc'.
xxiiii. reg. xxv. nesciens aurum. q' non fuit p
pha. qr' ipse bn scieuit sed hic dicit in pla
ph. in igne probari. eccl. ii. in igne probatur aurum
et argentum hoīes uero receptibiles in camino
humiliacionis. iob. xxviii. auro locus est in quo
conflatur et tres pueros. dan. iii. in uestigabilia
ro. xi. quam incomprehensibilia sunt iudicia

quo uoluit

eius et investigabiles vie eius. et profundi diuitiarum sapientie eius. Ro. xi. o altitudo etc. q non videt deus primo. R. xvi. non iuxta intuitum hominis ego iudico homo autem videt ea que parent dominus autem intuetur cor. et quod si egero hic ostendit quod propheta non debeat contra aduersus dominum si non audiebat clamores eius sed eorum quia non erant exaudiendi quod primo ostendit per similitudinem superius a pendentem in medio. Secundo hic confirmat per auctoritatem ibi. intelligens. sed sanctus pater. sic eius clementie sue pondera. secundum quod ordinat in finem atque mensuras. secundum quod modo debito ordinat secundum quod vniuersum consecutum est. i. thimo. i. f. ideo misericordiam consecutus sum ut in me primum ostenderet ihesus christus omnem pacientiam ad informacionem eorum qui credituri sunt illi in vitam eternam sed non deficiamus. ii. cor. iiii. f. et benedicimus deum omni tempore ii. cor. i. a benedictus deus etc. ps. benedicam dominum in omni tempore et thob. iiii. omni tempore benedic deum qui perseuerauit. act. x. d. et glorian in labore et dolore. ii. cor. xii. libenter gloriabor in infirmitatibus meis et cum sermam dicit. sermo. xx. ubi nos heremus. iam olim loquor. vociferans iniquitatem et vastitatem clamito dicit. glosarium que sit incipit. hic. que amaro ibo video preuaricatores et miseriam inuocabo et quomodo alius pusillanimus et carnalis deum inuocat ut a penalibus tribulacionibus eum eruat et in imminentes repellat sic sanctus uir et bellator invictus sicut ieremias et paulus qui dicebat. Ro. viii. c. quis nos separabit a caritate christi tribulacio an angustia etc. ad ostendendum se quantum ad sustinenciam. et plorandi quantum ad constanciam tribulacionem et nullam inuenire desiderat. Iob. vi. si hic mihi consolacio ut affligens me dolore non parcat. ps. xxxvii. quoniam ego in flagella paratus sum etc.

Explicit qualiscumque exposicio istius prologi

Incipit abachuch.

Onus quod vidit abacuch hic incipit principium abacuch prophete. Et diuiditur in duas partes. s. in prohemium et tractatum qui incipit ibi usquequo. In prohemio primo tangit breuiter materia huius prophetie cum dicit onus. i. prophetia de malo pene ventura super regnum babilonie sicut. n. naum propheta uit contra assirios captiuauit regnum x. tribuum iiii. R. x. tribuum iiii. R. xvii. sic iste prophetat contra babiloneos qui captiuauit regnum iude. iiii. R. ultimo et hoc erat ad consolacionem eorum quod destructo per eos et dampno babiloniorum a quo due tribus fuerunt de captiuitate liberate primo esdre. i. secundo notificatur actor ex nomine cum dicit abacuch. et ex officio cum dicitur quod vidit. s. propheta de tempore vero huius prophetie dicunt summa in prologo et expositores quod quanto quod abacuch prophetauit de destructione babilonie post destructionem templi et ciuitatis ierusalem per caldeos Usquequo hic incipit tractatus et diuiditur in duas quia primo ponitur prophetie denunciacio secundo eius oratio capitulo iii. Circa primum propheta admiratur prosperitatem nabuc. temporalem cum ipse esset ydolatra pessimus et eius populus Circa hoc primo mouet duas questiones secundo audit eius responsionem capitulo ii. prima in duas quia primo ponitur ipsius nabuch prosperitatio secundo huius prosperitatis abusio ibi hec est fortitudo prima in duas quia primo queritur propheta de prosperitate nabuch. contra iudeos secundo contra populos alios ibi aspicite. Circa primum dicit propheta non solum in persona sua sed aliorum similiter sui populi dicens usquequo domine clamabo in oratione contra maliciam nab. populi et ciuitatis destructorem et populi in captiuitate detentorem vociferabor ad te vim patiens. i. angustiam de oppressione populi mei. et non exaudies. q. d. multum tardas non exaudire. quare ostendisti michi iniquitatem. nabuch et exercitus sui et laborem. i. angustiam populi mei. unde predam quia caldei secum portauerunt de iudea que cumque preciosa et iniusticiam contra me tiore et iudei iuste puniebantur ex parte dei tamen nabuch et eius exercitus hoc exsequebantur in iusta voluntate et iniqua quare respicis contemptores. i. caldeos tui nominis contemptores et respicis eos ostendendo eis prosperitatem et gloriam temporalem. et taces conculcante impio. i. nab. et eius exercitu iustiorem se. populum iudaicum tollentem te et facies homines quasi pisces maris puniendo quod maiores deuorant minores sicut est in piscibus maris et quasi reptilia non habentia ducem. i. per hoc videtur quod non habeas curam plus de hominibus

q de iure sunt tractabilibus de quibus dicit apostolus i. cor. ix. numquid est cura deo de bobus. et factum est iudicium scilicet peruersum et contradictio uenit potentior quia uictoriis abundabit. propter hoc lacerata est lex quia secundum dictamen legis nature potestas data [illegible] referri ad legem mosaicam quam ignorauerunt caldei. et non peruenit usque ad finem s. debitum iudicium .i. executio iusticie [illegible] eius consumitur quia superius nabuchodonosor peruersus aduersus iusticiam unde propter in que [illegible] autem nabuchodonosor multa cum [illegible] uoluntate. propterea egreditur iudicium peruersum. [illegible] babilonicam ducem frequentem in uictoriis conspiciuntur ad facultates suas amissionem et alii ad mortem. hoc etiam alii exponunt referendo ad deum. propterea etc. i. propter peccata [illegible] uidetur quod a te egrediatur iudicium peruersum et hoc hominibus profunditatem iudiciorum tuorum considerare nescientibus. aspicite hic commendatur [illegible] potentia nabuchodonosor contra alias gentes cum dicitur. aspicite in gentibus etc. i. in diuersis mirabilia. quia opus factum est. i. cito fiet quod nemo credet. nullus enim uidebatur credibile quod regnum nabuchodonosor tantum dilataretur in tam [illegible] tempore. ideo subditur quia ecce suscitabo. q. d. istud mirabile non fiet humana uirtute sed mea. gentem amaram. i. ualde crudelem. et uelocem ad ambulandum et pugnandum et sic ad regna multa sibi subiciendum. horribilis ex aspectu. et terribilis est. et actu. ex semetipsa iudicium et onus eius egredietur. i. ex actibus suis crudelibus uenient finaliter a domino iudicium et punitio sicut experimentum difficile est. leuiores pardis equi eius etc. locutio est yperbolica ad designandum uelocitatem equorum et equitum. omnes ad predam uenient. i. ad rapiendum omnia predam aliorum. facies eorum uentus urens. i. sicut uentus urens uelociter consumit segetes sic caldei suo impetu subicient sibi gentes. ideo subditur et congregabit quasi harenam captiuitatem. i. multitudinem captiuorum innumerabilem. et ipse de regibus triumphabit. et quod per quos [illegible] eorum et tyranni qui erant aliis formidabiles et derisui [illegible] erunt. i. materia derisionis quia faciebat eos duci in cathenis ad ostentationem sue uictorie. ipse super omnem munitionem ridebit. reputans se posse eam faciliter capere ideo subditur et comportabit aggerem etc. tunc mutabitur spiritus quia nabuchodonosor post multas uictorias incurrit amentiam et inter feras habitauit estimans se bestiam ideo subditur et peribit. scilicet a dignitate regni. dan. iiii. ubi de nabuchodonosor

regnum tuum transibit a te. hec est. hic quod describitur sibi dicit potentis abusus quia uictorias sibi concessas diuina uirtute ad puniendum peccata iustorum [illegible] non attribuebat deo sed ydolo. ideo dicitur. hec est fortitudo eius dei sui. i. secundum suam reputationem dei sui. i. quod sibi prouenit a deo falso. numquid non tu a principio. i. ab eterno. solus es deus. tu qui es deus meus. uerbum est prophete considerantis uerum deum nature iure suam. ut opposita iuxta se posita magis elucescant. et non morientur. i. per potentiam regis babilonis. si saluare nos uolueris. domine in iudicium. i. in executionem tue iusticie. posuisti eum. i. disposuisti eum. et fortem. i. dans ei fortitudinem ut corriperes iustos peccatores per eum. mundi sunt oculi tui. qui nulla sunt iniudicia potest in te esse ne uideas malum approbando ex quo concluditur. quare non respicis super iniqua agentes. i. super caldeos iniqua uoluntate nos opprimentes eorum maliciam reprimendo. et taces etc. exponatur sicut supra. totum in hamo subleuauit etc. loquitur hic de rege babilonis sub methaphora piscatoris. qui cum hamo paucos pisces capit et plures in sagena et rethi. sic rex babilonis in principio paucos sibi subiecit postea multos. ualde super hoc letabitur. i. super uictorias multas et magnas. propterea immolabit sagene sue etc. i. ydolo suo quod uocabat sagena sua et rethe suum quia uictorias sibi concessas a deo attribuebat ydolo suo ut predictum est. quia incrassata est pars eius. i. sua potestas magnificata. et cibus electus eius. i. diuitie in quibus delectabantur sicut electo in cibis et poculis. propter hoc ergo expandit sagenam suam. i. potestatem suam quam estimabat ab ydolo sibi concessam et semper interficere gentes non cessat. unam gentem sibi subiciendo post aliam.

II

Super custodiam

hic consequenter ponitur diuina responsio ad questionem sibi propositam per prophetam. et diuiditur in duas quia primo propheta se disponit ad audiendum. secundo describit diuinum responsum ibi. et respondit. circa primum dicit. super custodiam meam stabo. etc. loquitur de se ipso sub methaphora custodis fortalicii obsessi. tales enim custodibus assignantur loca diuisa ad deffendendum. et uocantur custodie eorum. et quilibet est ualde attentus super locum suum quia si esset negligens periculum primo ueniret super ipsum. et hoc modo dicit propheta se diligenter attendere ad percipiendum diuinum responsum. et quid respondeam ad arguentem me. si male motus querebar et indiscrete. et respondit

hec commi(natio) describitur diuina responsio. circa quam dominus primo determinat suam responsionem describendam secundo explicat eam ipsam responsionem ibi et qui quoniam. ¶ Circa primum dicit. scribe visum. i. visionem tibi ostensam ad futuram memoriam et explana. i. lucide et intelligibiliter describe ut percurrat qui legerit eum. i. faciliter possit intelligere. quia adhuc visus procul. istud refertur ad hoc quod predicitur scribe visum. q.d. ideo scribenda est visio ne detur oblivioni quia non implebitur ita cito et apparebit in fine. i. finaliter implebitur et sic apparebit per effectum et non mentietur. i. veritas eius ostendetur. si moram fecerit. tardando ultra tuum desiderium expecta illum. i. impletionem visionis patienter quia veniens veniet. secundum meam ordinationem et non tardabit ultra ordinem licet videatur tibi vel potius infirmis quorum personam assumis propter impletionis desiderium. ecce qui incredulus est verbis diuinis non erit recta anima eius quia distorta est a rectitudine veritatis prime. iustus autem in fide sua vivet. vita gratie et ideo intelligitur de fide formata caritate. ¶ Et quomodo hic consequenter describitur destructio regni babilonie et iuste. s. propter sex vitia in illo regnancia et secundum hoc dividitur in sex partes que patebunt prosequendo. ¶ Ad maiorem intelligentiam dictorum et dicendorum sciendum quod regnum babilonie cepit esse multum potens tempore nabucodonosor et diminuit hec potentia tempore suo et filii sui et cepit debilitari tempore nepotis sui balthasar sub quo destructum fuit regnum dan. v. et propheta quasi loquens de rege babilonis de tempore unius istorum transit ad loquendum de tempore alterius et quasi una persona in hoc reputantur licet pro maiori parte loquatur de tempore nabucodonosor. primum quod vitium propter quod regnum babilonis fuit destructum est irreverentia diuina quam fecit balthasar qui vasa consecrata diuino cultui usibus humanis applicavit et bibit in eis et optimates eius et uxores et concubine et interfectus fuit balthasar eadem nocte daniel. v. ideo dicitur et quomodo vinum inuadit (?). satis potatum potatorem decipit. quia per hoc iram dei meruit. sic erit vir superbus. s. balthasar qui in contemptum dei fecit dicta vasa in convivio apportari et in hoc fuit deceptus et non decorabitur. nunquam dicit et plus significat. i. in honore habitur (?). privatus regno et vita. qui dilatavit quasi infernus qui est insatiabilis animam suam. i. ambitionem suam et ipse quasi mors multiplicans (?) preterit delicate (?). et non adimpletur. i. non satiatur operibus malis. ¶ Et congregabit hic ponitur secundum vitium quod est violentia quia rex babilonis subiecit sibi alia regna et hoc maxime fuit tempore nabuch. de quo dicitur et congregabit ad se omnes gentes eas sibi violenter subiciendo nunquid non omnes isti super eum parabolam sument. i. verbum derisorium. q.d. sic

et partim fuit impletum in nabuc. qui versus (?) fuit in amentiam et eiectus fuit ab hominibus partim in balthasar sub quo defecit regnum et dicetur de rege babilonis derisorie. ve ei qui multiplicat non sua. per violentiam usquequo aggravat contra se densum lutum. lutum quod est opus (?) est densum tanto ponderosius et sic est in rapina quia non est ibi ablatio alienorum tantum sicut est in simplici furto sed cum hoc fit iniuria persone cuius bona violenter rapiuntur et propter talem aggravationem denso luto comparatur. nunquid non repente consurgent qui mordeant te. q.d. sic. quia medi et perse regem interfecerunt et populum captivaverunt et bona rapuerunt. quia tu spoliasti gentes multas bona eorum violenter auferendo spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis ante spoliatis quia coniunxerunt se medis et persis contra balthasar. propter sanguinem hominis. i. hominum occisorum et iniquitatem terre civitatis. i. propter iniquitates quas commisisti in terra iude et in civitate ierusalem quorum habitatores occidisti pro parte et partim captivasti. Ve qui congregat. hic ponitur tertium vitium quod est avaritia cum dicitur ve qui congregat avaritiam. dicitur autem avarus quasi avidus eris qui non potest satiari ut sit in excelso nidus eius. i. civitas regia sit potentissima et fortissima sic fecit nabuch. de quo se iactavit dan. iiii. nonne hec est babilon civitas magna quam edificavi in domum regni in robore fortitudinis mee et in gloria decoris mei. cogitasti confusionem domui tue. quia quanto fuit maior regni exaltatio tanto fuit confusibilior eius defectio tempore nepotis sui balthasar. concidisti populos multos ut de bonis eorum edificares tuam civitatem contra animam tuam quia lapis de pariete clamabit etc. i. apta erit dei vindicta ac si te accusarent lapides et ligna. ¶ Ve qui edificat. hic ponitur quartum vitium quod est homicidium cum dicitur ve qui edificat civitatem in sanguinibus. i. effundens sanguinem pro multum pro tali edificatione ideo subditur punitio cum dicitur nunquid non hec sunt a domino exercituum. q.d. sic et que sunt illa subdit laborabunt enim populi. i. multitudo babiloniorum in multo igni. s. ad extinguendum vel impediendum civitatis incendium per medos et persas futurum et gentes. s. babilonie in vacuum. s. laborabunt quia incendium impedire non poterunt quia replebitur terra medis et persis in tanta multitudine quod babilonii non poterunt resistere ut cognoscant gloriam domini. i. potestatem eius gloriosam per experientiam sue vindicte que quidem patens erit. quasi aque operientes mare. i. fundum maris quasi dicat sic vindicta dei veniet super regnum babilonis quod non apparebit ultra sicut nec fundum maris. Ve qui potum dat. hic ponitur quintum vitium quod fuit ignominia illata dignitati regie dum ei hebrei quod nabuc. ad ostensionem

attendat reges .iii.

.iii. .2.

.iii. .3.

.iii. .4.

.5.

sue minore fecit

sue uictorie fecit adduci in conuiuio solempni
sedechiam incathenatū et fecit sibi dari po
tum ualde laxatiuū et sic fedatus fuit in
conspectu omniū quod sentiens sedechias
fuit in conspectu omniū se hēri in tanto ludi
brio, mortuus fuit pre dolore et hoc est quod dr̄.
ve qui potum dat amico suo. fuerat enī sede
chias amicus nabuc. qui fecerat eū regem
iiij. R̄. xxiiij. mittens fel suum. i. inmiscens
quid laxatiuum ultra modum quid dr̄ fel
ex effectu quia duxit sedechiā ad mortis
amaritudinē et quia ex corde felleo processit
tale factū ut aspiciat nuditatē eius. i. uituperium
dicaz repletus ignominia. scilicet sedechias
pro gliā que deberet fieri pro dignitate regā
lī. quod nabuc considerans se male egisse fec
eum sepeliri honorifice. ie. xxxiiij. bibe tu
quoque. i. bibes confusionem a dño tibi preparatam.
et consopire. i. consopieris uelud in amentiam
circumdabit te calix. i. pena a deo infligenda
et uomitus ignominie super gliām tuam. i. post
gliām regni ignominia superueniet tibi et si
dicitur causa. quia iniquitas libani. i. templi
per te destructi quod hic et in pluribus locis
dr̄ libanus eo quod fuit factū de lignis libani
iij. R̄. v. et uastitas animalium. i. ablatio sacri
ficiorum deterrebit eos. s. destructores templi
et cultus diuini p̄. hoc. n. caldei meruerūt
destrui et non solum hoc meruerūt p̄.
peccatum in iudeū sed etiam in proximū ideo subdit
dicitur. de sanguinibus hoīs. i. hominū per calde
os effusis et iniquitate terre. i. commissa in re
gno iude. ciuitatis. s. ierlm. a caldeis de
structe et oīm habitantiū in ea. qui per calde
os fuerunt atrociter uulnerati et captiuati
¶Quid prodest hic ponitur sextū uitiū p̄. quod
regnum babilonie fuit destructū. s. idolatrie
incipiens cum dr̄. quid prodest sculptile. q. d.
nichil quia sculpsit illud fictor et ideo nichil
habet numinis aut uirtutis ut faceret simu
lacra muta. in quo notatur ipsius babilonie
multiplex ydolatria, ex hoc patet quod ppha
nō loquitur hic de statua aurea, in qua nab'
faciebat se adorari. dan. iij. ut dicit aliqui de
ydolis que ipse colebat. numquid ipse docere poterit
s. lapis sculptus. q. d. non est et omnis spiritus
non est in uisceribus eius. i. nullus spiritus est ibi. quia
omnis non equipollet nullo. Dominus autē in
templo suo sancto. i. in celo ubi magis refulget
eius gliā. sileat a facie eius omnis terra diui
nitatē eius nulli alij attribuendo.

Domine III

Domine audiui. hic com
ponitur oratio prophete cum cantico premitti
tur talis titulus in hebreo et est de interpre
tatione textus, sicut tituli in libro psalmorum pro
ut ibidem fuit dictum. Oratio abacuch pro
ignorantiis et dicit hic aliqui quod propheta

ex ignorantia murmurando de diuinis
iudiciis quasi minus rectis dicens capitulo
primo ppheta contraditur iudicium peruersum et
id audita diuina responsione suum peccatum
cognouit et pro eius remissione orauit. sed nō
uidetur michi necessarie quod ppha a deo illuminatus
et inspiratus ignorauit diuina iudicia fore recta
tā saltem in generali, licet modus rectitudinis forsi
tan ignorauit in particulari, et per consequens nō
est necessarie quod de eis murmurauit in persona
propria, sed assumens personam infirmorum de
diuinis iudiciis murmurantiū, sicut ibidem
dictum fuit, et hoc apparet eo quod dicitur hic
pro ignorantiis in plurali, si enī loqueretur in persona
propria conueniencius diceretur in singulari pro igno
rantia, sicut s. accepit personam murmuran
dorum infirmorum ita hic orando ut peccatum igno
rancie eis remitteretur a dño. Domine audiui s.
quam ponitur oratio in qua ppheta sic procedit quia
primo denunciat destructionem babilonis. secundo
modum captionis ibi numquid in fluminibus
tercio prorumpit in laudem dei ibi ego
autem. sicut supra dictum est ppha desiderabat
potentiam caldeorum destrui p̄. eorum maliciā et
de eius futuritione audiuit diuinā responsionem
cap. ij. ideo exclamat Domine audiui auditionem
tuam. i. penam caldeorum futurā quam audire
me fecisti et timui. per admirationem rigoris tue
iustitie, ut alii timuerunt de pena infirmorum popli
mei de tuis iudiciis murmurantiū. Domine opus
tuum. i. punitionem caldeorum, que fiet uirtute diui
na magis quam humana, in medio annorum uiuifica
illud. i. uiuificabis ponendo in effectu et istud
mediū annorum referunt aliqui ad balthasar
qui interfectus fuit in media etate, et sic in me
dio annorum suorum uidetur autem michi quod melius
potest referri ad annos destructionis templi
a cuius destructione usque ad primū annū cyri fluxerunt
lx. anni secundum hebreos, et inde usque ad eius repa
rationem sexto anno darij. xlvj. anni sub. n. xl. et
vj. annis edificatū est templū hoc, et certum
est quod hoc dicebatur de templo per zorobabel reedif
ficato, balthasar uero in quo defecit caldeo
rum regnum per duos annos fuit occisus ante
primū annum cyri, in quibus regnauit darius
medus dan. v. et sic occisio balthasar fuit in
quasi in medio dictorum annorum quia. l. fuerunt ex una
parte et xlviij. ex altera. cum iratus fueris po
pulum iude captiuando misericordie recordaberis.
ipsum per cyrum liberando Deus ab austro ueniet
hic alludit ppha historie eductionis de egypto
que est ad austrum respectu iudee et est sensus
deus ab austro ueniet. i. sicut deus aperte au
strali uenit cum ipso populum ad terram
promissionis deducendo, secundum illud deutero. ij.
nouit dñs iter tuum quomodo transieris desertum. xl. annis
sic ueniet cum medis et persis ad liberandum ipsos
de captiuitate babilonica et sanctus. i. deus qui
est sanctus sanctorum de monte pharan. i. sicut

paraui

16

deduxit populum per locum illum. in .x. ita deducet populum suum reducendo in iudeam. Operuit celos gloria eius .i. potestas gloriosa in destructione babilonie. laudis eius plena est terra quia de eius destructione multe regiones gaudebant que fuerant a caldeis afflicte ut dictum est capitulo precedenti. Splendor eius .i. fulgor armorum exercitus cyri et darii qui dicitur splendor dei, eo quod ille exercitus fuit executor divine iustitie. Cornua in manibus eius .i. archus extendi et baliste. quia perse et medi erant optimi sagittarii. Ibi abscondita est fortitudo eius. quia victoria illi exercitui concessa magis fuit virtute divina latente quam humana. Ante faciem eius ibit mors. In hebreo habetur. pestilentia. adveniente enim cyro et dario contra babiloniam processit mortalitas debilitans virtutem caldeorum. Egredietur diabolus ante pedes eius. quia tales percussiones frequenter fiunt per demones sicut dicitur de egypto. ps. lxxvii. immissiones per angelos malos. Stetit. hic incipit versus alius in hebreo et refertur ad exercitum cyri et darii qui stetit in obsidione babilonie usque ad eius captionem. ideo subditur et mensus est terram. quia terra babilonie fuit divisa principibus secundum suam proportionem. Aspexit. adversarios confidenter. et dissolvit gentes babilonie. et contriti sunt montes seculi. i. maiores principes babilonie qui ante erant altiores in hoc seculo. Incurvati sunt colles. i. humiliati et deiecti principes minores. ab itineribus eternitatis eius. i. a processibus exercitus cyri et darii ab eterno previsis. Pro iniquitate. s. destructionis populi a caldeis ut dicitur capitulo precedenti. vidi tentoria ethiopie. scilicet turbata et madian. unde quod dicitur hic. pelles. in hebreo habetur. cortine. isti enim populi fuerunt cum nabuc. in destructione populi et cum nepote eius baltasar fuerunt debellati. Numquid hic ponitur modus captionis, et dividitur in tres quia propheta primo denunciat captionis modum, secundo comprobat divinum iudicium ibi. audivi. tertio revertitur ad propositum ibi. Fietus et prima adhuc in duas quia primo iste modus exprimitur, secundo hystorie iosue alluditur ibi. sol et luna. Circa primum sciendum quod perse et medi videntes civitatem babilonis inexpugnabilem propter murorum altitudinem et fortitudinem longe a civitate diviserunt flumen eufraten in plures alveos et sic per alveum principalem diminutum intraverunt civitatem ubi non erat murus et hoc est quod dicitur. Numquid in fluminibus. i. in eufrate qui dicitur flumina in plurali numero propter eius magnitudinem vel tamen propter divisionem dictam. iratus es domine. Intelligendo babilonis excidium tue vindicte. q.d. sic. vel in mari. i. in eufrate qui nominatur mare more hebraico, quo omnis congregatio aquarum magna mare dicitur secundum illud. gen. i. congregationesque aquarum appellavit maria. Indignatio tua contra babiloniam. q.d. sic non enim talis divisio eufratis videbatur posse fieri sine speciali adiutorio dei. Qui ascendes. sic est in libris correctis et in hebreo. super equos tuos. i. super equos medorum et persarum dando eis et equitibus virtutem capiendi babiloniam. et quadrige tue. in quibus pugnabant antiquitus. Salvatio. captio enim babilonie fuit salvatio populi iudee per cyrum liberantem eum a captivitate. Suscitans suscitabis arcum tuum. i. archus medorum et persarum qui dicuntur tui. quia ad executionem tue iustitie extendi. Iuramenta tribubus que locutus es. ad servandum iuramentum quod fecisti habraham ysaac et iacob de terra a tribubus possidenda quia per te redierunt tribus due et aliqui de .x. in iudea. Fluvios scindes i. eufratem modo supradicto ita quod est repetitio eiusdem ad maiorem expressionem. Viderunt te in effectu potentie tue et doluerunt montes. i. superbi babilonie. Gurgites aquarum transierunt: impetus eufratis alio alveo diverso modo predicto. Dedit abyssus vocem suam. i. fundus eufratis denudatus aquis ita ostendit dei virtutem super babilonios ac si clamaret sicut dicitur capitulo precedenti. lapis de pariete clamabit. Altitudo. i. ipse deus qui non solum dicitur altus in concreto sicut dicitur veritas et iustitia et hoc propter excellentiam sue altitudinis.

vel sic altitudo

Sol et luna. hic propheta alludit hystorie iosue cum dicitur sol et luna steterunt etc. i. sicut steterunt iosue pugnante contra chananeos in signum divine virtutis sibi assistentis sic assistebat virtus dei medis et persis pugnantibus contra caldeos, ideo subditur. In luce sagittarum tuarum ibunt. i. eorum sagitte a te dirigentur ad interficiendum caldeos et similiter eorum haste. propter quod dicitur. tue. quia a te dirigebantur in executione tue iustitie. In fremitu exercitus cyri et darii. conculcabis terram. s. babilonie. et in furore. i. in vindicta tua. Obstupefacies gentes. ad auxilium babilonis venientes. Egressus es. i. egrediebaris cum medis et persis eos dirigendo. In salutem populi tui quia per illam victoriam cyrus dedit populo licentiam revertendi in iudeam ideo subditur in salutem cum christo tuo. i. cyro de quo dicitur ysa. xlv. hec dicit dominus christo meo cyro etc.

Sciendum tamen quod cyrus non dicitur ibi christus nisi inquantum fuit figura christi ihesu et ideo littera ad ihesum christum principaliter est referenda ut sit sensus sicut fuisti cum cyro ad liberationem populi de babilone sic eris cum ihesu christo ad liberationem populi tui de inferno, que est salus figurata per salutem populi a cyro datam. Percussisti caput. i. baltasar regem. Denudasti fundamentum. i. manifeste ostendisti multiplex eius vitium per vindictam tue executionis

maledixisti sceptris eius. i. dominatoribus eius capiti bellatorum. i. principi sive militie et subditur causa. venientibus ut turbo. i. cum impetu et furore ad dispergendum me. i. populum meum in iherusalem et iudea. exultatio eorum. in destructione civitatis et templi et captione populi. viam fecisti in mari. hic propheta revertitur ad narrandum captionis babilonie modum, sicut in cantilenis idem frequenter repetitur qui modus fuit per diminutionem eufratis quod dicitur hic manere sicut et supra cum dicitur viam fecisti in mari. i. in eufrate. equis tuis. i. equis medorum et persarum qui dicuntur tui eo quod a te ducti in execucione tue iusticie. in luto aquarum multarum. quia alveus eufratis non erat totaliter desiccatus et sic erat lutum derelictum ab aquis multis que ibi ante fuerant. ¶ Audivi. hic consequenter propheta contemplatur iudicium divinum de captivatione populi sui ad purgationem peccatorum dicens. audivi. i. per spiritum intelligentie contra eum iudicium de eius captivatione et conturbatus est venter meus. quia tamen ne suo nimium murmure ad iram provocavit te. a voce. s. murmuris eorum contremuerunt labia mea quasi loqui non potencia sed tamen cum tremore moveri. ingrediatur putredo. q. d. captivitas super nos inducta qua aliqui putrescunt corpora est paciencia tollerenda ut requiescam a labore captivitatis. in die tribulationis. i. in tempore babilonice destructionis et ascendam de caldea in iudeam per cyri licenciam. ad populum accinctum nostrum. i. accinctus paratum sit. n. ascenderunt filii israel de babilone propter periculum hostium in via vel dicitur populus accinctus et dispositus ad gradiendum et loquitur hic propheta in populi persona de babilone redeuntis qui tempore illius captivitatis ipse erat in iudea secundum hystoriam danielis. xiiii. quamvis eius non sit autentica tamen probabilis reputatur.

¶ Ficus. supra posuit propheta modum captionis babilonie ex debellatione civium hic idem ostendit ex defectu victualium. dicitur enim ante adventum cyri et darii contra babiloniam induxit terre sterilitatem ita quod fortalicia non poterant sufficienter muniri ideo dicitur ficus enim non florebit. i. vix modicum florebit quod faciet fructum modicum. quod pro nichilo reputatum secundum quod dicitur. ii. phisicorum quod modicum est nichil reputatur et etiam secundum communem modum loquendi quod dicitur nichil esse in arboribus quando est ibi modicus fructus et ita intelligitur quod subditur de vineis et olivis et ceteris. abscindetur de ovili pecus etc. quia propter defectum pastus alia poterunt parum sustentari. Ergo ante audita babilonis destructione et populi inde liberatione propheta exclamat dicens. ego autem in domino gaudebo applaudens die iusticie et liberationis populi iudee et exultabo in ihesu deo meo. i. salvatore meo liberante populum meum de captivitate babilonica. et secundum hoc ihesus est nomen appellativum sed quia sicut est liberatio de captivitate babilonica figura fuit liberationis patrum de limbo inferni tunc fienda per ihesum christum et utramque liberationem videbat propheta futuram ideo ihesus est hic etiam nomen proprium. deus dominus fortitudo mea educendo me sua virtute primo de babilone postea de inferno ut dictum est et sic est verbum prophete loquentis in persona populi in babilonem captivati et in limbo detenti. et ponet pedes meos quasi cervorum. quia redeuntibus de babilone dedit virtutem et agilitatem gradiendi et liberatis de limbo virtutem egrediendi et ad celum ascendendi ideo subditur et super excelsa mea deducet me victor quia populus de babilone rediens ascendit in iudeam que est terra montuosa et potissime qui venit in iherusalem et ibi templum fundavit in monte moria primo esdre. iii. et detenti in inferno ascenderunt in celum cum victore christo. in psalmis canentem. quia populus rediens de babilone deum laudabat in via et magis in termino primo esdre. iii. et sancti cum christo ascendentes tunc dominus laudibus ascenderunt et in illis sine fine perseverantes psalmo. lxxxiii. beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. Ad quam nos perducat etc.

Explicit abacuch

¶ Incipit prologus in sophoniam prophetam.

Tradunt hebrei etc. In illo prologo procedit ieronimus in hunc modum primo ponens quandam regulam hebreorum prophete personam describit secundo ponit interpretationem nominis que prophete congruit ibi nomen sophonie etc. tertio exponit carnalem prophete genealogiam ex qua spirituales elicit ibi iste ergo propheta etc. quarto dicit cuius regis tempore prophetavit ibi iosiam regem iude quinto quisito propheta materiam tangit ibi ideo deus

per prophetam. Item in prima parte commendatur
propheta sive describitur a tribus. primo ab officii dig
nitate ibi. hic si verum est sophonias propheta
2o a nominis prefiguratione vel congruitate cum
nomine ut ita dicam prophetico. tertio a generis
nobilitate ibi et .gloria maiorum etc. alias sub
dictiones ponemus in locis suis dicit comme
dunt hebrei. i. plurimi dicunt etc. bethaneus
sichomoros. i. discerpens folia sichomorum.
et aliarum arborum ad pastum pecorum unde. e. in
secundo prologo super amos. h. si verum etc. h
describitur persona prophete quantum ad duo. s.
quantum ad prefigurationem nominis cum dicit
qui ut ita dicam etc. quantum ad nobilitatem
originis ibi et gloria maiorum. etc. dicit.
ergo. h si verum est. quod hebrei tradunt soph
nias propheta qui ut ita dicam. per quandam
certe demonstrationem sicut dicitur inde
egregia forma est nominis prophetico. i. propheta
officii prefiguratio vel prophete congruo impo
sitione nominis huius prefigurant videtur
quod esset propheta futurus et ita videtur exponere
litteram sequens que dicit quod utriusque nominis
interpretatio prophete convenit et sic videtur sequens
litteram exponere precedentem. alii dicunt quod com
positio est ibi una dictio dicitur. n. quod cum
compositionis dicitur collectio in uno ordine l.
non est inflatum in usu et propter hoc dicit
prophetas ut ita dicam quod ergo quatuor precedentes
tes prophete continuantur hic sophonie dicit
quod ex hiis fit quintus est ergo sensus hic si
verum est ut supra sophonias propheta. in quadam
quinione prophetica. et gloria stirpe maiorum
suorum. i. precedentium prophetarum ornata est. quic
quid sit de veritate sive ista lectura cum hu
mum habet de manifesta in congruitate
est ibi soloecismus cum quinio sit cum ma
sculum genus teste prisciano qui dicit quin
to maioris voluminis. m. o. i. antecedente que
non sunt verbalia vel participalia ma
sculina sunt. ut stelio gurgulio quando
sunt verbalia sive participalia feminina
sunt ut oratio actio contractio. quinio
quod ergo dicemus de unio unionis nomine
per quinionem invenimus in sermone dico quod
sic sed tunc per sincopam dicitur ab unicus uni
cionis quod est nomen verbale descendens
ab unio unis nam ab unus una unum
dicitur hic unio lapis preciosus sic dictus
quod tantum unus et nunquam duo vel tres simul
inveniuntur. item unio dicitur punctum in de
cio vel tessera. et sic credo quod quinio si ali
quid significat significet quinque puncta
ta in tessera sicut senio significat sex
et tunc derivatur a quinque. na. nu. huius
dicis lector iudicium derelinquo aviis. ab a
vo. avus. quod est cupio cupis qui instituit
avos nepotes pro avi. pro aviis. quod pro
a avo amarias non amasias ut quidam

falsi libri habent aliam enim interpretationem
habet amarias et aliam amasias unde in
interpretationibus attavum pro avi patruus
q. alterum post avum et idem dicitur aba
vus. q. longe ab avo et talem in quadriga
etc. prophete quadrigis et aurigis comparantur
unde de helya dicitur. iiii. R. ii. pater mi.
currus israel et auriga eius. similiter dicitur de
heliseo. xiii. et. xiiii. d. g. auriga agitat
currus portat. doctor ergo qui mores populi
per patientiam sustinet et sacri eloquii illis
docet et currus dicitur et auriga currus
quia tollerando portat auriga quia ex
ortando agitat nomen sophonie etc. hic
secundum interpretationem nominis commendatur
propheta a duobus primo ab officii sublimitate
ibi alii speculam. secundo a misteriorum cognitione
ibi. alii archanum domini et tertio commendatur
a convenientia utriusque ibi sive igitur specula
dicit igitur nomen sophonie. i. hoc nomen
sophonias etc. utrumque. i. utraque interpre
tatio prophete convenit. s. ut habeat speculan
di officium et noticiam misteriorum et sic pro
bat sequens per verbum domini factum ad eze
chielem prophetam. s. filius hominis etc. eze.
iii. et. xxxiii. iste ergo propheta hic repetitur
prophete generatio carnalis cum dicitur filius
enim chusi. etc. ex qua elicitur generatio
spiritualis cum dicitur de fortitudine etc.
ostenditur ergo hic quod sicut persona a persona
nascitur sic et donum oritur a dono spiri
plana est de fortitudine itaque domini natus est
sermo domini hic notatur quod fortitudo vite
debet precedere sermonem doctrine ut pri
mus faciat quod doceat actum. i. cepit ihesus
facere et docere. eccli. xxxiii. conservabit
disciplinam et tunc respondebit ecclesiasticus
xlviii. et surrexit helyas propheta quasi ignis
et verbum ipsius quasi facula ardebat.
io. v. f. dicitur de iohanne ille erat lucerna ardens
et lucens. Bernardus tantum lucere est va
num tantum ardere parum ardere et lucere perfectum
et de sermone domini nata est magnitudo
domini. hic notatur quod doctor non debet
ex doctrina sua querere magnificentiam
propriam sed laudem dei et gloriam. i.
thessal. ii. exortatio nostra non de errore neque
de immunditia in dolo sed sicut probati
sumus a deo ut crederetur nobis evangelium
ita et loquimur non quasi omnibus placentes
sed deo qui probat corda nostra et sequitur
ibi nec querentes ab hominibus gloriam etc.
col. iii. f. omne quodcumque facitis in verbo
aut opere omnia facite in nomine domini
nostri ihesu christi gratias agentes deo patri per ip
sum. i. cor. x. g. omnia in gloriam dei facite eccli.
li. dedit michi dominus linguam mercedem me
am et in ipsa laudabo eum. et de magnitudine
domini nata est humilitas quia quo quis le

corrigiā calciamentoꝝ eius soluere

cius deū magnificat tanto se ipm̄ magis
humiliat. exo. iiij. ex quo locutꝰ es ad seruū
tuum impedicioris et tardioris lingue sum.
m̄. i. veniet fortior me post me ecce magnif
icatio dei / cuius non sum dignus procumbens
soluere / ecce humilitas sua / nata est. ergo
humilitas secundum motum non secundum scienciaz
i. cor. xv. non sum dignus uocari apl̃us et
adde quod clausula .i. de humilitate orta est so
phonias .i. dns̄ speculator .i. sublimacio spe
culacionis q̄ significatur. luc. xix. d. ubi dr̄
de zacheo qui statura pusillus erat quod
ascendit in arborem sicomoꝝ ut uideret
ihm̄ sicomorꝰ interpretatur ficus fatua
q̄ / contemplatio dei sapiam non possunt
qui sibi sapientes uidentur quia tanto ab
eius luce longe sunt quanto apud se met ip
sos humiles non sunt quia in eoꝝ mentibus
dum amoꝝ clauis cęlestis artem contem
placionis claudit. Josiam regem ꝛc̃. hic de
scribit rex in cuius tempore sophonias ꝓphauit
Commendatur autem hic rex iosias a tribus
primū est q̄ deum precipue coluit secundo
q̄ ydoloꝝ simulacra et ydolatriā destruxit
ibi iosias silicet [vel] et ydolatriā destruxit
ibi iosias siliciū ꝛc̃. tercium est q̄ festum
pasche intermissum multis temporibus cele
brauit ibi idem tu custodisse pascha ꝛc̃.
quarti libri ꝛ. xxiij. similis illi non fuit an
tum rex qui reuerteretur ad dnm̄ in omni
corde suo et in tota aīā sua et in uniuersa
uirtute sua iuxta omnem legem moysi
neqꝫ post eum surrexit similis illi et ii.
paralip. xxxiiij. d. octauo anni regni sui
cum adhuc esset puer cepit querere deum
patris sui. Josias simulacra comminuisse
iiij. reg. xxiij. fere per totum. ij. paralip. xx
iiij. Sculptilia succidit atqꝫ comminuit
emundauit iudam et ihrl̃m ab excelsis
et lucis et sculptilibus ꝛc̃. que pr̄ eius
amon. ij. paralip. xxxiij. c. cunctis ydolis
que manasses fuerat fabricatus immola
uit atqꝫ seruiuit. iiij. reg. xxi. c. seruiuit
in inmundiciis quibus seruiebat pater eius et
et adorauit eas uel amon eius manasses
iiij. reg. xxi. et edificauit excelsa que
dissipauerat ezechias pater eius. et erexit
aras baal et fecit lucos sicut fecit a
chab rex isrl̃ / et adorauit omnem milici
am celi et coluit eam / et fere eadem
uerba dicuntur de eo. ij. paralip. xxxiij. d. p
omnibus regibus iude. contra eccl. xlix. preter
dauid et ezechiam et iosiam omnes
peccauerunt / sic ergo uidentur ezechias
et dauid pacificari. iosie. Itẽ ezechias
prerogatiuā habuit in miraculis pro eo
factis. iiij. reg. xx. et ysa. xxxviij. dd. in hu
militate et spu prophetico iosias in cultu
religionis uel potest dici q̄ simpliciter

fuit melior et feruencior ezechia sed non dd.
posset etiam dici q̄ dd non fuit proprie
rex iude reges eī iude dicuntur proprie qui regna
uerunt et in ihrl̃m cum super per duas tribus
reges autem isrl̃ qui tenuerunt super .x. tribus
in samaria / dd. uero super .xij. tribus regna
uit unde comparacio ipm̄ nō recipit sed illos
qui tm̄ duabus tribubus prefuerunt quibus om
nibus melior fuit iosias / item super illud.
iiij. xviij. d. non fuit ei de cunctis regibus
iuda / dicitur in historiis si queritur de
iosia dicimus q̄ iosias melior fuit eo sed p̄
ponitur ei in hoc q̄ magnificatus est pre
clarus belloꝝ titulis et q̄ tria miracula fec
it dns̄ pro eo / solis regressum addicionem
annoꝝ / stragem hostium per angelum / in quibus
etiam serpentem eneum .q̄. iiij. re. xviij. dr̄
de ezechia confregit serpentem eneum q̄
fecerat moyses. Item magister dicit in hy
storiis q̄ ezechias confregit serpentem eneum
q̄ fecit moyses et puluerem eius dispersit
in torrente cedron. Itm̄ quidam dicunt q̄
hec uerba extracta sunt a iosepho qui et
mutat hec dicendo / quia nec hec inueniunt
a ieronimo nec in libro re. nec paralip. potest
et aliter dici dicitur enim in hystoriis de
iosia omnia uestigia ydolatrie redegit in
puluerem / etiam uestigia ydolatrie rede
git serpentis enei / quem contriuit ezechias
ob hoc in prologo sophonie legitur iosi
as serpentem contriuisse unde dicitur
q̄ aliquod fructum relictum fuit ab ezechia
q̄ post ab idolatris uideris habebatur
in reuerencia / q̄ comminuit iosias. uel potest
dici q̄ hoc quod dico minuit non est de
textu prologi licet inueniatur in multis
libris et tunc continuetur littera sic. in
quibus .i. inter que silicet. cum erroꝝ / ad que
errore .s. ydolatrie inductus ipse. populus
dico. deceptus superstitione ydoloꝝ admiscrat
i. cum applicacione recepit eneum serpentem
sum amoisse. iiij. xxi. non dicit q̄ destruxit.
quia hoc legitur de ezechia. iiij. re. xviij.
d. Si autem inueniatur comminuit uel comi
nuit sicut in aliquibus libris scribitur
tunc dicendum est sicut prediximus q̄ eze
chias confregit serpentem quem iosias com
minuit quantum ad aliquam partem q̄
ad huc in reuerencia habebatur, et sic co
struitur littera sic in quibus .i. inter que silicet
minuit uel comminuit serpentem ꝛc̃. cum erro
re inductus ipse admiscerat .i. permaneat ad
mittere cum dicatur peccare uel recipere po
pulus in quam deceptus superstitione .i.
uiciosa religione uel super institutu obser
uacione ydoloꝝ .i. in cultu ydolatrie. idem
custodisse pascha. iiij. re. xxiij. c. nec enim
factum est tale phase a diebus iudicum qui
iudicauerunt isrl̃ et omnium dieꝝ regum israel

et regum iuda sicut in .xviii. anno regis iosie &c. eadem summa legitur .ii. paralip. xxxv. c. ideo deus per prophetam &c. hic tangitur materia prophetie que consistit in tribus in generali destructione in speciali populi liberatione in ciuitatis ierusalem reparatione. Ista tria satis patent in littera dicit ergo ideo. s. propter bonitatem regis .iosie gentibus .i. philisteis moabitis et aliis lectione comprehensis sopho. ii. gaza destructa erit &c. ibi nominantur ciuitates philistinorum que destruende erant. Et item in eodem capitulo moab ut sodoma erit et filii amon quasi gomorra et sequitur in eodem capitulo et perdet assur et ponet speciosam in solitudinem hic dicit comminatur affuturum iudicium .s. condempnationis et destructionis quod sonat uerbum comminationis. Unde dicitur gaza destructa erit moab. ut sodoma erit &c. populo uero israel scilicet .i. liberationem a captiuitate .i. esdre .i. et ciuitati ierusalem restaurationem .i. esdre .iii. tunc temporis tribuendam .s. quasi .quo/ quibus comminatur destruenda sed .ix. ecce ego conuertam questionem tabernaculorum iacob et tectis eius miserebor et edificabitur ciuitas in excelso suo et templum iuxta ordinem suum fundabitur. certa lectionis denunciatur sophonie .iii.

Explicit qualiscumque expositio istius prologi.

Incipit sophonias

Verbum domini

Prophetia sophonie in duas partes diuiditur in prohemium et tractatum qui incipit ibi, congregans. In prohemio notificatur sophonie status generis et temporis status enim dicitur uerbum domini quod factum est ad sophoniam per hoc ei ostenditur fuisse prophetam sed a petitione primo non solum

humana allata est prophetia aliquando sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines et iste status est quasi medius inter deum et genus populi &c. quod propheta dicitur diis per participationem secundum quod exponit saluator illud psalmum ego dixi dii estis dicens .ioh. x. capitulo illos dixit deos ad quos factus est sermo dei sed notificatur eius genus cum dicitur filium chusi &c. Et secundum regulam hebreorum iste fuit propheta eo quod exprimuntur nomen eius in principio prophetie filii sui sicut dictum fuit .ysa. i. c. idem est de aliis tribus hic nominatis licet non legantur eorum prophetie et sic patet quod iste sophonias non solum fuit propheta sed de genere prophetali quia pater eius quintus primus et athanias fuerunt prophete tertio notificatur tempus cum dicitur. In diebus iosie &c. ex quo patet quod iste prophetauit ante tempus babilonice captiuitatis. Congregans. hic consequenter ponitur tractatus qui diuiditur in duas partes .s. in partem comminatoriam et consolatoriam que incipit .iii. capitulo. prima in duas quia primo comminatur peccatoribus generali secundo magis specialiter ibi et extendam. Circa primum dicit propheta in persona domini. congregans congregabo omnia a facie terre. et ista congregatio non est ad salutem sed ad penam quod patet ex fine huius partis ubi dicitur et disperdam homines a facie terre. et hoc modo accipitur congregatio abacuch .i. totum in hamo sublevauit et congregauit in rethe suum et sic comminatur penam peccatoribus generaliter cum dicitur congregans homines. Facta sunt ideo comminatur quod hec pena extendi debeat ad ipsa cum dicitur et pecora &c. Et extendam. hic consequenter comminatur peccatoribus specialiter et primo iudeis secundo populis extraneis capitulo .ii. prima diuiditur in quinque partes quia primo fit comminatio sacerdotibus secundo principibus tertio mulgaribus. quarto se occultantibus quinto confidentibus tabulationis pondus partes patebunt prosequendo. ista tamen diuisio non est sic precisa quin de summa unius partis ponatur aliquid in alia sicut fit communiter in diuinis hominibus aliis prophetarum. Circa primum dicitur in persona dei et extendam manum meam super iudam, ad puniendum eius populum peccatorem. et super omnis habitatores ierusalem que erat metropolis iudee et ibi uigebat uicium ydolatrie in quo magis erant culpabiles sacerdotes qui tenebantur illud extirpare et diuinum cultum intendere ideo subditur et disperdam de loco reliquias baal .i. ydolatrie cultum et nomina editui orum cum sacerdotibus. edituum dicitur custodes loci ydolatrie quasi edem tuentes et illos qui adorant super tecta militiam celi

.i. homines peccatores ad penam, et quia bruta propter homines. .i. solem

i. solem et lunam et alios planetas tecta et domorum illius terre erant plana et ideo ibi ascendebant ydolatre ad uidendum et colendum plenius sydera et iurant in melchom quia similiter cum domino colebant ydola et in eorum reuerencia iurabant per ipsa. et qui auertuntur de post tergum domini. eius legem et cultum dimittentes. silete a facie domini i. silebitis sicut deiecti et confusi quia iuxta est dies domini. i. tempus sue vindicte quia preparauit dominus hostiam. i. populum iude ad occisionem. sanctificauit uocatos suos scilicet babilonios. in hebreo habetur preparauit. uerbum enim hebraicum hic positum equiuocum est ad preparare et sufficere. hebrei sequuntur vnam significacionem et translacio nostra aliam. possunt eciam isti uocari dici adeo sufficienti ad exequucionem diuine iusticie et isti fuerunt caldei. Et erit. hec est secunda pars in qua comminatur principibus cum dicitur et erit in die hostie domini. i. occisionis peccatorum secundum ordinem diuine iusticie. uisitabo super principes et super filios regis. principes enim sedechie et filios eius fecit nabugodonosor occidi et oculos eius eruit. iiij. regum xxv. ultimo. et super omnes qui induti sunt ueste peregrina. i. uestibus cultui alienorum deorum deputatis talibus enim utebantur sacerdotes iudeorum aliqui qui cum domino eciam ydola colebant ut predictum est. et uisitabo super omnem qui arroganter ingreditur super limen. ingrediens domum domini magis ad suam pompam quam ad dei reuerenciam. in hebreo enim habetur. super omnem transilientem limen quia aliqui uolentes sacerdotes dagon et eius cultores imitari qui non calcabant super limen templi dagon primo regum v. sic ingredientes templum domini limen transiliebant absque eius calcacione secundum quod dicit hic. ra. sa. qui complent domum domini dei sui iniquitate et dolo. ibi tractantes nephanda et consilia ut. patet. ioh. xi. que habent iniquitatem et dolum annexa. Et erit. hec est tercia pars in qua comminatur uulgaribus. dicitur uox clamoris a porta piscium. sic nominata quia respiciebat mare et per illam pisces inferebantur in ierusalem et erat in muro exteriori. et ululatus a secunda. scilicet a porta sibi correspondente in muro secundo. et contricio magna a collibus. i. a monte syon in quo erat templum et domus regia que claudebatur muro tercio. et triplicem enim clausuram fecit salomon in ierusalem et per ista ostenditur quod tota ipsa ciuitas esset affligenda in omni parte. ululate habitatores pile. i. ierusalem ut dicunt expositores nostri que dicitur pila eo quod est in medio iudee sicut pes pontis qui pila dicitur est in medio eius. vnde uersus.

Est pila pes pontis pila ludus pila tabula in hebreo habetur. habitatores hamaquetes. et sonat in profundum in latino et dicit ra. sa. quod illa est ciuitas que uocatur tyberias nominata profunda eo quod est in demissiori loco iudee. conticuit omnis populus chanaan. i. iudeorum siue iudee quia ibi habitauit chananei ante filios israel et quia filii israel imitabantur mores chananeorum. disperierunt omnes inuoluti argento i. plenum diuiciis male acquisitis que inuoluunt homines peccatis secundum illud apostoli. i. ad thi. vi. qui uolunt diuites fieri incidunt in laqueum et temptacionem dyaboli et desideria multa etc. Et erit hec est quarta pars in qua comminatur propheta latentibus dicens. scrutabor ierusalem in lucernis. quia capta ciuitate caldei cum lucernis querebant absconditos in locis subterraneis et obscuris. et uisitabo in terre uido penam super uiros defixos. in fecibus suis. obstinatos in peccatis suis. qui dicunt in cordibus suis male senciendo non faciet bene dominus suis cultoribus et non faciet male suis contemptoribus. ceciderunt enim in errorem illorum qui dicunt dei prudenciam non extendi ad hec inferiora ex quorum persona dicitur iob. xxii. circa cardines celi perambulat nec nostra considerat et fortitudo erit eorum. i. diuicie eorum unde in hebreo habetur substancia eorum in direpcionem caldeis. et domus eorum in desertum. habitatoribus earum occisis uel captiuatis ideo subditur et edificabunt domos etc. Iuxta est. hec est pars quinta in qua concluditur pondus tribulacionis imminentis cum dicitur iuxta est dies domini magnus. magnitudine sue uindicte uox diei domini amara. quia omnis clamabit pre amaritudine et angustia tribulabitur ibi fortis et multo magis alii dies illa dies ire. i. diuine uindicte. dies tribulacionis exterius et angustie. interius dies calamitatis. i. luctus et miserie. i. cuiuslibet boni defectus dies tenebrarum et caliginis. q. d. tanta erit turbacio quod nullus poterit uidere locum fugiendi seu abscondendi se et turbinis. i. impetus caldeorum omnia rapientis dies tube et clangoris. caldeos ad bellum incitantibus et super angulos excelsos. i. turres excelsas que solent fieri in murorum angulis et ambulabunt ut ceci. i. incidentes in pericula vndique sicut cecus ambulans cadit in foueam et impingit in lapidem et subditur causa quia domino peccauerunt multipliciter ut patet per supradicta et effundetur sanguis eorum sicut humus. i. ita quod terra erit operta sanguine et corpora eorum sicut stercora. i. dimittentur insepulta in igne zeli eius. i. vindicte dei deuorabitur omnis terra. scilicet iudee de qua loquitur propheta

II.

Convenite. Postquam propheta comminatus est iudeis, hic consequenter comminatur extraneis. Et dividitur in duas, quia primo continuat se ad dicta, secundo exsequitur dicenda ibi: Quia gaza. Circa primum post comminationem capitulo precedenti positam inducit populum suum ad penitentiam ut evadat penam comminatam dicens. Convenite per mutuam dilectionem. Congregamini in locum divini cultus ad impetrandum veniam vestrorum peccatorum. Gens non amabilis, id est deo odibilis propter peccatorum multiplicationem. Priusquam pariat iussio, id est antequam pena vobis comminata reveletur in opere. Dies super vos veniat in effectu quasi pulverem transeuntem diem. Ista littera apud hebreos dicitur decurtata, quia ad eius intellectum oportet supplere aliquid et continuatur sic precedenti littere. Priusquam pariat iussio, id est pena promissa tollat vos de terra vestra ita velociter sicut ventus tollit pulverem et sicut sol suo transitu veloci facit diem. Antequam veniat super vos ira furoris domini, id est pena sue vindicte. Antequam veniat super vos dies indignationis eius. Repetitio est eiusdem sententie ad maiorem assertionem et licet in hebreo sit quod aliqui male corrigunt trahentes illud quasi non sit de textu. Querite dominum omnes mansueti terre. Ut per divinam iustitiam et ordinem aliquis preservatur a pena comminata, sicut Gen. xviii dicit dominus se velle parcere toti civitati sodomorum propter x iustos si ibi invenirentur. Querite iustum etc., id est ipsum deum considerando eius iustitiam et mansuetudinem; quasi dicat: sicut comminatus est penam peccatoribus ex sua iustitia, sic paratus est parcere penitentibus ex sua misericordia. Quia gaza. Hic consequenter propheta exequitur dicenda extraneis comminando, et primo philisteis, secundo moabitis et amonitis ibi: Audivi; tertio ethiopibus et assyriis ibi: Sed et vos. Circa primum dicit: Quia gaza destructa erit, quasi dicat: propter hoc moneo vos ad penitentiam quia terra philistinorum que est vestra fortior destruetur propter suam obstinationem in peccato. Et exprimit hic nomina quatuor civitatum principalium et quibus toti populo comminatur dicens: Ve qui habitatis funiculum maris, id est partem terre litoris super mare. Terra enim philistinorum sita est super mare mediterraneum. Verbum domini super vos Chanaan, que erat una porcio regnorum chanaan ut patet in libro Josue. Et erit funiculus maris, id est terra philistinorum, requies pastorum, quia destructis civitatibus et ejectis habitatoribus terra remanebit inculta et sic solis pascuis apta. Et erit funiculus eius qui remanserit de domo Iuda etc., id est iu-

deis revertentibus de babilone ibi pascent animalia sua, ad vesperam requiescent cum animalibus suis in caulis, quia visitavit eos dominus liberando eos de captivitate babilonica per Cyrum. Audivi. Hic consequenter comminatur moabitis et amonitis, dicens in persona dei: Audivi opprobrium Moab etc. Dicit hic Rabbi Salomon quod cum iudei ducerentur in babilonem captivi ingemiscentes et flentes, moabite et amonite per quorum terram ducebantur derisorie eis dicebant: Quare lugetis et tristamini, quia ad terram vestram ducimini, scilicet Chaldeam, unde natus fuit Habraham pater vester, Gen. xi. Et magnificati sunt super terminos eorum, quia iudeis in captivitatem ductis moabite et amonite occupaverunt partem terre eorum. Et subditur pena: Propterea vivo ego dicit dominus, id est sicut verum est quod ego sum vivus per eternitatem, sic punientur moabite et amonite, quia Moab ut Sodoma erit etc. Hic ut non dicit hic equalitatem, quia iste terre non fuerunt hic subverse, sed ad tempus fuerunt non habitate habitatoribus eius et cultoribus partim occisis et partim captivatis. Siccitas spinarum, id est non crescent ibi nisi spine. Et acervi salis. Sal enim reddit terram sterilem, ideo per hoc designatur sterilitas terre propter defectum cultus, ut dictum est. Usque in eternum. In hebreo habetur usque in seculum, et ideo eternum non importat hic perpetuitatem a parte finis sed longitudinem temporis. Reliquie populi mei, id est revertentes de babilonia diripient eos, quod fuit impletum tempore machabeorum. Et causa huius replicatur cum dicitur: Hoc eis eveniet etc. Et exponatur ut supra. Horribilis dominus super eos graviter puniendo et attenuabit omnes deos terre, ydola moabitarum et amonitarum conterendo. Et adorabunt eum, id est dominum, viri, id est iudei, de loco suo, id est de templo in Iherusalem per Zorobabel reedificando. Omnes insule, insule gentium, id est aliqui de omnibus insulis, quia post destructionem templi multi gentiles de diversis partibus veniebant adorare dominum in Iherusalem ut habetur iii Reg. viii et Joh. xii. Vel potest istud: Et attenuabit etc. exponi ut sit de tempore Christi prophetia, in quo deiecta est ydolatria et omnes gentes adorant unum deum licet diversimode, exceptis aliquibus barbaris in quibus dicitur ab aliquibus adhuc manere ydolatria.

Sed et vos. Hic ultimo comminatur ethiopibus et assyriis dicens: Sed et vos ethiopes, qui frequenter populo meo molesti fuistis, ii Paralip. xiv, interfecti gladio meo eritis. Gladium suum dicit gladium regis babilonis qui in hoc erat executor divine iustitie et victorias agebat divina virtute. Et extendet manum suam, id est vindictam sue potestatis, super aquilonem in illa, id est per quam est regnum assiriorum.

respectu ihrlm et ponet spolam .i. ciuitatem que erat metropolis in illo regno vnde superius iam .ii. assimilatur meretrici speciose et accubabunt in medio eius greges q. d. ita diu manebit eius destructio quod in plateis eius crescent herbe animalium pascendis apte . et onocrotalus et hericius etc. tales enim aues et bestie solent in edificiis destructis habitare . hec est ciuitas gloriosa .i. superbia habitans in confidencia quia propter magnitudinem sue potencie nullum timebat que dicebat pre nimia superbia ego sum s. sola potens alie autem ciuitates nullius reputacionis sunt respectu mei et per ciuitatem metropolim intellige regnum quomodo factum est in desertum. q. d. non est factum sola virtute humana sed magis diuina . omnis qui transibit per eam sibilabit designans quod eius penas sicut sibilus transibit mouebit manum suam notando mala que regis aliis fecit

III

Ve prouocatrix.

hec est secunda pars principalis que est populi israel consolatoria et exponunt aliqui consolacionem pro reditu de captiuitate babilonica sed aliqua ponuntur hic que non videntur huic intellectui consona ut uidebitur prosequendo propter quod michi uidetur sine preiudicio quod illud sit referendum ad consolacionem factam et fiendam per xpm. sciendum tamen quod licet aduentus xpi fuit omnibus consolabilis quantum cum est de se factum est tamen turbabilis pluribus iudeorum pro sua incredulitate et ideo presens capitulum in duas partes diuiditur quia primo ponitur incredulorum increpacio. secundo credencium consolacio ibi. quia tunc reddam. prima in duas quia primo increpatur incredulitas iudeorum secundo questio finalis eorum ibi dixi. prima adhuc in duas quia primo increpatur culpa secundo subditur pena ibi dominus iustus. circa primum dicitur. Ve prouocatrix et redempta ciuitas columba. ista ciuitas intelligitur ihrlm secundum omnes expositores hebraicos et latinos que dicitur prouocatrix. ut dicitur propter maliciam sacerdotum et scribarum contra xpm insurgencium et redempta quantum ad bonos per xpi aduentum, et columba. propter simplices qui in petendo mortem xpi fuerunt decepti per sacerdotes. ... non audiuit vocem xpi predicantis Et non suscepit disciplinam. recedendo a preceptis in domino non est confisa. sed magis in hominibus vnde ioh. xi. consenserunt consilio caiphe de morte xpi ne venirent romani et tollerent locum et gentem. ad deum suum s. xpm non appropinquauit per imitacionem sed se magis elongauit principes eius in medio eius quasi leones etc. populus enim iudaicus tunc per sacerdotes regebatur et secundum hoc erant principes et iudices populi qui dicuntur hic leones rugientes propter crudelitatem contra xpm et lupi. erga populum cuius bona partim violencia partim fraudulencia rapiebant quia valde auari et cupidi erant/ ut patet ex euangelio et iosepho hoc declarat multipliciter libro de iudaico bello. prophete eius vesani sicut patet de caypha qui prophetauit de morte xpi. io. xi. et tamen fuit pessimus et infidelis licet enim prophecia sua vera fuit hanc tamen non intellexit ut ibi declarabitur. sacerdotes eius polluerunt sanctum i. legem et templum quia legem dei irritauerunt propter suas tradiciones. mt. xv. et templum polluerunt permittendo et faciendo seculares negociaciones. ioh. ii. que etiam habent annexa mendacia et dolositates ¶ Dominus iustus hic consequenter ponitur debita pena culpe quia primo ponitur xpi iusticia ex qua processit punicio ista cum dicitur. dominus iustus in medio eius. i. dominus ihesus xpus qui fuit in medio populi non solum diuinitate sed assumpta humanitate. non faciet iniquitatem in persona propria nec dimittet impunitatem in alia. mane. mane. i. celeriter dabit iudicium suum. i. punicionem suam contra ciuitatem et populum incredulum. xl. anno. a passione xpi per romanos fuit ihrlm destructa et populus incredulus partim occisus et partim captiuatus. in luce. quia punicio ista toto orbi fuit manifestata. nesciuit autem iniquus. i. populus incredulus. confusionem sibi venturam pro morte xpi quia si presciuisset/ non eam petiuisset. disperdidi gentes. de iudea et dissipati sunt anguli earum. i. principes quibus alii adherebant sicut parietes angulis vel quia tota terra iudee fuit destructa pro per romanos usque ad extremos eius angulos. desertas feci vias eorum. populo iude captiuato ideo subditur. desolate sunt etc. et post ... Dixi hic consequenter ponitur iudeorum finalis questio secundo circa hoc remouetur dubitacio ibi. propterea. Circa primum dicitur. attamen timebis me timore filiali. suscipies disciplinam. s. xpi doctrina per enoch et heliam ... et non peribit habitaculum eius. i. habitaculum bonorum non tollitur a ... propter omnia in quibus visitaui eam. i. propter longam captiuitatem quam induxi super gentem iudaicam ... adeo totaliter reprobata. propterea. hic remouetur dubium posset enim aliquis credere quod iudei essent conuertendi ad xpm ... tempore sue predicacionis ideo hoc remouet ostendens quod erit circa finem mundi ad cuius intellectum sciendum quod secundum glo. super illud marci. xii. hic est heres/ principes

sacerdotum cognouerunt ihesum nazarenum esse
christum. Et quia postea manifeste predicauit
contra eorum uicia inuidiam et odium con
ceperunt contra ipsum christum. quod precedens cogni
o fuit subuersa et excecatio sacerdotum
causa fuit excecationis aliorum, et ex hac quere
sio generalis iudeorum est dilata et gentili
tas ad fidem uocata secundum quod dicit
apostolus. rom. x. capitulo cecitas contingit in
israel donec plenitudo gentium intraret etc.
et hoc est quod dicitur. Ihesus uocatis diluculo.
i. tempore predicationis christi quod dicitur diluculum
lum supra osee. vi. quasi diluculum preparatum
est egressus eius etc. Surgentes. s. iudei con
tra christum corruperunt omnes cogitationes suas
i. cogitationes quas habebant de christo quapropter
expecta me. i. expectabis manens in tua
cecitate, in die resurrectionis mee in futurum
i. usque prope finem mundi in quo resurget
mortuum. que dicitur hic resurrectio domini quia
fiet uirtute diuina. quia fiet iudicium meum
s. finale ut congregem gentes. generaliter et
effundam super eos indignationem meam. i.
quod intelligitur quantum ad malos qui e
runt in maiori numero tamen totum autem a ma
iori parte denominatur. In igne enim zeli
mei. i. zelo meo accensso deuorabitur omnis
terra ille erit ignis conflagrationis pre
cedens iudicium. quia tunc. i. tempore
precedenti iudicium antichristo interfecto red
dam populis labium electum. quia omnes confitebun
tur christum ut inuocent omnes nomen domini
s. ihesu christi et seruient ei humero uno. i.
uno cultu fideo et hoc quod hoc intelligitur
de christo secundum doctores antiquos hebreorum
patet per glosam super genesim. xlix.
ubi allegatur hec scriptura sic scriptum
est, tunc uertam ad populos labium electum
ad inuocandum nomen domini et ad colendum
eum humero uno. et sequitur expositio
do non est aut dictum hic nomen domini nisi
rex messyas. et ad colendum eum humero
uno. quia erat principatus super humerum
eius. ultra flumina ethyopie etc. i. omnes gen
tes quantumcumque longinque deuote
credent christo ut seruient. ¶ In die illa
post increpationem incredulorum iudeorum
hic commendatur consolatio credencium qui
in aduentu christi fuerunt pauci comparatiue
ut predictum est cum dicitur In die illa hoc
non refertur ad tempus immediate pre
cedentem, sed ad illud quod supradictum
est de tempore predicationis christi, in quo prin
cipes iudeorum fuerunt predicto modo ex
cecati et consequenter multitudo populi,
apostoli uero et alii credentes illuminati de
quibus dicitur hic non confunderis super adinuen
tionibus tuis. i. peccatis preteritis per passionem
christi totaliter deletis quia tunc auferam

de medio tui magniloquos. i. principes
sacerdotum et scribas superbos qui pro
uocationem mortis christi sibi cum populo eius ad
herente, fuit destructum per romanos.
et non adicies exaltari. i. superbe ele
uari. In monte sancto meo. i. in monte
syon ubi erat templum quod fuit per ro
manos destructum et ante eius destructi
onem multum gloriabantur iudei de ipso et
derelinquam in medio tui populum pau
perem. i. apostolos et fideles alios contempto
res terrenorum et sperabunt in nomine domi
no in potencia mundi ut patet in actibus a
postolorum in pluribus locis. non facient iniqui
tatem etc. quia ualde munde et iuste ui
uebant in primitiua ecclesia. quia proprie uiuebant
apostolorum doctrina. et accubabunt In uirtute
ecclesie et non erit qui exterreat, terrore dei
cientem a fide uera et quia multi eorum non
timebant tormenta, ideo subditur. lauda fi
lia syon. i. ecclesia militans. iubila etc. repe
ticio est eiusdem sensus ad maiorem expressi
onem abstulit dominus iudicium tuum. i. penam
pro peccato ade iustitiam quantum ad descen
sum in infernum. auertit inimicos tuos
reprimendo potenciam demonum. rex israel
dominus. s. ihesus christus. In medio tui. secundum quod
dicit. act. ultimo. Ecce ego uobiscum sum
omnibus diebus et hoc apostolos et alios predica
tores confortando fideles infirmiores usque
ad consummationem seculi. In die illa dicetur
ierusalem. i. ecclesie militanti que nomine ierusalem
designatur. ysa. ii. et hoc apostolos et alios
predicatores confortando fideles infir
miores. noli timere. a persecutoribus iudeorum
et tirannorum. non dissoluantur manus tue
retrahendo a bono opere. dominus deus tuus
s. ihesus christus. in medio tui. sicut iam exposi
tum est. ipse saluabit te in pressuris
gaudebit super te. per perseueranciam in fide
silebit. s. peccata preterita. nugas. i. homi
nes uanos. qui a lege recesserant. i. a fide
christi et deuotione decepti per sacerdotes et
scribas ut predictum est congregabo ad
fidem christi reducendo unde predicante
petro sic reducta sunt ex illis tria milia
die una. act. ii. et alia quinque milia
act. iiii. quia ex te erant. i. de tuo populo
torum ad fidem. ut non ultra habeas super
eis opprobrium. s. sue infidelitatis ecce ego
interficiam omnes qui afflixerunt te. primi
tiua enim ecclesia fuit ualde afflicta a iudeis
in persecutione que facta est sub stephano. act.
viii. et illi fuerunt omnes interfecti per romanos
uel in seruitutem redacti per captiuitatem
que facta est mors ciuilis et saluabo
claudicantem. in persecutione enim sub stephano
credentes pro maiori parte dispersi sunt
per regiones apostolis in ierusalem remanentibus

PROLOGUS

qui erant fortiores et sic eorum videbatur quodam modo claudicare in dubium pre eam que cita fuerat. per dispersionem predictam. congregabo. in unitate caritatis vel quia post destructionem ierusalem per tytum helyus adrianus eam reedificavit et solis christianis habitare concessit. et sic multi de christianis qui erant dispersi per regiones ibi fuerunt iterum congregati. et ponam eos in laudem. quod maxime fuit impletum a tempore constantini et citra. In omni terra confusionis eorum. i. ubi prius fuerant confusi quia ante reputabantur malefici et sacrilegi ut patet ex gestis apostolorum et martirum. in tempore illo quo adducam vos de locis occultis ad publicum sicut patet de sancto silvestro et multis aliis latentibus propter rabiem persecutoris quos per constantinum et alios principes fideles fuerunt assecurati et valde exaltati. cum convertero captivitatem vestram. prius enim illi qui deprehendebantur tamquam christiani occidebantur vel dampnabantur sicut captivi ad fodiendam harenam et alia opera similia et dura ut patet ex gestis martirum. dicit dominus. qui est ipsa veritas et regnat in secula seculorum amen.

Explicit Sophonias

Incipit prologus in Aggeum prophetam

IEREMIAS propheta etc. Iste prologus dividitur in duas partes in quarum prima insinuatur missio prophete ad denunciandum tempus domus domini edificandam de populi reversione de babilonica captivitate. in secunda ostenditur materia prophetie. ibi sed autem que intererit. In prima procedit sic. primo tangitur de captivitate. secundo de reversione ibi sexagesimo. itaque secundo anno. tertio tangitur missio prophete ibi cum reges. a primo ibi. Item in prima parte primo tangitur duratio causa captivitatis. secundo tangitur causa durationis ibi. Sed cum memorato populus. dicit igitur Ieremias propheta etc. libri secundi paralipomenon. xxxvi. ubi dicitur a rege quoque nabuchodonosor recessit qui adiuraverat eum per deum etc. propheta illud refert Ieremie. xxxvii. nec intelligendum est quod referatur .s. periurium sedechie. s. translacionem in captivitatem. unde sic dicit ibi hec dicit dominus. ego tradam civitatem hanc in manum regis babilonis et succendet eam igni et tu non effugies de manu eius sed comprehensione comprehenderis et in manum eius tradideris. Sed cum memoratus. hic tangitur causa durationis captivitatis primo ergo exprimitur causa meritoria secundo causa efficiens ibi volens deus. tertio causa finalis ibi. hac ratione dicit ergo. Sed cum memoratus populus. i. populus israel. hic referetur ad duas tribus tribus vel ad aliquos relictos de decem. multis criminibus. Ieremie. ii. a seculo confregisti iugum tuum rupisti vincula dixisti non serviam in omni colle sublimi et sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix et effusione sanguinis innocentis. et maxime in tempore manasse. iiii. Regum. xxi. insuper sanguinem noxium fudit manasses multum nimis donec impleretur ierusalem usque ad os. Ieremie. xix. libaverunt diis alienis in eamon. quos nescierunt ipsi et patres eorum et reges iuda et repleverunt locum istum sanguine innocentum se gravius impiasset. i. impium fecisset et sumitur hic impietas prout dicit oppositum pietati que est cultus dei. ob causas memoratas. s. cultum ydolorum et effusionem sanguinis innocentum septuaginta annorum de quibus dicitur Ieremie. xxix. cum ceperint impleri in babilone. lxx. anni visitabo vos etc. hac ratione completo numero. lxx. annorum novus populus antiquo mortuo quia vita hominis tanto esse debat. lxx. annos. post dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis. Sexagesimo itaque anno. secundo anno. hic tangitur reditus a captivitate babilonica et primo tangitur occasio reversionis. s. subversio regni caldeorum et successio regis medorum in regnum babilonicum. secundo tangitur eius victoria ibi. cirus primo anno. Tertio eventus missionis ibi. nam moriente. Item in prima parte primo tangitur destructio regni caldeorum. secundo successio regis medorum ibi. darius qui medus etc. dicit igitur. lxx. itaque secundo anno durationis captivitatis iudeorum erat tempus subversionis regno caldeorum subverso. i. destructo et sic interfecto balthasar rege

PROLOGUS

daniel. v. tu regno .s. caldeoz ad h .viij.

anni ad regnandum
i. ad persistendum in he
more regio. restabant
secundum precisionem iere.
xxv. Cum completi fu
erint .lxx. anni visi
tabo super regem babi
lonis. Sed blasphemia
et alia peccata abbrevia
verunt tempus illud etc. s. re
gnum Sexta visio. da
niel ondit daniel. v.
de prima .ii. visione hec
tur. daniel. ij. cap. que
sicut dicit magister
in hystoriis ad h visio de
qua vidit in ea rex for
nace quartum similem fi
lio dei. et dicitur visio da
niel quia scribitur in libro
daniel de tercia hec.
iiij. cap. quam non scri
psit daniel sed est epistola
regis quam scripsit in v
niversis regno suo post
quam de bestia restitutus
est in hominem et in re
gnum de quarta hecitur. v
ij. cap. que dicitur. iiij. vi
sio daniel non secundum or
dinem libri sed secundum
hystoriam. s. anno pri
mo balthasar de quin
ta hecitur. viij. cap. s.
anno tercio balthasar
et h scripta sunt hebra
ice precedencia vero
caldaice de. vij. hecitur
v. cap. de qua dicit ma
gister in hystoria scola
stica Sexta visio dan.
que quarta est in dan.

Secundum ordinem libri
sic distinguntur decem
visiones. dan. i. est de
statua et lapide ab
sciso. ij. cap. ibi in
anno secundo etc. Secundo de
angelo qui descendit
in fornacem cum pu
eris filio dei assimi
lato. iij. cap. ibi. na
buchodonosor rex fecit statu
am. tercia de arbore
magna et insigni sto
mi. cap. i. Ego nabu.
quarta de manu scri
bentis in pariete. v. c.
ibi balthasar rex fecit.
Quinta de angelo ora
leonum concludente. vj.
c. i. placuit dario.
Sexta est de quatuor
animalibus monstru
osis et de adventu
iudicij. vij. capitulo
ibi anno primo bal
thasar. nona de uno
cuius corpus quasi crisolita
annunciante libera
cionem populi. x. cap.
ibi anno tercio cyri
cum Decima est de
prelio regis aqui
lonis et austri et
potencia antichristi
et tribulacione eius
finali et resurrectione
mortuorum communi. xi. cap.
ibi ego autem ab an
no primo darij et.
xij. ibi In tempore autem
illo consurget mi
chael etc.

Sed ieronimus sextam vocat eam in prologo
aggei et h caldaice scripta est et dicitur
sexta visio secundum ordinem hystorie non se
cundum ordinem libri. xi. cum sacrilegium quod
in eadem visione Octava causa subversionis
Sacrilegium enim commisit balthasar bi
bens vinum in vasis templi domino cultui
mancipatis cum uxore et concubinis suis.
dan. v. quod. s. tacta in eadem visione continetur
v. c. vel in loco in quo tangitur sexta visi
o que exprimit continet ibidem cum dicitur
in eadem hora apparuerunt digiti quasi ma
nus hominis scribentis contra candelabrum
in superficie parietis aule regie et rex
aspiciebat articulos manus scribentis
anno primo anno. hic tangitur causa ma

teria reversionis .s. oracio daniel primo autem
tangitur hic tempus in quo facta est oracio
secundo oracionis occasio ibi supputatis annis
tercio tangitur oracionis actio orans tam
pro se quarto oracionis exaudicio ibi. sum per
gabrielem. dicit igitur cum. s. darij .no.
quia multi fuerunt darij. primus fuit filius asu
eri qui darius fuit avunculus cyri cum quo
caldeorum expugnatum ut potestate maiori eta
te reddiret quo mortuo regnum caldeorum ad
cyrum nepotem suum devolutum est a
lius fuit darius filius ydaspis qui regnavit
xxxvj. annis cuius anno secundo renovatum est
templum et consummatum. i. esdre. vj. se
niores iudeorum edificabant et prosperaba
bantur iuxta prophetiam aggei et zacharie filij
addo et edificaverunt et construxerunt iu
bente deo israel et iubente ciro et dario et
arthaxerse regibus persarum et compleverunt do
mum dei etc. huius darij ydaspis filius xer
xes intus occisis eloquens venies gratiam ob
tinuit et in ierusalem revertetur cum multis de
natijs. i. esdre. vij. huius etiam regis pincerna fuit
neemias qui cum multa turba reversus est in
ierusalem data sibi licencia a rege ad instaurandum
dum ierusalem et muros eius destructos. neem. ij.
tercius darius dictus cognomento nothus precessit
quem xerxes. iiij. fuit darius filius arsami. quem
interfecit alexander macedo qui darius ultimus
fuit de regibus medorum et persarum de primo da
rio. s. cui successit cyrus in regnum ut decima
visio manifestat. dan. ix. supputatis autem
annis captivitatis iudeorum que per ieremiam fuit
promissa. s. lxx. et xxix orante etc. daniel ix
per gabrielem archangelum dan. ix. Adhuc lo
quente me in oracione mea ecce vir gabriel quem
videram in visione in principio cito volens te
tigit me etc. In eadem visione. dan. ix. nam
moriente etc. hic tangitur causa reversionis sive
eventus primo igitur notatur ordo reversio
nis cum dicitur nam moriente supradicto rege me
dorum. s. dario. et succedente cyro. secundo notatur
efficiens causa cum dicitur. per eundem regem
i. cyrum. i. esdre. a tercio notatur ipsa reversio
ibi populus quoque israel in ierusalem reductum. iiij. ostenditur
ipsius reversionis certificacio ibi hystoria sicut
libri paralipomenon ultimi. et initium esdre. i. cap. cum quoque
apostolo israel hic ostenditur missionis populi et primo tan
gitur quod est missio secundo tangitur missionis ...
ille eventus ibi. xi. quod in secundo anno. iij. ad quod
est missio ibi. ut credant completo munere. sed
in prima parte duo tanguntur impedimenta
restauracionis civitatis et templi et incredulita
tas populi de instancia operis reedificacionis
ibi qui ... etc. dicit igitur. cumque apostolo
israel et assuero templum dei edificare et
perficere. i. esdre. iij. mortuo cyro rege. quem s.
... circumvencione interfecit regina scitarum
legitur eum in cronicis quod cum multis regnis

quod ergo hic dicatur intelligitur.

impugnatus et principibus superatus fatigatus bello. Imperabat enim tamen ibi regina scitarum dissimulato dolore filii sui quem iam cirus in bello terminaverat dolose quoniam propterea vel terminavit cum ducentis milibus persarum enecavit caput vero eius amputari atque in utrem humano sanguine plenum proiecti iussit non muliebriter insultans satia te inquit sanguine quem sitisti. quesisti. ac regnante dario. filio ystaspis de quo .i. esdre .v. et .vi. qui memoratur. s. cuius successit. licet plures fuerint intermedii. s. cambises sive artaxerses et hermeides et frater hermeidis qui hermeides moriens sibi substituit sicut scribit in historiis ut idem esdras refert. i. esdre .iii. et .iiii. quia rex. i. quia causa. derelicto populo illo. vel derelicta secundum aliam litteram unde impeditum fuit unde credebat nondum advenisse tempus reedificationis. unde aggei .i. populus iste dicit nondum venit tempus domus domini reedificande etc. quod in secundo anno etc. hic notatur eventus sive actus missionis tangitur ergo. in secundo anno regni memorati darii. filii ystaspis qui misit. s. aggeus propheta et a quo quia a deo et ad quem quia ad zorobabel etc. illud habetur in principio aggei ubi dicitur in anno secundo darii regis persarum in mense .vi. in die una mensis factum est verbum domini in manu aggei prophete ad zorobabel filium salathiel. ducem iuda etc. ut crederent. hic tangitur ad quid missus et sunt duo. primum est ammonicio de crudelitate completionis .lxx. annorum reparationis iherusalem secundum est dissuasio immanitatis populi non credentis ibi. si etiam additur. littera plana est. omnia atque in textu. hic tangitur materia prophetie reversionem populi. hic non dicit quod aliquid tangatur de reversione populi actuali sed quia populo reverso fiebat prophetia edificationis templi aggei. capitulo i. ascendite in montem portate ligna et edificate domum et infine eiusdem capituli habetur de hoc et ingressi sunt et faciebant opus in domo domini. renovationem civitatis aggei. i. numquid tempus est ut habitetis in domibus laqueatis etc. observanciam sacerdotalem aggei. i. interroga sacerdotes legem etc. et interitum regnorum. aggei. ii. et conteram fortitudinem regni gentium .ii. subversionem solii regnorum

‸ tempus missionis eius

Explicit expositio istius prologi.

Incipit aggeus

I

In anno secundo

Incipit prophetia aggei que dividitur in duas. s. in prohemium et tractatum qui incipit ibi hec dicit. in prohemio vero ponitur primo tempus huius prophetie cum dicitur in anno secundo darii regis. secundum iosephum .xi. antiquitatum iudaice iste darius fuit filius ystaspis et fuit amicus zorobabel et favorabilis iudeis ut patet primo esdre .vi. et hoc magis fuit ut dicit iosephus quia antequam promoveretur ad regnum persarum fecit votum quod si contingeret eum sic promoveri faceret templum in iherusalem edificari et ibi vasa deferri. secundum vero .ra. sa. iste darius fuit filius assueri regis et hester regine et sic fuit favorabilis iudeis ratione matris sue que fuit iudea et istud secundum dictum videtur michi probabilius sicut declaravi diffusius super primum capitulum libri hester. et secundum utrumque dictum aggeus prophetavit post redditum captivitatis babilonice quia utrique sicut duo fuerunt regnavit post cyrum. in die una mensis. i. prima die mensis eo modo loquendi quo dicitur genesis primo et factum est vespere et mane dies una. i. primus. secundo ponitur auctor prophetie cum dicitur factum est verbum domini in manu aggei. i. per ipsum aggeum tamquam per dei ministrum. iste est enim modus loquendi hebraicus. potest etiam dici quod in hoc exprimitur dominium prophetie datum aggeo per similitudinem domini temporalis quod ponit in manu recipientis tertio ponuntur quibus prophetavit cum dicitur lingua ad zorobabel filium salathiel et sic iste zorobabel fuit nepos ioachim. quia rex evilmeradach levavit de carcere et posuit thronum eius super thronum eius regum qui erant cum eo in babilone. iiii regum ultimo ducem iuda. eo quod erat de tribu iuda et ad iheshu filium iosedech sacerdotem magnum. isti enim duo erant principaliores in populo et ideo prophetia aggei dirigitur eis tamquam principalibus et reliquo populo quia hec dicit. hic tractatus incipit circa quod sciendum quod populus rediens de babilone statim fundavit templum in iherusalem primo esdre .iii. sed statim fuit impeditum a vicinis gentibus etc. quod dicebant nondum advenisse tempus edificandi templum si enim placeret domino protunc illa edificatio tolleret impedimenta ut dicebatur etc. quod fuit negligentie de illa edificatione usque ad tempus darii regis in quo aggeus spiritu sancto illustratus reprehendit eorum negligentiam exortans ad templi edificationem quod completum fuit sexto darii anno primo esdre .vi. secundum iosephum anno eius octavo quia fuerunt diligentes in opere. sic igitur iste tractatus in duas partes dividitur quia primo arguit

precedens negligencia cap[itu]lo .ii. prima
in duas q[uia] primo ponitur augmentum actus
sc[cun]do eius effectus ibi Et audiuit. Circa pri
mum dicitur. populus iste dicit non dum uenit
tempus [et]c. hoc dicebant p[ro]p[ter] impedimenta
superuenencia a deo permissa ut d[ic]t[u]m est
sed hoc non ualebat. deus e[nim] aliquando p[er]
mittit in ope[re] sibi placito i[m]pedimenta occurre[re]
ut maius meritum habeatur in maiori la
bore et ideo s[ub]ditur. Numquid t[em]p[u]s nobis
est [et]c. ut faciatis uob[is] edificia celiosa
et domus d[omi]ni sit deserta. q[uasi] d[icat] non quod
probat per effectum. Ponite corda u[est]ra s[uper]
uias u[est]ras. i. cogitate de operibus pro u[est]ris
utilitatibus et uenietis de effectum notabi
lem. p[ro]p[ter] operis t[em]pli negligenciam ut h[ab]e[tur]
infra ideo sequitur Seminastis multum. s[cilicet] re[s]
pectu fructus inde sequentis ita q[uod] n[on] h[abe]bitis
cibum ad sufficienciam nec potum nec
opimentum. Et qui mercedes congregauit. ut
inde lucraretur misit eas in sacculum per
tusum. i. p[er]didit autem nullum lucrum inde lu
cratus p[ro]p[ter] negligenciam edificandi d[omi]n[u]m t[em]plum
ideo cons[equenter] monuit ad hoc edificium dicens
ascendite in montem scilicet libanum ubi erant
ligna huic edificio apta certe iacebunt
in libano ex decis usque ibi. Et uos festinatis
unusquisque in domum suam. i. cum magna
diligencia intenditis utilitatibus u[est]ris et q[uia]
n[on] ual[e]t talis diligencia sine dei prouidencia
ideo s[ub]ditur p[ro]p[ter] hoc. i. p[ro]p[ter] minimam diligenciam
in operibus u[est]ris et negligenciam in diuinis
Super uos prohibiti sunt celi ne darent rorem
sufficientem ad terre fecunditatem et per
cons[equens] impedita sunt eius nascencia et per
cons[equens] homines et iumenta sufficiens nutri
mentum non habent quod requiritur ad mul
tiplicacionem hominum et iumentorum quia se
men eorum est de superfluo alimenti. im
mo e[ius] inopia magis mult[ip]licat generatione[m]
sc[cun]d[u]m de ani[mali]. Et super omnem laborem ma
nuum. q[uia] homines non poss[u]nt bene laborare
nisi habeant sufficiens nutrimentum. Et
audiuit. hic cons[equenter] ponitur augmentationis
effectus q[uia] ad uocem p[ro]ph[et]e dux p[o]p[u]li et
sacerdos magnus et cons[equenter] totus p[o]p[u]lus accepe
runt uoluntatem [et]c. et constanciam edi
ficandi domum d[omi]ni et p[ro]p[ter] tam paucis excep
tis qui discurrerent et dicit aggeus
nuncius d[omi]ni de nunciis d[omi]ni. i. de numero p[ro]
ph[et]arum a deo missorum. Ego uobiscum sum
dicit d[omi]n[u]s. parat[us] uos auxiliari in edificio
t[em]pli. Et suscitauit d[omi]n[u]s sp[iritu]m. i. uoluntatem
et constanciam ad edificandum.

II

Iudeus. postq[uam] rep[re]hensa
est p[o]p[u]li negligencia
hic cons[equenter] confortatur eius seque[n]s
diligencia et diuiditur in duas partes

q[uia] primo confortatur de operis profectu sc[cun]do
de xp[ist]i aduentu ibi Nolite timere. Circa p[ri]
mum ponitur primo continuacio respectu
p[re]dicti sc[cun]do execucio p[ro]posita ibi. In septimo
Circa primum d[icitu]r In die uicesima et quarta me[n]
sis [et]c. in mediate e[nim] p[re]miserat p[ro]ph[et]a et
faciebant opus in domo d[omi]ni. execucionem de
sui. et non d[e]t[er]minat quo t[em]p[o]re inceperunt illud
opus ideo hoc manifestat quantum ad a[n]
num cum dicitur in anno sc[cun]do darii et
quantum ad mensem cum d[icitu]r In sexto me[n]
se. Et dicunt aliqui q[uod] iste fuit mensis sep
tembris q[uia] sc[cun]d[u]m eos primus mensis apud
hebreos est aprilis. s[ed] o[mn]ibus fuit .xxii. an[n]is
et .exo. xii. q[uod] primus mensis apud hebreos
est marcius t[ame]n aliquando concurrit cum aprili
mo. q[uia] faciunt menses per lunaciones et sc[cun]d[u]m
hoc iste mensis erat augustus qui est sextus
a marcio sed quia .xxiiii. dies augusti non
est t[em]pus in quo solent edificia magna in
choari s[ed] magis circa principium ueris et
adhuc minus est apta .xxiiii. dies mensis
septembris ideo aliter dicendum q[uod] licet marcius
sit primus mensis ap[u]d hebreos sc[cun]d[u]m ordinem
festorum per anni circulum tamen septembe[r]
est primus sc[cun]d[u]m ordinem negociorum q[uia] e[st] primus
simpliciter sc[cun]d[u]m eos eo q[uod] in ipso fuit creatus
mundus sicut declaratum fuit diffusius .gen.
i. et sc[cun]d[u]m hoc mensis sextus hic accipitur
februarius cuius .xxiiii. dies appropinquat ad ue
ris principium et in illo t[em]p[o]re solet materia
disponi edificiorum in uere exequendorum
In sexto mense. hic cons[equenter] exequitur p[ro]positum
circa quod primo ponitur tempus cum dicit[ur]
In septimo mense sc[cun]do s[ub]ditur. confortacio opi
ficum cum d[icitu]r loquere ad zorobabel. [et]c. diri
gendo primo sermonem ad principales et
sc[cun]do ad totum populum. Quis in uobis est derelic
tus. s[cilicet] in uita. qui uidit domum istam. a
salomone edificatam nec t[ame]n destructam i[n]
gloria sua prima. s[cilicet] t[em]p[o]r[e] sedechie uiuebant
e[nim] adhuc aliqui reuersi de captiuitate ba
bilonica qui t[em]p[o]r[e] sedechie uiderant t[em]plum
a salomone edificatum anteq[uam] destrueretur
per nabusardam ut h[ab]etur primo esdre .iii.
Numquid non ita est quasi non sit. q[uasi] d[icat]
sic q[uia] redeuntes de babilone statim incep
erunt reedificare t[em]plum s[ed] impediti ab aduer
sariis modicum fecerunt usque ad sc[cun]d[u]m darii
annum ita q[uod] illud quasi nichil erat opus
tandum et nunc confortare zorobabel [et]c. q[uasi] d[icat]
perficietis in opere mea assistencia. Verbum
quod pepigi uobiscum. i. cum patribus u[est]ris
cum egrederemini de terra egypti in ipsis
q[uia] p[re]sentes exstiterunt in parentibus uirtualiter
seu originaliter promisit e[nim] p[o]p[u]lo assistere d[omi]n[u]s t[ame]n
fuerit ei fideliter ut patet in exodo et de
uto in pluribus locis. Nolite timere. hic cons[equenter]
ponit[ur] p[o]p[u]li consolacio de aduentu xp[ist]i ex dicit[ur]

in duas partes quia primo ponitur consolatio
populi de Christi adventu. secundo de multiplicatione terre
fructuum. ibi. In vicesima. Circa primum dicitur
Adhuc unum modicum est. id est tempus breve
respectu precedentis durationis mundi. Et
ego movebo celum. istud fuit impletum
quando stella nova in nativitate Christi apparuit
Matth. ii. Et terram et mare. quod fuit imple
tum per victoriam romanorum in omni terra
et insulis maris et movebo omnes gentes
et hoc fuit impletum in imminente Christi nati
vitate. Luc. ii. quod tunc exiit edictum a cesare augusto
ut describeretur universus orbis redactus sub
dominio romani imperatoris. Luc. ii. quod ibant
singuli ad civitatem suam et tunc Christus fuit
natus. Luc. ii. ideo subditur Et veniet desideratus
cunctis gentibus. id est Christus pro salute omnium gen
tium mittendus. Et implebo domum istam gloria
quia in templo per zorobabel reedificato Christus
fuit a matre oblatus et ibi pluries predica
vit et multa miracula fecit ex quibus domus
illa fuit summe glorificata. et huic dicto con
cordat expositio Rabbi. Aaquilla de quo dicit in libro
Centhendrim qui apud hebreos autenticus
quod sic exponebat passum istum. Adhuc u
num modicum est. id est regnum veniet Israeli post
destructionem prime domus. et post illud re
gnum movebo celum et terram et move
bo omnes gentes et veniet messias. quia
post paucos reges de stirpe machabeorum, Christus
venit tempore herodis omnibus terre sub dominio
romani imperii redactis. Johannes
enim hyrcanus imposuit sibi dyadema regni
et duravit illud regnum usque ad herodem
qui fuit alienigena prout diffuse declaratur
in scolastica historia. Meum est ar
gentum et meum est aurum. quasi diceret provi
debo vobis de expensis pro edificio domus
mee. Magna erit gloria domus istius novissime
quam incepistis reedificare. plus quam prime per
salomonem reedificate. ista vero gloria maior
non potest intelligi de edificio nec de orna
mentis seu divitiis. ista enim modica fuerunt
in secunda domo respectu prime. archa etiam
testimonii de qua summe gloriabantur iudei fuit
in prima et non in secunda secundum catholicos
et hebreos et in nullo potuit dici gloria
maior domus secunde quam prime nisi ex presentia
Christi ut predictum est qui est sanctus sanctorum
daniel. ix. Et in loco isto dabo pacem unde
nato Christo angeli cantaverunt gloria in altis
simis deo et in terra pax hominibus etc. Luc.
ii. Respondent quidam aliqui hebrei ad hoc quod
ista maior gloria intelligitur de annis quibus i
sta secunda duravit. ccccxx. annis prima vero
cccc. sed non valet quia si computantur anni
per tempora regum ab anno in quo salomon con
summavit templum usque ad destructionem eius
per nabuzardam invenientur anni. ccccxxii.

et sic prima domus plus duravit quam secunda du
obus annis deductionem autem huius diminutionis propter
complicitatem potest quis videre describendo per tertium
iii et quartum regum. preterea dato quod secunda
domus durasset plus quam prima per .x. annos ut
isti dicunt, ista tamen gloria quasi nulla esset reputanda
maxime quia per plures annos ista domus
fuit violata tempore antiochi qui posuit
ibi abhominandum ydolum ut habetur primo
machabeorum. et ideo alii exponunt de templo
per regem messiam edificando sed patet
falsum per hoc quod dicitur hic Et implebo
domum istam gloria. ex quo patet quod propheta loque
batur de domo que edificabatur et quam
digito ostendebat. item per hoc quod dicitur
istius domus novissime. ex quo patet quod non
est alia tertia materialis expectanda. ex hoc
manifeste ostenditur primus adventus Christi
completus qui promittitur hic venturus domo
illa stante et eam sua presentia glorificaturus
ista autem destructa fuit per romanos iam
diu est. scilicet anno .xlii. post passionem Christi.

In vicesima. hic quarto ponitur populi
consolatio de multiplicatione fructuum terre et
dividitur in duas quia primo ostendit multipli
cationem fructuum, secundo redit ad denunciandum
Christi adventum ibi Et factum est. prima in du
as quia primo quedam parabola ponitur secundo ad
propositum applicatur ibi Et respondit. Circa pri
mum ponitur tempus determinatum cum dicit In vice
sima et quarta etc. secundo subditur parabola per
modum interrogationis cum dicit Interroga
sacerdotes legem. quia ex officio tenentur scire
eam. Si tulerit homo carnem sanctificatam
et patet littera et subditur. Dixerunt non.
Et subditur secunda questio de opposito cum dicit
Si tetigerit pollutus in anima. id est qui meruit pol
lutionem ex tactu mortui vel aliquid huiusmodi
et subditur. Contaminabitur. ratio vero quare
pannus ex tactu carnis sanctificate sanctificatus
per tactum suum non sanctificat aliud ad cibum
vel potum pertinens. et tamen homo pollutus ex
tactu rei immunde polluit illud potest du
plex assignari. una quia sicut facilius est de
struere ita facilius est polluere quam sanctificare.
alia quia homo est magis susceptivus sanctificationis
et pollutionis quam res inanimata que non est sus
ceptiva vicii et virtutis sicut homo. Et ideo quod
homo pollutus modo predicto magis polluit
aliud tactu suo quam pannus sanctificatus aliud
sanctificet. Et respondit. hic applicatur ad pro
positum cum dicit Sic populus iste. qui est vanita
tis et vicii susceptivus. ante faciem meam
pollutus reputatur. usquequo templum
edificetur et omnia que obtulerint ibi.
id est extra locum templi contaminata erunt.
quod statim declarat per effectum cum dicit
Et nunc ponite corda vestra etc. id est diligenter
considerate tempus precedens inchoationem

quam construere.

edificationis templi. cum accederetis ad acervum .s. segetum .xx. modiorum .i. que secundum humanam estimationem deberent facere xx. modios, et fiebant tantum decem. et ita vinis in torcularium. percussi vos vento urente etc. .i. immisi pestilencias pro maiori parte vastantes vel impedientes, et vastacia et ista sunt divine ire contra templum suum. Ponite corda vestra etc. et subditur: a die qua fundamenta iacta sunt templi domini. Circa quod sciendum quod redeuntes de babilone statim fundaverunt templum ut supradictum est. Sed propter impedientes opus fuit intermissum usque ad secundum darii annum. Et ideo cum dicitur hic a die qua fundamenta iacta sunt templi domini, non est intelligendum de fundamentis inferioribus et primis que ante iam facta fuerant, sed dicuntur fundamenta illa que supra prius edificata primo posita fuerunt, quia respectu superiorum partium habebant racionem fundamenti. Ponite super cor vestrum .i. attente diligenter intuicionem terre nascencium. Numquid iam semen in germine est? ita quod non poterit videri sequens fertilitas vel sterilitas. Et idem de fructu arborum est. Ex die ista .i. a die rehuscionis (?) edificii templi operando in templo, primo quod fuit mense nono tamen .a. xx. quarta die mensis sexti ceperunt operari ut predictum est. Et hoc materia ... benedicam .i. multiplicabo fructus terre, q. d. hoc erit vobis signum manifestum acceptacionis mee. Et factum est. Hic ultimo redit propheta ad denunciandum Christi adventum quod erat principale propositum quia sicut dicit Ra. Sa. Universi prophete non sunt locuti nisi ad dies messie, quod est intelligendum de principali intencione sicut plenius dictum fuit in principio ysaie et ieremie. Primo ergo ponitur tempus huius revelacionis cum dicitur: In vicesima et quarta die mensis. Secundo replicatur revelacio cum dicitur: Loquere ad zorobabel, quia de ipso erat Christus nasciturus secundum carnem. Ego movebo celum pariter et terram exponatur sicut supra. Et subvertam solium regnorum subiciendo regno romanorum. Et quia tunc venit Christus ut supra dictum est, ideo subditur: In illo die .i. tempore ipso quod dies dicitur Ro. xiii. Nox precessit dies autem appropinquavit. Assumam te zorobabel. Ra. Sa. exponit hoc ad literam de ipso zorobabel et cum subditur: Et ponam te quasi signaculum. Hoc dicit secundum ipsum contra illud quod de iechonia avo ipsius dicitur Iere. xxii. Vivo ego dicit dominus quia si fuit iechonias filius ioachim regis iuda anulus in manu dextera mea inde avellam eum. Hic accipitur autem signaculum pro anulo quia antiquitus signabant litteras principum anulis suis ut habetur Hest. viii. Est ergo sensus secundum Ra. Sa. quod sicut rex iechonias fuit adeo repulsus propter eius maliciam, sic zorobabel nepos eius deo acceptus propter iusticiam

quasi te elegi sed ad opus reedificationis templi. Sed hec expositio non videtur conveniens quia illud quod premittitur: Ego movebo celum pariter et terram etc. ab omnibus doctoribus latinis et hebreis exponitur de mutacione regnorum longe post tempus zorobabel. Unde rex m. Sa. exponit hoc de terminacione regni grecorum quod per longum tempus fuit post tempus zorobabel. Et ideo quod immediate subditur: In die illo dicit dominus exercituum assumam te zorobabel, non videtur convenienter exponi de ipso in persona, sed de Christo ut dictum est qui designatur hic nomine zorobabel eo quod descendit de eo secundum carnem et in eo fuit figuratus sicut secundum Ieremie xxx. nominatur david ubi dicitur: Servient domino deo suo et david. Et Osee iii. Revertentur filii israel et querent dominum deum suum sicut ibidem fuit plenius declaratum. Dicit ergo: Assumam te zorobabel, quia humana natura Christi assumpta fuit a verbo divino in unitate persone filii salathiel Christo; et secundum carnem dicitur filius salathiel sicut et david et aliorum in genealogia Christi positorum fuit nominatus secundum humanam naturam in qua minor est patre. Et ponam te quasi signaculum .i. signum federis inter deum et genus humanum. Propter quod sanctus simeon dixit de eo Luc. ii. Ecce positus est hic in ruinam et in resurreccionem multorum in israel et in signum cui contradicetur .s. a sacerdotibus et scribis. Quia te elegi ad opus redempcionis humane. Dicit dominus exercituum qui est ipsa veritas et vivit in secula seculorum amen.

Explicit Aggeus

Finit

Incipit prologus in zachariam prophetam

anno fecundo [illegible]

PROGUS

Anno secundo dary etc. Iste prologus duas habet partes principales in quarum prima tanguntur quedam aggeo et zacharie communia in secunda tanguntur quedam zacharie et eius prophetie specialia ibi et prophetavit etc. Item in prima parte tanguntur tria primo tangitur tempus prophetacionis istorum prophetarum cum dicitur anno secundo dary etc. secundo tangitur ordo prophetacionum ibi. Sed hec de causa etc. ubi dicitur quod aggeus precessit zachariam duobus mensibus. tercio tangitur intencio prophetancium ibi ad restaurationem etiam templi. Item in secunda parte principali in qua tanguntur que zacharie et eius prophetie sunt specialia tria notantur primum est prophete intencio ibi nam et prophetavit etc. ubi dicitur quod intendebat revocare populum ab iniquitate scelerum patrum suorum secundo tangitur populi consolacio ibi vidit propheta virum etc. tercio tangitur aliquid quod in prophetia sequitur expositio ibi. Sed hanc visionem. etc. Item in illa parte in qua notatur populi consolacio tria tanguntur primum est consolationis visio cum dicitur vidit propheta etc. Secundum est visionis solacio ibi. cuius visionis hec solacio est. tercium est solacionis confirmacio ibi. nam et ysaias propheta etc. Sic patet divisio et continentia illius prologi. Dicit igitur anno tercio secundo qui fuit quadragesimus a primo anno cau. dary ithaspis. Unde glo. cum qui. xxx. annis regnavit in persis interfecto apud massagetas a thamiri regina massagetarum. cambises filius eius maior successit in regnum qui expletis octo annis duos magos fratres habuit successores, quibus occisis a persis darius filius ithaspis rex persarum constitutus est. cuius regni anno secundo factum est verbum domini ad zachariam filium barachie filii addo prophetam. ergo a primo anno cirus ad secundum annum dary supputantur anni xl. etc. lectoris eorundem aggei. i. a. et zacharie i. a. tamen aggeus precessit duobus mensibus in prophetando unde in principio aggei dicitur mense vi. in principio zacharie dicitur mense viii. esdras refert. i. esdre v. in anno etc. illud accipitur de primo esdre v. ubi dicitur prophetaverunt aggeus propheta et zacharias filius addo prophetantes ad iudeos qui erant in iudea et ierusalem in nomine dei israel tunc surrexerunt zorobabel filius salathiel et iosue filius iosedech et ceperunt edificare templum dei in ierusalem et prophete cum eis adiuvantes eos. verbis lectoris comprehensis aggei. i. que verba continguntur hic cum dicitur vidi nocte et ecce vir ascendebat ille vir angelus fuit apparens in specie viri insidentis in equo rubeo ex quo patet quod visio fuit ymaginaria unde glosam marginalem que exponit totam auctoritatem illam in medio mirtetorum. hic mirtetum dicitur locus in quo crescunt mirti. est autem mirtus species arboris de qua dicit ysidorus in xvii. ethimologiarum mirtus amarum dicta eo quod magis littorea arbor sit unde virgilius et amantes littora mirti hinc est quod aqueas veneris dicitur medicorum autem libri hanc arborem aptam scribunt mulierum infirmitatibus plurimis. Item in glo. ysa. xl. i. dicitur sic mirtus arbor aromatica in putribilis fessa membra consolidat et repit nullius per mirtus signatur prophete et alii qui odore virtutum et spirituali gaudio sunt refecti inter quos ... eos consolans dicitur stare angelus in campum frementem i. assirios et caldeos et alias nationes que afflixerunt iudeos ut patet zacharie ix. nam et ysaias ysa. lxii. a. in. b. leuitico. xxiii. g. sumetis vobis die primo fructus arboris pulcherrime spatulasque palmarum et ramos ligni densarum frondium et salices de torrente et letabimini etc. arborem pulcherrimam appellat mirtum sicut patet hic in littera cum dicitur fructus ligni speciosi. lignum autem densarum frondium appellat oleam. quod vero neemie viii. f. textus videtur velle quod lignum pulcherrimum differat a mirto et glo. dicit ibidem quod hebrei lignum pulcherrimum differat a mirto et glo dicit ibidem quod hebrei lignum pulcherrimum differunt appellant cedrum. dicendum aliter quod ... translatio ponit hic principium auctoritatis leuitici et per lignum densarum frondium de quo fit mencio in eadem auctoritate intelligit mirtum. a. impletis die primo i. cum celebrabitis festum scenofegie fructus ligni speciosi. i. frondes mirti ad designandum leticiam per bonum olentis ligni fragranciam. Scenofegia erat festum hebreorum et interpretatur tabernaculorum dedicacio que celebratur a iudeis in memoriam expedicionis cum ab egypto primo in tabernaculis egerunt unde in opusculo de vocabulis biblie. Sed hanc visionem. hic exponit Ieronimus quare dicatur hec visio nocte fieri et ponitur racio quia sententia liberationis populi ab ultima captivitate cum illa que fuit de egipto quia sicut in illa liberatione in parte erant in tenebris quantum ad tempus preceptis ad exeundum et in parte erant in luce quantum ad ipsum exitum quia de nocte preparavit se ad exeundum sicut patet exo. xii. et mane egressus fuit sic in ista liberatione. quantum ad aliquam partem erant in tenebris captivitatis. quia in primo egressu de captivitate cum zorobabel i. esdre ii. multi morati sunt in terra caldeorum qui post ea egressi sunt cum esdra. vii. anno artaxerxis ut habetur i. esdre vii. et adhuc multi remanserunt qui cum neemia egressi

sunt. xx.° anno eiusdem artaxersis. ut habetur neemie .ii. c. Sed uidetur dubitatio de hoc quod dicitur. ob hoc noctu prophetasse uidisse memorauit. quia propheta ipsum israel in presenti liberatione de terra egypti noctu discessisse constabat.
.iii. exo. xii. c.° in eadem ipsa die eduxit exercitum uestrum de terra egypti. Item in eodem c. nullus uestrum egreditur hostium domus sue usque mane. Item eodem c. eadem egressus est omnis exercitus domini de terra egypti ad idem ualet usque est que in benedictione exercitus paschalis. propheta de nocte egressum fuisse decertat. Responsio ueritas est sicut supra dictum est quia de die exierunt. quod autem dicitur exisse de nocte referendum est ad causam exitus et preparationem de nocte cum urgebant egyptii populum de terra exire, sicut legitur exo. xii. c. et de nocte se preparabat ad exitum sicut dicitur ibidem

Explicit qualiscumque expositio istius prologi.

Incipit zacharias

I

In mense octa.

Hic incipit propheta zacharie Et diuiditur in duas partes. s. in prohemium et tractatum qui incipit ibi. Iratus est. Circa primum ponit huius prophetie tempus. In mense octauo etc. et sic patet quod hec fuit post quam reinuenerant opus templi domini quod reliquerant illud anno sexto mense. xxiiii. die mensis ut habetur aggei primo In anno secundo darii secundum iosephum iste fuit darius filius ystaspis et fuit fauorabilis iudeis et antequam promoueretur ad regnum fuit familiaris zorobabel et fecit uotum de edificatione templi domini in ihrslm si eum contingeret ad regnum promoueri. secundum la. iste darius fuit filius assueri et hester regine et ideo fuit fauorabilis iudeis racione matris sue. qui autem istarum opinionum sit uerissima tractatum diffu

sius in principio libri. hester ii. In hoc prologo notificatur auctor instrumentalis huius prophetie et primo ex prophetie donatione cum dicitur factum est uerbum domini. Secundo ex nomine proprio cum dicitur ad zachariam. qui interpretatur memor dei tertio ex patre et auo cum dicitur filium barachie. iddo. et secundum regulam hebreorum illi duo fuerunt prophete sicut et zacharias. licet non habeantur prophetie eorum. dicunt autem hic aliqui quod iste addo fuit ille propheta qui missus fuit ad ieroboam. iii. reg. xiii. et secundum hoc non fuit auus zacharie sed magis remotus quia inter illum et zachariam fuerunt ualde tempora longa. dicitur tamen filius eius quia fuit de genere ipsius sicut christus in euangelio dicitur filius dauid quia de eius genere descendit secundum carnem. sed hoc dictum de scriptura non habet auctoritatem quia in .iii. reg. non exprimitur quod ille fuerit uocatus addo nec in secundo paralip. xii. nisi quedam similitudo sed non certitudinalis et dato quod sic exprimeretur adhuc non ualet quia plures prophete nominati sunt eodem nomine sicut zacharias filius ioiade et zacharias filius barachie et sic iste addo unde et ab illo etiam si uocatus fuit addo non est consuetum est quod prophete sic genealogizentur uidelicet per patrem et auum sic remotum a patre intermediis obmissis. Iratus est hic consequenter ponitur tractatus in quo primo agitur de templi et ciuitatis reedificatione secundo de reedificantium liberatione capitulo .v. Prima in duas quia primo agitur de dicta reedificatione secundo de edificantium consolatione. ca.° iii. Prima adhuc in duas quia primo ponitur populi monitio secundo eiusdem consolatio ibi In die uicesima. Monitio autem in hoc consistit quod non sint incredibiles nec in peccatis obstinati sicut fuerunt patres eorum propter quod dominus permisit destrui ciuitatem et templum et hoc est quod dicitur. Iratus est dominus super patres uestros permittendo eos captiuari et ciuitatem et templum uastari propter peccata eorum. ideo subditur in persona dei conuertimini ad me per ueram penitentiam et conuertar ad uos per clementiam ne sitis sicut patres uestri in peccatis obstinati ad quos clamabant prophete priores tempore sedechie et ante et non audierunt sed magis contempserunt propter quod iuste puniti fuerunt ideo subditur. patres uestri ubi sunt. q. d. puniti fuerunt occisi a caldeis et pariter in captiuitate mortui et prophete. s. falsi promittentes eis pacem et uictoriam. q. d. inciderunt eandem punitionem. Secundum la. aliter exponitur de prophetis domini ut sit quedam obiectio contra dicta que possent dicere illi quibus loquebatur propheta sicut patres nostri sunt mortui ita

agitur de templi reedificatione. 2.° de ciuium reparatione. c. v.° Prima adhuc in duas quia primo.

et prophete dominum et sic non habuerunt aliquam prerogatiuam ante patres inquantum ad hoc. scilicet in
illuminam et subditur responsio domini. numquid
in sempiternum uiuent. q. d. natura mortalis
non permittit quod semper uiueret. uerumptamen
uerba mea quantum ad mores et legitima
mandaui seruis meis prophetis ut dicerent patribus
quod captiuarentur et interficerentur nisi se cor
rigerent a moribus malis et transgressionibus
legis. numquid non comprehenderunt patres uestros
q. d. sic accidit eis ut predixerunt et per quos
qui fuerunt ueri prophete ideo uiuunt in anima licet mor
tui sint corpore et conuersi sunt. scilicet aliqui de
patribus uestris. in captiuitatem ducti in afflic
tione dante eis intellectum. et dixerunt consider
tes dei iusticiam in sua punitione. sicut cogi
tauit dominus. secundum ordinem iusticie sue.
ideo subditur secundum uias nostras etc. et dicitur
hic uias prauas propter consueta adinuentiones ante
enormia et insolita que adueniunt humanis
malicia. In die. hic consequenter ponitur prophete con
solatio et diuiditur in duas partes secundum
duplicem uisionem consolatoriam. secundum ibi et
leuaui. prima in duas quia primo ponitur in
hoc tempus eius expositio ibi et dixi circa primum ponit
tempus huius uisionis cum dicit in die uicesima et
quarta xi. mensis. et sic illa uisio facta est
... post precedentem que facta fuit mense
... viii. anni secundi darii regis. mense sa
bath. et in hebreo dicitur sebeth. et respon
dit ianuario expositores communiter dicunt communiter
quod februario et hoc est quod aliquando concurrunt cum
eo in parte uel in toto. iudei enim faciunt me
ses per lunaciones et ideo in tercio anno
mensis eorum duodecimus qui dicitur adar dupli
catur. marcio enim secundum cursum solis solarium est primus
apud hebreos ut diffusius declaraui. genesis
viii. et exodi xii. primus enim mensis secundum or
dinem festorum semper inceperit apud hebreos
a prima lunatione que est propinquior equi
noctio uernali siue sit ante siue post. singi
tur equinoctio quod quidem equinoctium nostro est
xi. die marcii consequenter ponitur ipsa uisio cum dicit
uidi per noctem que tempus quietis magis apta
reuelationibus propheticis quam dies. Et ecce uir.
i. angelus in specie uiri. ascendens super e
quum rufum. In hebreo habetur. rubeum
et per hoc designabat uindictam diuinam de aduer
sariis iudeorum et ipse stabat inter mirteta. est
autem mirtetum locus in quo crescunt
mirta est autem mirtus arbor faciens pul
cherrima et odorifera poma unde et leui
tici. xxiii. ubi translacio nostra habet fructus arbo
ris pulcherrime. in hebreo ponitur eadem
dictio que et hic habetur. et ideo sigit sominus
in prologo huius prophete dicit quod per pulcritu
dinem ligni et odorem fructus designatur
gaudium absolutum de reedificatione et ciuita
tis. et de repressione aduersariorum suorum

que erant in profundo. i. ualle in uallibus
enim magis crescunt mirti et pulcriores
et fecundiores quam alibi. et post eum equi
rufi uarii et albi. per hoc intelligit per se qui
et romani qui affluxerunt populum iudeorum secundum
successionem regnorum. ita quod per equos intelligitur
isti populi per ascensores eorum angelis eis prepositos
dicunt expositores quam iter. Ra. Sa. uero dicit quod per
hoc intelligitur angeli diuersorum ordinum parati
ad exequendum uoluntatem dei et hunc
deo uidetur habere sequens glosam ut uidebitur
Et dixi. hic ponitur declaratio uisionis quantum
ad aliquam partem expositionis. Et diuidit in
duas partes quia primo ponitur hec expositio secundo
ex hoc subditur angeli deprecatio ibi domine exerci
tuum. Et dixi. ego zacharias qui sunt isti
i. qui signant isti equi rufi uarii et albi. et dixit
ad me angelus qui loquebatur in me. i. mihi
deputatus ad custodiam ego ostendam tibi.
i. faciam ostendi per angelum superiorem qui presens
est toti populo iudeorum et iste dicitur esse michael
dan. x. ideo subditur. et respondit uir qui
stabat inter mirteta. i. angelus toti populo prelatus
isti sunt quos misit dominus ad exequendum suam
uoluntatem. et responderunt angelo domini qui
stabat inter mirteta. tamquam superiori primum
laminus circuiuimus considerando statum regnorum
et ecce omnis terra habitatur et quiescit. illo
enim tempore non erant bella notabilia in regnis
predictis. Et respondit. hic consequenter ponitur angeli
iudeis prelati deprecatio cum dicit. domine exercitu
um usquequo tu non misereberis. q. d. ex quo
alie terre sunt in pace in quibus sunt gentiles
et ydolatre quare tardas restituere ierusalem et templum
et alia loca iude in statum suum et hoc indicit.
totum ex uerbo dei scriptum ieremie xxix. cum expleti fuerint
septuaginta anni babilone. habitis. xxv. etc. ideo dicit iste
iam. lxx. annus est supple completus. scilicet a tempore
captiuitatis qui dedit populo licentiam redeundi et tamen
ciuitas ierusalem et templum adhuc non sunt ree
dificata. et respondit dominus angelo qui loque
batur. ut mitigaret dolorem suum merorem
ideo sequitur. hec dicit dominus exercituum. quia uerbi
non potest esse falsum. zelatus sum ierusalem et syon. i.
montem in quo erat templum zelo magno. est
autem proprie zelus amor singularis quo uir
diligit uxorem uolens in ea habere ...
... et ideo qui in hoc deliquit asperius
castigat eam et per hoc insinuatur quod diuina
castigacio populi iudaici non ex odio sed
ex amore ut reducerentur ad cultum suum
et sic factum fuit quia post reditum a cap
tiuitate babilonica non legitur populus iudaicus
ad ydolatriam declinasse nisi aliqui paruo
... tempore antiochi ... et ira magna
ego irascor super omnes gentes opulentas
i. regna nos affligencia. et dicit in magna
quia fuerat punitus a deo non tantum temporaliter
sed etiam eternaliter. quia iratus sum parum. scilicet uobis

b ma. ... ad legi. q.

i. Circa primum

... ad

iudeis puniendo hoc pena temporali. ipsi enim i. assyrii et caldei adiuuerunt in malum. s. pene mee quia fuerunt executores diuine iusticie. propterea. s. quia huius punicionis secundum ordinem diuine iusticie reuertar ad ierusalem per uiam misericordie et domus mea edificabitur in ea quod fuit impletum sub zorobabel duce et dario regnante. et perpendiculum. i. instrumentum ligneum in cuius medio pendet corda habens plumbum in extremitate sua cum quo perpenditur si murus directe edificatur. ad huc clama. non solum de edificacione templi sed eciam de prosperitate populi adhuc affluent ciuitates mee. i. iudee. bonis quod in parte fuit impletum tempore zorobabel et neemie et machabeorum sed plenius tempore christi ibi predicantis et miracula facientis et plenitudinem spiritus sancti ostendentis. Et leuaui. hic ponitur secunda uisio de deiectione aduersariorum populi iudaici cum dicitur et leuaui oculos meos et uidi. ymaginaria uisione et ecce quatuor cornua. hec enim uidebatur ei uisione ymaginaria et dixi ad angelum mecum custodie deputatum quid sunt hec. i. quid. i. quid significant hec quatuor ista cornua. hec sunt cornua que uentilauerunt iudam etc. i. quatuor regna que affligerunt iudeos successiue. s. caldeorum persarum grecorum et romanorum ut quidam exponunt. sed. sa. per quatuor cornua intelligit aduersarios iudeorum secundum quatuor partes mundi quia ab oriente fuerunt afflicti et ab occidente a meridie et aquilone et hoc per diuersas gentes circa iudeam habitantes ut patet ex iiii. R. et ii. paralip. et ostendit mihi dominus. iiii. fabros. i. angelos potestate fungentes dicta cornua quia sunt executores diuine iusticie et ne eorum. i. iudeorum. leuauit caput suum. i. potuit resistere aduersariis predictis. et uenerunt isti. i. dicti fabri. deicere ea. i. predicta regna uel aduersarios secundum quatuor partes mundi ut predictum est ut deiciant cornua gencium. i. potencias earum. quod in christo uidemus impletum cuius imperio submiserunt colla principes gencium.

II

Et leuaui. Denunciatur reedificacio ciuitatis ierusalem circa quod sciendum quod edificacio que facta fuit sub zorobabel fuit signum edificacionis eius per christum que dicitur spiritualis ierusalem ut frequenter dictum est supra et ideo de uno beneficio fit transitus ad aliud ideo primo innuitur materiale secundo spirituale ibi. et ecce. Circa primum dicitur uidi. i. uisione ymaginaria et intellectuali et ecce uir. i. angelus in specie uiri et in manu eius funiculus mensorum. i. aptus ad mensurandum loca in quibus debent fieri edificia ideo subditur ut meciar ierusalem. quantum ad ciuitatem metropolim et iudeam quantum ad alia loca in iudea. quanta sit latitudo eius etc. antequam. n. edificentur ciuitates et loca accipiunt mensure edificiorum secundum longitudinem et latitudinem, exponitur v

ualiqui et uide

quia in hebreo habetur ut iudeam. quia angelus solum loquitur de ierusalem et ecce. hic consequenter innuitur edificium spiritualis ierusalem. alia enim que sequuntur. nunquam fuerunt in ierusalem per neemiam reedificata sed semper fuit in timore aduersariorum et subiectione extraneorum usque ad eius destruccionem per exercitum romanorum. dicit quod ecce angelus. michi pro custodia deputatus. egrediebatur. ad hominem reuelacionem nouam de futuris et angelus superiori quia secundum ordinem ierarchicum superiores angeli illuminant medios et per medios inferiores et hoc ex hoc patet quod hec reuelacio est de altiori quam precedens quia est de ierusalem spirituali ideo sequitur. absque muro habitabitur ierusalem quia ecclesia non confidit in murorum fortitudine sed in diuina proteccione pre multitudine. quod impletum uidetur in fidelium multiplicacione per orbem uniuersum, hominum et iumentorum. quia credencium aliqui sunt sapientes et litterati qui homines dicuntur alii uero simplices et illiterati qui iumenta nominantur. ps. lxxii. ut iumentum factus sum apud te et ego semper tecum et ego ero ei ait dominus murus. i. protector et deffensor et in gloria ero in medio eius quia deus in ecclesia honoratur et ideo ad eam homines inuitantur cum subditur fugite de terra aquilonis. i. de potestate diaboli qui in quatuor uentis celi dispersi uos. i. spergi permisi per uarios errores ante aduentum christi. o syon. i. populus christianus et nomine ad fidem nomine enim ierusalem et nomine syon intelligitur ecclesia ut declaratum fuit difficile ysa. ii. ca. que est idem quod fideles populus quia ecclesia non est ipsi parietes sed fideles. fuge de potestate dyaboli. que habitas apud filiam babilonis. i. cultum ydolatrie non enim potest hic intelligi conuenienter per filiam babilonis ciuitas [uel terra] babilonis fuerat destructa per cyrum et darium et iudei remissi in iudeam ut habetur primo esdre et licet aliqui remanserunt in terra babilonis detenti amore uxorum quas ibi acceperant et prolis quam fecerant ut dictum fuit ibidem tamen illi uidentur probabiliter fuisse pauci comparatione quia omnis natura inclinatur ad redeundum in terram originis sue et maxime de terra in qua detinentur in captiuitate et seruitute nec racionabiliter potest dici quod illi qui remanserunt ut moueantur hic fugere propter uastacionem imminentem illi terre quia a tempore cyri legitur regnum eius et successorum suorum satis quietum fuisse usque ad tempus alexandri magni qui regnum illud de. ii. armorum subiecit sibi. Item quia terra que hic dicitur filia babilonis immediate supra dicitur terra aquilonis babilonia uero non est ad aquilonem respectu iudee sed magis ad orientem et ideo per babilon que confusio interpretatur et per aquilonem de quo dicitur ieremie primo ab aquilone pandetur omne malum potestas demonis methaphorice seu figuraliter

designatur

designatur. Sicut et beatus petrus in fine prime canonice dicit salutat vos ecclesia in babilone collecta, id est in roma que tunc temporis vero erat ibi invigebat potestas demonis. Et hoc dicit dominus exercituum .i. angelorum. Unde in hebreo ponitur hic nomen domini tetragrammaton soli deo appropriatum ubi translatio nostra habet dominus. Post gloriam misit me. Secundum seriem textus non est verbum zacharie sed dei dicentis se mitti quod verificatur in christo qui est verus deus et a patre missus pro salute generis humani. Et huic consonat quedam glosa hebraica hic a Ra. Sa. inducta que talis est. Post gloriam misit me. Glosa. Post honorem redditum cum veniet messias. In antiquis autem glosis hebraicis princeps romanus frequenter esau et roma mons seyr nominatur et sic impletum est in domino ihesu christo qui post gloriam monarchie adeptam a romano principe cesare augusto, propter quod fecit describi orbem universum tamquam sibi subiectum, natus fuit, ut patet Luc. ii. Ad gentes que spoliaverunt vos .i. ad iudeos qui fideles primitive ecclesie persecuti fuerunt et tractaverunt actuum viii. quibus predicavit christus in persona propria et dicuntur hic gentes quia tunc non vivebant secundum legem ut iudei sed eam transgrediebantur propter mandata hominum ut patet in evangelio. Vel ad gentes .i. romanos principes qui in primitiva ecclesia fideles persequebantur in corporibus suis et bonis quibus predicavit christus per apostolos et alios doctores sequentes. Qui enim tetigerit vos etc. .i. sollicite vos custodiam sicut custoditur oculi pupilla. Licet enim tunc christus permiserit fideles corporaliter perturbari, tamen custodivit eos sollicite in spiritualibus bonis in quibus tunc crevit ecclesia merito et numero fidelium magis quam tempore pacis, quod fuit figuratum in filiis israel qui quanto magis affligebantur ab egiptiis tanto magis multiplicabantur et crescebant. Exo. i. Super eos .i. principes romanos et eorum ministros. Et erunt prede hiis qui serviebant sibi, quia principes romani et alii eis subiecti qui in primitiva ecclesia affligebant fideles virtute divina et eis abstulerunt bona sua, nostro supposuerunt colla sua iugo christi et eius ministris dotantes ecclesias temporalibus bonis. Et cognoscetis per experientiam bonorum. Quia dominus exercituum .i. deus pater dominus angelorum misit me pro reparatione humane salutis. Et ideo pro tanto beneficio invitatur ecclesia ad laudem divinam cum dicitur. Glosa. Lauda et letare etc. Quia ecce ego venio per carnis assumptionem et habitabo in medio tui conversando et predicando. Ioh. i. Verbum caro factum est et habitavit in nobis. Et applicabuntur gentes multe ad dominum, quod patet impletum per conversionem gentium ad fidem christi per orbem universum.

petrum et paulum

ecce ego levo manum meam. textus.

et erunt michi in populum. Quia inter credentes non est distinctio iudei et greci, nam idem dominus omnium. Rom. x. ca. Et possidebit dominus iudam etc. .i. confitentes deum, quia corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem, et quia per dominum iudam tales intelliguntur. Etiam secundum doctores hebreorum fuit consilium, ethi [illegible] xxviii. et xxviiii. partem suam .i. pro parte sua. In terra sanctificata .i. in celo quod vocatur terra viventium. Et eliget adhuc ierusalem .s. celestem. Sileat omnis caro .i. a blasphemiis domini nostri ihesu christi. Quia consurrexit de habitaculo sancto suo .i. consurget in finali iudicio ad mala puniendum et bona remunerandum.

III

Et ostendit post civitatis et templi reedificationem hic propheta consequenter denunciat edificantium consolationem. Et primo ihesu summi sacerdotis. iiii. capitulo. Circa primum sciendum quod sicut dicit Ra. Sa. prophete principaliter locuti sunt de diebus messie; ideo propheta primo denunciat consolationem summi sacerdotis de eius emundatione, secundo de christi incarnatione ibi. Audi ihesu. Circa primum sciendum quod iudei redeuntes de babilonia peccaverunt graviter accipiendo alienigenas uxores ut habetur primo esdre x. capitulo et sacerdotes sicut alii in hoc peccaverunt, et etiam filii ihesu filii iosedech sacerdotis summi, sed ad exhortationem esdre eiecerunt eas. Et hoc est quod dicitur. Et ostendit michi dominus ihesum sacerdotem magnum stantem coram angelo domini .i. michaele prelato tunc populo iudeorum ut predictum est. Et sathan stabat a dextris eius ut adversaretur ei, accusando eum de transgressione filiorum suorum sicut heli fuit reprehensus a domino et punitus de transgressione filiorum suorum, i. Re. iii. Non enim legitur quod iste ihesus in persona propria uxorem alienigenam acceperit. Et dixit dominus ad sathan. Hic in hebreo ponitur nomen dei tetragrammaton soli deo appropriatum ubi translatio nostra habet dominus. Et quia ponitur hic ter et loquendo quasi de persona alia satis aperte ostenditur in deo esse pluralitas personarum. Numquid non iste .s. ihesus torris est erutus de igne, quasi diceret sic, quia combustus in tribulatione captivitatis babilonice, quasi diceret, et adhuc vis eum totaliter obruere. Et ihesus erat indutus vestibus sordidis, quia culpam incurrerat ex negligentia corrigendi filios suos et etiam alios ad quod tenebatur ex officio cum esset pontifex summus. Et ait .s. michael ad eos qui stabant coram se .i. angelis aliis inferioribus. Auferte vestimenta sordida ab eo. Per hoc designatur remissio culpe de qua penituit et filios et populum ad eiciendum uxores alienigenas induxit. Et induite mutatoriis .i. gratie et virtutum indumentis. Ponite cydarim .i. mitram qua utebatur summus pontifex et per hoc designatur

q(uia) digne exercet officium culpa per gratiam dele-
ta. et angelus domini .s. michael. contestabatur
ihesum in bono ipsum confirmando. hec dicit
dominus. qui est ipsa ueritas si in uiis meis
ambulaueris legem meam custodiendo.
et custodiam custodieris. retinendo et debite
officium pontificis exercendo. tu quoque iudi-
cabis etc. i. in officio pontificis perseuerabis
et dabo tibi ambulantes de hiis qui nunc
hic assistunt. i. de angelis hic assistentibus
dabo tibi adiutores et directores in officio
tuo. audi ihesu. hic consequenter ponitur consolatio
ihesu sacerdotis de christi incarnatione quod sum-
me desiderabant patres ueteris testamenti
ideo dicitur. audi ihesu. q.d. rem ualde gran-
dem expono tibi de dictis. tu et amici
tui. i. illi qui sunt parati ad eiciendum
alienigenas uxores et legem seruare. quia
uiri portendentes sunt. i. in futurum represen-
tantes. i. christi misterium dicitur enim protenden-
dens a protendo protendis quod est aliquid
in longinquum designare uel expectare. ra.
sa. dicit quod isti fuerunt ananias misael et
azarias qui de babilone redierunt cum zoro-
babel et ihesu sacerdote et erant ei fami-
liares et amici et dicuntur hic uiri pro-
tendentes quia in eis fuit factum portentum
i. mirabile signum quando de camino ignis
exierunt illesi ut habetur daniel iii. ecce
enim ego adducam seruum meum orientem. in he-
breo habetur germinantem. et exponit hoc
ra. sa. de zorobabel qui dicitur hic ger-
minans eo quod genuit neemiam ut ipse dicit qui
edificauit ciuitatem ierusalem sicut pater
suus templum ante construxerat sed hoc non
uidetur uerum quia ii. machab. dicitur quod iste
neemias erat sacerdos et sic de tribu leui-
tica zorobabel autem fuit de tribu iuda
ut patet math. i. et ideo aliqui expositores catho-
lici dicentes cum ra. sa. quod hec scriptura
intelligitur ra. sa. de zorobabel dicunt quod hic uo-
catur oriens quia fuit ortus de tribu re-
gia et quia prelatus fuit in edificio templi
sed isti cum ra. sa. minus uidentur in-
dagare et magis quam antiqui hebrei uidentur
ubi translatio nostra habet. ecce enim ego adducam
seruum meum orientem etc. translatio caldai-
ca apud hebreos autentica sic habet
ecce ego adducam seruum meum messiam
et reuelabitur. ex quo patet quod de christo ad literam
intelligitur quia ecce lapis. i. christus qui
dicitur lapis abscisus de monte sine manibus
daniel. ii. quem dedi coram ihesu. quia uidit
eum per fidem futurum sicut saluator dicit
ioh. viii. ca. abraham pater uester exultauit ut
uideret diem meum uidit et gauisus est. super
lapidem unum. i. christum qui est unus in persona
licet in eo sit duplex natura. septem oculi
sunt. i. septem dona spiritus sancti. que fu-

Margin: ad literam

plenitudine inuenitur in christo secundum hominem secundum
quod dicitur ysa. xi. requiescet super eum
spiritus domini etc. quod ad literam intelli-
gitur de christo etiam secundum doctores hebreorum ut ibidem
fuit diffusius declaratum. ecce ego celabo
sculpturam eius quia corpus christi formatum fuit
et figuratum in utero uirginis uirtute
diuina. et auferam iniquitatem terre. i.
mundi totius. uel per .vii. oculos uniuersitas
angelorum designatur unde dan. vii. ange-
li dicuntur uigiles et mat. xix. angeli eorum
semper uident faciem patris. et isti vii.
oculi sunt super christum quia semper sunt at-
tenti ad exequendum eius mandatum quia
ipse est rex angelorum et hec expositio ma-
gis concordat litere sequenti in die una
i. in die passionis sue secundum quod dicitur
ioh. i. ecce agnus dei ecce qui tollit peccata
mundi. considerandum autem quod hic dicit
ra. sa. quod ipse nescit que sit ista dies quia
non potest assignare aliquam diem
secundum perfidiam iudaicam que negat christum
uenisse uenisse in qua terra iudee fuerit
absque iniquitate et ideo ex hoc quod confitetur
hanc ignorantiam preter eius intencionem
confirmat catholicam ueritatem in die illa
i. tempore christi. uocabit uir amicum suum
subter uineam etc. per talem modum lo-
quendi significatur tempus magne pa-
cis in pluribus locis sacre scripture et sic
fuit in christi natiuitate quia quod tunc
descriptus fuit orbis ut dictum est supra
cum ceteris sub imperio romano pacatus

Et reuersus est IIII

Hic consequenter ponitur consolatio zorobabel
ducis de consummatione templi futura quod ipse fun-
dauerat sed postea opus impeditum fuerat
usque ad secundum annum darii regis persarum in quo
zorobabel et ei adherentes reinceperunt
opus ut dictum est super aggei. i. igitur presens
capitulum in duas partes diuiditur quia primo
huius consummationis ponitur prophetica uisio secundo hu-
ius uisionis expositio ibi et respondi. Circa
primum dicitur et reuersus est angelus michael pro
custodia deputatus qui ad horam discesserat
et suscitauit me. ad uisionem enim propheticam oportet
excitari uel eleuari mentem. et sequitur uisio
cum dicitur uidi et ecce candelabrum. uidebatur
ei in uisione ymaginaria candelabrum aureum
simile illi quod fuerat in tabernaculo moysi de
cuius materia et forma dictum fuit plenarie
exo. xxv. et lampas eius. i. sedes lucerne que
erat de auro mundissimo. super caput
ipsius. i. in summitate candelabri. et ampli-
hic lampas in singulari pro plurali sicut exo.
viii. uenit musca grauissima. i. multitudo
muscarum quia septem erant sedes lucernarum

sicut

sicut et. vii. lucerne vel potest dici quod hic fit specialis mencio de una illarum que erat in medio supremi stipitis candelabri et tres hinc et tres inde super sex calamos eius. et septem infusoria .i. vasa aurea cum quibus infundebatur oleum in lucernis et due olive .i. rami olivarum in superiori parte. est formam specierum habentes. Et respondi. hic ponitur predicte visionis exposicio et primo de sufficiencia candelabri. secundo de speciebus olivarum ibi et respondi. Circa primum sciendum quod candelabrum erat unum de principalibus ornamentis templi et ideo non ponebatur ibi nisi post completionem ipsius templi. et ideo per visionem candelabri designabatur futura consummacio templi sub zorobabel. a quo fuerat inchoatum. et hoc est quod subditur. hoc est verbum domini ad zorobabel .i. visio predicta est signativa consummacionis templi sicut et verbum sensibile est signum rei significate non in exercitu neque in robore .i. non virtute humana consummabitur templum sed divina ideo subditur. sed in spiritu meo quia deus inspiravit dario consummare templum in ierusalem inchoatum et ad hoc precepit iudeis et removere impedimenta ut habetur .i. esdre .vi. Quis tu mons magne etc. .i. dyabole per superbiam elevate qui opus templi impedisti incitando ad hoc gentiles et cambisem filium cyri coram zorobabel in planum .i. deiectus ab incepto et amplius impedire non poteris. et educet lapidem primarium .i. zorobabel super lapidem fundamenti iam ante positum educet edificium in altum et exequabit graciam gratie eius .i. sicut cyrus dedit licenciam edificandi ita per impetracionem zorobabel dario dabit graciam consummandi ideo subditur. manus zorobabel fundaverunt domum istam. sub cyro manus eius perficient eam. sub dario. et scietis per impleccionem verbi mei. quia dominus exercituum misit me ad vos. de edificio templi exortando per impleccionem enim prophecie sue apparuit manifeste quod fuerat a deo missus sicut propheta verus. quis .n. despexit dies parvos .i. iudeorum redeuncium de babilone qui despiciebantur et affligebantur a gentibus circumstantibus ut patet primo esdre quia tamen hoc non obstantibus templum per zorobabel consummatum ideo subditur et letabuntur .s. iudei prius despecti et impediti et videbunt lapidem stagneum. In hebreo habetur plumbatum per quod designatur edificium templi recte consummatum in manu zorobabel .i. per solicitudinem et diligenciam eius. Consequenter exponit quod dictum est supra de oculis super lapidem unum cum dicit septem isti oculi. .i. universitas angelorum designata per septenarium. eo modo loquendi quo dicit raphael angelus thobie .xii. ego sum unus ex septem qui astamus ante dominum omnes enim angeli assistunt coram deo in quantum faciem eius clarissime vident et omnes mittuntur in ministerium secundum quod dicit hebr. .i. omnes administratorii spiritus sunt etc. inquantum voluntatem eius exequi tur licet .n. superiores angeli non mittantur ad exteriora exequenda proprie quod dicuntur assistentes alii administrantes tamen etiam superiores mittuntur ad inferiora quia superiores illuminant medios et medii inferiores de agendis secundum ordinem divine voluntatis ideo subditur qui discurrunt in universa terra. quia agunt ad ea que sunt circa humanam salutem. Et respondi. hic ponitur exposicio de duabus olivis et spicis earum et rostris candelabri et quia eadem est eorum significacio ideo datur una responsio cum subditur in fine capituli. isti sunt duo filii olei .i. zorobabel et ihesus pontifex qui erant filii olei quia zorobabel erat de tribu regia. ihesus autem de sacerdotali dignitas autem utriusque officii per unctionem debebat conferri tamen ista unctio non fuit tunc. secundum templi secundum hebreos. qui assistunt dominatori terre universe. fideliter insistentes operi eius in templi edificacione. rostra aurea. sunt visionis ymaginarie erant due iunctiones in candelabro in quibus pendebant infusoria de olivis autem et spicis earum dictum est supra.

Et conversus sum. V

Hec est secunda pars principalis huius prophecie pertinens ad tempus hierusalem civitatis reedificate. et primo sub regno persarum secundo grecorum capitulo ix. tercio romanorum capitulo xi. Sciendum tamen quod hec divisio non est precisa. quia frequenter de alio tempore invenitur in una parte et e converso quia sicut frequenter dictum est supra talis divisio ita precisa non invenitur in prophetis qui secundum tactum navium spiritus sancti de uno transeunt ad aliud aliqua occasione. Prima dividitur in tres partes quia primo ponitur expulsio malorum vicinorum. secundo subversio quadruplicis imperii. capitulo vi. Prima in duas secundum duplicem visionem. secunda ibi et egressus est. Circa primum dicit et conversus sum. ad capiendum divinas revelaciones et vidi visione ymaginaria et ecce volumen volans .i. extensum de templo et civitate cuius quantitas subditur longitudo eius .xx. cubitorum etc. .i. secundum longitudinem porticus templi cuius longitudo erat viginti cubitorum secundum latitudinem templi et latitudo eius .x. ante faciem templi ita quod volumen illud videbatur de templo egredi et dixit ad me exponendo significacionem voluminis. hic est maledictio .i.

pena pro peccatis inflicta sicut ezechiel .ij. capitulo
uidit librum in quo erant scripte lamentatio-
nes. que egreditur super faciem omnis terre. cum
iudeis pro peccatis de ierusalem et iudea captiuati fue-
runt ad diuersas partes orbis propter peccata fur-
ti et periurii que ante destructionem ciuitatis
viguerunt ibi unde et sedechias rex traditus
fuit in manus nabuchodonosor propter periurium prius in-
currerat contra ipsum ut habetur secundo paralipomenon. iudi-
cabitur omnis fur sicut ibi scriptum est. scilicet in uolumine
uolante iudicabitur. id est punietur et educam illud
circa ierusalem et iudeam et per hoc designatur
quod reedificata ierusalem talia peccata non habunda-
uerunt in iudea. et ueniet ad domum furis etc.
id est ulcio diuina ueniet super iudeos captiuatos
propter peccata ista et consumet eam et ligna eius
et totam progeniem transgressorum. Et egres-
sus est. hic ponitur secunda uisio. uidebat enim
propheta in uisione ymaginaria quandam ampho-
ram de templo et ciuitate egredientem in qua se-
debat quedam mulier ita quod per os amphore appa-
rebat de se. uidebat etiam talentum plumbi por-
tari ab angelo quod deposuit mulierem intra am-
phoram opilans os amphore talento uel massa
plumbi ne mulier posset egredi inde et de super
apparere. uidebat ultimo duas mulieres alatas
portantes illam amphoram ad babilonis terram.
per amphoram autem que est genus mensure
designabatur quod populus regni iudee dolose egerat
in mensurando ea que uendebat et propter
hoc ductus fuit captiuus in babilonem ut dicit
Ri. sa. sed quia principaliter fuit ibi ductus propter
ydolatriam ut patet .iiij. Regum et .ij. paralipomenon. in pluribus
locis. ideo alii dicunt et melius ut uidetur quod per am-
phoram. que est genus mensure intelligitur
multiplicatio peccatorum in regno iuda et in tantam
mensuram quod diuina iusticia exigebat ut ul-
cio inferretur secundum mensuram peccatorum secundum
illud de uiono. secundum mensuram peccati erit
et plagarum modus. per mulierem sedentem in
amphora. et de super apparentem intelligitur
ydolatria que est directe contra deum et ideo
excedit peccata que sunt contra proximum. ideo
uocatur impietas quia sicut cultus diuinus uoca-
tur pietas secundum tullium ita et ydolatria im-
pietas. talentum uero plumbi. significat ueritatem
grauitatem peccati. due mulieres amphoram por-
tantes in terram sennaar. que est eadem cum
terra babilonis ut patet genesis .xi. significant duas
tribus a quibus regnum durat tribuum que inter-
fectum ydolatrie principaliter et alia quinque fuerunt
captiuate in babilonem et hiis dictis patet littera
usque ibi. ut edificetur ei. id est ydolatrie et cete-
re malicie. domus. id est mansio in terra sennaar. id est
babilonis cum peccatoribus ibi captiuatis. et
ponatur ibi super basim suam. id est sic sinetur
quod non reuertatur in iudeam et sic factum fuit.
quia post reditum captiuitatis babilonice non
legitur ille populus ad ydolatriam declinasse nisi

aliquo paruo tempore antiochi et magis timore
tormenti quam libidine peccandi

VI

Et conuersus sum. hic ponitur successio quadruplicis regni
cui successiue fuerunt iudei. scilicet regnum caldeorum
persarum grecorum romanorum. Et diuiditur in duas
partes quia primo ponitur dicta successio secundo
iudeorum pro peccatis eorum futura secundum ibi.
et factum est. prima in duas quia primo ponitur
regnorum conditio secundo eorum dilatatio ibi. sed qua.
Circa primum dicitur. uidi. in uisione ymaginaria
et ecce quatuor quadrige. id est quatuor regna
potentia. egredientes de medio duorum monti-
um etc. id est succedentes sibi in ordine secundum dicta
prophetarum sanctorum qui de ipsis prophetauerunt ut patet
hic. et daniel .ij. et in pluribus aliis locis et
dicuntur isti prophete montes propter altitudinem contem-
plationis. et erei. propter stabilitatem uirtutis et duo
quia fuerunt de duobus regnis aliqui enim fuerunt
de regno iude et aliqui de regno israel ut patet
in libro regum et paralipomenon. In quadriga prima
id est in regno caldeorum equi rufi. in hebreo
habetur rubei. quia caldei multum sanguinem
effuderunt et potissime de iudeis in obsidio
ierusalem et eius captione. et in quadriga secunda
id est in regno persarum et medorum. equi nigri. propter
honorem quem impenderunt perse et medi iudeis
tempore assueri qui suadente aman preceperat
omnes iudeos per totum regnum suum necari. in qua-
driga tercia. id est in regno grecorum. equi albi. quia
primus rex alexander magnus licet ueniret contra
ierusalem ad destruendum eam tamen uersus fuit in man-
suetudinem eo quod summus sacerdos et alii sacer-
dotes ex reuelatione diuina exierunt ob uiam sibi
in pontificalibus et sacerdotalibus indumentis
et descendens de equo deum celi in summo pon-
tifice adorauit dicens quod cum adhuc esset
in terra sua deus apparuit sibi in tali effigie pro-
mittens ei uictorias de regibus terre ut habetur
in scolastica hystoria. et in quadriga quarta
id est in regno romanorum equi uarii. quia aliqui
imperatores fuerunt iudeis mansueti ut augu-
stus et tyberius et aliqui feroces ut gayus
et nero et uespasianus. et fortes quia regnum
romanorum in fortitudine excessit precedentia regna.
Quid sunt hec domine mi. id est quid significant
hec quadrige et equi. Et ait ad me. uisionem
exponendo isti sunt quatuor uenti celi. id est qua-
tuor regna ad modum uentorum per terras dilatan-
tia uel quia orta fuerunt in quatuor partibus mundi
unde oriuntur uenti ut stent in presente et diuersis
temporibus sibi succedentes a deo a quo est omnis
potestas terrena in qua. hic autem ostendit ubi
inceperunt bellare ad se dilatandum tamen de
quadriga prima in qua equi rufi non fit hic
mentio quia regnum caldeorum iam erat destruc-
tum per cyrum et darium. in qua erant equi nigri.

i. persie et medi ut predictum est. egrediebantur ad terram aquilonis licet enim caldea non esset in aquilonari parte respectu medie et persidis ut in superioribus dictum est tamen regnum caldeorum se extendebat usque ad partes aquilonares unde et ex illa parte collegit nabuchodonosor exercitum ad veniendum contra ierusalem ut dictum fuit. Jeremie primo et in illis partibus que sunt propinque medie et persidi inceperunt medi et perse impugnare regnum caldeorum. et albi. i. greci. egressi sunt post eos. quia alexander magnus ibi debellavit darium regem et per regem medorum. et varii. i. romani. egressi sunt ad terram austri. ibi sedi lacantes respectu situs rome. qui autem erant robustissimi. isti sunt etiam romani qui supradicti sunt varii et fortes. exierunt et querebant ire etc. quia se non dilataverunt tantum ad unam partem sed ad omnes partes orbis. ideo sequitur. Et dixit. s. dominus a quo est omnis potestas. ite perambulate terram ex omni parte sibi iugando eam et ecce qui ingrediuntur ad terram aquilonis impugnando regnum caldeorum. requiescere fecerunt spiritum meum. i. iram meam. loquitur enim deus de se ipso ad modum hominis irati cuius ira quiescit quando punit. deus autem punivit caldeos per persas et medos qui balthasar regem interfecerunt et regnum eius occupaverunt. Dan. v. ¶ Et factum est. Hic consequenter ponitur iudeorum consolatio de edificatione templi et honore edificanti. Circa quod sciendum quod aliqui iudei de babilone venerunt apportantes munera argenti et auri pro templi edificatione et eius reparatione et in revelatione divina preceptum est zacharie quod ex illo auro et argento faceret coronas et poneret eas in capite ihesu pontificis ad denotandum profectum in edificatione templi et administratione pontificalis officii et quod post ea ille corone suspenderentur in templo edificato in loco patenti ad templi decorem et offerentium memoriam et huius dictis patet littera paucis exceptis que declarentur. ecce vir oriens nomen eius. i. ihesus pontifex in bono proficiens et sub eo orietur. i. sub eo edificium templi prosperabitur. et consilium pacis erit inter duos illos. i. inter ihesum pontificem et zorobabel ducem. et qui procul sunt non solum iudei sed etiam gentiles venient in ierusalem. ex devotione. et edificabunt in templo dei. offerendo munera preciosa ad templi ornatum secundum quod habetur secundo machabeorum iii. capitulo. fiebat etiam ut ipsi reges et principes locum summo honore dignum ducerent et templum maximis muneribus illustrarent et facietis. per impletionem prophetie mee et sic est idem zacharie. erit autem hoc si auditu audieritis. etc. per hoc patet quod hec promissio de bono futuro et alie consimiles frequenter intelliguntur in scriptura sub conditione. s. si illi quibus fiunt in bono perseverent et similiter comminationes de malo pene si perseverent in peccatis ¶ Sciendum autem quod ubi translatio nostra habet. ecce vir oriens nomen eius translatio caldaica apud hebreos autentica sic habet. ecce vir messias nomen eius et sic intelligitur ad litteram de ihesu nazareno qui est verus messias in lege et prophetis promissus qui dicitur oriens quia secundum deitatem eternaliter oritur a patre et sub eo orietur. quia tunc erat nasciturus secundum humanitatem temporaliter de matre. et ipse edificabit templum domino. i. ecclesiam de fidelibus sicut tamquam templum de lapidibus vivis. et extruet templum ipse. repetitio est eiusdem ad maiorem affirmationem. et ipse portabit gloriam. in sua resurrectione. et sedebit et dominabitur super solio suo. in sua ascensione ad dexteram patris ut dicitur marci ultimo. assumptus est in celum et sedet ad dexteris dei. et erit sacerdos etc. unde dicitur de ipso hebreorum vii. hic autem eo quod maneat in eternum sempiternum habet sacerdotium. et consilium pacis erit inter illos. i. inter iudeos et gentiles ex quibus facta est una ecclesia sub uno pastore ihesu christo. ceteri exponunt sicut prius. nec mirandum quod in principio huius partis loquitur scriptura de ihesu filio iosedech qui fuit figura christi et nomine ihesu christi filii dei quia propter similitudinem figure ad figuratum sacra scriptura frequenter transit sub uno contextu de uno ad alterum sicut dictum fuit. ysaie. xiiii. quod scriptura loquendo de rege babilonis transit ad loquendum de demone per eum figurato et similiter fit in pluribus locis aliis

ZACH. VII

Et factum est. Hic incipit secunda pars huius libri. Et dividitur in duas partes. quia primo ponitur questio et secundo solvitur ibi. Et factum est. Circa primum sciendum quod post destructionem civitatis et templi tempore sedechie iudei postea ieiunaverunt annuatim illa die. quia et quia populus redierat de captivitate et templum erat prope consummationem. ideo iudei qui remanserunt in babilone miserunt nuncios in ierusalem ad prophetas et sacerdotes querendo si deberent ab illo ieiunio cessare et hoc est quod dicitur. Et factum est in anno quarto darii regis in cuius anno sexto templum fuit consummatum. in quarta. s. die mensis. ix. qui est casleu cum apud nos correspondet novembri et sic accipitur nonus mensis secundum ordinem festorum in quo ordine martius est primus ut declaratum fuit diffuse levitici. xxiii. et exodi. xii. et miserunt de babilone. sarasar. iste erat principalis inter nuncios. ad deprecandum faciem domini. quia omni bono negotio premittenda est oratio. ut dicerent sacerdotibus. etc. qui debent respondere de lege et de aliis dubiis. nunquid flendum est mihi. i. populo iudaico in mense quinto. hoc enim ciuitas fuit capta in quinto mense tamen non fuit combusta usque ad mensem quintum ut dictum est supra. Jeremie. xxxix. et lii. et iiii. Regum. ultimo ¶ Et factum est. hic consequenter questio proposita solvitur in quo solutio sic procedit quia primo increpantur de modo ieiunandi. secundo consolantur de bono futuro. capitulo viii. tertio

compleuit quidam solutio uersus finem capituli vij. ibi. et factum est. prima in duas quia primo propheta arguit modum indebitum ieiunandi secundo inducit ad rectum modum viuendi ibi et factum est. Circa primum sciendum quod licet iudei in diebus ieiuniorum suorum abstinerent ab aliquibus cibis non tamen abstinebant a uiciis ymmo erant reprehensibiles secundum quod diffuse ostenditur. ysa. lviij. ideo ibidem dicitur nolite ieiunare sicut ad hanc diem et hoc modo arguit eos propheta dicens cum ieiunaretis et plangeretis in quinto. s. mense pro ciuitatis et templi destructione et in septimo. pro interfectione godolie ad quem secuta est dispersio reliquiarum populi. iude. per hos lxx. annos. s. captiuitatis. numquid ieiunium ieiunastis michi. i. ad honorem meum. q. d. non quia non abstinuistis a peccatis. et cum comederitis et biberetis. s. ante post ieiunium, numquid non uobis comedistis. etc. ad propriam uoluntatem. q. d. sic et nichil pauperibus dedistis. numquid non sunt uerba que locutus est dominus. de modo ieiunandi in debito in manu prophetarum priorum sicut allegatum est de ysaia qui suo tempore arguit ieiunantes male. Et factum est hic quoniam inducit populum ad debitum uiuendi modum cum subditur. iudicium uerum. iudicate non deflectentes aliquid contra iusticiam timore aut fauore et misericordiam. quantum ad mentis affectum. et miserationes quantum ad multiplicem effectum. facite cum personis indigentibus quecumque condicionis aut sexus. vir. fratri suo. i. proximo suo. non cogitet in corde suo malum. ex quo patet. secundum iosephi dicentem libro antiquitatum. xij. quod cogitatio non est punibilis nisi procedat ad effectum et noluerunt attendere. ad uerba prophetarum priorum uiz. qui erant in ierusalem et regno iude ante destructionem ierusalem sed magis prophetas persecuti sunt ad mortem et facta est indignatio magna a domino qui per caldeos ciuitatem et templum destruxit populum partim occidendo et partim captiuando ideo sequitur et dispersi eos per omnia regna i. per multa ut per regna assyriorum caldeorum persarum medorum. et terra desolata est ab eis i. propter eorum demerita et posuerunt terram desiderabilem. i. iudeam que fuit desiderabilis pre aliis terris non tantum propter eius fertilitatem quia terra egypti est fertilior quam propter. mundi redemptorem qui in ea operatus est salutem

Et factum est. VIII

Hic post propheta increpacionem ponit propheta bonum promissionem. ut bonus samaritanus post vinum mordicatiuum infundens oleum lenitiuum et diuiditur in duas partes quia primo ponitur dei promissio secundo promissionis confirmatio ibi. hec dicit. promissio uero ista est de prosperitate et habitatione ciuitatis ierusalem reedificande premittitur tamen precedens castigatio cum dicitur in persona dei. zelatus sum syon. sicut uir uxorem que aliter corrupit eam delinquentem et accepit hic syon. pro populo qui ibi conueniebat ad templum et etiam pro templo quia propheta caldei [illegible] fuit per captiuitatem et templi in [illegible] propter populi maliciam. et reuersus sum ad syon. in dulcedine clementie et habitabo in medio ierusalem. quia post reedificationem templi ibi uiguit cultus dei et etiam ibi erat multitudo populi ideo sequitur. adhuc habitabunt senes etc. quia non interficientur in iuuentute sicut antea cetera patent usque ibi Hec dicit. hic quoniam ponitur dicte promissionis confirmatio et diuiditur in duas quia primo confirmatur ratione secundo exemplo ibi. hec dicit. ratio autem accipitur ex dei potencia. cui nichil est difficile et hoc est quod dicitur si difficile uidetur in oculis reliquiarum populi huius propter. paucitatem enim plebis tempore zacharie, uidebatur hominibus quod de certo ierusalem non posset sufficienter populari sed hoc non obstat potencie dei ideo subditur numquid in oculis meis etc. et subditur modo propheticie cum dicitur ecce ego saluabo quia reedificata ciuitate et statu eius prosperante multi iudei de diuersis partibus instinctu dei uenerunt ad habitandum ibi. Hec dicit. hic confirmatur per hoc quod antequam resumeretur reedificatio templi populus erat in misero statu et opere resumpto cepit meliorari ideo dicitur confortentur manus uestre. in templi opere qui auditis in diebus his sermones istos per os prophetarum. s. aggei et zacharie ad edificationem templi exortantium. siquidem ante dies illos merces hominum non erat etc. i. homines et iumenta laborabant quasi frustra quia non cedebant eis ad lucrum nec introeunti nec exeunti erat pax. propter insidias aduersariorum nunc autem. i. post operis resumpcionem non iuxta dies priores. in quibus populus erat in miseria magna, sed semen pacis erit i. populus poterit pacifice seminare et metere et erit habundancia ideo subditur. vinea dabit fructum suum et erit sicut eratis maledictio in gentibus. quia quando gentiles maledicebant alicui dicebant sic tibi contingat sicut iudeis. sic saluabo uos. de malis et eritis benedictio. quia benedicentes alicui dicebant fiat tibi sicut iudeis licet istud aliqualiter fuerit impletum tempore templi consummati et ciuitatis reedificate tamen multo perfectius impletum fuit tempore christi et apostolorum cetera patent usque ibi hec sunt ergo uerba. ubi concludit quod promissio dictorum bonorum implebitur in eis si permaneant in iusticia ideo subditur loquimini ueritatem sine dolo et deceptione ueritatem et iudicium pacis iudicante sine

personarum acceptione. In portis vestris. In portis enim civitatis sedebant antiquitus iudices ut omnes tam indigene quam advene in promptu possent eos invenire certa parente. Et fratrem. hic ponitur completio solutionis de questione suprapposita et dividitur in duas partes quia primo ponitur solutionis completio, secundo adventus Christi denunciatio ibi. Hec dicit. Quia principalis intentio prophete est nunciare dies messie, ut dicit Ra. Sa. nostra. iii. capitulo et alii doctores hebrei. ideo frequenter loquendo de aliis miscentur de pertinentibus ad adventum Christi. circa primum sciendum quod superius fuit mentio de ieiuniis quinto mense et septimo et ideo hic fit mentio de aliis ieiuniis que apud iudeos fiebant per annum circulum cum dicitur. Ieiunium quarti. scilicet mensis in quo capta fuit civitas Ierusalem et capta. iiii. Reg. ultimo. et ieiunium quinti. in quo templum et civitas Ierusalem fuit combusta. et ieiunium septimi. in die expiationis et propter mortem Godolie ut predictum est. et ieiunium decimi. quia tunc Ezechiel et populus existens in Babilonia ceperunt audire rumores de subversione Ierusalem et templi. Erit domui Iude in gaudium. id est vertetur ad eorum prosperitatem et solacium si tamen ieiunet debite. scilicet a viciis abstinendo et opera iusticie faciendo. ideo sequitur veritatem tamen et pacem diligite. iuste et pacifice et cum proximo conversando. Hec dicit. hic consequenter denunciatur multiplicatio fidelium in adventu Christi cum dicitur in persona Dei Usquequo veniat etc. et continuatur sic cum precedenti littera veritatem tamen et pacem diligite. iuste et pacifice conversando usquequo veniat populi multi ad fidem Christi in lege et prophetis promissi. Et habitent in civitatibus multis per orbem diffusis sicut videmus completum per orbem universum. Et vadant habitatores etc. se invicem exhortantes etc. ad bona opera. Vadam et ego. quia Deus in humana natura assumpta venit in Ierusalem ubi oblatus fuit in templo ubi frequenter oravit et predicavit populum exhortando. In diebus illis in quibus apprehendent decem homines etc. et quia fuit. lxx. lingue que multiplicate per decem faciunt septingentos et iterum in palliis iudeorum erant quatuor fimbrie per quatuor angulos septingenti vero ducti per quaternarium faciunt duo milia octingentos. et dicit hic. Ra. Sa. quod tot gentiles de omnibus linguis sequentur quemlibet iudeum conversum ad iudaismum. et quia hoc non fuit impletum a tempore captivitatis babilonice usque ad tempus illud, ideo cogitur hic reducere ad tempus futurum in quo dicit messiam venturum. sed quod dicit implendum iam impletum est a tempore apostolorum qui fuerunt natione iudei quia ad predicationem ipsorum in sortibus suis non solum de gentibus ad sequentes unum apostolum duo milia octingenti sed etiam multo plures ad fidem Christi conversi dicuntur. Quia hic apprehendent decem homines etc. quia denarius est limes minorum ut dicitur. ii. phisicorum et sequentes numeri sunt replicationes denarii ut. xx. xxx. xl. et. i. decem et sic quantum et ideo per denarium multiplicando ad significandum apostolis ad sequendum Christum ex omnibus linguis, propter hoc donum linguarum in die penthecostes fuit datum apostolis ut fidem Christi predicare possent in omnibus linguis.

Onus verbi.

IX

Postquam posite sunt prophetie respicientes tempus Ierusalem reedificate sub dominio tamen persarum hic ponuntur prophetie ad idem sub tempore regni grecorum, et dividitur in duas partes quia primo nunciatur consolatio iudeis ex adversariorum deiectione, secundo ex ipsius unitione ibi Exulta satis. tertio ex bonorum multiplicatione. x. capitulo. primam vero partem exponit Ra. Sa. de subversione terrarum et civitatum que nominantur hic tempore messie quem expectant venturum iudei, sed quia hoc iam transitum fuit in preteritum ideo alii exponunt de victoriis machabeorum sed quia victorie eorum non videntur aliqualiter tantum se extendisse ut littera sonat ideo alii exponunt et melius ut credo de victoriis regis Alexandri magni qui fuit primus rex in monarchia grecorum et destruxit monarchiam persarum et medorum. Igitur secundum hanc sententiam exponitur sic littera Onus verbi in terra Adrach. etc. id est prophetia de malo pene superveniente terris infra nominatis et dicitur ut earum pretiosam sicut onus grave deiicit homines portantes virtutem. In terra Adrach. id est Syrie et Damasci requiei eius. quia Damascus erat caput Syrie ut dicitur Ysa. vii. et ideo in ipsa quiescebat Syria sicut in metropoli et fortiori civitate quia dictum est. Oculi hominis etc. quia deus providet et disponit omnia super homines venturum et potissime respicit populum Israel in quantum assumpturus erat humanam naturam de eo. hoc autem introducitur hic ad significandum quod subversiones hic nominate super terras istas venturas per Alexandrum magnum revelavit prophetis et maxime que fecerunt populo iudeorum salutem pro parte eius. Emath quoque nomen est civitatis Syrie prope terminos Iudee et Tyrum. et Tyro et Sydoni. similiter ut patet ex textu. Et edificavit Tyrus munitionem suam. ut non timeret hominem et coacervavit argentum quasi humum. id est in magna valde habundantia et hoc ex mercibus que afferebantur ibi per mare ex terris diversarum gentium ut habetur Ezechiel. xxvii. sed quia sapientia terrena non valet contra deum, ideo subditur. Ecce dominus possidebit eam per Alexandrum et percutiet in mari fortitudinem eius. Tyrus enim erat

impotentes ad defensionem populi israel contra ipsum.

undique mari circumclusa sed alexander magnus ex lignis et lapidibus et terra impositis continuavit eam propinquo litori et sic cepit eam et combussit. videbit ascalon etc. iste erant civitates philistinorum et erant site super mare mediterraneum et propinque tyro et ei confederate et ideo videntes destructionem eius timuerunt de destructione eius propria ideo subditur. quoniam confusa est spes eius quam habebat in fortitudine et auxilio. et sedebit separator in azoto. que est civitas philistinorum et dicitur hic separator alexander qui hanc terram separavit et divisit suis bellatoribus. in hebreo habetur. et sedebit spurius in azoto et hoc convenit alexandro qui fuit natus de adulterio. nectanabus enim per illusiones magicas sub specie ammonis dei libie cognovit matrem alexandri ut eum genuit ut habetur in hystoria alexandri. et auferam sanguinem eius de ore eius. scilicet alexandri qui indignatus contra iudeos dixit se destruere ierusalem et iudeorum effundere sanguinem sed visio summo sacerdote fuit versus in mansuetudinem ut dictum est supra capitulo. vi. et abhominationes eius. id est blasphemias de deo israel. quibus dicebat ipsum de medio dentium eius. id est de lingua eius que est in medio dentium. et relinquetur. id est sacrificabit etiam ipse deo nostro. quia alexander deo sacrificavit in templo ierusalem secundum pontificis ordinationem prout dicit iosephus libro antiquitatum. xi. et erit quasi dux in iudea. quia libertates populo dedit ut ibidem habetur. et acharon quasi iebuseus. quia illam civitatem subiecit iudeis sicut iebuseus fuit subiectus per expugnationem david. secundo regum. v. et circumdabo domum meam. id est templum. ex hiis qui militent michi. id est ex iuda machabeo et filiis eius qui templum contra principes antiochi illustris recuperavit et mundavit. primo machabeorum. iiii. euntes et redeuntes. ad bella contra adversarios insurgentes et hoc fuit post tempus alexandri sicut patet primo machabeorum. et non transibit ultra super eos exactor. scilicet tributi. unde primo machabeorum. xiii. dicitur anno centesimo septuagesimo ablatum est iugum gentium ab israel quia nunc vidi. oculis clementie afflictionem populi. et dicitur hoc in persona dei. Exulta hic quartum annuntiatur adventus christi quem summe desideraverunt patres antiqui. Et dividitur in duas partes quia primo denuntiatur adventus christi secundo multiplicatio fidelis populi ibi convertimini. Circa primum dicitur exulta satis filia syon etc. quod patet impletum de domino ihesu christo. matthei xxi. ubi allegatur hec auctoritas tunc impleta quando christus veniens in ierusalem ad passionem suam fuit receptus a civibus et a populo cum leticia et exultatione populi. ecce rex tuus veniet tibi. id est ad salutem tuam unde dicit hic. Ra. Sa. quod scriptura ista non potest intelligi nisi de rege messia. iustus et salvator. salvavit enim nos per viam iustitie se ipsum morti offerendo. ipse pauper. ascendens super asinam et super pullum. super utrumque enim sedisse tunc veniens in ierusalem ut patebit. matthei xxi. et dispersam quadrigam ex effraym etc. quia non victoriorum triumphavit sed evidentia miraculorum ut dicit hic. Ra. Sa. messias non indigebat bellatoribus ad subiugandum sibi multitudinem gentium sed evidentie dicit futurum quod iam est preteritum per predicationem apostolorum ideo subditur et loquetur pacem gentibus. que conversi sunt non violentia sed per praedicationes persuasione. et potestas eius a mari etc. quia in omnibus partibus orbis sunt aliqui fideles christum confitentes et. matthei ultimo dicit data est michi omnis potestas in celo et in terra. tu quoque o christe. et mutatur modus loquendi de tertia persona ad secundam personam in sanguine. id est virtute sanguinis tui in cruce effusi testamenti tui. quia sanguis ille est confirmatio novi testamenti. matthei xxvi. emisisti vinctos tuos etc. id est patres inferni limbo detentos eduxisti. Convertimini hic quartum inducuntur populi ad fidem christi aliqui tamen exponunt residuum huius capituli de iudeis qui fugerant tempore persecutionis regis antiochi sed audito quod iudas machabeus et fratres eius prevaluerunt adversus duces antiochi redierunt de diversis partibus cum iuda fortiter contra adversarios preliantes et ad hoc satis potest applicari litera sed salvo meliori iudicio michi videtur melius exponi in quantum ad literam precedentem de vocatione ad christi fidem cum dicitur. convertimini ad munitionem. id est ad christi fidem que est tamquam fortalicium credentibus secundum illud proverbiorum. xviii. turris fortissima nomen domini ad ipsum currit iustus et salvabitur. vincti spei. quia vincti ad invicem in caritate spe retributionis eterne. hodie quoque. id est nunc in testamenti tempore quod dicitur. romanorum. xiii. nox precessit dies autem appropinquavit. annuntians duplicia reddam tibi. tempore. id est novi testamenti predicatur publice duplex gloria fidelibus reddenda. scilicet corporis et anime. quoniam extendi michi iudam. id est ihesum christum ex tribu iuda secundum carnem natum quasi arcum. in cruce quo arcu percussus est demon. implevi effraym. id est apostolos quia omnes vel fere omnes fuerunt de regno decem tribuum quod vocatur effraym frequenter in scriptura veteris testamenti eo quod ieroboam primus rex fuit de tribu effraym hos autem apostolos implevit dominus spiritu sancto. actuum. ii. suscitabo filios tuos syon. id est apostolos super filios tuos grecia. in qua plures apostoli predicaverunt fidem christi ideo sequitur et ponam te quasi gladium fortium. predicando dei verbum quod est gladius spiritus ephesiorum. vi. et dominus deus super eos videbitur. in miraculis visibilibus divina virtute fiendis ad firmationem apostolorum et exibit ut fulgur iaculum eius

altrinsecus

tuos

est

i. effectus sue potentie ita manifestabit sicut fulgur egrediens de nubibus et dns deus in tuba canet. in tuba .s. predicationis per aplos de quo .ysa. lviii. quasi tuba exalta vocem tuam et vadet in turbine austri .i. ydola auferet sicut ventus turbinis stipulam. dns exercituum .i. angelorum proteget eos. dando eis constantiam contra persecutiones tyrannorum et devorabunt .i. incorporabunt xpo gentes per susceptionem fidei et subiicient iugo xpi lapidibus funde .i. predicationibus procedentibus ex caritate que per fundam designatur eo quod de corda efficitur et bibentes inebriabuntur .q. a vino .i. delectabuntur in conversione gentium sicut delectantur illi qui bibunt vinum et replebuntur ut fiale .i. mittunt in dictam conversionem et quasi cornua altaris .s. holocaustorum ubi in cornua ponebantur carnes comburende ad honorem divinum et salvabit eos dns deus eorum in die illa .i. tempore novi testi ut predictum est et gregem populi sui .i. sicut bonus pastor diligenter custodit gregem suum. quasi lapides sancti .i. electi dei elevabuntur super terram primo per meritum gratie et postea per premium glorie / et hoc est quod dicitur hic lapides sancti. apparet manifeste quod propheta loquitur metaphorice quia lapides materiales non sunt sanctitatis ut viri quia carent ratione ideo subditur ad hunc metaphoricum quid. n. bonum eius etc. .i. quid est placens coram deo nisi frumentum electorum .i. corpus xpi consecratum in pane frumenti quo mirari unitatis spiritualis est. et vinum .i. sanguis xpi sub specie vini. germinans virgines .i. multiplicans virgines in ecclesia dei sequentes vestigia xpi passi

X

Petite a dno.

hic consolatur propheta de bonorum multiplicatione et dividitur in duas partes quia primo propheta denunciat bonorum multiplicationem / secundo dispersorum congregationem ibi sibilabo eis. prima pars ab hebreis expositoribus et catholicis quibusdam exponitur de habundantia terre nascentium et de victoriis machabeorum / et satis potest ad hoc applicari lra / sed salvo meliori iudicio videtur michi exponenda de bonis spiritualibus / hic per corporalia metaphorice designatis dicendo continuando ad precedentia et subsequentia ut videbitur in parte .n. immediate precedenti locutus fuerat propheta de vocatione ad fidem xpi et nutritione in ea cibo et potu sacramentali ad que disponit verbum divinum ideo continuo dicit propheta. petite a dno pluviam .i. doctrinam evangelicam sicut dicitur deutero. xxxii. concrescat ut pluvia doctrina mea fluat ut ros eloquium etc. in tempore serotino .i. tempore novi testi quod dicitur serotinum respectu temporis veteris testi. unde dicitur prima .Ioh. ii. novissima hora est et per hoc quod dicitur hic in tempore serotino videtur quod non loquatur de pluvia materiali pro terre nascentibus quibus pluvia principalis temporis est tamen vel plus utilia. et dns faciet nives et pluviam .i. doctrinam evangelicam que dicitur nix quia refrigerat concupiscentie estum et pluvia quia multiplicat boni operis fructum dabit eis singulis herbam. sicut enim frumentum primo facit herbam et postea spicam et ultimo granum sic fructificatio spiritualis de minus perfecto procedit ad debitum augmentum. in agro scilicet divino qui est ecclesia. matt. xiii. quia simulacra locuta sunt inutile. gentibus enim ante conversionem in ydolis dabantur responsa que non solum erant inutilia sed etiam nociva et divini etc. .i. illi enim intenti gentiles ante conversionem ad fidem id circo abducti sunt a recta via per varios errores affligentur remanentes in erroribus quia non est eis pastor .i. doctor verus sed falsus ideo subditur super pastores .i. sacerdotes ydolorum et doctores gentilium iratus est furor meus. quia non solum sunt mali sed etiam alios pertrahunt ad malum de quibus subditur et super hyrcos visitabo .i. super reprobos qui dicuntur edi vel hyrci. matt. xxv. et accipitur hic visitatio pro malo pene quod autem subditur. quia visitavit dominus etc. accipitur visitatio in bonum in domum iuda .i. cetum angelorum xpm confitentium quia per domum iuda intelliguntur xpm confitentes etiam secundum hebreos ut dictum fuit. ge. xxix. et xxxix. et posuit eos quasi equum glorie sue. quia deduxit eos propria voluntate ad declarandum divinam gloriam maiestatis sue per opera miraculosa. in bello contra. hinc angulus ex ipso .i. aplorum cetu et successorum suorum a quibus coniungens iudeos et gentiles in una ecclesia ex ipso paxillus. sustentans debiles et infirmos in ipso arcus prelii. contra hereses et errores insurgentes et maxime tempore antixpi et ex ipso egredietur .i. abiicietur omnis exactor .i. antixpus cum suis satellitibus qui a dno ihu xpo interficietur secundum ad tessal. ii. ideo sequitur postea quia cum eis dns .s. ihus xpus et confundentur ascensores equorum .i. milites antixpi. et confortabo domum iuda et domum ioseph. quia aliqui apli fuerunt de utroque regno vel per domum iuda intelliguntur fideles de iudeis credentes et per domum ioseph qui interpretatur accrescens fideles de gentibus qui fuerunt in magno numero et convertam eos. reducendo ad veritatem fidei aliquos lapsos ab ea tempore antixpi / et erunt sicut fuerunt quando proieceram eos .i. ante persecutionem antixpi in qua videbuntur fideles quasi a deo proiecti. et erunt quasi fortes effrayin. in fide firmati et filii eorum videbunt .i. ab eis edocti et regenerati per baptismum et letabuntur de devotione eorum.

Et sibilabo eis. hic propheta denunciat dispersorum congregationem et dicit. Ra. Sa. hic quod hec congregatio referenda est ad tempus futurum quod vocat tempus messye et in hoc dicit verum sed quod dicit futurum iam impletum est p

.i. habitatores ultra iordanem. ubi erat terra basan.

xpm̄ in uocatione fidelium qui congregati sunt in vna ecclesia non locali motione sed fidei et caritatis vnione. et hoc est quod dicitur sibilabo eis. inspirando spm̄ de uocatione. et congregabo illos. fide et caritate quia redemi eos. mea passione. vnde dicitur ioh. xi. quod ihs moriturus erat non tantum pro gente sed ut filios dei qui erant dispersi per varios errores gentilium congregaret in vnum modo predicto et multiplicabo eos. sicut ante fuerant multiplicati. s. tempore dauid et salomonis in quo fuerunt multi fideles ecclesie. quia vna est ecclesia fidelium a primo abel iusto usque ad ultimum electum qui in fine mundi nasciturus est ut dicit gregorius omelia. vii. et non solum tot ymo multo plures fideles multiplicati sunt tempore noui testamenti quam ueteris. et seminabo eos in populis. per predicatores missos ad diuersas partes orbis et de longe. i. de longinquis partibus recordabuntur mei. i. beneficiorum meorum. et uiuent iuxta tempore. cum filiis suis. i. cum imitatoribus suis. et reuertentur et reducam eos. etc. quia de diuersis partibus orbis ante tempus antixpi uenient fideles et occupabunt ihrlm et eam prouinciam. et non inuenietur eis locus. hoc dicitur ad designandum magnam multitudinem uenientium. et transibit. s. dominus in maris freto. etc. dans eis transitum prosperum ideo sequitur et percutiet in mari fluctus faciens eos quiescere. et confundentur omnia profunda fluminis. in terra egipti ut dicit. ki. la. coopiun|dam in undatione uel et humiliabitur superbia assur. etc. in hiis enim terris habitant sarraceni qui a xpianis debellabuntur quia lex mahometi a gladio incepit et per gladium tenetur et gladio terminabitur. confortabo eos in domino. s. xpianos et in nomine eius ambulabunt non presumentes de sua potentia sed diuina.

XI

Aperi libane. Istud capitulum uarie exponitur ab hebreis et latinis et omnes expositiones uidentur michi in aliquibus aliquam dissonantiam. quod sine preiudicio intendo deducere sic exponendo aliqua assumere et aliqua addere ad literam concordandam. premissis igitur capitulum in tres partes diuiditur. quia primo describitur templi secundi destructio secundo destructionis modus ibi. hec dicit. tercio antixpi persecutio ibi. et dicit dominus. prima pars non solum a latinis sed etiam ab hebreis antiquis exponitur de destructione templi facta per romanos. vnde in libro qui dicitur yoma apud hebreos dicitur quod ante destructionem templi porte eius de nocte aperiebantur sine homine et dicit. ra. iohannan templum quare destruis teipsum scio. n. de te quod finis tuus erit destructio sicut te namque prophetauit zacharias. aperi libane portas tuas et deuoret ignis cedros tuas. trabes et capita eius incenderunt templum. vlula abies quia cecidit cedrus. que est maiores et sublimiores expo. quoniam magnifici uastati sunt. i. illi qui erant maiores in populo iudeorum in ihrlm existentes et ideo alii existentes in locis aliis debebant diffidere de se ipsis. vlulate quercus basan in qua tunc habitabant aliqui iudei quoniam succisus est saltus munitus. i. ihrlm que tamquam metropolis erat magis munita comparatione aliis ciuitatibus. vox ululatus pastorum. i. sacerdotum qui tunc regebant populum quia uastata est magnificentia eorum. i. templum de quo gloriabantur et magnifice uiuebant. vox rugitus leonum. i. predonum qui ante destructionem templi habundabant in iudea ut dicit iosephus de iudaico bello quoniam uastata est superbia. i. diuitie que fuerunt intra iordanis regiones. i. iudee super iordanem site. ¶ Hec dicit. hic consequenter describit destructionis predicte rationem que fuit iudeorum ingratitudo. et diuiditur in duas partes quia primo ponitur magnitudo beneficiorum diuinorum secundo ingratitudo iudeorum ibi. et dixi. prima in duas quia primo ponuntur beneficia dei in exitu de egipto secundo in iudee territorio ibi et assumpsi. ¶ Circa primum dicitur. hec dicit dominus deus meus. recolendo beneficia iudeis prestita. pasce pecora occisionis. i. dic. quod pauisti filios israel qui dicebantur pecora occisionis in egipto cum quia masculi nascentes in flumine proiciebantur et adulti duris laboribus affligebantur ita quod uita eorum ad amaritudinem deducebatur ut habetur exo. i. que qui possederant. s. egipcii occidebant. modo predicto. vendebant ea. quia principes egipti habebant eos seruos et vnus alicui seruiebat vendebat alii dicentes. benedictus deus. qui tradidit istos manibus nostris. diuites facti sumus. quia uendens lucrabatur de precio et emens de mancipio. et pastores eorum. i. domini eorum non parcebant eis a laboribus duris. et ego non parcam ultra super habitantes terram. i. egiptios quos multis plagis afflixit et postea in mare submersit exo. xiiii. Ecce ego tradam homines etc. quia multi eorum scilicet reges submersi sunt cum eo et remanentes postea contendebant ad inuicem quia vnus imponebat alteri quod fuerat in causa detentionis filiorum israel in egipto contra preceptum domini ex quo secute fuerant plage egipti. et concident terram. i. lacerabunt se inuicem. et pascam pecus occisionis. i. filios israel quos pauit in deserto manna celesti. xl. annis. propter hoc. i. propter afflictionem quam sustinuerunt ab egipciis. o pauperes gregis. i. oues hebrei qui fuistis in egipto depauperati. ¶ Et assumpsi. hic consequenter recolunt beneficia in iudea prestita in qua perduxit populum ad honorem regium tempore dauid et salomonis et quamuis salomon deuenerit ad inutilitatem regni tamen deus hoc non fecit sed regnum in duo diuisit. iii. Re. xi. et hoc est

quod dicit et assumpsi michi duas virgas .i. duos reges unam vocavi decorem .i. iosiam qui locutus fuit pulcre populo promittens ei libertatem et alteram vocavi funiculum .s. roboam qui locutus fuit populo dure dicens pater meus cecidit vos flagellis ego autem cedam vos scorpionibus est autem scorpio genus flagelli a cuius manubrio dependet de corrigie nodulos habentes ferreos aut plumbeos in extremitate et ideo vocatur scorpio tum quia graviter percutit tum quia percussio ad finem corrigiarum super corpus percussi reflectitur sicut scorpio reflectendo caudam pungit propter quod roboam hic vocatur funiculus et pavi gregem .i. sustentavi populum iudaicum in utroque regno absque meritis eorum cum declinaverunt ad ydolatriam propter quam subditur et succidi tres pastores in mense uno .s. ioram regem israel et ochoziam regem iuda et iezabel que cum ioram filio suo regnum administrabat ut habetur ex .iiii. et .iiii. regum. istos enim tres interfecit dominus per iehu filium namsi eo quod erant ydolatre pessimi ut patet .iiii. regum .ix. ideo subditur et contracta est anima mea in eis .i. retracta ab eis propter nimiam eorum maliciam ideo subditur siquidem et anima eorum variavit in me in multiplici cultu ydolatrie et dixi non pascam vos .i. de cetero curam geram ut non sustineam vos unde .iiii. regum .x. dicitur in diebus illis cepit dominus tedere super israel percussitque eos azael etc. ideo subditur quod moritur moriatur et cetera et reliqui vorent unusquisque carnem proximi sui quia non solum occiderunt ab extraneis ymmo etiam dissensionibus intestinis et propter hec mala subditur tuli virgam meam que vocabatur decor .i. regnum israel quod deus dominus per salmanasar tempore osee abstulit .iiii. regum .xviii. et abscidi eam quia illud regnum non fuit restitutum nec captivitas illa reducta ut irritum facerem fedus meum .h. ut tenetur hic consequentie quia hec irritatio secuta est quod percussi eum omnibus populis quod .s. non dominarentur iudeis quo diu iudei servirent fideliter michi et per talem modum loquendi dicitur osee .ii. et percussi eum eis fedus in die illa cum bestia agri et cum volucre celi etc. quod non nocerent populo meo ut patet ibidem et in irritum deductum est in die illa quando enim regnum israel fuit translatum in assyrios manifeste patuit quod fedus predictum erat irritatum et cognoverunt sic pauperes gregis .i. pauperes populi israel qui custodiunt .s. legem michi .i. ut obedirent michi et isti erant aliqui iusti in populo illo qui a maioribus erant de paupertate quia iustos persequebantur. quia verbum domini est scilicet talis translatio regis et populi propter peccata hic enim predixerat dominus per moysen deuteronomii .xxviii. ducetque te dominus et regem tuum quem constitueris super te in gentem quam ignoras tu et patres tui etc. justi enim de populo israel qui custodie-

bant legem moysi viderunt tunc hoc domini verbum esse impletum ¶ Et dixi hic ponitur videorum ingratitudo que maxime apparuit in procuratione mortis christi et quantum ad hoc dicitur et dixi ad eos .i. ad iudeos remanentes post captivitatem babilonicam si bonum est in oculis vestris afferte mercedem meam .i. servite michi de cetero si debetis pro beneficiis vobis a me collatis et si non quiescite .s. a mea servitute hoc non dicit inducendo ad malum sed per hoc innuitur quod dimittit homines in libertate arbitrii boni vel malum faciendi per hoc enim quod dicitur hic et non quiescite secundum modum loquendi datur intelligi quod non servierunt deo sic sed magis egerunt contra eum ut in christum in natura assumpta persequendo ideo subditur et appenderunt mercedem meam .i. precium pro corpore meo subiniendo sicut mercis equi dicitur precium quo venditur et emitur .xxx. argenteos christi inde proditori secundum quod habetur capitulo xxvi. et .xxvii. ubi matheus spiritu sancto illuminatus dicit hanc prophetiam tunc fuisse impletam et dixit dominus ad me zachariam et proice illud .i. hoc precium per diem pretiendi ad statuarium .i. fusorem statuarum ut dicunt expositores nostri per quem intelligitur ipse deus qui est formator omnium et est statuarius proice illud ad statuarium .i. predic illud coram deo ponendum et videat et iudicet hoc factum decorum precium .i. vile et est hic modus loquendi yronicus etiam secundum hebreos quo intelligitur oppositum sicut de vano yronice dicitur esse magnus gygas quo appreciatus sum ab eis .i. emptus a iuda .q. dicatur tam parvo et vili precio non debui appreciari hebrei dicunt quod hec est littera proice illud ad thesaurum vel ad figulum .dicto enim hebraica hic posita est equivoca ad thesaurarium et formatorem et formator potest dici figulus qui format vasa de terra et statuarius qui format statuas de alia materia translatio nostra accipit hanc ultimam significationem tertiam hebrei vero aliqui secundum et illorum acceptio magis consonat euvangelio ubi dicitur quod iudas retulit .xxx. argenteos sacerdotibus qui custodiebant thesaurum templi et quod ex illa pecunia emerunt agrum figuli .capitulo xxvii. dicit quod per litteram expositio proice illud ad thesaurarium .i. predic precium christi coram sacerdotibus qui erant thesaurarii proiciendum sicut dicitur capitulo xxvii. quod iudas proiciens argenteos coram sacerdotibus recessit vel proice illud ad figulum .i. predic proiciendum ad emendum inde agrum figuli tamen .h. ad non est intelligendum causaliter sed consecutive quia

crepatio agri consecuta est. ad illam proiec-
tionem de corum precium etc. exponatur ut supra
et tulit triginta argenteos etc. sic videbatur
propheta in visione imaginaria ac si acciperet
xxx. denarios et proiceret in domo domini per
quod designabatur sic fiendum de precio
christi a iuda proditore qui proiecit illud in
templo. et precidi virgam meam secundam
videlicet regnum iuda ut visum est supra
quod non fuit precisum in captione sedechie
quia illa captivitas rediit de babilone et habuit
postea duces ut zorobabel et plures alios et
postea aliquos reges ad ante adventum christi
ut habetur in scolastica historia. sed proprie
fuit precisum in destructione iherusalem per tytum
et vaspasianum quia tunc iudei fuerunt per or-
bem captivati non habentes ducem nec prin-
cipem et illa captivitas ad huc manet. ut
dissolverem germanitatem inter iudam et israel.
i. inter ex parte christi de tribu iuda secundum carnem
adherentes quorum plures fuerunt ad litteram de
tribu iuda et iudeos in infidelitate permanen-
tes. et hoc fuit figuratum. iii. regum xii. ubi
dicitur quod israel separavit se a iuda dicens non est
nobis pars in david etc. unde et iudei sunt
odiosi christianis et econverso. ¶ Et dixit. Hic conse-
quenter agitur de persecutione antichristi et continuatur
sic litere precedenti quia iudei pro maiori parte
negaverunt verum christum repellentes. ideo iuste per-
mittentur adeo recipere antichristum qui fal-
so dicet se esse christum. Iohannis v. ego veni in nomine pa-
tris mei et non accepistis me. si autem
alius venerit in nomine suo illum accipietis. dic-
ergo procreditur quia primo ponitur persecu-
tio antichristi breviter et summarie. secundo magis
diffuse. xiii. capitulo. Circa primum dicitur Sume tibi
vasa. i. instrumenta ut virgam et peram pasto-
ralem et huiusmodi instrumenta et cetera que artis di-
cuntur vasa secundum proprietatem ydiomatis hebrei.
pastoris stulti. in signum quod iudei recepturi
sunt antichristum qui erit tante amentie quod
dicet se deum. ii. thessalonicenses ii. quia ecce suscita-
bo. i. suscitari permittam. pastorem in terra.
i. antichristum dominaturum in ea. qui derelicta non
visitabit etc. i. nullum opus pietatis exhibebit
sed maxime crudelitatis erga iustos. ideo subdit
et carnes pinguium comedet eorum bona
rapiendo et ungulas eorum dissolvet. cor-
poraliter eos affligendo et occidendo. O pa-
stor et ydolum. ydolum dicitur quia pro deo coli-
tur et non est. sic erit de antichristo qui sede-
bit in templo dei tamquam sit deus. ii. thessalonicenses ii.
gladius. i. furia dei super brachium eius corpora-
lem et super oculum dextrum. i. super animam
in qua est scientia qui dicitur oculus. brachium
eius ariditate siccabitur quia corpus eius per michae-
lem de precepto christi fulminabitur. et oculus
dexter eius tenebrescens obscurabitur quia eius
anima ad tenebras exteriores deducetur.

Onus verbi domini super israel. Capitulum istud ab aliquibus no-
stris doctoribus quantum ad suum principium
exponitur de destructione iherusalem per romanos
sed hoc obviare videtur quod hic dicitur. sed
et iuda erit in obsidione contra iherusalem. et
quod subditur. in die illa dicit dominus percuciam
omnem equum in stupore et ascensorem eius
in amentia. quia non legitur tribus iuda fuisse
cum romanis in obsidione iherusalem. iuda iherusalem
contra iudeos obsessos nec quod exercitus romanorum
adeo tunc fuit sic percussus ymo valde pro-
spere triumphavit de iudeis secundum quod
declarat diffuse iosephus libro de iudaico
bello. propterea quod alii expositores nostri exponunt
hoc de persecutione ecclesie primitive a iudeis et
principibus romanis sed hec expositio videtur
magis mistica quam litteralis ponuntur etiam hic
in textu aliqua que videntur ab hoc esse dissona
ut videbitur. Ra. Sa. vero exponit hoc capitulum
et sic consequenter omnia sequentia usque ad finem huius
prophete de bello gog et magog contra iudeos
quos dicit per regem messiam venturum de-
bellandos sed hoc fundatur super falsum fun-
damentum sicut dixi de gog et magog
ezechielis xxxviii. ubi dixi quod per gog et
magog intelligitur antichristus et eius exercitus
ideo hic consilio salva tamen meliori sententia
videtur. videtur textus de persecutione antichristi expo-
nendus usque ad finem huius prophete licet aliqua
alia inserantur. et ideo sicut dixi capitulo
precedenti hic describitur persecutio antichristi
magis diffuse. Et dividitur in tres partes quia
primo persecutio antichristi describitur. secundo que-
stio tacita solvitur. capitulo xiii. ibi. fra, nea suscitare. tercio resumitur. capitulo xiiii. primum ad
huc in tres. quia primo ponitur antichristi persecutio
secundo eius deiectio ibi in die illa. tercio iudeorum
conversio ibi. et effundam. Circa primum
dicit Onus verbi domini. i. prophetia de afflictione
futura ex ordinatione dei super israel. i. con-
gregationem fidelium ad quam nomen israel in novo
testamento est translatum sicut declaravi diffuse
ysaie xliiii. et habetur romanorum ii. dicit dominus
extendens celum. hoc dicitur quia celum ad mo-
dum tentorii super terram extendi videtur
et fundens terram quia nichil est sub ea cum sit
infimum elementum et fingens spiritum hominis
in eo quia anima adeo creat et infundit cor-
pori organizato. Ecce ego ponam iherusalem. i.
ecclesiam que vocatur iherusalem ysaie ii. ut ibidem
dictum fuit diffuse. et apocalypsis xxi. vidi civita-
tem sanctam iherusalem descendentem de celo sicut
sponsam etc. superliminare crapule. ad quod
hebrei impingunt quia antichristus et eius exerci-
tus post persecutionem ecclesie deicientur. ubi in textu
est in hebreo habetur labium amaritudinis
quia ecclesia amaricabitur in persecutione antichristi et

de antixpi aduentu

post ea ipse

et postea ipse et eius exercitus ideo subditur: omnibus populis. quia de omnibus populis aliqui adhaerebunt antichristo. ideo subditur: sed et Iuda erit in obsidione contra Ierusalem. quia tunc aliqui christiani timore ducti erunt in exercitu antichristi. In die illa ponam Ierusalem lapidem oneris. lapis enim ponderosus qui movetur de loco suo affligit motores sic antichristus et eius exercitus quaerentes tollere stabilitatem ecclesiae affligentur et turbabunt fideles et hoc est quod subditur. omnes qui levabunt eam etc. et colligentur adversus eam omnia regna terrae. id est aliqui de omnibus regnis adhaerentes antichristo. In die illa. Hic consequenter ponit antichristi et sui exercitus destructionem cum dicitur: percutiam omnem equum in stuporem et ascensorem eius etc. quia ipse fulminabitur ut dictum est et magna pars sui exercitus peribit. et super domum Iuda. scilicet super christianos in eius exercitu existentes timore. aperiam oculos meos. quia non peribunt cum ceteris antichristo adhaerentibus voluntarie ideo subditur. et dicent duces Iudae. id est principales in illis christianis antichristo timore adhaerentibus. confortentur mihi habitatores Ierusalem etc. quia christiani timore antichristi in eius exercitu existentes desiderabunt corde prosperitatem christianorum obsessorum, sed hoc omnino non audeant manifestare. haec autem littera dissonat illi expositioni quae exponit passum istum de persecutione ecclesiae primitivae per principes Iudaeorum ut patet in actibus apostolorum. Item illud quod postea dicitur hic, et salvabit dominus tabernacula Iudae. quia Iudaei persequentes ecclesiam primitivam non desideraverunt prosperitatem christianorum nec fuerunt salvati advenientibus Romanis contra Ierusalem sed magis occisi et destructi. In die illa ponam duces Iudae etc. quia christiani existentes in exercitu antichristi antichristo fulminato et perdente exercitus eius parte, timore deposito contra reliquos remanentes de parte antichristi pugnabunt. et habitabitur Ierusalem rursum. id est christiani pacifice mortuo antichristo et eius exercitu dissipato et accipitur hic Ierusalem non solum pro ecclesia militante sed etiam pro ipsa civitate ad litteram in quantum antichristus veniet contra ipsam et ibidem interficietur obtenta tamen prius civitate et templo. et salvabit dominus tabernacula Iudae. id est res et corpora christianorum cum antichristo timore existentium ut praedictum est sicut in principio. id est antequam erant cum antichristo. ut non magnifice glorietur domus David etc. id est ne fideles impugnati ab antichristo despiciant christianos ex timore sequentes antichristum dicendo quod merito perissent sicut infideles si fuissent mortui cum alia gente antichristi sed cum contra suos venerint non voluntarie sed causa timoris quo remoto ad suos revertentur. ideo sequitur In die illa proteget dominus habitatores Ierusalem. ab impugnatione antichristi. et erit qui offenderit ex eis. timore ductus modo praedicto vel deceptus ab antichristo quia multi christiani tunc decipientur credentes ipsum esse verum Christum. quasi David. id est cito veniam consequetur sicut David si vere paenituerit sicut ipse David ut patet Secundi Regum xii. ubi dicitur quod ipso confitente peccatum cum Bethsabee Nathan propheta statim dixit ei: dominus transtulit peccatum tuum. et domus David quasi Dei. id est sicut illi qui stabunt in fide Christi. In die illa quaeram conterere omnes gentes. id est antichristum et ei adhaerentes. ita quod est repetitio eius quod supra dictum est ad maiorem assertionem. Et effundam. Hic ponitur Iudaeorum conversio et secundum correspondentiam in principio capituli xiii. Circa primum sciendum quod sicut dicit sanctus Thomas Methodius martyr, deleta felicitate antichristi per Enoch et Helyam Iudaei qui prius adhaeserunt sibi convertentur ad Christum fideliter parati pro eius fide mori. ita quod xliiii milia coronabuntur martyrio ex omni tribu filiorum Israel ut dicitur Apocalypsis vii. et hoc est quod dicitur. et effundam super domum David. id est Iudaeos revertentes ad Christum. et super habitatores Ierusalem. id est super omnes generaliter credentes in Christum. spiritum gratiae in quantum illos reducet ad fidem veram et precum. quia alios fideles proteget ab ipsius impugnatione antichristi exaudiens preces eorum. et aspicient ad me. scilicet Iudaei qui tunc vere convertentur. quem confixerunt. tunc enim confitebuntur quod Ihesus Nazarenus ab eis crucifixus id est a patribus eorum fuit et est verus Christus in lege et prophetis promissus. et plangent eum. id est dolebunt de hoc quod eum offenderunt et mutatur hic modus loquendi de prima persona ad tertiam quod frequenter fit in prophetis ut supra visum est. quasi super unigenitum est. id est ita dolebunt ex vera contritione sicut solet homo dolere de primogeniti sui morte quia apud homines solet esse dolor maximus. et dolebunt super eum etc. repetitio est eiusdem ad maiorem expressionem et quia tunc in ecclesia non solum erit planctus de Christo modo dicto sed etiam de Iudaeis martyrizatis ab antichristo qui plangentur a contribulibus suis remanentibus ideo dicitur. In die illa etc. sicut planctus Adremmon. nomen est civitatis propinquae campo Mageddo in quo fuit Iosias occisus de cuius morte fuit magnus planctus in tota terra Israel ut patet Secundo Paralipomenon xxxv. et incepit in illa civitate Adremmon quae erat propinquior loco occisionis. et planget terra familiae et familiae seorsum. id est quaelibet tribus mortuos de sua tribu. Frater Raymundus vero dicit quod quaelibet tribus planget specialiter mortuos suos in bello Gog et Magog et in hoc convenit mecum quantum ad aliquid quia per Gog et Magog intelligo antichristum et eius exercitum ut dictum est supra. et familiae domus David seorsum et mulieres eorum seorsum. quia in loco orationis ubi solet fieri talis planctus mulieres erant segregatae a viris apud

hebreos et similiter est apud xpianos in ecclesia propter honestatem seruandam et nominantur hic expresse familie principaliores primo quidem cum dicitur. domus dauid secundo prophetarum ibi domus nathan etc. tertio sacerdotum et leuitarum ibi familie domus leui. et quarto cuiusdam notabilis uiri ibi. familie semey. quinto reliquorum in generali ibi omnes familie etc.

In die illa XIII

Hic consequenter describitur iudeorum regeneratio per baptismum et diuiditur in duas partes quia primo ponitur hec regeneratio secundo ydolatrie et falsitatis remotio ibi et erit. Circa primum dicitur in die illa in qua detegetur falsitas antixpi. erit fons patens domui dauid. quia omnes iudei tunc confluent ad baptismum in ablutionem peccatoris et menstruate per maculam actam intellige peccatum originale quod contrahitur in matris uentre per peccatorem peccatum actuale utrumque enim lauat baptismus in adultis ad baptismum uenientibus quales erunt tunc uenientes pro maiori parte ut patet ex predictis. Et erit hic consequenter ponitur abiectio ydolatrie et secundo false prophetie ibi et erit. Circa primum sciendum quod licet per predicationem apostolorum aliorumque succedentium doctorum ydolatria cessauerit per mundum pro maiori parte tamen adhuc aliquid remansit quia in partibus aquilonaribus sunt aliqui ydolatre et in magna multitudine qui dicuntur lituani et illud numen quod eis primo occurrit qualibet die uenerantur ut deum suum pro illa die sicut reuelatione fide digna intellexi antixpus se faciet adorari ab eis sicut deum ut habetur thessal. ii. et ideo usque post mortem eius non cessabit totaliter totalis ydolatria tunc enim omnes uiuent in fide catholica et hoc est quod dicitur. et erit in die illa. scilicet mortis antixpi. disperdam nomina ydolorum de terra. quia sicut dictum est tunc omnino cessabit ydolatria et ita illud quod ego dixi in aliquibus locis supra. scilicet quod ad predicationem apostolorum et aliorum doctorum sequentium cessabit ydolatria per mundum intelligendum est simpliciter non tamen totaliter sicut ethyops dicitur niger simpliciter quamuis sit albus secundum dentem que albedo est modica respectu nigredinis et ideo quasi nichil reputatur secundum sententiam phi. ii. phi. ubi dicit quod illud quod modicum est quasi nichil reputatur et etiam secundum communem modum loquendi illud quod est modicum nichil dicitur et sic est in proposito quia illa ydolatria que remansit in aliquibus gentibus barbaris ut asseritur illa est modica et quasi pro nichillo computanda respectu illius que cessauit per alias partes orbis. Et prophetas hic consequenter ponitur cessatio false prophetie cum dicitur et prophetas. scilicet falsos qui per sinistram

malitiam finxerunt se esse prophetas propter questum et spiritum immundum. id est phitonicos a demone arreptos et alibi aliis modis per causam demonum. auferam de terra. quia nichil remanebit de tali prophetia et erit cum prophetauerit quispiam etc. id est si aliquis uellet predicto modo prophetare amici sui etiam carnales non permitterent sed ipsum grauiter punirent ideo sequitur. In die illa confundentur prophete quia nullus audebit prophetam se dicere nec etiam ostendere ideo subditur nec operientur pallio saccino. id est ueste aspera tali enim ueste utebantur antiquitus prophete saltem aliqui ut patet de helya. iiii. reg. primo et consimilem habitum accipiebant prophete falsi ut magis crederetur eis. adam exemplum meum. id est in tentus agriculture sine exemplo ipsius ade de quo dicitur. gen. iii. emisitque eum dominus deus de paradiso uoluptatis ut operaretur terram de qua sumptus est in hebreo habetur homo possedit me. id est constituit me ad custodiendum peccora quod dicat non sum propheta. quid sunt plage iste etc. et dicet hijs plagatus sum etc. id est ista non sunt michi facta ex odio sed ex amore pro mea correctione. Framea hic soluitur tacita questio et primo questio soluitur secundo ex hoc multiplicatio fidelium concluditur ibi et erunt. questio uero ortum habet ex premissis quia dictum est quod fideles grauiter affligentur ab antixpo et satellitibus suis ex hoc posset aliquis admirari et querere quomodo deus permittet iustos sic affligi ab iniquissimo homine et respondetur quod non est mirandum quia proprio filio suo non pepercit sed pro nobis tradidit illum morte acerbissima condempnandum et hoc est quod dicitur. framea. id est gladius acerbe afflictionis. suscitare super pastorem meum. id est super xpistum qui dicit de se ipso. Joh. x. capitulo ego sum pastor bonus etc. et super uirum coherentem michi. quia humanitas xpi inseparabiliter iuncta est deitati. Ra. Sa. hoc exponit de imperio romano per messiam destruendo propter mala que fecit romanum imperium populo iudaico et apparet quod ualde extorte et male exponit quia imperatorem romanum uocat uirum et pessimum et sic secundum eum non potest dici pastor dei uel in hebreo ibi quia talis in hebreo amicitiam importat unde in hebreo habetur super uirum michi associatum quod de xpo oportet exponi ut dictum est percute pastorem et dispergentur oues. hoc fuit impletum quando apostoli in passione reliquerunt xpm ut dicit saluator. mt. xxvi. ex quo patet quod hic passio intelligitur de xpo et conuertam manum meam. id est potentiam meam ad paruulos. id est ad apostolos qui dicuntur paruuli eo quod timore fugerunt in passione ihu xpi qui postea uirtute diuina sic fuerunt firmati et solidati quod

gaudebant

gaudebant in tormentis secundum quod dicitur actuum .v°. capitulo. ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam pati. ¶ Et erunt hic in universa terra ubi agitur de fidelium multiplicatione ad passionem christi sequente secundum quod dicitur. Ioh. xij. nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit multum fructum affert. Sciendum est quod post passionem christi et publicationem evangelii populus totius mundi in tres partes divisus est quarum una est iudeorum obstinatorum alia est gentilium in infidelitate remanentium et de istis dicitur. partes due in ea .i. in terra. dispergentur et deficient. et hic defectus potest dupliciter intelligi. uno modo de defectu gentis et virtutis et sic a tempore publicationis euvangelii in quo omnes tenentur ad fidem catholicam. defecerunt de due partes iste. alio modo de cessatione utriusque secte, et sic deficient in morte antichristi quando omnes iudei et gentiles convertentur ad fidem tertia vero pars est christianorum de qua dicitur et tertia pars relinquetur in ea. .i. in terra aliis duabus deficientibus modis predictis et ducam tertiam partem per ignem. scilicet acerbe tribulationis quia christiani primo fuerunt afflicti a iudeis ut patet in actibus apostolorum in pluribus locis et ideo postea a romanis principibus et aliis tyrannis et gravius affligentur in persecutione antichristi, veruntamen quia hec tribulatio est ad probationem electorum et augmentum glorie eorum ideo subditur et uram eos sicut uritur argentum etc. ut nulla ut nulla remaneat in eis immundicia et quia preces talium sunt exaudibiles ideo sequitur ipse vocabit nomen meum. .i. invocabit in oratione devota et ego exaudiam eum ad nutum et ipse dicet michi etc. quia confitebitur me per fidem. et ego eum per applicationem

Ecce dies XIIII

Ecce dies. Hic consequenter tangitur persecutio antichristi ad hec quod aliquid expliceretur quod non est supra explanatum et dividitur in tres partes. quia primo ponitur dicta persecutio secundo aliqua ad ipsum sequentia ibi. et veniet. Circa primum dicitur ecce dies veniunt domini. .i. a deo dispositi et previsi et dividentur spolia tua. ab antichristo et eius exercitu in medio tui capta. scilicet civitas de qua subditur et congregabo omnes gentes. etc. quia de omnibus aliqui erunt in exercitu antichristi et vastabuntur domus quia inde bona rapientur et mulieres violabuntur. antichristus cum adherentibus sibi laxabit habenas concupiscentie et egredietur pars civitatis in captivitatem. venditi per satellites antichristi et reliquum populi non auferetur ex urbe. quia aliqui ibi morientur et aliqui obedient antichristo partim timore partim decepti ab eo ut dictum est supra quia ubi deficit humanum remedium solet adesse divinum ideo subditur. et egredietur dominus per effectum sue iustitie et preliabitur contra gentes illas. .i. contra antichristum et eius exercitum sicut preliatus est in die certaminis quando regem egipti cum exercitu suo filios israel insequentem submersit in mari rubro. exo. xiiij. et stabunt pedes eius. etc. quia in monte oliveti fulminabit antichristum ut dictum est supra et quia in talibus dei vindictis solet cum fulgure esse terre motus ideo probabiliter potest dici quod in fulminatione antichristi erit etiam terre motus quo peribit aliqua pars sui exercitus ideo subditur et scindetur mons olivarum. etc. exponunt aliqui hanc scissionem in quatuor partes fieri scilicet ad orientem et occidentem et ad aquilonem et meridiem. Ra. sa. dicit ipsum fieri in duas, ita quod una pars montis declinabitur ad aquilonem, alia ad meridiem et scissura erit in medio ita quod longitudo eius erit ab oriente in orientem et hoc consonat ei quod subditur postea. quoniam coniungetur vallis montium. .i. vallis iosaphath que est inter montem syon et montem oliveti. usque ad proximum. scilicet locum dicte scissure que scissio monte oliveti iungetur valli iosaphat et fugietis. timore ducti. sicut fugistis a facie terre motus in die ozie regis iuda. quod secundum quod habetur. ij. paralip. xxvj. voluit sibi usurpare pontificis officium et tunc fuit percussus lepra et factus fuit terre motus ut de tali presumptione ostenderetur ira divina. Et veniet hic consequenter ponuntur tria sequentia mortem antichristi. scilicet finale iudicium et bonorum ibi. et erit. status eorum post antichristi excidium ibi et revertetur. Circa primum dicitur. et veniet dominus deus meus. scilicet ad iudicium non tamen immediate post mortem antichristi sed erit ibi tempus medium ut plenius dictum est ezechiel. xxxix. omnesque sancti cum eo. quia cum ipso iudicabunt reprobos et maxime apostoli quibus dicitur. mt. xix. sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes etc. in die illa. scilicet iudicii non erit lux. scilicet reprobis quorum erit maior numerus bonis quod dicitur. mt. vij. lata est via que ducit ad perditionem et multi intrant per eam sed frigus et gelu. designant eo quod ex frigore causante refugiente sanguine ad cor et sic membra exteriora redduntur frigida et tremencia et erit dies una. scilicet iudicii que nota est domino. secundum quod dicitur math. xxiiij. de die illa et hora nemo scit neque angeli in celo, nisi pater solus per hoc tamen non excluduntur filius et spiritus sanctus quorum est una notitia cum patre. non dies neque nox. scilicet quia dies cum ipse est lucatio solis super terram et nox lucatio eius sub terra in gyratione suo refertur

scilicet .i. orror et timor qui per gelu et frigus

mortuorum corpora erunt incorruptibilia et sic cessabit generatio et corruptio in elementis et motus celi qui est causa generationis et corruptionis et sic non erit dies et nox prout que causantur ex motu solis *et in tempore vesperi erit lux* id est cessante tempore quod causatur ex motu celi erit lux perfecta beatis in gloria celesti sicut dictum est de reprobis quod non erit eis lux sed fetus et gelu. *Et erit.* hic ponitur secundum scilicet retributio premii sanctorum dicitur. *In die illa exibunt aque vive de ihrlm* scilicet celesti de qua dicitur hebr. xii. accessistis ad montem syon ad civitatem dei viventis ihrlm celestem et per aquas vivas intelligitur hic vita beata secundum quod dicitur apoc. vii. agnus qui regit eos ducet eos ad vite fontes aquarum que dicuntur hic exire de ihrlm quia derivabuntur ad omnes ideo subditur *medium earum ad mare orientale etc.* quia vita beata derivabitur equaliter supposita equalitate meritorum ad electos qui in principio mundi fuerunt nascitura quod autem per mare intelligatur congregatio hominum patet apoc. xvii. ubi dicitur quod per aquas multas intelliguntur populi multi. mare vero dicitur congregatio aquarum gen. i. congregationes quoque aquarum appellavit maria. *in estate et in hyeme erunt.* id est perpetuo durabunt et perpetua a parte finis est de ratione beatitudinis que perpetuitas hic designatur per successionem estatis et hyemis non quia tunc sint determinationes temporis quod tunc cessabit sed quia perpetuitas non potest significari a nobis nisi per partes temporis sic enim dicitur de eternitate divina apoc. i. qui est et qui erat et qui venturus est *et erit dominus rex super omnem terram* quia tunc cessabit prelatio et dominium non solum in hominibus sed etiam in angelis in quantum respicit officium administrationis secundum quod dicitur prima cor. xv. quod ipso evacuabit omnem principatum et potestatem cum tradiderit regnum deo et patri ideo subditur *In die illa erit dominus unus* hominum et angelorum. *et erit nomen eius unum.* in presenti enim nominatur a nobis pluribus nominibus quia nominamus eum sicut cognoscimus in cognitione autem dei devenimus ex perfectionibus creaturarum que sunt plures et distincte sed in patria videbitur per seipsum immediate et sic nominabitur uno simplici nomine ab una simplici perfectione. *Et revertetur.* hic consequenter ponitur tertium scilicet status electorum post mortem antichristi qui licet precedat iudicium et beatorum premium tamen ponitur hic post quia sacra scriptura non prosequitur ordinem temporis sed frequenter per recapitulationem narrantur et dividitur in tres quia primo propheta describit hunc statum secundo resumit penam antichristi et sui exercitus ut addat aliquid quod supra non est explicatum ibi. *et hec erit plaga.* tertio redit ad propositum ibi *et omnis.* Circa primum dicitur *et revertetur omnis terra.* id est omnes habitantes in terra ad dominum ihesum christum mortuo antichristo ut supra dictum est *usque ad desertum etc.* id est a quocumque loco quantumcumque parvo ab hominibus habitato *et exultabitur* scilicet etiam que fuerat ab antichristo et suis depressa ut supra dictum est potest etiam intelligi de ihrlm ad literam que capietur et deprimetur ab antichristo ut supra dictum est et post mortem eius exaltabitur. *et habitabitur in loco suo etc.* quia multi de ihrlm captivabuntur per antichristum et tempore eius fugient multi qui ipso mortuo revertentur ita quod civitas in omnibus partibus suis habitabitur. *et anathema.* id est maledictio. *non erit amplius* qualis fuit tempore antichristi. *sed sedebit ihrlm secura.* quia persecutio antichristi erit ultima. *Et hec erit.* hic propheta resumit exercitus antichristi exercitus qui pugnabunt contra ihrlm ut dictum est in principio huius capituli. *tabescet caro uniuscuiusque* id est deficiet pestilentia et morte *et oculi eius contabescent.* deficiente virtute visiva *in foraminibus suis.* id est in locis suis que sunt quedam foramina in capite *In die illa. erit tumultus domini.* id est immissus a domino et quasi sit ille tumor *et apprehendet vir manum proximi sui* quia mutuis gladiis se interficient quantum ad aliquam partem exercitus illius sicut de philisteis tactum est dicitur primo re. xiiii. *sed et iudas pugnabit adversus ihrlm.* exponatur ut supra xii. capitulo *et congregabuntur divitie omnium gentium in circuitu* scilicet ihrlm. ibi enim apportabuntur divitie quas alibi rapiet antichristus et eius exercitus et ibi erunt sue vite terminus ut dictum est *et sic erit ruina equi et muli etc.* quia alia exercitus antichristi pertinentia pestilentur sicut et homines et ista duo non fuerunt supra explicata. *Et omnes.* hic propheta resumit propositum scilicet statum electorum post antichristum quando omnes generaliter convertentur ad christum ut supradictum est ideo dicitur *et omnes qui reliqui fuerint de universis gentibus que venerunt contra ihrlm.* quia aliqui venerunt cum antichristo magis necessitate quam voluntate et isti convertentur ad christum visa aliorum morte ideo subditur. *ascendent ab anno in annum.* id est singulis annis diebus solempnibus ad hoc statutis ab ecclesia. *ut adorent regem dominum exercituum.* id est christum qui est rex non solum hominum sed etiam angelorum. *et celebrent festivitatem tabernaculorum.* non accipitur hic festum tabernaculorum prout iudei celebrant quia cultus ille cessavit a tempore publicationis evangelii et tunc enim ille cultus fuit mortifer et est in cultum spiritualem mutatus illa autem festivitas tabernaculorum fiebat in lege in memoriam quod filii israel in deserto habitaverunt in tabernaculis et sic procedendo intraverunt terram promissionis et figurabatur per hoc futurum tempore nove quod fideles procedendo de virtute in virtutem tempore peregrinationis huius vite intrarent terram viventium apertam ianua per christum et hoc modo celebrant boni christiani et per hunc mundum transeuntes ut peregrini ut de

PROLOGUS

conveniant ad patriam paradysi et magis celebrabitur post mortem antichristi omnibus gentibus ad fidem Christi conversis potest etiam dici quod sicut christiani celebrant festum pasche alio tamen modo quam iudei sic etiam festum tabernaculorum celebrando officium et ieiunia iiii^or temporum in septembri in quo mense a iudeis celebrabatur festum tabernaculorum .xv. die mensis et ista observatio christianorum magis vigebit post mortem antichristi sicut et alie observantie legis ut dictum est. et erit qui non ascenderit de familiis terre ad ierusalem. patet quod non loquitur hic de ierusalem hystorice sed methaphorice in quantum per ierusalem significatur militans ecclesia sicut dictum fuit diffuse ysa. ii. non enim poterit convenire omnis familia terre in civitate ierusalem hystorice quia de omnibus partibus mundi non possent sic singulis annis convenire nec etiam ibi capi possent. quod quedam glosa hebraica ponit. et illud capitulum dicit quod civitas in adventu messie dilatabitur usque ad fines terre quod non potest intelligi de aliqua civitate materiali sed iam est adimpletum quia ecclesia nomine ierusalem signata usque ad fines terre est dilatata quia in omnibus terris sunt aliqui christiani et magis implebitur mortuo antichristo quia tunc omnes venient ad fidem Christi. non erit super eos ymber. id est dona gratie et evangelice doctrine eo modo loquendi quo dicitur de iudeo. xxxii. quasi ymber super terram etc. quod et si familia egypti. id est gentiles. quia per egiptios intelliguntur etiam alii. sic erit ruina. id est ymbris predicti carentia et quod per egiptios intelligantur alii gentiles subditur. hoc erit peccatum egypti hoc peccatum omnium gentium. quia dicitur quod dictum est de egypto extenditur ad alias gentes. in die illa erit quod super frenum equi sanctum domino. quod exponit glosa. quod mortuo antichristo tanta erit pax quod non erit usus bellicarum et equorum et ideo aurum et argentum quod apponebatur in frenis offeretur ad cultum divinum qui valde augmentabitur mortuo antichristo ut dictum est. et erunt lebetes in domo domini. id est vasa ad divinum cultum apta ut calices et huiusmodi qui vocantur hic lebetes. quia propheta hic methaphorice loquitur hic exprimit cultum novi testamenti per ea que erant in cultu veteris ut dictum est de festo tabernaculorum et ierusalem et ad hoc designandum subditur quasi fiale coram altari. fiale sunt vasa ad vinum potandum apta amos. vi. bibentes in fialis vinum. et venient omnes immolantes. sacrificium nove legis quod est eucharistia. et coquent in eis. id est hoc sacrificium offerent in ardore caritatis que tunc vigebit in christianis et est hic methaphorica locutio sicut et supra et non erit mercator etc. quia vitium symonie tolletur. vel tollitur in ecclesia. Sciendum autem quod expositores nostri communiter tres partes ultimas huius capituli exponunt aliter ab illo enim loco et revertetur omnis terra etc. usque ibi. sed sedebit ierusalem secura incluse. exponunt de premio bonorum post iudicium contingendo

liter precedenti et quod subditur et hec erit plaga. usque ad locum illum incluse. sicut ruina. exponunt de supplicio reproborum et quod subditur et omnes qui reliqui fuerint etc. usque ad finem capituli exponunt de pace ecclesie post mortem antichristi ita quod illud quod dicitur in die illa erit quod super frenum equi est sanctum domino. exponunt de tempore constantini in quo multum fuit dilatata ecclesia in cuius tempore mater eius helena dicitur fecisse poni unum de clavis Christi et alium in eius galea ut sic esset securus inter prelia. predictas istas expositiones non prosequor in particulari quia in glosis et aliorum postillis possunt a quolibet videri. videtur tamen michi salvo meliori iudicio quod expositio quam posui super istas tres partes magis consonat littere ista rum partium et etiam precedenti

Explicit zacharias

Incipit prologus in malachiam prophetam.

Deus per moysen etc. In isto prologo iuxta ea que in prophetia dicuntur ostenditur populi israhelitici ingratitudo et eiusdem increpatio. proceditur autem in isto prologo per huiusmodi modum. primo exprimitur beneficium dei prestitum populo. secundo ostenditur populi ingratitudo ibi. Ad quod tamen nimis. tertio subditur divina increpatio ibi. ideo per malachiam prophetam. beneficium divinum exprimitur autem in duobus primo in officio prestito in duobus sacerdotibus id est in dignitate officii ipsius et ista dignitas notatur ibi. unde et sacerdotes etc. officium autem est mediationis quod est duplex scilicet populi ad deum quod notatur primo et populi dei ad populum quod notatur secundo ibi. quibus legem etc. in hoc enim quod instituit sacerdotes in officio offerendi sacrificia datur officium mediationis populi ad deum in hoc quod dedit legem secundum quam debebant regere populum dei ad populum. dicit igitur. deus per moysen etc. nota quod post reditum iudei de captivitate babilonica qui fuerant reversi edificabant sibi domos et habitabant in illis nondum templo reedificato

ut habetur aggei .i. b. missi sunt ergo a domino aggeus et zacharias prophete ad increpandum eos propter negligenciam et moram reedificacionis templi et ad exortandum ad edificandum, qui taliter exortati statim templum et altare reedificaverunt quibus reedificatis evenerit aliud peccatum scilicet quod sacerdotes maculam habentes sacrificabant contra illam prohibicionem levitici .xxi. f. homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam non offeret panem domino deo suo nec accedet ad ministerium eius. item offerebant sacrificia maculam habencia contra illam prohibicionem levitici .xxii. e. Si maculam habuerit non offeretis etc. propter quod dominus subtraxit illis temporalia beneficia. unde missus fuit malachias a domino ad increpandum eos et ostendit divina beneficia et eorum ingratitudinem et hec quod precepta domini contempnebant ad hec tangitur hic. dicit igitur Deus per moysem populo illi precepit sacerdotes tabernaculi sui omni corporali vicio liberos. levitici .xxi. hostias omni vicio vacuas sibi offerre. levitici .xxii. qui obtulerit oblacionem suam vel vota solvens vel sponte offerens quidquid illud obtulerit in holocaustum domini ut offeratur per vos masculus. inmaculatum erit ex bobus vel ex capris si maculam habuerit non offeretis. etc. duo ergo precepit dominus scilicet sacerdotes esse sine macula sicut dicitur .i. machabeorum .iiii. c. elegit sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege dei offerre etiam sine macula sicut scribitur levitici .xxii. in multis locis quibus legem suam. hic tangitur de officio mediacionis prout erat domini ad populum. quod quidam officium erat ut mandando populo legem et precepta domini populus domini viveret in obediencia dei. primo igitur exprimitur officium secundo utilitas sive finis officii. ut per sacrificia eorum. dicit igitur. quibus sacerdotibus legem suam ad regendum populum. ad hec dederunt. eze. xliiii. f. populum meum docebunt quid sit inter sanctum et pollutum et inter mundum et inmundum et ostendent eis et cum fuerit controversia stabunt in iudiciis meis et iudicabunt leges meas. h. dan. xiii. dicitur egressa est iniquitas de babilone a senioribus iudicibus qui videbantur regere populum. Ut per sacrificiorum oblacionem inter munera dei et homini fieri. etc. deut. v. a. ego sequester et medius fui inter deum et vos hebr. v. a. omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in hiis que sunt ad deum ut offerat dona et sacrificia pro peccatis populum preceptis celestibus faciunt obedire. iudith. viii. f. quoniam vos qui estis presbiteri in populo dei et ex vobis pendet anima illorum ad eloquium vestrum corda illorum erigite. hii et sacerdotes angelos dei esse hic sacra scriptura testatur. mal. ii. c. labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem exquirent ex ore eius quia angelus domini exercituum est. Sed ezechiel .vii. dicit querent visionem de propheta et lex peribit a sacerdote et consilium a senioribus. Sed quia tamen munus quoniam. hic exprimitur ingratitudo populi ex duobus scilicet ex contemptu domini muneris ibi. Sed quia tamen

munus ibi. Sed quia etc. et ex inobediencia divinis preceptis ibi. Supradicto populus etc. ubi notatur inobediencia populi et sacerdotum in duobus in hoc quod animalia maculam habencia offerebant ibi sacrificia vicio deturpata. et in hoc quod ipsi offerentes maculosi erant ibi. ipsi cum vobis etc. dicit igitur Sed quia tamen munus quoniam contempnere et supradicto populus et sacerdotes sacrificia vicio deturpata. malachie .i. g. intulistis de rapina claudum et languidum et intulistis munus et idem dicit eodem .d. Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum et munus non suscipiam de manu vestra. ipsi cum vobis atque inpietatibus maculati deo offerre ceperunt. mal. ii. vos recessistis de via et scandalizastis plurimos in lege. item eodem operiebatis lacrimis altare domini. fletu et gemitu. ita ut ultra non respiciam ad sacrificium nec accipiam placabile quid de manu vestra. ideo per malachiam etc. hic subiungitur divina increpacio propter eorum ingratitudinem. fit autem hic dupliciter increpacio primo enim fit improperacio divine beneficencie secundo fit improperacio pravitatis eorum et malicie ibi. nam reliqua lectio comprehensa. ita item in prima parte notantur duo aliqua sive verba improperacionis et ultima [illegible]. Secundum tangitur ibi Et dixistis, et ibi tangitur primo questio populi. secundo responsio divina. Nonne frater fuit esau. etc. quod est indicium beneficii. Ideo est manifestacio iusticie dei benefacientis et illorum ingratitudinem improperantis dicit quod ideo. i. propter prenotatam ingratitudinem per malachiam prophetam. deus populum suum israel increpavit. s. in prophecia sequenti. i. inchoans increpare hic est enim inchoacio increpacionis infra autem ubi tangit eorum maliciam. s. nam reliqua etc. ponitur consummacio inchoate enim monstracio beneficiorum confirmatur improperacione malicie ingratorum. Dilexi vos. esse manifesta commendacio beneficii vide malachiam .i. ubi ponuntur verba ista. Nonne frater erat etc. hic insinuatur iusticia increpacionis ex duobus. s. ex condecencia divine iusticie reprobando esau et eligendo iacob et ex congruencia verbi prophete ad eorum increpacionem ibi. Cum tamen quidam etc. iuste enim iuste fecit increpando eos neglecto tanto beneficio eis tradito vel prestito in electione eorum in patre suo iacob. dicit ergo nonne frater erat esau iacob. dicit dominus. q.d. sic. gen. xxv. f. et dilexi iacob esau autem odio habui. mala. i. q.d. in hoc dilexi vos quod cum esau et iacob essent fratres dilexi iacob patrem vestrum et non esau fratrem eius non quod iustus fuit nec in utero erat et hoc est quod sequitur esau fratrem iacob non iniqua .i. iniusta. sed sua tamen voluntate. quia aliqua fuit racio. s. mala opera esau in presciencia hec enim dei iusticia simpliciter non sunt causa reprobacionis/ non dico enim ipse loquendo in presciencia intellectum causa est que semper prescivit/ quantum ad hoc quod non apponit eis gratiam nec confertur gratia. vel sine [illegible]

congru

congrui super. non ei est tamen predestinacionis ex pre predestinati eius operacio bona ut quod se preparet congruum est quasi quodam modo motivum conferens ut graciam infundat sic in quod iacob electum. non sine gracia iuvante. i. non sine preparacione quod intelligendum est quantum ad preparacionem que in presenti vel non sine gracia merita. i. operis meritorii quo ad gloriam in futuro manifestum est et probat hoc dicens cum secundum presciencia eam etc. i. cum vidisset mala esau et iacob ante preparacionem ad bonum et opera meritoria. esau quidam effusionem sanguinis fratris concupiscens. gen. xxvii. quod oderat semper esau iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater dixit quod in corde suo venient dies luctus patris mei et occidam iacob vero ob suum fratrem meum / iacob vero ob suam. i. dei cognicionem. gen. xxxii. quod vidi dominum facie ad faciem et salva facta est anima mea / ac si diceret cognovi dominum quod ipse me cognoscere dignatus est eius rei gracia. hic ostendit verbum propositum congruere ad increpacionem illorum primo igitur insinuatur ipsa convenientia que fuit electionis iacob. secundo innuit racio electionis eius ex operibus. dicit igitur eius rei gracia. i. gracia electionis iacob et reprobacionis esau usus est supradicto exemplo. s. exemplo iacob et esau. ad increpacionem iudeorum sed inquit exemplo dilexi iacob etc. quasi dicat quod sic dilexi patrem unum et fratrem eius reprobavi magnum nobis beneficium prestiti. unde est quod propheta usus est exemplo dilectionis iacob et reprobacionis esau ad increpacionem iudeorum. operibus ex operibus omnia hic. iam modo usus est supradicto exemplo ad populi israel increpacionem / quo ostendit gracia quam fecit deus illi. operibus etc. i. licet ex illis que de iacob et esau scripta sunt. gen. xxv. quod appareat esau dignum fuisse reprobacione et iacob electione dicit igitur. operibus et operibus meritoriis. s. esau et iacob / quorum meritorum ecce per eosdem in se perficit liber geneseos gen. xxv. capitulo et vita in pluribus capitulis vel sic eius rei gracia. quod ad ostendendum quod de iustis eorum prescienciam habuerit. supradicto exemplo usus est quod electos continet sic dilectos. secundum reprobacionem et electionem. antequam nati. operibus et operibus. quasi dicat quod deus sciens eorum prescivit / quod in genesi determinavit capitulo gen. xxv. ubi dicitur / quibus adultis factus est esau vir gnarus venandi et homo agricola. iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. nam reliqua / hic subditur de in preparacione dominorum mandatorum de quo ad nequissimorum et quo ad cultum ydolorum / omnia sic in principio prophecie usus est exemplo dilectionis iacob et odii esau ad infundendam graciam iudeis plenitudinem et confundendis contemnendis et que in propheta manifestata est eorum malicia. nam reliqua. s. ab eo quod dictum est in principio. s. dilexi vos etc. que lectionem comprehensa sunt. i. dicta que in prophecia increpacionem populi israel in obsidionis sacrificiorum

dei malachi. i. offertis super altare meum pollutum panem etc. item eodem. quod maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum et votum faciens immolat debile domino etc. increpacionem quod in eundem. s. populum israel. quod deos alienos coluerunt significant. malachi. transgressus est iuda et abhominacio facta est in israel et in ierusalem quod contaminavit iudas sanctificacionem domini quam dilexit et habuit filiam dei alieni. et malachi. ii. in diebus patrum vestrorum recessistis a legitimis meis et non custodistis

Explicit qualiscumque exposicio illius prologi.

Incipit Malachias

Onus verbi domini. hic incipit prophecia malachie et dividitur in duas partes. i. in prohemium et tractatum. tractatum incipit ibi dilexi vos in prima parte describit propositum officium prophetandi ipsi malachie cum dicit onus verbi domini prophecie. i. officium denunciandi verbum divinum / officium enim alicui impositum dicitur onus eius secundum communem modum loquendi quo frequenter utitur propheta secundo ostendit cui verbum huiusmodi fit denunciandum cum dicit ad israel. post reditum et captivitatem babilonicam quo tempore prophetavit malachias / propheta reddiens nomen israel obtinuit quod captivitas. x. tribuum non reddyt / secundo notificatur propheta ex nomine cum dicit. in manu malachie. i. per ipsum malachiam malachias autem interpretatur angelus domini ex hoc autem dixerunt aliqui quod fuit angelus in corpore assumpto alii vero quod fuit esdras scriba sed ista non habent auctoritatem ex scriptura ideo eadem facilitate contempnitur qua probantur. Dilexi vos. hic incipit tractatus circa quem sciendum quod principalis intencio prophetarum fuit denunciare christi adventum

uel diffusius dictum fuit in principio sermonis et ideo malachias primo arguit ingratitudinem populi. Secundo denuntiat aduentum christi. capitulo iii. magis proprie de primis est dispositio ad receptionem redemptoris secundum quod dicitur. mathei iii. penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. prima diuiditur in duas quia primo populum arguit sacerdotes et populum communiter. ibi mi quid. agitur primo arguit omnes scilicet de ingratitudine in persona dei dicentis. dilexi uos. et hec ingratitudo patet ex responsione populi cum dicitur in quo dilexisti nos. q.d. non apparent erga nos tua dilectio specialis pre ceteris sed hec ratio tamquam falsa excluditur cum subditur in persona dei. nonne frater erat esau iacob. q.d. sic fuerunt filii eiusdem patris et matris ut patet. genesis xxv. et dilexi iacob. dando ei benedictionem paternam et hereditatis promissionem que tamen annexe erant tunc primogeniture. esau autem odio habui. denegando ista sibi cum tamen esset primogenitus ut patet. genesis xxv. et xxvii. hec autem dilectio iacob et odium esau fuerunt signa electionis et reprobationis eterne et sic allegat apostolus Ro. ix. capitulo et in hoc apparet dilectio dei specialis ad populum israel qui descendit a iacob. et alio nomine dictus est israel genesis xxxii. ubi ostenditur specialis dilectio ad israel et odium ad populum descendentem de esau per effectum. et posui montes eius. id est terram esau montuosam pertinentem ad regem et hereditatem eius in desertum draconum. talia enim animalia solent habitare in terra deserta et in ruinis edificiorum. quod si dixerit ydumea. id est populus ydumee destructi sumus sed reuertentes edificabimus terram nostram sicut iudei reuersi reedificauerunt suam. hoc excluditur cum subditur in persona domini. isti edificabunt et ego destruam et uocabuntur domini terminus impietatis. id est terra in qua regnat impietas propter quam dominus iratus est contra terram et populum in ea habitantem. et oculi uestri o. iudei. uidebunt uindictam meam in ydumeis qui semper fuerunt molesti. et uos dicetis magnificetur dominus. id est appareat magnitudo eius. super terminum israel. id est super terram israel ipsam et habitatores eius ab hostibus protegendo et in bonis multiplicando. [F]ilius. hic consequenter arguit sacerdotes et populum diuisim et primo de primis uidelicet secundo in proximo capitulo. prima in duas quia primo arguit sacerdotes secundo populares ibi. et nunc. prima in duas quia primo sacrificium sacerdotum excluditur tamquam malum secundo noue legis concluditur tamquam deo acceptissimum ibi. non est. Circa primum sciendum quod licet toto populus diceretur dei filius exo. iiii. filius meus primogenitus israel tamen sacerdotes ad eius ministerium deputati dicebantur dei filii et serui modo speciali et sic loquitur hic filius honorat patrem. id est tenetur honorare quia habet ab eo esse et nutrimentum. et seruus dominum suum supple timebit quia non est in hebreo nec in libris

correctis sed subintelligitur. si ergo pater ego sum. et accipitur hic si pro quia quia deus est pater omnium per creationem et specialiter iudeorum per legis datione que non fuit data aliis populis ps. cxlvii. non fecit taliter omni nationi et iudicia sua non manifestauit eis et adhuc specialius sacerdotum quos elegit ad suum ministerium. ubi est honor meus. q.d. non michi defertis honorem ut debetis. et si dominus ego sum. scilicet per gubernationem uestri specialem. ubi est timor meus. q.d. non apparet in nobis et sciendum quod ubi dicitur hic et si dominus ego sum in hebreo habetur et si domini ego sum. in quo designatur in deo pluralitas personarum in unitate essentie quia nomen plurale coniungitur cum pronomine singulari dicit dominus exercituum ad uos. o. sacerdotes et cetera. ab illo enim loco filius honorat et cetera usque ibi inclusiue in quo despicimus nomen tuum. totum est sub uno uersu in hebreo ex quo patet quod ab illo loco incipit arguere sacerdotes et subditur responsio domini. offertis super altare meum pollutum panem. panes enim propositionis debebant per manus sacerdotum pistari formari et decoqui et ipsi ad euitandum laborem faciebant per alios hec fieri ut dicunt aliqui alii uero dicunt quod dicitur hic panis pollutus eo quod erat de tritico per rapinam acquisito formatus. et dicitis nos male excusando in quo polluimus te. et subditur domini responsio. in eo quod dicitis id est facto ostenditis. mensa domini despecta est. per hoc enim quod ibi ponitis panem predicto modo formatum dehonoratis eam et ad hoc inducitis exemplum. et si offeratis claudum et cetera. id est animal in debitum super altare holocaustorum nonne malum est. q.d. sic quia hoc est prohibitum in lege. offer illud duci tuo et cetera. q.d. si offerres illud principi terreno qui est homo et plus non placeret sibi nec propter hoc exaudiret preces tuas et multo minus debent talia deo offerri ideo inducit eos ad penitentiam. d. et nunc deprecamini uultum dei et cetera quis in nobis claudat ostia et cetera. q.d. nullus de nobis impendit michi ista officia gratis quia ostiarii templi et illi qui incendebant ignem in altari habebant inde magnum emolumentum. [N]on est michi. hic consequenter concludit sacrificium deo gratum excludendo predictum offerendi modum cum dicitur non est michi uoluntas in uobis. id est beneplacitum propter malum uestrum et munus non suscipiam de manu uestra. quia sacrificia ueteris legis non erant accepta nisi ex bonitate offerentis ideo dicitur genesis iiii. respexit dominus ad abel et ad munera eius. ab ortu enim solis usque ad occasum. id est per orbem uniuersum magnum est nomen meum in gentibus quod exponit. Ra. Sa. dupliciter uno modo quia licet gentiles adorarent ydola ut deos tamen dicebant deum celi et terre excellentiorem illis diis sed ab hac expositione discordat quod subditur. et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda quia licet gentiles cum deo celi ydola colentes

facient

faciunt oblationem illa non esset munda coram deo
quia ab ydolatris esset oblata. et ideo cum hoc ponit
aliam expositionem dicens quod iste passus intelligitur de iude-
is inter gentiles per orbem dispersis deum ora-
tibus devote coram quorum oratione dicitur hic munda oblatio
et per eos nomen domini predicatur magnum in terris gen-
tilium. sed illud non videtur verum non est enim verisimile
quod illi qui erant dispersi inter gentiles ydolatras
tempore malachie essent iustiores et mundiores quam i-
lli sacerdotes qui redierant de babilonica captiui-
tate quos hic arguit ut dictum est. sed magis
sequebantur mores gentilium. propter quod dicendum quod iste
passus loquitur ad litteram de sacrificio noue legis
quod est eucharistia quod est mundissimum et deo
acceptissimum in omnibus et ex nationibus sunt aliqui xpiani
hoc sacrificium offerentes et cum dicitur magnum est no-
men meum etc. loquitur propheta de futuro per modum
preteriti propter certitudinem prophetie. Et vos polluistis.
hic consequenter propheta arguit populares quia illi qui debebant
offerre oblationes mundas et electas offerebant de pe-
ioribus ut videbitur infra et ideo hic arguitur cum dicitur
et vos polluistis illud. scilicet nomen meum quantum in
vobis est in eo quod dicitis sicut et sacerdotes mensa
domini contaminata est. id est potest ibi fieri licite oblatio
de minoribus bonis cum igne. qui devorat illud. id est
cum igne qui erat semper in altari holocaustorum
ad cremandum adipes sacrificiorum qui poterat
fieri ex quibuscumque lignis et eodem modo argu-
ebant de sacrificiis ibi offerendis. et dixistis.
vos mendaciter excusando. ecce de labore. id est cum
magno labore possumus talia sacrificia offerre
propter paupertatem nostram et exsufflastis illud. id est bonum
quod debebant offerri reduxistis quasi ad nichi-
lum et intulistis de rapinis claudum et languidum etc.
ita quod erat ibi duplex peccatum unum contra proximum. scilicet ra-
pina et aliud contra deum. scilicet offerre lege prohibi-
tum. ideo sequitur non suscipiam illud. acceptan-
do et quod ista intelligantur de popularibus offerenti-
bus ostenditur per hoc quod subditur maledictus dolosus
qui habet in grege suo masculum. id est animal bonum et aptum
ad sacrificandum deo et votum faciens. de sacri-
ficio deo offerendo immolat debile. id est animal languidum
vel aliquid ineptum ad offerendum quia rex magnus
ego. scilicet super omnem creaturam et nomen meum horri-
bile. id est timendum.

II

VENIT AD VOS. hic con-
sequenter arguit propheta sacerdotes et populum de peccatis
contra proximum cum hoc aliquid ponitur aliquid de
peccatis contra deum et dividitur in duas partes quia
primo arguit sacerdotes secundo populares ibi numquid.
Circa primum ponitur monitio cum dicitur ecce nunc
ad vos mandatum hoc o sacerdotes. quasi dicat debetis
diligenter attendere quod si nolueritis penitentiam agere. ideo
sequitur mittam in vos egestatem. quam supra
modum timebant quia avari et cupidi erant et
maledicam benedictionibus vestris. id est illis que consueui-
stis benedicere. scilicet vineis et bladis et huiusmodi

ita quod erit penuria ita exponit. Ra. Sa. et subditur
causa quia non posuistis super cor. scilicet exercere officium
vestrum debito modo deum colendo et populum instruen-
do. ecce ego proiciam vobis brachium. auferendo
vobis virtutem et sublimitatem. et dispergam super
vultum vestrum stercus. id est ex celebrationibus huiusmodi.
non reportabitis honorem sed confusionem et assu-
met vos secum. scilicet stercus ita quod eritis contempti-
biles sicut et ipsum et scietis. per experientiam iu-
pimentis quia misi ad vos sacerdotes et levitas man-
datum istud. de cultu dei et doctrina populi ut esset
pactum leui. id est cum tribu leui que sunt ad hoc
a deo electa tunc. secundo exemplo. pactum meum. id est leui
fuit cum eo uite et pacis. fuit ei promissum a
deo quod populus in pace viueret si legem seruaret et
sic fuit adimpletum quam diu seruauit ut patet ex de-
cursu veteris testamenti et dedi ei timorem. scilicet moysi
et aaron et pluribus ab eis descendentibus qui
deum timuerunt lex veritatis fuit in ore eius ad do-
cendum populum et iniquitas non est inventa in labiis
eius. quod enim aaron fecit vitulum conflatilem fuit ex
timore mortis ut dictum fuit plenius. exo. xxxii. nec
ipse nec alii levite crediderunt quod in vitulo esset aliquid
numinis. quod patet ex hoc quod tota tribus leui iunxit
se moysi ad interficiendum illos qui permanserant
in ydolatria vituli exodi. xxxii. in pace et equitate
ambulauit mecum. vitam iuste et me devote
colendo et multos avertit ab iniquitate populum do-
cendo hoc enim pertinet ad officium leuitarum sacerdotum
ideo subditur labia enim sacerdotis etc. et subditur cau-
sa quia angelus domini exercituum est. hoc enim officium angeli-
cum. scilicet colere deum et dirigere populum sicut angeli in
ministerium diuini missi propter salutem electorum semper uident
faciem patris qui est in celis. mathei. xviii. vos autem
sacerdotes et levite huius temporis recessistis de via.
quam tenuerunt moyses et aaron et alii iusti
et scandalizastis plurimos in lege. id est sinistris ex-
emplis delinquendi scandalum est enim impactio
pedis ad aliquid quod facit incidere. ruine mala
autem sacerdotum et doctorum facit errare populum
unde dicit saluator ceci sunt. et duces cecorum
si autem cecus ceco ducatum prestet ambo in fo-
veam cadunt propter quod dicit gregorius in pastorali cum
pastor per abrupta graditur consequens est ut grex
ad precipitium sequatur irritum fecistis pactum le-
ui. de officio sacerdotii propter quod et ego dedi vos con-
temptibiles et humiles. id est abiectos. et accepistis
faciem in lege iustificantes impium pro munere
sacerdotes enim iudicabant populum maxime post red-
ditum de babilone numquid postquam reprehendit
sacerdotes et levitas de malo regimine populi hic con-
sequenter arguit cetos de contemptu proximi et primo in
generali cum dicitur. numquid non unus pater etc.
quasi dicat sic. scilicet adam ut dicunt aliqui vel abraham
secundum alios et est verbum prophete numquid non deus
unus creauit nos. quasi dicat sic quia omnis anime humane creator
a deo immediate. quare ergo despicit unusquisque nostrum
fratrem suum propter paupertatem suam. qui dicit non habeo
causam violans pactum patrum nostrorum. id est legem datam

patribus nostris que precepit diligere proximum secundum spiritum arguit contemptum uxoris que debet esse una caro cum viro. unde dicitur transgressus est iudas etc. et ista transgressio exemplificatur cum subditur quia contaminavit iudas sanctificationem domini. scilicet la triam quam dilexit. id est dominus et habuit. scilicet iudas id est illa de tempore unde filiam dei alienum redeuntes de babilone acceperunt uxores suas iudeas que ex frequentia partus et laboris multis erant deturpate et duxerunt uxores alienigenas ut patet primo esdre .x. capitulo. et prius retinebant in domibus suis sed in figura ancillarum mulieres non docebant pueros suos mores proprios et sic alienigene docebant filios a iudeis genitos ydolatrie quod erat pessimum ideo sequitur disperdat dominus virum qui fecerit hoc magistrum et discipulum. id est magnum simul et parvum. et offerentem munus. id est de tribu sacerdotali quia in illa tribu inventi sunt viri qui acceperant uxores alienigenas primo esdre .x. capitulo. .x. capitulo. et hoc iterum fecistis operiebatis lacrimis etc. credentes expiare hoc peccatum absque eiectione alienigenarum quod tamen est falsum ideo subditur ita ut non respiciam ultra et dixistis quam ob causam. non dimittitur istud delictum per solum sacrificium ad quod respondetur cum dicitur. quia dominus testificatus est inter te et uxorem de mutua cohabitatione et dilectione dicens per adam prophetice. genesis .ii. ut ibidem fuit declaratum quam obrem relinquet homo patrem suum et matrem suam et adherebit uxori sue et erunt duo in carne una. quam tu despexisti. tenendo eam ut ancillam. et hec particeps tua. id est socia non ancilla et uxor federis tui. per consensum utrorumque qui facit matrimonium. nonne unus fecit. q. d. sic quia unus deus fecit adam et evam. et residuum spiritus eius est. ad hoc enim fecit deus mulierem de costa viri ut sicut sunt una caro ita sint unus spiritus et una anima per unam dilectionem et quid unus querit nisi semen dei. q. d. ad hoc est unio seu coniunctio matrimonii ut inde procedat semen ad cultum dei ideo subditur. custodite ergo spiritum vestrum. id est bonam voluntatem ad uxorem cum odio habueris dimitte, dando ei libellum repudii ut sic possit alii nubere et non sit ancilla a te violenter retenta hoc enim est minus malum quam affligere uxorem sicut eam ut ancillam libello enim repudii non sunt concessa ut per se licita sed ad maius malum evitandum ut diffuse declaratum est de uxore. Operiet autem iniquitas vestimentum eius. id est vestimentum viri sic enim sonat littera hebraica que non potest referri ad feminam sed ad masculinum tantum secundum modum loquendi hebraicum et est sensus operiet etc. id est per dei vindictam erunt despicientes uxores suas sicut apparet illud quod ponitur super vestimentum eius

sic apparebit iniquitas

III

Ecce ego mitto angelum meum

Hic incipit capitulum iii in hebreo ubi ex parte adventus Christi denunciatio et divisio duarum partium quia primo continebatur denunciatio secundo ibi. Ecce ego mittam. Circa primum sciendum quod populus iudeorum latius pro maiori parte iudeos aliarum gentium in hoc mundo qui erant ydolatre et prosperari. ut caldeos et persas et medos. se frequenter despicere et contemnere dicebant quod deus diligebat malos et de bonis hominibus suis non curabat vel quod de istis inferioribus providentiam non habebat ex quo bonis suis sibi sic negligebantur et alios exaltabat et sic deo imponebant maliciam malos diligendo vel ignorantiam nimiam et de iniuria hominum non vindicando et uterque est erroneum et deo odiosum ideo dicitur. laborare fecistis dominum in sermonibus vestris blasphematoriis et loquacitate. Sequitur de deo qui de homine afflicto de malo quod audit in eo quod dicitur erronee. omnis qui facit malum etc. et declaratur per sequentia aut certe ubi est deus iudicii. id est diiudicans inter bonos et malos. Ecce ego. hic consequenter denunciatur Christi adventus in quo fit bonorum et malorum distinctio quia in primo adventu Christi factum est iudicium discretionis vocando aliquos ad gratiam ceteris dimissis iusto dei iudicio licet nobis occulto sed in secundo adventu fiet iudicium discussionis malos puniendo et bonos premiando. sic ergo procedit quia primo utrumque adventum denunciat et secundo predicti erroris evacuationem ibi. Iuravi. Prima in duas quia primo ponitur dicta denunciatio secundo ipsius motivum ibi ego enim. Prima adhuc in duas quia primo nunciatur uterque adventus secundo utriusque effectus ibi. Ipse enim. Circa primum primo denunciatur primus adventus Christi cum dicitur in persona Christi Ecce ego mitto angelum meum. id est iohannem baptistam magis dicitur in terris vita angelica quam humana et hic sequitur dicitur de ipso ad literam. patet in evangelio ubi dicit salvator de iohanne baptista hic est de quo scriptum est Ecce ego mitto etc. et preparabit viam quia predicatio et baptismus eius fuerunt quedam preparationes ad baptismum et predicationem Christi. et statim veniet ad templum suum. quia ibi Christus oblatus fuit et ibi plures [illegible] dicentur et miracula fecit. dominator quem vos queritis. id est Christus cuius adventum summe desideraverunt patres antiqui. et angelus testamenti. quia Christus fuit mediator novi testamenti ut ponitur Ieremie .xxxi. Secundo denunciat adventum Christi secundum cum dicitur. ecce venit. id est veniet ad iudicium. et quis poterit cogitare diem adventus eius. q. d. nullus. unde dicitur. Matthei .xxiiii. de die illa et hora nemo scit et quis stabit. id est poterit stare ad videndum eum. sicut enim primus adventus fuit in humilitate et mansuetudine ita secundus erit in potestate et terrore. Ipse enim. hic consequenter effectus utriusque adventus in quodam generali et primo primi et secundo secundi ibi et accedam. effectus autem primi fuit purgatio aliquorum ad salutem quos in primitiva ecclesia purgavit Christus in fornace per tribulationes in iudea ut patet in actibus apostolorum in pluribus locis et postea per tyrannos in omnibus partibus orbis et hoc est quod dicitur. Ipse enim quasi ignis conflans. ad purgationem electorum et quasi herba fullonum qua utuntur fullones ad purificandum vestes et faciendum mundas. et purgabit filios levi. id est apostolos quorum aliqui fuerunt

de tribu leui et omnes fuerunt noue legis epi ad perfectam iudicii deducendo. et erunt dno offerentes sacrificia. i. eucaristia p ba nalegis sacrificia figurata sicut perfecta per xpm impleta. et placebit dno etc. qz istud sacrificium est deo acceptissimum sicut dies seculi et sicut anni antiqui. unde in canone misse dr sicut accepta habere dignatus est munera pueri tui iusti abel et sacrificium patriarche nri abrahe et quod obtulit tibi sacerdos tuus melchisedech. sciendum tamen qz istud sicut non designat equalitatem sed correspondenciam rei signate ad figuram sed cum res figurata excellit figuram sic sacrificium noue legis quod est eucharistia omnia ueteris legis sacrificia. et accedam hic ponitur effectus aduentus scdi cum dr et accedam ad uos in iudicio. qz xpc ueniet ad iudicium in forma humana tamen gloriosa et ero testis uelox qz illud iudicium breui tempore expedietur maleficiis et adulteris etc. i. quibuscumqz peccatoribus qz uirtute xpi nota fient omnibus eorum peccata et sima iudicis iusta. ista tamen peccata specialiter exprimit que crudelitatem important sicut et mt. xxv. ubi processus illius iudicii ponitur a saluatore. ¶ Ego enim dns. hic omne post effectum exe in iudicii ponitur monitio ipsi que tunc no debebit locum sed ante dicit. q. ego ei dns ad quem spectat finale iudicium omnium. et non mutor. in me ipso licet sit mutatio in effectibus meis secundum uarietatem meritorum et de meritorum hominum. et uos filii iacob non estis consumpti licet hic meruissent mala mea eo tamen saluaui aliquos ex uobis. a diebus enim patrum uestrorum recessistis qz cito post dationem legis in monte sinai peccauerunt in adoracione uituli. exo. xxxii. reuertimini ad me. per ueram penitentiam et reuertar ad uos. per clemenciam et diuitias uos male consumendo. in quo reuertemur. q. no declinauimus a deo cuius contrarium ostenditur cum subdit. si affliget homo deum qz uos configitis me. in hebreo habetur. si uiolentabit homo deum qz uos uiolentatis me. loquitur ei scriptura de deo sicut de homine cuius bona p uiolentiam rapiuntur. decime uero ipsius dei sunt pro sustentacione ministrorum suorum. que retinebantur iniuste a iudeis laicis. ideo subdit. in decimis. q. debebitur sacerdotibus et ad hanc finem reducit uiolacionem [illegible] deum meum uiolentatis sed in commune modum loquendi dr usqz ad cor [illegible] et in penuria uos male dicti estis. in penam ei qui [illegible] deo [illegible] nascentium ideo subditur inferte omnem decimam in horreum. i. lenitas. et probate me. i. effectum bonitatis mee si de decimis feceritis. quod debetis ideo subditur si non aperuero uobis cataractas celi dando uobis pluuias et rores ad fecunditatem terre [illegible] et effundero uobis benedictionem i. bonorum temporalium multiplicacionem et increpabo pro uobis deuorantem. i. faciam qz uermis [illegible]

locuste et bruci non deuorabunt seu perdent fructum terre nascentium. et beatos uos dicent omnes gentes que sunt in circuitu. bnd ex bonorum uestrorum multiplicacione. ista tamen promissio est sub condicione s. si fecerint bene. qz quia non fecerunt promissio non fuit impleta. ¶ Inualuerunt. hic errorem suppositum remouet. et diuiditur in duas partes qz primo dictum errorem recipit ut aliquid addere et secundo euacuat ibi. tunc locuti sunt. Circa primum dr in persona dei. inualuerunt super me uerba uestra. i. dne sunt multiplicata et que sit illa subdit. uanus est qui seruit deo. qz ad hoc non sequitur aliqua eius retributio qz sicut dictum est scilicet negabant diuinam prouidentiam de actibus humanis uel iustitiam et ad hoc sequitur defectus bone retributionis ideo subditur in persona talium et qz emolumentum qz custodiuimus precepta eius. q. d. nullum. et qz ambulauimus tristes. i. ieiuniis afflicti. unde in hebreo habetur et qz ambulauimus denigrati. et ideo ulterius concludebant ergo nunc. i. in presenti uita. beatos dicimus arrogantes eleuatos in pompa et potentia qz bene est eis in hac uita. nec expectant alia siquidem edificati sunt in domibus et possessionibus et tempserunt deum ipsum prouocando et contempnendo et salui facti sunt. ex quo concludit qz non haberet de malis eorum noticiam uel si habet qz de talibus non fecit iustitiam. ¶ Tunc locuti sunt. hic eius dicti errorem tollit et primo sententiam secundo maius diffuse cap. iiii. Circa primum dr locuti sunt timentes deum. qui ostendunt diuinam prouidentiam et eius iustitiam ad omnia se extendere unicuique cum proprio suo de premiacione et punicione malorum in seculo futuro ideo subditur et attendit dns. hic accipit et pro idest sic et loquebantur ad inuicem. attendit dns. s. bona et mala que fiunt in presenti uita et scriptus est liber. i. ista sunt in diuina scientia indelebiliter et erunt michi ait dns qui non potest mentiri in die qua ego facio. i. in die iudicii. in peculium i. in populum amicabilem et familiarem et parcam eis a penis eternis sicut parcit uir filio suo qui seruit ei ne incurrat manus mali. et conuertemini. i. ad me uos qui estis in [illegible] deo errore et uidebitis quid sit inter iustum et impium. qz licet iusti in presenti calligent tamen post hec obuiat in bonis gloriosus et ad bona glorie deducetur. etc.

.iiii.

Ecce IIII

Ecce. hic penitus errorem remouet manifeste explicite ex premiacione bonorum et punicione malorum. et primo ponit malorum punicionem secundo bonorum retributionem ibi. et orietur. Circa primum dr. Ecce enim dies ueniet. i. iudicii. succensa quasi caminus. qz illam diem precedet ignis conflagracionis ad purgacionem elementorum et eam sequetur ignis gehenne ad punicionem reproborum ideo subditur et erunt omnes superbi. peccantes contra deum et omnes facientes impietatem per peccatum con

ÿ leuitis. in primitiuis que debebant.

in isto passu permisit dns temptari. qd intelligendum est non causatiue sed consecutiue. qz ex eo dicit misericordiam consecuti erant. sic intelligit tho. 2. 2e. q. 97. ar. 2o. in responsione i. ar.

proximum. stipula incendio gehenne deputata
que non relinquet eis radicem. quia post finale
iudicium non erit tempus neque locus reuertendi ad gratiam.
Et orietur. hic ponit bonorum retribucionem
cum dicit et orietur nobis timentibus nomen meum. timo
re filiali qui habet caritatem annexam. sol iusticie
i. christus qui tunc apparebit electis retributor et sal
uator iustus et sanitas in pennis eius orietur quia per
ipsum gloriam anime et corporis consequentur. egrediemini
ad considerationem pene reproborum quam euadetis
et salietis sicut vituli de armento. quia talis visio
erit eis exultacionis occasio tum propter eius euasionem
tum propter diuine iusticie complecionem secundum quod dicit psalmo lvii. leta
bitur iustus cum viderit vindictam etc. et calcabitis
impios. cum fuerint cinis. i. afflicti pena ignis ge
hennalis quia corpora dampnatorum non incinerabuntur sed
semper viuent ut semper crucientur. in die qua ego
facio. i. in die iudicii. Mementote. hic com
ponit quia ad mocio et marie iudeorum quorum plures
conuertentur ante iudicium. ideo dicit mementote legis mo
ysi serui mei in qua fit mencio de aduentu christi
secundum quod dicit saluator Joh. v. si crederetis moy
si crederetis forsitan et michi. quam mandaui in oreb.
exo. xx. precepta. i. decalogi que seruanda sunt
tempore noui testamenti. et iudicia. i. illa que continentur in
ista modum iniuncti ad proximum que aliter seruantur in
noua lege sed non eodem modo quantum ad omnia
quia precepta iudicialia que seruantur in noua lege
obligant ut de nouo instituta de cerimonialibus
non fit hic mencio quia illa sunt totaliter exclusa in no
ua lege ita quod non possunt obseruari licite quia eo erant
respectu noui testamenti figure et ideo cessauerunt ad
ueniente veritate. ecce ego mittam nobis he
liam prophetam. qui ad hoc reseruatur in vita cum
enoch ut predicet contra antichristum. ideo subditur
antequam veniat dies domini. quia illam diem precedet per
secucio antichristi. et conuertet cor patrum ad filios
reducendo illos qui tunc increduli erunt ad patres
antiquos et sic illi patres diligent filios et econuerso
in caritate dei. ne forte veniam. in hebreo non est
forte quia aduentus dei ad iudicium certus potest etiam
dici secundum translacionem nostram quod non ponitur hic
forte propter incertitudinem aduentus sed propter incertitudinem
determinati temporis, vnde christus dicit apostolis actuum i.
non est vestrum nosse tempora uel momenta etc. et percu
tiam terram. i. habitatores in terra qualiter anathemate
i. eterna separacione ab ea licet aliqui electi adhereant
nichilominus sempiterna fruicione quam nobis concedat qui
cum patre et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum.
AMEN.

Explicit xii. prophete.

Incipit prologus in libro machabeorum.

Machabeorum
libri duo etc. Antequam
exponamus prologum pre
libamus quedam antecedentia
que necessaria videntur.
Et primo notandum quod libri
machabeorum non sunt de canone. leguntur tamen
in ecclesia pro instructione morum. Item due episto
le ... quarum una scribitur ludouico regi francorum
et altera ... archidiacono ... in biblia
sunt scribende nec prologi sunt dicende quarum causa
non nulli sic errant ut libros istos credant a ie
ronimo fuisse translatos cum ipse non transtulit
sed tamen fuit commentatus de hiis .ii. libris dicit ie
ronimus in prologo galeato machabeorum. primum
hebraicum repperi. Secundus grecus est quod ex ipsa fra
si probari potest. Item nullam inueni in dictis epistolis
difficultatem nisi quod aliquis dubitet de significa
cione huius nominis nangioni. Sunt autem nangiones
populi quidam de quibus dicit lucanus. vangiones
latum quod truces etc. hiis visis ad prologum attenda
mus. diuisio istius prologi currit per continencia
et contenta. et primo tangit de continentibus. secundo
de duobus libris machabeorum. ii. de contentis
secundo de diuersitatibus contentorum ibi prenotatur
prelia etc. Item in prima parte ponit primo somma
operis titulum cum dicit. machabeorum libri
ii. ponit distinccionem librorum uel numerum cum dicit
duo. in parte secunda tanguntur contenta sub tri
plici differencia. quedam enim dicuntur de maioribus princi
paliter. quedam de omnibus communiter. quedam de a
liquibus singulariter principaliter de maioribus re
citantur ducum prelia. ibi prenotant prelia
etc. et inde trophea ibi et nobiles machabei
triumphos et eius preeminencia ibi et cuius nomine
etc. communiter de omnibus recitantur sabbatorum pugna ibi.
pugnam quoque sabbatorum. vii. i. machabeorum. ii. dicit
dixit vir proximo suo. ecce constitutis omnibus et sequitur
ibidem omnis homo quicunque venit aduersus
nos in bello die sabbatorum pugnemus aduersus eum
etc. Singulariter de aliquibus recitantur septem
fratrum martirum gesta et eorum matris constanciam
ibi hic quoque historiam. dicit ergo. Machabeo
rum libri duo. nota quod in hystoriis scribitur quod in
secundo libro machabeorum non est hystorie prosecu
cio. Sed prosecute recapitulacio est enim epistola quam
scribit iudas machabeus et senatus iudeorum
i. ierosolime dispersioni iudeorum que exulabant
in diuersis regionibus orientis etc. rabanus magis
elucidat veritatem super principium secundi libri dicit enim
secundus liber diuisam habet a priore narracionem. Sed tamen
hystorie non destruit veritatem quia licet multa
prioris contineat testimonium tamen per plurima nitet quod que
non in illo inueniuntur. hebreorum duces. scilicet. math
tiam de quo i. machab. i. et simonem de quo habetur
eodem. ii. et iudam machabeum. de quo. i.
mach. iii. et in pluribus sequentibus capitulis.

ad fidem christi in quem crediderunt.

et ionathā. de quo .i. machab. ix. genteq3 per
sarum. ysidorus .ix. li. ethim. dicit q persae a per
seo rege uocati sunt/ qui etiam aliaz transiens
ibi barbaras gentes graui diuturnaq3 gerau
bello perdomuit/ nouissime uictor nomen sibi et
te genti dedit idem in .viii. media et persia
a regibus medo et perso cognominate sunt ex quibus
media et ottasii transuersa puarcha par
thia regna amplectitur a septentrione armenia
concluditur ab ortu caspios uidet a meridie persidem
persida autem tendens ab ottasii usq3 ad indos
ab ottasu rubrum mare habet ab aquilone
uo mediam tangit/ ab austro arabia germana
q3 perside annectitur. de plus durar habetur in
multis locis de mathathya et suis dicitur .i. mach.
ii. Collegerunt exercitum et percusserunt peccatores in ira
sua/ item de iuda et suis dicitur .i. mach. iii. in p̄hali
tur prelia israel cum letitia et ibidem sequitur quod
iudas uenit obuiam appolonio et percussit et oc
cidit eum et multa alia exempla patent. nobi
les triumphos. quia cum paucis deuicit multos et
fortes .i. mach. iii quod proximo pauci pugnare
ad multitudinem tantam tam fortem/ et sequitur
ibi ut silluit in eos subito et contritus est seron
et exercitus ipsius in conspectu eius. Item eodem .iiii.
ait iudas uiris qui secum erant ne timueritis
multitudinem eorum et impetum eorum ne formidetis
et sequitur congressi sunt et contritae sunt gentes et
fugerunt in campum etc. Item eodem commiserunt
bellum et ceciderunt de exercitu lisie quinq3 milia
uirorum etc. machabei ducis .i. iude de quo dicitur
i. machā. iii. c. Surrexit iudas qui uocabatur
machabeus. interpretatur autem machabeus pro
tegens ut protectus et de ipso dicitur .i. mach. iii.
qui protegebat castra gladio suo/ et ab isto machi
denominantur libri machabeorum in quo notatur
eius preeminencia Unde sequitur. ex cuius no
mine libri ydem nuncupati uel nuncupati sunt
gesta machabeorum fratrum. de quibus legitur .ii.
machab. vii. contingit .vii. fratres una cum
matre apprehensos compelli a rege contingere
contra fas carnes porcinas. Item in quadam prologo
qui in quibusdam bibliis inuenitur et incipit. mach.
libri etc. dicitur sic. machabei septem fratres ab una matre
machabea nomine geniti non manducantes
carnem porcinam ob hoc antiocho rege seuissimo
in anthiochia martirio gloria coronati sunt cum
matre sua atq3 sepulti cum magna ueneratione ibi
requiescunt. de eorum supplicio et de constancia matris
legitur .ii. mach. vii. ..

Explicit expositio istius prologi.

Incipit primus liber machabeorum

Et factum est.

Post historiam libri iu
dith quantum ad hysto
rias in sacra scriptura conten
tas sequitur hystoria in
libro machabeorum de scrip
ta licet per magnum tempus contingit postea nam
hystoria libri iudith contingit tempore cam
bisis filii cyri secundum communem expositionem doctorum no
strorum quam secutus sum exponendo librum illum. hy
storia uero machabeorum contingit tempore antio
chi epiphanis regis syrie ut patet in principio
primi libri. Et patet quod hystoria iudith interpositum
ta per .ii. duos fratres .s. seleucum et anthiochum e
piphanem et eorum posteros qui in seruitute ex
pulerunt de regno guerra inter eos que in pura
bili confota. Ad euidenciam hystorie aliquid
est hic premittendum de dicti regni successione

Sciendum igitur quod post mortem alexandri magni
eius monarchia in quatuor regna fuit diui
sa .s. macedonie. asie. egypti. et syrie. sicut
daniel .viii. fuit prefiguratum sed de duobus primis
regnis non fit mentio in primo machabeorum
libro sed procedit secundum processum regnum syrie
quod multum iudeam afflixit resistentibus prout po
terant machabeis et aliqua de regno egyp
ti occasionaliter interponit. Sciendum igitur quod
mortuo alexandro primo regnauit in syria
seleucus et alii quatuor post ipsum et sextus fuit
antiochus magnus/ qui duos habuit filios scilicet
seleucum philopatorem qui sibi successit in regno
tamquam primo genitus et antiochum epipha
nem qui traditus fuit romanis obses et au
dita morte patris et liberatione seleuchi fratris
sui uenit in syriam et ab aliquibus ciuitatibus
receptus fuit et tandem syrie regnum obtinuit
Post hoc inter posteros eius et posteros fratris sui de
regno syrie/ fuit longa concertacio et aliquando
preualebat una pars aliquando uero altera et sic syrie
regnum de una posteritate ad aliam transibat
ut patet in figura sequenti in cuius summitate ponitur
antiochus magnus et eius duo filii in duobus la
tibus descendentes et sub eis eorum posteri per successio
nem regum incipiendo ab antiocho magno de
posteritate primi filii ad alterius posteritatem uel in
eadem posteritate de patre ad filium successorem
per lineam transuersalem de minio factam/ et
ad maiorem euidenciam super qualibet successione
regnum obtinentem posui literas alphabeti secundum
processum ordinis dicti regni. Et quia de summis
sacerdotibus iudeorum in libris machabeorum fit
mencio ideo sciendum quod iaddo alexandri tempore fuit
sacerdos summus post eum onias sub quo ptholo
meus soter rex egypti multos iudeos captiuauit
post eum simon iustus deinde onias symonis iu
sti filius qui usq3 tunc fuerat puer post eum symon
filius eius deinde onias filius eius tempore antiochi ..


[margin: vel ad alium]

9 ritu gentilium fuerat inquinatus. quam.

M II

magni et seleuci eius filii cuius tempore heliodorus ad spoliandum erarium in ierusalem fuit missus et hec omnia secundum iosephum. li. xii. antiquitatum iudaicarum cap. vi. huius duos fratres. s. iasonem et menelaum qui successiue per usurpationem tenuerunt summum sacerdotium quibus successit alchimus per institutionem violentam antiochi epiphanis qui non erat de linea sacerdotum sed descendisset ab aaron ut habetur infra vii. cap. et tunc sacerdotium deuenit ad machabeos qui antiocho regi et eius filiis quantum poterant resistebant habebant tamen ibi aliquid iuris. nam mathathias pater eorum descendebat de illis. xxiiii. quos dauid instituerat ad deseruiendum templo domini per uices suas primo paralipomenon xxiiii. sed quia huius primi et secundi machabeorum maior est auctoritas quam iosephi cum ab ecclesia recepti sint ad legendum ideo non est dicendum contra ipsum iosephum sed magis secundum uerum libro. iiii. cap. dicitur expresse quod iason fuit supra omnes, et quod menelaus et lisimachus fuerunt fratres simonis prepositi templi et de tribu beniamin fuerat et iste simon ut habetur. ii. libro cap. iii. De alchimo uero habetur secundo libro. xiiii. cap. quod fuerat summus sacerdos tempore antiochi epiphanis sed eiectus fuit inde et quem restituit demetrius seleuci ut habetur ibi. et. vii. cap. primi libri et ideo secundo textum intendo exponere libros machabeorum.

Sequitur figura



De antiocho magno et eius filio seleuco qui primus ei successit nõ fit mentio ĩ pº machabeorum libro fit tñ de ipsis aliquid ĩ sc̃do que hic omittitur ut processus primi libri machabeorum a processu sc̃di clarius distinguatur. confusio est enim tam intelligentie quam memorie inimica

Iste demetrius seleuci filius de Roma rediens antiochum cognatum suum ab exercitu comprehensum iussit occidi ut patet in pº vii. ca. et pro eo regnans constituit alchimum pontificem iudeorum cum quo misit bachidem qui magnam stragem iudeorum fecit in ierusalem quo recedente inchoauit pugnans contra iudeam fuit occisus redeunte tñ bachide iudas in bello occubuit et ei ionathas frater eius successit bellans contra bachidem et tandem fecerunt pacem et hec patent a principio vii. ca. usque ad finem ix. postea demetrius pugnans cum alexandro filio antiochi occubuit circa medium .x. capli.

Iste demetrius filius demetrii in regno succedens alexandro primo fauorabilis fuit ionathe et iudeis postea tñ alienauit se ab eis ut patet a medio ca. xi. et circa hec tunc veniens antyochus adolescens filius alexandri ad optinendum patris sui regnum demetrium debellauit ut habetur in fine .xi. ca. et sic regnauit antyochus adolescens

Iste anthyochus filius demetrii congregauit exercitum ad persequendum triphonem et regnum patris sui optinendum ut habetur in pº. xv. ca. et in principio scripsit symoni summo sacerdoti amicabiliter postea in iudeis eius contra constituit cendebeum ducem maritimum qui a filiis symonis fuit debellatus symone cum duobus filiis a socero suo dolose occiso successit ei in sacerdocio iohannes filius eius qui fuit valde strenuus et bellicosus et in hoc cadit machabeorum liber primus

Filius istius antyocho nobili qui fuerat rex obses incipit hystoria primi libri machabeorum premissa tñ breui victoria et morte alexandri hic obtento regno syrie inuasit egyptum et ierusalem et inde rediens ydolum in templo dei posuit cogens iudeos ad ritum gentilem et multipliciter affligit iudeam primo per se postea per duces suos quibus mathathias et eius filii viriliter restiterunt et durat hec ystoria a primo ca. usque prope medium .vi. capli ubi agitur de morte ipsius

Iste antyochus eupator mortuo patre regnauit et contra iudeam venit et finaliter dacius demetrius inde recessit et hec patent .vi. caplo incipiendo ante medium capli usque ad finem eius cui successit in regno demetrius filius seleuci eius cognatus consanguineus ut patet in pº. vii. ca.

Iste alexander occiso demetrio regnauit et filiam regis egipti accepit in vxorem qui rex inimicus alexandri conueniens fedus iniit cum eius aduersario s. demetrio filio demetrii et pugnans cum alexandro eum fugauit qui fugiens in arabiam occisus est in fauorem regis egypti et tercia die post mortuo ptholomeo regnauit demetrius filius demetrii.

Iste antyochus adolescens succedens in regno demetrio filio demetrii tripho̅ne regnum eius concupiscente in dolo occisus fuit a quo etiam ionathas prius occisus dolose fuerat ne mathathia tryphonis contra antyochum regem impediret ut habetur xii. caplo

Iste tryphon nõ fuit de sanguine regio sed de familia alexandri qui post eius mortem fuit in exercitu demetrii et audiens exercitum murmurationem contra eum uenit in arabiam ut inde adduceret antyochum adolescentem qui ibi nutriebatur ut habetur xi. ca. circa medium qui veniens debellauit demetrium ut dictum est et sic regnauit sed tryphon concupiens regnum eius eum dolose occidit .xiii. ca. et sic ei in regno successit contra quem demetrius qui de bello fugerat congregans exercitum a rege persidis et medie positus fuit in carcere ut habetur in principio capli .xiiii. et in hac contencione facta sunt illa que describuntur sub symone summo sacerdote .xiiii. ca.

[margin:] cuius morte ... filii demetrii

Post figuratiue positam per processum regum syrie quantum ad principes qui iudeorum populum afflixerunt Diuisio tñ libri accipienda est secundum duces qui populum israel liberauerunt tñ liber totalis in duas partes diuiditur secundum duos libros principales primum s. et sc̃dm primus autem liber diuiditur in .iiii. partes quia primo ponitur liberatio populi sub mathathia secundo sub iuda .iii. caplo. tertio sub ionatha ix. ca. quarto sub symone .xiii. ca. prima in duas quia primo ponitur destructio populi et templi facta per antyochum epyphanem sc̃do defensio facta per mathathiam. ca. ii. prima adhuc in tres secundum triplicem persecutionem per antyochum factam prima facta fuit per ipsum personaliter sc̃da per eius ducem que ponitur ibi. et post duos annos. tertia per eius ministros et scriptum ibi et scripsit. circa primum primo describitur afflictionis occasio sc̃do afflictionis occasio ibi. in diebus illis. tertio afflictionis processus et ordo ibi. et percussit. quarto multiplex afflictionum oppressio ibi et conuertit. Circa primum dicit Et factum est postquam percussit alexander .s. magnus. philippi regis macedonum.

filius qui primus regnavit in grecia .s. tota. nam in macedonia que est quedam pars grecie prius regnaverat pater eius et plures alii sed iste fuit primus monarcha non solum grecie sed etiam totius orientis ut pz. quia ab eo incipit regnum grecorum darium regem persarum. iste darius secundum hebreos fuit filius assueri et hester regine sicut dictum est supra in principio libri hester. et daniel. ix. et pluribus aliis locis. Secundum alios non hystoriographos fuit alius darius qui postea regnavit per longum tempus. constituit prelia multa. com. regna de resistencia et optinuit omnium .s. resistencium munitiones. i. castra et fortalicia et bona in eis reposita et pertransiit usque ad fines terre. victoribus ex parte orientis et siluit terra in conspectu eius quia nullus audebat sibi resistere facto vel verbo et congregavit virtutem etc. hec ponitur ad finem dicti tacite questionis qua posset queri quomodo fecit tanta cum parvum esset regnum macedonie. Et respondetur quod congregavit exercitum valde fortem non solum de macedonia sed de aliis locis et bellatores undecumque sibi libenter ad serviendum in victoriis non retinebat sibi nisi bonum honorabile concedens aliis bonum utile ex sua liberalitate et facti sunt illi in tributum ad sui exercitus sustentamentum et post hec decidit in lectum .egritudine valida et cognovit quia moreretur. hunc erat ei de hoc responsum ab arboribus solis et lune consecratis a quibus quesierat si devicto orbe terrarum rediret ad matrem suam et sorores karissimas et responsum est quod non quia cito esset moriturus et vocavit pueros suos nobiles. i. socios familiares nullus ei de filiis suis sicut aliquos habent legitur post eum regnasse. et multiplicata sunt mala in terra. quia regnum syrie et regnum egypti ab alexandro descendencia affixerunt populum israel colentem dominum. Et quia premissa dicta sunt ut ad antiochum illustrem deveniretur ideo subditur et exiit ex eis .s. ex regibus syrie ut pz in figura supra posita. radix peccati. nam ex eo pullulavit plurima mala quam ex aliis precedentibus antiochus illustris. i. preclarus seu nobilis et significat idem quod epiphanes quod est nomen grecum et dicitur ab epy quod est supra et phanes apparicio quasi supra alios eminens vel apparens. filius antiochi. magni. qui fuerat rome obses. nam antiochus magnus pater eius per romanos fuit repressus ab infestacione vicinarum gencium romanis federatarum et ad maiorem securitatem acceperunt obsidem filium suum minorem qui audita morte sui patris et in heredia fratris sui seleuci. de roma clam recessit et in syriam veniens aliquas civitates maritimas habuit et tandem regnum ideo subditur. et regnavit in anno. cxxx. et vii. regni grecorum quod incepit ab alexandro magno ut dictum est supra. Dicunt tamen aliqui quod hec numeracio incipit a primo anno seleuci qui immediate successit alexandro magno in syria sed hoc non videtur verum dicitur quia alibi et infra .vi. ca. et daniel. octavo. alexander dicitur primus in regno grecorum

nec obstat quod ipsi per ipsum regnum immediatorum numeravit. cxxx vii. annos a primo anno seleuci usque ad primum annum antiochi epyphanis quia idem anno dicitur ultimus regis precedentis. et primus immediate sequentis et sic bis computatur antiochi autem epyphanes fuit. ix. ab alexandro magno. et sic per tales computaciones unus annus bis habetur. novem annorum numerus secundum veritatem qui fuerunt de tempore alexandri magni postquam regnavit in tota grecia. xii. autem annorum quibus dicitur regnasse incipiunt a tempore quo post patrem immediate regnavit in macedonia tantum ut sic regnum grecie inchoandum est ab ipso. In diebus illis posita origine persecutoris hic consequenter ponitur occasio persecutionis que processit ex malicia aliquorum de populo israel ideo dicitur In diebus illis exierunt ex israel filii iniqui. non solum in se ipsis formaliter sed etiam in aliis effective. ideo subditur. et suaserunt multis dicentes eamus et disponamus testamentum. i. fedus societatis cum gentibus in cerimoniis et ydolatriis nos eis conformando et subditur racio quia ex quo recessimus ab eis invenerunt nos multa mala. illud dictum videbatur habere colorem quia ante captivitatem babilonicam populus israel multum declinavit ad ydolatriam ut pz in .iiii. regum. etc. et tamen habuit reges potentes .s. in samaria et iherusalem post reditum [vero] captivitatis non babilonice usque ad hoc tempus ad ydolatriam non declinaverat et tamen reges non habuerat et sub tributo regum aliorum fuerat Sed isti tacebant illud ex quo per sua peccata talis erat iniqua .s. quia propter ydolatriam regni israel et iuda et subditorum suorum dicta regna fuerunt destructa et reges israel et iuda cum suis populis captivati et bonus visus est sermo in oculis eorum quia respiciebat quantum ad id quod proponebatur et non quantum ad id quod tacebatur. et destinaverunt. i. firmiter ordinaverunt aliqui de populo. i. pauci respectu aliorum et abierunt ad regem .s. antiochum ydolatram. et dedit illis potestatem ut facerent iusticiam gencium. i. ut secundum ritum incircumcisorum viverent et ad hoc alios trahere possent induce et edificaverunt gymnasium in iherosolimis. i. scolam in qua docerentur et addiscerentur leges et statuta gencium. et dicitur gymnasium nam in scola disputat unus contra alium sicut in gymnasio exercentur homines ad luctam corporalem et fecerunt sibi preputia conformando se eis in vita et moribus et fecerunt sibi preputia. distendendo filios suos incircumcisos et venundati sunt. i. totaliter dediti. ut facerent malum. sicut de achab. dicitur .iii. R. xxi. eo quod venundatus sis ut faceres malum in conspectu domini Et factum est. hic consequenter ponitur afflictionis tempus et ordo nam eam fecit antiochus in reditu de egypto ad cuius intellectum sciendum quod sicut dictum supra daniel. x. ca. antiochus magnus ad confederacionem ipsius cum rege egypti et econverso dedit filiam suam cleopatram. tholomeo epyphani ex quibus natus fuit tholomeus philometor igitur mortuo ptholomeo epiphane antiochus illustris rex syrie

[sequitur aliquas cum te...]

accepit aliquas civitates regni Egypti regno suo propinquas civitates regni cuius tutor nepotis sui, qui puer adhuc erat. quas cum duces Egypti repeterunt pro puero et ille nollet reddere, motum fuit bellum inter ipsos et Antiochum in quo devicti fuerunt duces Egypti, et postmodum Ptolomeus Philometor cum eis qui erat adhuc infans iuvenis et Egypto spoliata Antiochus venit in Israel; et fecit multa mala ut habetur in parte sequenti. In hac autem parte describitur bellum dictum cum dicitur Et paratum est regnum in conspectu Antiochi. scilicet regnum Egypti modo iam dicto et paratum sibi paucis exceptis. In multitudine gravi. scilicet ad sustinendum in curribus. in quibus pugnabant reges antiquitus. Et elephantis. portantibus castra lignea in quibus erant homines armati desuper proicientes iacula. Et equitibus. circa elephantes ordinatis, ne occiderentur ab adversariis. Et copiosa navium multitudine, invadens Egyptum per terram et per mare. ¶ Et convertit. Hic consequenter ponitur Iudeorum incepta oppressio cum dicitur Et convertit Antiochus et cetera. postquam percussit Egyptum modo dicto in centesimo et xl. et iii anno scilicet regni grecorum et per consequens anno vii. regni Antiochi ut patet ex predictis. ¶ Et ascendit Iherusalem in multitudine gravi. quia paratus erat ad faciendum malum. Et intravit in sanctificationem. id est in templum quod iam erat per Zorobabel et socios eius reedificatum. Cum superbia. tractans contemptibiliter vasa sacra, ideo subditur Et accepit altare aureum in quo incensabatur thimiama ad honorem divinum. Et candelabrum luminis super illud erant septem lucerne auree. Et universa vasa eius. scilicet forcipes et emunctoria que omnia erant aurea Exo. xxv. Mensam propositionis. super quam ponebantur xii. panes calidi in die sabbati pro xii. tribubus Israel et in hoc significabatur quod sacerdotes debebant a populo nutriri. Et libatoria. id est vasa in quibus portabantur liquida de quibus fiebant libamina que sunt oblationes de liquidis. Et phialas. id est vasa in quibus reponebantur unguenta et cinnamomata. Et mortariola aurea. in quibus terebant illa ex quibus componebantur. Et velum. dividens inter sanctum et sanctum sanctorum. Et coronas. existentes ibi ad ornatum templi. Et ornamentum aureum. id est cortinam aurifrigiatam. Et comminuit omnia. id est in pulverem redegit, ut dicunt expositores aliqui sed non est verisimile quod tam preciosa vellet sic conterere, ideo quod dicitur hic comminuit. id est a prima forma transmutavit materiam retinens ad alios usus ad suam utilitatem. Et ingemuerunt principes et seniores. tamquam malis obviare non valentes. Et commota est terra super habitantes in ea. id est a suo decore diminuta propter miseriam habitantium in ea. Et post duos annos. Hic consequenter ponitur persecutio quam fecit Antiochus per suum ducem fallacem ideo subditur Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo. significans quod venisset pro bono statu civitatis reformando. Et crediderunt ei. eum in pace recipiendo. Et irruit super civitatem repente. civibus non cogitantibus

de deffensione. Et destruxit domos eius. nobiles et fortes ne post eius recessum iudei possent ibi tueri et muros eius in circuitu. faciendo ibi multas aperturas per quas equites et pedites intrare possent ingredi libere si iudei vellent in aliquo rebellare. Et edificaverunt civitatem David. id est arcem Syon. Et facta est illis in arcem. id est in fortalitium contra civitatis populum ideo subditur postea Et facti sunt in laqueum magnum. ad capiendum cives et spoliandum. Et factum est hoc ad insidias sanctificationi. id est loco templi ne auderet divina ibi postmodum exerceri nam de arce poterant super colentes iacula proicere eo quod erat prope templum. Et in diabolum malum. homines enim pessimi dicuntur diaboli propter quandam similitudinem, et accipitur hic singulare pro plurali diabolum id est diabolos. Et facta est habitatio exterorum. id est extraneorum. Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo. in loco enim templi creverunt arbusta ut dicitur infra. iiii. capitulo. Secundum gloriam eius. tempore Salomonis multiplicata est ignominia eius tempore Antiochi illustris. Et scripsit. Hic consequenter describitur persecutio regis Antiochi per nuncios et scripturam in qua primo precepit legem mosaicam aboleri ideo dicitur Et scripsit rex per decretum firmum ut esset omnis populus regni sui unus. id est unius legis et ritus. Et reliquerunt unusquisque gentilium alium ritum habentium quam Antiochus. Et multi ex Israel consenserunt ei aliqui timore aliqui favore. Et misit rex Antiochus libros. id est epistolas decretum suum continentes. Ut sequerentur leges gentium. ydolatrarum. Et prohiberent holocausta. que totaliter incendebantur ad honorem divinum. Et sacrificia. pro peccatis oblata. Et placationes. id est sacrificia pacifica de quibus habetur in levitico. Et prohiberent celebrari sabbatum. pro beneficio creationis omnium. Et dies solemnes. ut pasche penthecostes et huiusmodi [illegible]. Et [illegible] coinquinari sancta. id est templi loca. Et sanctum populum Israel qui dicitur sanctus quia pre ceteris populis erat ad divinum cultum deputatus unde et res sanctificate que divino cultui deputantur dicuntur sancte ut vestes et vasa et consimilia. Et pecora communia. id est immunda secundum legem Moysi. Et coinquinari animas eorum in omnibus immundis. id est cibis lege prohibitis. Et abhominationibus. id est idolatriis que abhominationes dicuntur in veteri testamento ita ut oblivisserentur legem divinam. Et immutarent omnes iustificationes dei. id est oblationes et sacrificia que offerebantur deo celi certa parte ubi ibi. Et effugaverunt populum Israel in abditis quia volentes ydolatrare fugiebant occulte ad speluncas montium, ut habetur infra ii. capitulo. Secundo precepit idolatrare ampliter ideo dicitur Die xv. mensis casleu. id est decembris ut dicunt aliqui sed melius dicitur quod correspondet novembri. nam apud hebreos est tertius a vii. mense computato utroque qui septimus correspondet septembri nostro cum pro parte aliqua concurrit cum octobri et per consequens casleu similiter cum decembri et ratio huius est quia iudei faciunt menses per lunationes sicut plenius declaratum gen. vii. et c.

xiii. b. et vi. et. c° anno. s. regni grecorum edificaverunt. i. statuerunt abhominandum ydolum. s. iovis olimpii et desolacionis templi. Tercio precedit legem mosaicam destruendo. ideo dicitur et libros legis dei combusserunt etc. Quarto precepit omnes legis observatores trucidari ideo dicitur et quicumque observabat legem domini etc. et patet littera usque ibi. et v. et xx. die mensis. s. casleu sacrificabant super aram que erat contra altare. s. dei super quam erat ydolum positum et sic aram in qua sacrificabant ydolo erat posita contra altare dei et suspendebant pueros a cervicibus. i. per colla sinibus vie eorum transeuntibus. cetera patent.

In diebus illis. II

Posita deiectione populi per antiochi epiphanem, hic consequenter ponitur aliqualis eius relevacio per mathathiam, ubi primo ponitur audacia zelantis. secundo constancia tolerantis ibi. et exclamavit. tercio prudencia morientis ibi. et appropinquavit. Circa primum primo ponitur planctus lamentacionis. secundo auxilium consolacionis ibi. venerunt illuc. tercio zelus emulacionis ibi. ut cessaverunt. Circa primum ponitur mathathie genus cum dicitur. In diebus illis surrexit mathathias filius iohannis. et eius officium cum dicitur sacerdos ex filiis ioarim. iste fuit unus de xxiiii. sacerdotibus quos instituit david ad ministrandum coram domino in cultu templi paralip. xxiiii. et dicunt aliqui quod iste vocatur ibi iachim, qui habuit sortem vicesimam primam, videtur michi quod melius dicitur ibi ioarib. qui habuit sortem primam. Nota et hebrea frequenter mutantur in ultima littera sicut et latina. et hoc patet ex hoc quod infra. xiiii. capitulo dicitur quod mathathias fuit ex filiis iarib, quod idem nomen est quod ioarib. ab ierusalem. illud refertur ad id quod supra ponitur. surrexit. nam inde recessit propter templi contaminacionem. et sedebat in monte modin. unde erat oriundus. hic consequenter describitur proles eius cum dicitur et habebat filios. v. etc. interpretaciones cognominum hic omitto quia Ieronimus in libro suo de interpretacionibus nominum hebreorum nullas ponit de libris machabeorum, et ille que sunt in margine et in textu biblie communiter ponuntur sunt in pluribus falsis et frequenter a sompno reprobantur. hii viderunt mala. contra compassionis et doloris et dixit mathathias ve michi. ve michi. q. d. nimis malum esset michi si non esset quod tanta mala populi et contemptum cultus domini videre sustinerem. s. locum et vasa in manu extraneorum. i. gentilium ydolatrarum templum eius sicut homo ignobilis ignobiliter enim vilibus operibus deputantur et sic templum ydolatria et luxuria erat plenum ut habetur infra secundo libro vi. capitulo vasa glorie eius captiva abducta sunt. nam antiochus ea asportaverat ut dictum est capitulo precedenti. que gentes non hereditaverunt regnum eius etc. hoc dicitur eo quod in exercitu antiochi erant multi de diversis nacionibus collecti. omnis compositio eius ablata est. que erat libera tempore david et salomonis et plurium regum aliorum facta est ancilla. sub antiocho perverso et ecce sancta nostra. quantum ad dei cultum et pulcritudo nostra quantum ad legem que templi ornamentum. et claritas nostra quantum ad legem que illuminat intellectum. desolata est hec enim tria dissipaverat antiochus perversus destruens ut patet capitulo precedenti. quid ergo ad huc nobis vivere. q. d. melius est nobis mori quam talia videre. et scidit mathathias etc. in signum doloris. et operuerunt se ciliciis in signum humiliacionis et planxerunt valde pro malis predictis. Et venerunt illuc. hic consequenter ponitur auxilium consolacionis dei cultus et dicte legis et hoc pertinet ad illos de quo ideo dicitur et venerunt illuc etc. et patet. et multi de israel consencientes. timore mortis. sed mathathias et filii eius constanter steterunt in confessione dei et legis divine. et dixerunt mathathie volentes eum primo illicere adulatoriis blandiciis princeps dignitate. et clarissimus fame celebritate et magnus corporis potencia. et ornatus filiis et fratribus. i. insignia cognacione. ergo accede prior. q. d. decet te. secundo illicit promissionibus cum dicitur et eris tu et filii tui etc. quantum ad bonum honorabile et amplificatus argento etc. quantum ad bonum utile. Et respondit mathathias et dixit voce magna ut magis appareret eius constancia, et si omnes gentes etc. sequitur ego et filii mei et fratres mei. i. cognati obediemus legi patrum nostrorum colentes verum deum. cetera patent. Et ut cessaverunt. hic consequenter ponitur zelus emulacionis quo interfecit iudeum ydolis sacrificantem et patet littera usque ibi. et contremuerunt renes eius quod fortis motu cordis redundat ad corpus et accensus est furor eius. i. ira per zelum que eum excitabat secundum racionis iudicium, ideo subditur secundum iudicium legis. sic fortis ira passionis utitur laudabiliter ad prompcius exequendum actum virtutis. iiii. ethicorum. et zelatus est legem sicut phinees. qui ex zelo legis interfecit zambri cum scorto madianitide numeri. xxv. Et exclamavit. postquam descripta est zelantis audacia, hic consequenter describitur ipsius tolerantis constancia que primo declaratur in hoc quod mathathias cum filiis suis non fuit tractatus rigore conspicitur magis eligens herbis vivere in deserto quam legem transgredi ideo subditur. et fugit ipse et filii eius in montes. bona sua temporalia propter zelum dei contempnentes. tunc descenderunt multi. qui iam ante fugerant ad loca magis montuosa qui dissipaverunt mandatum regis. ipsum implere denegando et iura. i. ducentes ad regis obedienciam occidendo cetera patent usque ibi et non responderunt eis. s. ad votum eorum. sed ad eorum ideo premittitur. et dixerunt non exhibimus etc.

nec lapidem miserunt eis. ad sui deffensi
onem. neque oppilaverunt loca. ne quietem sabbati
violarent dicentes moriamur omnes in simplicitate
nostra. et sine dubio isto perdit ex quadam simplici
devocione quia licitum erat eis in die sabbati se de
fendere. unde et iosue. vi. dicitur quod armati bella
tores de voluntate domini circuierunt urbem ieri
co semel in die et hoc. vii. diebus in quibus
dies sabbati erat inclusus. propter. quod mathathi
as qui erat in lege peritus declaravit quod lici
tum erat iudeis in sabbato pugnare in necessitate con
tra eos. ¶ Et cognovit. hic ostenditur secundo
constancia mathathie et eorum qui cum eo
erant in hoc quod non fuit fractum eorum animositas
nec ex audita morte mille hominum ideo dicitur
et cognovit mathathias et amici eius. mor
tem predictorum et luctum fuerunt super eos valde. quia
mortui erant ex indiscreta devocione ideo sub
ditur. et dixit vir proximo suo etc. pro animabus no
stris etc. i. pro vitis nostris ne ita fiat. legitimis
et iustificacionibus. i. legis observacionibus. et
cuius dissipent nos. et sic sequentur maiora mala
. et constituerunt in die illa dicentes omnis
homo etc. illud ordinavit de consilio mathathie
ut dictum est. tunc congregata est. hic tercio de
claratur eorum constancia quia non sunt fractam
labore aut etatis quo viriliter hostibus resiste
rent ideo dicitur. tunc congregata est ad eos. scilicet matha
thiam et eius amicos. synagoga iudeorum fortis
viribus. quantum ad robur corporis et spiritus
ideo subditur. omnis voluntarius in lege. i. bona
voluntate servandi legem et fuerunt illis
ad firmamentum. eligentes mathathiam
principem suum et persecuti sunt peccatores in ira sua
pro zelum legis excitatam. et ceteri fugerunt ad
nacionis gentilium extra iudeam exeuntes. et cir
cuivit mathathias et amici eius. per loca
iudee ydolatria polluta et circumcidit
pueros incircumcisos. quos parentes eorum non
fuerunt ausi circumcidere mortis timore et per
secuti sunt filios superbie. i. homines valde
superbos sicut homines dignum morte dicuntur filii
mortis. i. Reg. xxvi. et prosperatum est opus
in manibus eorum. i. mathathie. et filiorum su
orum et obtinuerunt legem. i. legis observanciam
de manibus gencium. i. repressa potencia
eorum et non dederunt cornu peccatori. sed magis
repulerunt et minus dicendo plus significatur
Et appropinquaverunt. describitur mathathie con
stantia hic cum describitur eius prudencia / nam
videns appropinquare tempus sue mortis or
dinavit in posterum de deffensione legis et
primo ad eam filios suos animat dicens. nunc
confortata est superbia. scilicet antiochi reg
is per expedicionem et castigacionem nostram. pro peccatis
nostris. et tempus eversionis dum cultus et legis et
ira. i. pena indignacionis. scilicet divine suo iusto iu
dicio. sed nobis omnibus. nunc ergo o filii emu
latores estote legis. i. zelatores et deffensores

ipsius quia nunc est necessitas eius. et date animas
vestras periculo mortis nos exponendo pro testamento
patrum. i. pactis datis. Exo. xx. secundo exempla
ponit ad hoc et primo in generali dicens. et memen
tote operum patrum etc. et accipietis gloriam
magnam. i. virtutis fame in presenti et nomen
eternum in futuro. ¶ Consequenter ponit exempla in
particulari dicens. Abraham nonne in temptacione
in molacionis ysaac. Gen. xxii. inventus est
fidelis. quasi dicat. sic quia paratus fuit ipsum inmolare
propter bonum obediencie et reputatum est ei ad
iusticiam. propter bonam voluntatem. ioseph in tempore
angustie sue. quia cum esset venditus in servum.
custodivit mandatum. renuens adulterium
Gen. xxxix. et factus est dominus egipti. Gen. xli.
phinees pater noster. zelando etc. sicut dictum est
Num. xxv. i. iosue dum implet verbum domini. per moy
sen sibi dictum. factus est dux in israel. iosue primo.
caleb dum testificatur in ecclesia. in virtute
dei contra alios exploratores. Num. xiiii. accepit
hereditatem. iosue xiiii. david in sua misericordia. quia
pepercit sauli qui bis cecidit in manu sua
i. Reg. xxiiii. et. xxvi. consecutus est sedem regni
in secula. ii. Reg. vii. helyas dum zelat in zelum
legis. occidendo prophetas baal. iii. Reg. xviii. recep
tus est in celum. iiii. Reg. ii. ananias azarias
misael credentes. corde unum deum verum et
confitentes ore liberati sunt de flamma. Dan.
iii. daniel in sua simplicitate. i. oracionis deum
simplici corde liberatus est de ore leonum. Dan.
vi. cetera patent usque ibi. et a verbis. scilicet
comminatorum. viri peccatoris. i. antiochi. ne ti
mueritis. tiore iam adhuc deficiente quia gloria
eius stercus et vermis est. i. in stercus et vermem
convertet et videtur hic mathathias pro
phetice loqui nam in langore postea posito
antiocho vermes viventes de carne eius
scaturiebant et ex fetore eius exercitus grava
batur ut habetur infra libro secundo cap. ix. hodie
extollitur. potencia regni et cras non invenietur
i. cito morietur quia conversus est in terram suam
i. resolutus ut dictum est supra cap. primo et cogita
cio eius periet. quia non potuit facere quod cogitavit
de iudeorum destruccione. vos ergo. hic tercio
filios suos ad deffensionem legis ordinat dicens.
vos ergo filii confortamini. in domino et in potencia
virtutis eius. et viriliter agite. in lege pug
nando pro eius deffensione quia in ipsa servanda
et implenda. gloriosi eritis. primo in spe. postea
in re quod autem in aliquibus libris reponitur libris
continetis et ecce symon frater vester. scio quod vir
consilii est. i. prudens in dandis consiliis.
ipsum audite semper eius sequendo consilium
et ipse vobis erit pater. quia prudencia in
bellis est magis necessaria quam fortitudo. Et iu
das machabeus fortis viribus. ideo ad princi
patum milicie aptus. et ipse aget bellum populi
de consilio tamen symeonis. et adducetis
ad vos omnes factores legis. quia virtus

¶ cum scriptum est etc. non est de textu nec habetur in libris.

binta fortior est se ipsa dispersa retribuite retributionem gentibus ipsas puniendo pro malitiis illatis fidelibus. cetera patent.

III

Et surrexit iudas.

Post liberationem populi sub mathathia describitur eiusdem liberatio sub iuda et qui primo describitur uita ducis secundo conflictus eius cum aduersariis ibi et persecutus est. Circa primum dicitur. et surrexit iudas ad populi deffensionem post suum patrem et adiuuabant eum etc. obedientes eis tanquam exercitus duci et preliabantur prelium israel cum leticia. Signum enim habitus generati est delectatio in opere. ii. ethicorum et per hoc patet quod habebant habitum fortitudinis et dilatauit gloriam populo suo. ad facta patris sui notabiliter addendo et induit se loricam sicut gigas. i. fortis et succinxit se arma bellica. nam agilis erat et expeditus ad bellandum sicut homo succinctus ad ambulandum et protegebat castra s. israel. similis factus est leoni. de quo scribitur prouerbiorum xxx. leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum et sicut catulus leonis rugiens in uenatione cuius rugitu terrentur bestie et fiunt stupide sic gentiles ydolatre audito nomine iude

Et persecutus est. hic consequenter describitur conflictus iude cum aduersariis et primo in generali secundo in speciali ibi et congregauit appollonius. Circa primum dicitur et persecutus est iniquos perscrutans eos in locis abditis ubi se absconderunt fugiendo et conturbata est salus s. israel. in manu eius. i. in potencia ipsius. et exacerbabat reges multos eorum gentes de bellando. et letificabat iacob. i. populum israel liberando ipsum et in seculum memoria eius in benedictione. quod patet ad impletum nam ad eius commendationem narrentur eius facta per orbem christianum et auertit impios. i. fautores legis quos intendebant gentiles.

Et congregauit hic consequenter describitur eius conflictus cum aduersariis in speciali et primo tempore filii sui antiochi eupatoris capitulo vi. tertio tempore demetrii filii alterius fratris. s. seleuci primo tempore antiochi magni. vii. capitulo prima in tres secundum tempore bellum quod habuit iudas tempore antyochi. primum fuit cum regis ducibus secundum cum regis principibus ibi. ut audiuit autem rex. Tertium cum finitimis gentibus capitulo v. prima adhuc in duas quia primo ponitur bellum iude cum appolonio duce samarie ibi et audiuit seron. Circa primum dicitur. et congregauit appolonius gentes. ut faceret sibi nocere debellando iudam. et cognouit iudas. per exploratores suos et exiit obuiam illi non permittens illum fines suos ingredi. et gladium appolonii abstulit. in signum uictorie sicut dauid gladium golie primo regum xvii. et erat pugnans in eo omnibus diebus. hoc dicitur. ad denotandum gladii bonitatem Et audiuit. hic consequenter describitur bellum iude cum seron duce syrie circa quod primo ponitur ipsius seron apparatus et patet littera secundo iudeorum metus ibi

et erunt iudas obuiam illis cum paucis ideo timuerunt multitudinem forte eorum. se uenientem. tertio ponitur per uerba iude populi consolatio ibi. et ait iudas facile est concludi multos in manu paucorum. et hoc uirtute dei cui non potest resisti quam quam eis assistere affirmat dicens. ipsi ueniunt ad nos in multitudine contumaci. i. in malis obstinata et superbia. quam deus a principio mundi deiecit in angelis superbientibus. ut disperdant nos etc. in iniuste nocumentum nobis inferendo in personis propriis et nobis coniunctis et rebus possessis nostris. quod habent in iniustum bellum nos autem iustum ideo subditur. nos uero pugnabimus pro animabus nostris. i. uitis nostris deffendendis et legibus nostris adeo dicitur uero concludit et ipse dominus etc. Quarto ponitur aduersariorum debellatio cum dicitur ut cessauit autem loqui. et patet littera usque ibi et peruenit ad regem. s. antyochum epyphanem Ut audiuit autem rex. hic describitur bellum iude cum regis principibus ad hoc specialiter deputatis destinatis precedentes uero non fuerunt ad bellandum missi sed cum certi positi ad custodiam terre iudee proprium quod contulerunt iudeis bellum ut sic ostenderent se zelare pro rege et diuiditur in duas partes quia primo ponitur belli apparatus secundo conflictus quarto capitulo. prima in duas quia primo ponitur apparatus ex parte regalium secundo ex parte iudeorum ibi et uidit iudas. Et notandum quod apparatus ex parte regalium semper est cum ira et cupiditate cum multitudine superba et potentie Ex parte uero iudeorum cum ratione et humilitate cum dei fiducia et pietate Circa primum primo ponitur regis ordinatio secundo ordinationis executio ibi et rex assumpsit. Circa primum dicitur ut audiuit rex. duces suos a iudeis deuictos cetera patet usque ibi et uidit quod defecit pecunia de thesauris suis. quia non sufficiebat ad tantum exercitum diu sustinendum. et tributa regionis modica propter dissensionem et plagam. uero enim soli iudei rebellabant eo quod cogebat eos ad colendum iouis ydolum ut dictum est supra. sed etiam multi gentiles ad alium ritum habentes quorum alii colebant herculem alii dyanam et sic de aliis quibus scripserat per decretum ut dimitterent ritus suos propter antyochi cultum ut essent populus unus ut dictum est supra. capitulo i. quod erat eis graue ideo negauerunt antyocho tributa consueta et timuit ne non haberet semel et bis. i. ut non posset continuare sumptus militum sicut prius et cogitauit ire in persidem ut congregaret diuitie multe ut posset iude deffectum suum supplere dimisit tamen in antyochia que erat metropolis regni sui lysiam. ad custodiam regni sui et filii sui et ad destruendum habitatores iudee et applanandam eam alienis gentibus hec autem ordinauit sed non in omnibus sic euenit et huius dictis patet littera pauce excepte que discutientur. hominem nobilem de genere regali. in quo notatur eius aptitudo ad custodiam regni et tradidit ei medium exercitum et elephantes. quia tradidit sibi medietatem exercitus tam in hominibus quam in animalibus aliam uero

tempore antiochi epiphanis. fo.

secum duxit. *et rex assumpsit*. hic ostenditur positio
ordinationis regis executio/ et primo ex parte
regis cum dicitur *et exiuit ab antyochia ciuitate
regni sui*. scilicet metropoli anno .c. et xlvii. scilicet reg
grecorum regni uero sui anno .xi. quia cepit regnare
anno .c. xxxvii. regni grecorum ut dictum est supra
capitulo i. Secundo ponitur executio ex parte lisie
custodis regni cum dicitur *et elegit lysias .ptolomeum .vi
ros potentes ex amicis regis*. ut sic essent
magis uoluntarii ordinationem regis exequi
et misit cum eis .xl. milia uirorum .scilicet peditum et
equites usque ibi. *et audierunt mercatores regio
num* nomen eorum in multitudine et fortitudine et eodem
ceperunt quia statim debent iudeos capere preuenerunt
se ad emendum illos in seruos et ancillas perpetuo. *ad
uenerunt ad castra eorum*. ¶ *Et uidit iudas*. hic
ostenditur positio apparatus belli ex parte iudeorum et primo
per humilem et deuotam orationem secundo per bella
torum dispositionem ibi *et post hec*. Circa primum pre
libando ex predictis usque ibi *et ierusalem non habitabatur*.
hec intponitur ad reddendum causam quare iuerit
ierusalem ad orandum cum ibi esset locus diuini cultus
et sanctum. id est templi locus *conculcabatur*. et subditur. *a qua
et filii alienigenarum erant in arce*. propinque
templo *et congregati sunt iuda et uenerunt in
masphath contra ierusalem*. id est uenerunt ibi adorare
illa tempore ad ierusalem sicut dicitur de daniele quod
orabat uersus ierusalem daniel .vi. et subditur causa ora
di in masphath cum dicitur quia *locus orationis erat in
masphath ante*. id est prioribus temporibus *in israel*. ibi
enim congregabatur populus israel ad orandum dominum ut habe
tur .i. Regum .vii. *et ieiunauerunt die illa* ad se com
dono affligendum in uictu *et induerunt se cili
ciis*. ad se affligendum. *et cinerem posuerunt in ca
pite suo*. in signum humiliationis *et desciderunt
uestimenta sua*. id est sciderunt in signum afflictionis
et expanderunt libros legis. ad ostendendum quod pro
lege parati erant exponere se periculis mortis. *de qui
bus scrutabantur gentiles similitudinem suorum* ali
qui enim gentiles magis sensibiles et bruti uolebant ar
guere cultum ydolorum et libris moysi/ nam exo.
xxv. precipitur quod inter sanctum sanctorum ponerentur ymagines
cherubin sed hec non ualet quia non ponebantur ibi
ad hoc quod colerentur sed ut ostenderetur quod angeli per che
rubin representati seruiunt deo cuius sedes signa
batur per propiciatorium. quod remanebat ua
cuum ad significandum quod deitas non potest per ymagi
nem representari ut diffusius dictum fuit ibidem. *et
attulerunt ornamenta* etc. et subditur causa quare
ista adduxerunt ad illum locum cum dicitur. *et clama
uerunt* ad impetrandum de uinam *quid faciemus istis*
nam extra ierusalem non erat locus sacrificii nazare
rum uero tenebantur offerre sacrificia in expleta
tione sui uoti. nu. vi. similiter sacerdotes non poterant uti
uestibus sacerdotalibus nisi in ministerio templi ad quod
non poterant accedere propter gentiles qui erant in arce ut
predictum est ideo subditur *et quo eos ducemus*. quasi di
cant non in aliquo loco *et sancta tua*. id est templi loca. *conculcata
sunt*. a gentilibus *et contaminata*. ex sacrificiis
et ydolatriis ibidem exercitis. *sacerdotes tui facti sunt
in luctum*. non potentes tibi ministrare sed solum
miseriam suam lugere. *et in humilitatem*. id est de iec
tionem et ecce nationes conuenerunt etc. quasi diceret non suf
ficiunt eis mala nobis illata nisi nos penitus
deleant de terra *et tubis exclamauerunt*. ut magis
implorarent non solum uocibus humanis sed etiam
musicis instrumentis sicut aliquando pulsantur campane tem
pore contra periculum fulguris et tempestatis. *Et
post hec*. hic ostenditur positio apparatus iudeorum per
exercitus dispositionem cum dicitur *et post hec constituit
iudas duces populi*. nam in periculis non est obmitten
dum facere quod secundum humanam prudentiam potest fieri
aliter uidetur quedam temptatio dei. *tribunos*. qui
preerant mille bellatoribus *et centuriones* qui
centum. *penthacontarcos* qui quinquaginta id est penthe
quod est quinque decem .x. unusquisque presidebat *et decuri
ones qui decem* *et dixit hiis qui edificabant
domos* etc. Sequitur secundum legem. que habetur
deutero. xx. et horum ratio fuit ibi dicta *et colloca
uerunt ad austrum amaum*. iosephus dicit emaus
que distat a ierusalem a lx. stadiis ut habetur luce.
ultimo *melius est nobis mori in bello iusto* que
mors est uirtuosa *quam uidere mala gentis
nostre*. et sanctorum que est uita penosa cum bona mors
est preligenda.

IIII

Et assumpsit *gorgias* .ptolomeus. postquam descriptus
est pugne apparatus. hic ostenditur describitur
conflictus. et quia primo ponitur uide de exercitu secundo
de mundatione aduersarii templi purificatio ibi *dixit
autem iudas*. prima in duas quia primo ponitur conflic
tus iude cum exercitu misso a lysia secundo cum ipso in
persona propria ibi. *quicumque autem alienigenarum*. pri
ma adhuc in tres quia primo ponitur gorgie insi
diatio secundo insidiantis delusio ibi *et audiuit
iudas*. tertio delusi fugientis confusio ibi *et ad
huc loquente* insidiatio uero gorgie fuit quia
disposuit uenire de nocte ad castra iudeorum
et eos occidere ex improuiso et patet litera usque ibi. *et
filii*. scilicet alienigenarum *qui erant ex arce*. id est de
numero illorum qui erant in arce syon ad nocendum
iudeis quantumcumque poterant. *erant illis duces*
quia sciebant loca circa ierusalem per que frequenter dis
currebant ad predandum iudeos ¶ *Et audiuit*
hic ostenditur positio insidiantis delusio quia trans
gorgie fuit reuelata iude *et cum omnibus bella
toribus exiuit de tentoriis ad percutiendum partem*
exercitus regis/ qui remanserat in castris antequam
gorgias cum alia parte exercitus rediret qui credens
fugisse iudeos in montibus querebat eos. et inter
im iudas aliam partem debellauit exercitus/ et sic
artem arte delusit et hoc dicens patet litera parte
excepta que distincte *adhuc enim dispersus erat
exercitus a castris*. quia illa pars exercitus quam gor
gias secum duxerat adhuc non redierat
ad castra regis. *qui thoraces*. id est arma ad
se protegendum. *et gladios* ad inuadendum

non habebant. ꝑ. in oppido ut dicit aliquis liber
non uidetur uerum quia de spoliis exercitus appolonii
et exercitus seron acquisierunt arma in bona quan
titate ut patet in capitulo precedenti et ideo liber
correctus sic habet. quia tegumenta et gladios non
habebant et in hoc uidetur contra quod iudas ap
paruit in campo cum tribus milibus tantum quia licet acq
uisissent arma in precedentibus uictoriis non
tamen in tanta copia quod possent armare ul
tra tria milia bellatorum (et sic est sensus. quia tegu
menta et gladios non habebant .s. ad arma
dum plures quam tria milia. memento te quomodo
salui facti sunt patres nostri. in mari rubro.
exo. xiiii. et tube cecinerunt buccinauerunt cum
iuda. ad animandum bellatores suos. ad plenum
cetera patent. ¶ Et adhuc loquente. hic ostendit
ponit gorgie delusi confusio quia fugit timens
confligere cum exercitu iude ideo dicitur. Et ecce apparuit
pars quedam. s. illa pars exercitus regis quam
secum duxerat gorgias ut predictum est. prospiciens
de monte. in quo gorgias quesierat iudam
et uiderunt quia in fugam conuersi sunt
sui. i. illi quos reliquerant in castris et suc
censa sunt castra eorum a iudeis. quibus illi
cognitis timuerunt ualde et fugerunt. non au
dentes cum iudeis confligere cetera patent. ¶ Quin
cumque autem destructo conflictu iude cum exercitu
missa a lysia. hic ostendit postea eius conflictus cum
exercitu lysie in propria persona. Circa quod primo ponit
motiuum lysie et patet et eius apparatus cum dicitur
congregauit lysias uirorum electorum. lx. milia
s. peditum. secundo ponit iude occursum ibi et
occurrit eis iudas &c. et orationem eius cum dicitur
benedictus es saluator israel qui contriuisti im
petum potentis &c. i. golie hoc habetur. i. re. xvii.
et tradidisti castra alienigenarum in manu
ionathe filii saulis. i. re. xiiii. Tercio ponit
utrorumque conflictum cum dicitur. et commiserunt prelium
&c. et patet littera. ¶ Dixit autem iudas postquam
destructa est iude declaratio hic ostendit repulsis
hostibus describitur templi purificatio et secundo pu
rificati renouatio ibi et accepit lapides
tercio altaris dedicatio ibi. et fecerunt dedicationem
Circa primum primo ponitur lamentum destructionis
cum dicitur et uiderunt sanctificationem desertam. s. ipsum
templum et altare. i. holocaustorum prophanatum
quia ibi positum fuerat ydolum ut dictum est supra
primo capitulo et in atriis uirgulta nata. s. in atrio
sacerdotum et in atrio uirorum iudeorum. et pasto
foria dirupta. i. domicilia circa atria sacerdo
tum edificata in quibus offerentes hostias
pacificas comedebant coram domino precium sibi con
tingentem. nam de hostiis pacificis una pars
incendebatur ad honorem domini alia cedebat
in usus offerencium et sciderunt uestimenta sua.
&c. in signum doloris et humiliacionis et ex
clamauerunt tubis signorum. de quibus habetur
num. x. et ostenditur ibi signorum quia per illas signa
bantur populo. s. conuocatio ad consilium et congregatio
ad festum et excitatio ad bellum ¶ Tunc ordina
uit. hic secundo tollitur impedimentum purgationis
cum dicitur. Tunc ordinauit iudas uiros ut pu
gnarent aduersus eos qui erant in arce. ut
sic essent occupati in sua defensione ut non
possent proicere sagittas uel spicula ad eos
qui emundabant loca sancta. et ostendit ponitur ista
purgatio cum dicitur. et elegit sacerdotes sine
macula. i. sancte uite et integre fame et tule
runt lapides contaminacionis. i. lapides altaris
quod fecerant gentiles ad immolandum ydolo
super altare holocaustorum posito ut dictum est
supra primo capitulo in locum immundum. lapides
autem altaris diu contaminatos posuerunt in
loco mundo sicut sequitur et cogitauit de alta
ri holocaustorum &c. et reposuerunt lapides in
monte domus. i. in monte syon ubi erat domus
domini quousque ueniret propheta docens quid esset
agendum de illis. Et accepit. hic ostendit de
scribitur templi purificati renouatio et primo quan
tum ad altare holocaustorum cum dicitur et acceperunt
lapides integros secundum legem. que habetur. exo.
xx. et deut. xxvii. et edificauerunt altare no
uum secundum illud quod fuit prius. i. ad similitudinem
illius quod fuerat dissipatum et edificauerunt sancta
reparando ruinas que erant in prima parte templi
que uocabatur sancta sanctorum et edem .i. edificia que
erant ex probitaculis sacerdotum et atria sancti
ficauerunt. eradicando uirgulta et aspergen
tes lustrationis aqua et fecerunt candelabrum
&c. hec enim tria erant in prima templi mensa
propositionis in parte aquilonari candelabrum in austra
li. altare incensi in medio quod. sancta sanctorum et in
censum posuerunt. i. cinnamo super altare et
accenderunt lucernas dum in introitu templi aliud
ante sancta sanctorum [illegible] anno
regni grecorum secundum quod et secundum diem &c. nam anno. c.
xlv. xxv. die mensis casleu sacrificauerunt ydolatre
super aram ut habetur supra. i. ca. et anno. c. xlviii. x
xv. die mensis casleu obtulerunt iudei sacrificium
in templo purificato et sic reuolutis tribus annis
eadem die renouatum est templum quod fuerat contaminatum
sic autem fuerat prophanatum. dan. viii. et fecerunt dedicationem
hic ostendit describitur templi renouati dedicatio et primo
quantum ad altare cum dicitur. et fecerunt dedicationem
altaris diebus octo. et inde tractum fuit quod festa solem
nia octauam habent in nouo testamento et ornauerunt faciem
templi coronis aureis et scutulis. pro uictoriis a deo
et statuit iudas et fratres eius et uniuersa ecclesia ut a
gatur dies dedicationis &c. iste est dies de qua dicitur. Ioh.
x. encenia facta sunt in iherosolimis et hyemps erat. in
cipiebat enim hec solempnitas. xxv. die mensis casleu
cui respondet nouember et aliquid decembris in parte
prima namque dedicatio tempore salomonis facta fuit
in septembri. iii. re. viii. alia in redditu babilo
nie captiuitatis fuit in uere. cetera patent usque ibi
ut haberet populus munitionem. Contra ydumeam sicut
enim esau persequebatur iacob. gen. xxvii. sic ydu
mei ab esau descendentes semper molesti fuerunt

Iudeis defendendis a Iuda Machabeo.

C

Et factum est ut au-

dierunt gentes etc. Hic ponitur certamen conflictus Iude cum gentibus. Et est sciendum quod post mortem Antiochi epiphanis quod tunc Iudas cum fratribus suis prosperabatur, gentes circumiacentes videntes prosperitatem Iudeorum factam per Iudam et fratres eius ipsis quod iudeos habitantes inter eos occidebant et propinquos eorum suos invadebant et obsidebant ipsos. Quod Iudas et fratres eius contra gentes istas pugnabant. Circa quod sic proceditur: quia primo ponitur conflictus liberacionis aliquorum israelitarum ibi et in diebus. Prima in duas: quia primo ponitur conflictus Iude contra aliquos speciales adversarios. Secundo contra alios ex diversis gentibus coniunctos ibi. Et congregate sunt gentes. Circa primum primo agitur conflictus Iude in galaad cum dicitur: Et factum est ut audierunt gentes in circuitu, id est gentiles in circuitu Iudee habitantes, quia edificatum est altare, valde prosperitatem Iudeorum in iudeam et sanctuarium dedicatum primo esdre iiii et vicesime iiii. Et cogitabant tollere genus Iacob, id est filios israel qui erant inter eos supplices, id est de filiis israel fugientes persecutionem antiochi epiphanis tamen manebant ad habitandum inter gentiles prope iudeam habitantes. Secundo ponitur conflictus Iude in speciali et primo contra ydumeos et arabas et contra filios bean, nam isti prius posuerunt Iudeis insidias et patet littera usque ibi: Anathematizavit. Sicut dicitur de Iosue quod anathematizavit urbem iericho Iosue vi. Cuius habitatores occidit et metalla que per ignem purgari poterant deo eadem deputavit pro usu tabernaculi. Unde anathematizare est verbum in greco, et dicitur ab ana quod est sursum et thesis positio, quia talia separantur ab usibus humanis et deputantur divino cultui. Et transivit ad filios Amon. Isti etiam fuerunt molesti Iudeis quamvis debuissent esse benigni eo quod descenderunt de loth nepote abrahe. Et cepit iaser civitatem et filias eius, id est villas sub dicione iazer existentes. Et congregate sunt gentes. Hic consequenter ponitur conflictus Iude contra adversarios ex diversis gentibus coniunctos etc. Quod primo ponitur causa conflictus. Secundo belli apparatus ibi. Ut autem audivit. Tercio bellantium victoria ibi: Et abiit Symon. Causa vero confligendi fuit oppressio Iudeorum a circumstantibus gentibus in galaad et in galilea ipsis, quod iudei in illis partibus positi petierunt a Iuda et eius fratribus adiutorium, et patet littera preter excepta. Et fugerunt in munitionem dathema. Sic nominabatur illa munitio et thimotheus est dux exercitus eorum qui erant habitatores et iudeos molestabant a ptholomeida civitate que postea dicta est achon. Ut audivit autem. Hic consequenter ponitur belli apparatus, quia ergo Iudas cum una parte exercitus ivit ad liberandum Iudeos qui erant in galaad, et Symon cum alia parte ad liberandum eos qui erant in galilea, disposuit etiam Iudas de custodia populi remanentis in Iudea, ubi dicit ibi: Et reliquit Ioseph etc. Et dati sunt tria milia virorum Symoni, quia cum paucioribus adversarios debellavit quam Iudas. Et abiit. Hic consequenter

ponit bellantium victoriam, et primo Symonis ex alia parte, et patet littera usque ibi: Et assumpsit eos qui erant in galilea etc., ut essent magis remoti ab adversariis et per consequens magis tuti. Et Iudas. Hic consequenter ponitur victoria Iude et eorum qui cum ipso erant. Et dividitur in duas partes, quia primo ponitur adversariorum debellacio. Secundo Iudeorum ablatio ibi: Et congregavit Iudas. Prima in duas secundum duplicem Thimothei debellationem. Secunda ibi: Post hec autem venit. Circa primam partem patet littera usque ibi: Constituerunt ante mane exercitum, id est ipsum applicare ad invadendum, et surrexerunt inde nocte ut ex improviso irruerent super eos qui obsederunt Iudeos in civitatibus et munitionibus. Et vidit Iudas quia cepit bellum ad capiendam dathema munitionem. Et venit tribus ordinibus post eos, id est cum exercitu suo in tres partes irruens super adversarios a tergo. Et divertit Iudas in maspha. Aliqui libri habent masphath et melius, quia masphath est locus in Iudea in quo fuerunt congregati Iudas et populus ad divinum deprecandum, supra tercio capitulo. Post hec autem venit. Hic consequenter ponitur secunda Thimothei debellatio, et patet littera usque ibi: Et ait Thimotheus cum appropinquavit Iudas etc. Erat enim sortilegus et per hoc factum sortilegizaverat de victoria sua contra Iudam, ut communiter dicitur. Statue scribas populi secus torrentem. Isti erant qui debebant in scriptis nomina bellatorum, et per hoc poterant scire si omnes transissent. Et confugerunt ad illa loca, id est in carnaim civitatem etc. Et precederunt aliis arma sua, ut fugerent magis expedite. Et congregavit. Postquam descripta est adversariorum debellatio, hic consequenter describitur Iudeorum collectio, nam liberatos ab obsidione voluit Iudas ab adversariis dimittere, sed adduxit eos in Iudeam ut essent ibi tuti, et patet littera usque ibi: Et venerunt usque ephron, ubi ponitur impedimentum superveniens eis in via, nam habitatores ephron negaverunt eis transitum per suam civitatem, et non poterant transire per aliam viam, ideo dicitur: Non declinetur sed per medium, scilicet civitatis, et ita erant scilicet Iude et populo eius. Et obstruxerunt portas lapidibus, id est muraverunt eas. Et precepit Iudas predicare, id est per preconem dicere ut applicarent, id est ut insultum facerent contra civitatem. Et comprehenderunt eam, id est ceperunt. Et erat Iudas congregans extremos, faciebat enim ultimam custodiam ne aliquis ex debilitate seu alia occasione remaneret post exercitum et ab adversariis insidiantibus caperetur. Et obtulerunt holocausta quod nemo etc., id est quod omnes bellatores sani redierant et integro numero. Et in diebus. Hic consequenter describitur quorundam Iudeorum presumptio, scilicet illorum qui in absentia Iude et fratrum suorum remanserant ad populi custodiam et presumentes de sua virtute venerunt ad preliandum cum gentibus contra Iude prohibitionem, que habetur supra, et patet littera usque ibi: Et azarias principes virtutis, id est partis exercitus que remanserat ad custodiam Iudee tantum

et non ad bella cons. exeuntes ocitandum faciamus et ipsi nobis nomen. ex quo patet quod isti mouebantur ex presumptione et laudis cupiditate. et abierunt iamniam ubi habitabat gorgias cum exercitu suo. ipsi autem non erant de semine uirorum illorum. i. mathathie et filiorum suorum et sanguineorum. et uir iudas magnificati sunt ualde. propter crebras et magnas uictorias. et conueniunt ad eos fausta acclamantes. i. cum fortunia sine laudes de eis fortunium magnificentes. et dicitur fausta a fauus quod fauoris fauens. quia fortune fauores placent ei. de gentibus circa iudeam habitantibus uidentes et audientes inde fratres et suorum bonas fortunas ueniunt ad eos facere amicicias. et perambulabat samariam. ubi habitabant gentiles illuc missi de persia qui semper fuerunt molesti iudeis ut patet primo esdre et neemie. ¶ Et ceciderunt sacerdotes ad [illegible] dum de scripturis predis qui processerant ad bellum ex presumptione. cum dicit in illa die. i. illo tempore ceciderunt sacerdotes in bello. s. ioseph et azarias supradicti qui licet essent de sacerdotali genere non tamen erant de sorte iararim de qua fuit mathathias ut habetur supra in principio capituli secundi.

Et rex antiochus

VI

Perambulabat superiores regiones. Hic describitur ultima ira [illegible] de scripturis uictoriis iude tempore antiochi epiphanis hic dicitur describere consilium uindicte tempore filii sui antiochi eupatoris et quarto cum primo est tertio capitulo. Hic primo ponitur mors antiochi illustris secundo constitucio filio eius antiochi eupatoris ibi. Et cognouit lisias. Circa primum primo ponitur sue mortis occasio que fuit duplex. prima quia fuit turpiter repulsus a quadam ciuitate persidis ualde opulenta quam querebat subito depredari. et hoc dicit. et audiuit esse ciuitatem elimaidem. hoc audiuit ab exploratoribus quos miserat ad inquirendum de ciuitatibus in quibus acciperet diuicias et pecunias multas. nam ad hoc ueniebat in perside ut dictum est supra iii. capitulo et illic uelamina aurea. ad decorem templi dicis plena. et lorice et scuta que reliquit alexander ad memoriam suarum uictoriarum. et cum uenit que habet capere dolose et non potuit. quia ciues cognouerunt eius dolum. et abiit cum tristicia magna. que fuit occasio sue mortis propter ipsius tristicie excessum. ut ibi. pro uerbis. Secunda sue mortis occasio fuit tristicia super predictam ueniens de auditu debellacionis principum suorum in iudea et prosperitate iudeorum. et hoc est quod dicit. et uenit qui denunciaret ei etc. et patet littera usque ibi. et quod euerterunt abominacionem. i. ydolum iouis quod edificauerat antiochus super altare dei supra c. i. primo et sanctificacionem. i. templum. et bethsuram ciuitatem suam ut esset eis in fortalicium. contra impulsum gencium. ut audiuit rex sermones istos expauit quia debellatus fuerat in bethmandi et principes sui in terra iude et arbitratus est se mori desperans de infirmitate sanari. certa

parente lisias ibi. et dilato in potestate mea. s. hoc erat a satellitibus suis sed erat odiosus gentibus aliis propter superbiam et maliciam suam. nunc reminiscor malorum que feci in iherusalem. peccati debita docente culpam. et posuit eum super uniuersum regnum suum. uidens iamiam de proximo sum moriturus et dedit ei diadema etc. i. insignia regalia ad insigniendum filium suum. et mortuus est illic antiochus rex anno c. xlix. supra i. capitulo primo anno et ultimo fuit impletum et anno lx. regni sui cepit filios israel grauiter affligere et anno xv. posuit ydolum super altare ut patet ex dictis supra capitulo primo. ¶ Et cognouit. Hic describitur morte antiochi. hic dicitur describitur constitucio filii sui qui primo constituitur in regnum. secundo prouocatur contra iudeos. ibi et tercio [illegible] circa primum dicit. et cognouit lisias que reliquerat antiochus ad custodiam regni et nutricionem filii sui supra iii. capitulo quod mortuus est rex. hic cognouit per nuncium preuenientem philippum quem rex moriens instituerat tutorem filii filii et constituit regnare filium eius ut sic preuenit philippum officio tutoris et regni negocia in se ipsum retorqueret. ¶ Et hii. hic dicitur rex nouus contra iudeos prouocatur et primo ponitur occasio secundo ipsa prouocacio ibi et iratus est rex. occasio uero prouocacionis fuit accusacio iudeorum circa ipsorum de obsidione macedonum et quibusdam aliis et hoc est quod dicit. et hii qui erant in arce ad nocendum iudeis ut habetur supra primo capitulo concluserunt israel in circuitu sanctorum. i. sic eum circumuenerunt quod non poterant libere exequi cultum diuinum et cogitauerunt iudeis disperdere eos ut diuino cultui libere possent exerceri. et fecerunt balistas ad iaciendum spicula contra arcis propugnacula et machinas ad destruendo muros eius et exierunt quidam ex eis qui obsidebantur et ipsorum erant israel filiorum ideo sequitur. et adiunxerunt se illis etc. usque dextimo fuit patre tuo etc. isti fuerunt de illis qui uenerunt ad antiochum epiphanem ipsi tres ab eo ut facerent iusticiam gencium in iherusalem supra primo capitulo et filii populi nostri etc. s. mathathias et filii eius et amici qui preuenerant auctores legis occiderunt. non ad nos tantum extenderunt manum in ferendo mala sed in omnes fines nostros persequendo amicos et sectatores nostros. et ecce applicuerunt hodie. i. isto tempore ad arcem in iherusalem impugnando gentes tuas et munitionem in bethsura muniuerunt contra te et regnum tuum. et nisi preueneris eos uelocius maiora quam hec facient contra te. nec poteris obtinere eos. ita erit uirtus fortissima. Et iratus est rex. hic dicitur prouocacio et qua primo disponitur bellum apparatus secundo conflictus ibi. et uenit. circa primum dicit et iratus est rex ut hec audiuit quod iudeam esse contra honorem suum et bonum rei publice et conuocauit omnes amicos suos. ut ei assisterent et principes exercitus sui etc. ut se ad bellum disponerent et elephanti xxxii. docti ad prelium

dicit ei philosophus li. de animalibus quod elephas est animal maxime disciplinabile. ¶ Et venerunt hic consequenter ponitur belli congressio et primo in munitione secundo in campo ibi. et surrexit rex. circa primum dicit et venerunt per ydumeam. que etiam erat iudeis adversaria ut patet per predicta .v. capitulo. et applicaverunt ad bethsuram ubi erant iudei pro defensione loci et pugnaverunt dies multos. contra bethsuram et fecerunt machinas ad destruendum eam et exierunt. scilicet iudei qui erant in munitione obsessa. et succenderunt eas igni. et pugnaverunt viriliter resistentes ad munitionem et defendentes eam. et recessit iudas ab arce ut succurreret iudeis in bethsuram obsessis. Et surrexit rex hic consequenter describitur bellum in campo et quod primo ponitur belli preparatio secundo belli congressio ibi et appropinquaverunt. Tertio populi liberatio ibi et audivit lysias. Circa primum dicit. et surrexit rex ante lucem. ut iret ad pugnandum contra iudam et applicuerunt se exercitus in prelium i. disposuerunt se ad pugnandum. et distribuerunt singulis elephantibus mille viri. scilicet pedites in loricis catenatis. nam macle loricarum sese complectuntur ad modum cathenarum. hii ante tempus ubicumque erat bestia ibi erant. cum velocitate precedendo. et quocumque ibat ibant alii subsequendo et non discedebant ab ea. ne ab adversariis vulneraretur. et super eas machine ad proiciendum iacula. et inter magistri bestie regentis gressus eius et residuum equitatum hinc et inde. scilicet a dextris et a sinistris animalium. statuit in duas partes tubis exercitum commovere. nam sono tubarum excitatur animus et proruperunt ad bellum conspiratos in legiones urbium. i. munitiones ne acies et legiones rumperentur ab adversariis et distincta est pars regis per montes excelsos ut si iudas qui paucos bellatores habebat compatiens fugeret et ad montes non evaderet et commovebantur. admiratione vel quod tremore conturbantes erant. scilicet illarum unde poterat talis sonitus et commotio percipi. ¶ Et appropinquaverunt. hic consequenter ponitur conflictus et ponitur in campo secundo in fortalicio ibi castra autem regis. Circa primum. primo ponitur conflictus in generali et patet. secundo in speciali cum dicit. et vidit eleazar. dicit iosephus quod iste fuit frater iude. unde et supra secundo capitulo. quarto filius mathathie eleazarus nominatur et est idem nomine quod eleazar nomina enim hebrea ad latinum translata frequenter acceperunt hanc sillabam .us. in fine ut iacob iacobus. saul saulus et sic de multis aliis secundum commentatorem. hoc. unde filius saura secundum dictum iosephi potest hic dici quod hic ponitur nomen nunc supra .ii. capitulo nomen patris. vel quod mathathias fuit binomius et alio nomine saura dictus. unam de bestiis loricatam loricis regis pro signa regia ibidem posita ut visum est ei quod in ea esset rex. i. in turre lignea super eam erecte propter signa dicta non tamen erat ita et dedit se i. mortem corporalem ut liberaret populum suum bonum ei preponens corporali propter salutem boni omnis est exponendus ideo sibi dedit ut acquireret sibi nomen eternum. virtuose moriendo credebat enim pluribus quod si rex esset mortuus statim fugeret eius exercitus et occidit eum. percutiens in ventre ubi non erat armatus. et videntes scilicet iudas et eius exercitus virtutem regis cum non poterant

diu resistere. diverterunt se ab eis caute recedentes ut possent tempore diu quod erat in iherusalem servare. ¶ Castra autem hic consequenter ponitur bellum in fortalicio et bello primo ponitur de fortalicio quod erat in iherusalem et post. et iterum ponitur de fortalicio bethsure quod primo cepit rex antiochus nec in iherusalem ideo dicit. et fecit pacem cum hiis qui erant in bethsura per talem modum. quod dimitteret per fortalicium salvis suis personis et secundum id tamen tali pactis ex parte iudeorum cum dicit. quod non erant ibi alimenta conclusis. i. obsessis in bethsura. et secundum id causa cum dicit quod sabbata erant terre. i. anno septimo in quo terra non colebatur nec seminabatur ut habetur levitici. xxv. secundum commentatorem. hoc videtur quod ibidem dicit sit. quod anno sexto terra dabat fructus duplices. scilicet propter annum vi. et vii. propter quod non videtur quod anno septimo non faceret aliquem defectum cibi secundum magis habundanciam. Dicendum quod illud dei beneficium fuit ante captivitatem babilonicam in qua cessaverunt aliqua dei beneficia. non enim postea legitur habuisse iudei archam testamenti nec propiciatorium nec cum illa ignem in ara sicut sanctum sacerdotis nec etiam unctionem regum et pontificum et hoc etiam fatentur iudei moderni et habetur in libro hebraico nomine scribentem solitario et idem videtur fuisse de duplicatione fructuum anno vi. et consequenter revertitur ad obsidionem fortalicii iherosolimitani cum dicit et convertit castra. ad locum sanctificationis. i. templi dies multos. quia locus erat fortis et munitus propter quod non poterat cito expugnari et statuit illic balistas. ad defensores sagittandum. et machinas ad muros concuciendos. et ignis iacula. i. instrumenta ad ignem grecum iaciendum et tormenta ad lapides iactandos. i. petrarias et mangonellos et scorpiones. i. instrumenta ad mittendum sagittas venenatas. escae autem non erant in cunctis etc. hoc secundum id ad ostendendum quod non poterant diu tenere fortalicium. ¶ Et audivit hic consequenter ponitur liberatio populi ex beneficio dei qui facit cum temptatione proventum et ideo misit rumores lysie per quos fuit compulsus solutionem obsidionis parare et hoc est quod dicitur et audivit lysias. quod philippus etc. ad hoc quod sequebatur elongatio lysie a familiaritate regis et regni negotia quod formidabat ideo dissolvere obsidionem procurabat dicens deficimus cotidie. nam aliqui interficiebantur et aliqui infirmabantur sicut solet accidere in obsidione et esca nobis modica est ita quod non possumus diu tenere obsidionem et locus quem obsidemus est munitus bonis armis et cibis hoc dicebat ad palliandum in tamen erat falsum sicut ponitur parte precedenti et remanserunt in sanctis viri pauci quoniam obvenerat eos fames et incubit nobis ordinare de regno. quod dicit maiora negotia nos urgent ad dimittendum hanc obsidionem: ideo concludit nunc itaque demus dextras hominibus istis modo enim honorum faciendum pacem ad hunc modum erat dictum iniuncto dextras manum certa patet usque ibi. Et vidit munitionem loci. i. fortitudinem et rupit citius iuramentum. destruendo locum ne si iudei rebellarent haberent ibi recursum.

VII

Anno centesimo: post quam est continuatio huius capituli ad precedens. Postquam descripta est mors antiochi eupatoris hic consequenter describitur eius occisio tempore demetrii filii alterius sic. s. seleuci et dividitur in duas partes quia primo describitur ipsa iudee pugna secundo cum romanis amicitia contracta viii. capitulo. prima in tres. nam primo ostenditur demetrii conditio ad capessendum regnum secundo consilium belli ibi. et venerunt. tertio congressio pugne ibi et elegit rex. circa primum dicitur. anno. c. l. i. s. regni grecorum. exiit demetrius seleuci filius ab urbe roma inde enim se privatum regno patris sui per avunculum suum antiochum epiphanem. abiit romam ad conquerendum de eo sed ipso vivente nichil profecit. propter quod ipso mortuo rediit ad optinendum regnum contra consanguineum suum/maxime quia tunc regnum erat quodammodo divisum per lysiam et philippum eo quod quilibet volebat esse tutor antiochi eupatoris et agere negocia regni ut patet ex predictis et ascendit cum viris paucis in civitatem maritimam. s. tyrum ut dicit iosephus et regnavit illic quia multi venerunt ad eum recipientes eum tamquam regem et dominum tum quia regnum sibi debebatur ex hoc etiam quod patrua tum propter divisiones predictas et factum est ut ingressus est domum regni. s. palatium antiochie que erat metropolis et comprehendit exercitus antiochum et lysiam in terram transmigrationem. et venerunt. hic consequenter ponitur consilium belli que fuit accusatio iudee et amicorum suorum per iniquos de israel et patet littera. Et elegit rex. hic consequenter describitur congressio belli et primo contra alchimum sacerdotem secundo contra nichanorem ibi. vidit autem alchimus. prima in duas quia primo describitur bachidis et alchimi dolus secundo iude constantia ibi. et vidit iudas. prima ad huc in duas quia primo describitur perpetratio doli secundo deceptio populi ibi. et convenerunt ad alchimum. Circa primum dicitur. et elegit rex ex amicis suis bachidem qui dominabatur trans flumen erat enim a rege constitutus ad illius terre custodiam. et alchimum impium constituit in sacerdotem. i. constituit eum summum sacerdotem cum tamen non esset dignus sacerdotalis ut dicunt aliqui. alii vero dicunt quod erat sicut infra dicitur de eo homo de semine aaron venit etc. tamen non erat de linea summorum pontificum ab eleazar descendentium et locuti sunt ad iudam et fratres eius in dolo dicentes quod venirent propter bonum statum terre/ut possidet iudam et fratres eius occidere dolose sed eorum dolus non habuit effectum. Et convenerunt. hic consequenter describitur deceptio populi congregatio scribarum qui ad leges peritos et primi assidei. i. qui assidue assistentes deo cultum et hoc per deceptionem alchimum cuius intentio subditur cum dicit. homo sacerdos de semine aaron venit etc. non tamen de familia summi sacerdotis secundum aliquos non nec de semine aaron. erat licet isti crederent in hoc decepti/secundum pronunciationem iudei vero quod magis est conformis textui in hoc loco et etiam secundo libro. xiiii. capitulo/certa patent usque ibi. lx. viros occidit in populo in

fama et virtute ideo subditur secundum quod scriptum est. psalmo lxxviii. carnes sanctorum tuorum etc. non est in eis veritas in verbo et iudicium in facto et subditur causa transgressi sunt iuramentum etc. eos occidendo quibus iuraverunt pacem. et misit bachides armatos et comprehendit multos ex eis qui a se recesserant propter infidelitatem quam in eos viderant et commisit regionem iude alchimo tuendam. et reliquit cum eo auxilium. i. viros bellatores. et satis agebat alchimus. i. quantum poterat intendebat pro principatu sacerdotii sui. s. firmando et ampliando. et convenerunt ad eum omnes qui perturbabant populum suum impellendo eos ad gentiles ritus. et fecerunt plagam magnam in israel. i. in illis qui erant observatores legis. Et vidit iudas. hic consequenter describitur iude constantia ad extirpandum bachidis et alchimi dolum cum dicitur et vidit iudas etc. occisio compassionis et doloris multo plus quam gentes. nam apostate legis sunt gentilibus nequiores et erant in omnes fines iudee in circuitu. ut omnes malos extirparet et fecit vindictam in viros desertores. i. apostatas legis. et cessavit ultra exire in regiones. s. iudee de fortalitio quod obtinebat in ierusalem. vidit autem alchimus. hic consequenter describitur bellum iude contra nichanorem et primo ponitur nichanoris et alchimi dolus secundo constantia ibi et congregavit nichanor. circa primum premittitur dolus alchimi accusando iudam et fratres eius cum dicitur et accusavit eos multis criminibus falso tamen et iniuste secundo ponitur dolus nichanoris ut capere iudam dolose et patet littera usque ibi. et salutaverunt se invicem pacifice venientes. et pre parte iude secundo ex parte nichanoris dolose ideo subditur et hostes parati erant rapere iudam. dum tamen haberent tempus aptum et horam et cognitum est ab eo caute incedendo. Et congregavit. hic consequenter ponitur constantia nichanoris contra iudam et dividitur in duas partes secundum duplicem constantiam secundo ponitur ibi et exiuit nichanor. in primo vero constantia nichanor debellatus fugit et patet usque ibi et fugerunt in civitatem david in qua erant gentiles adversarii iudeorum. et post hec verba. i. facta sic. s. ii. r. i. Quod idem quod factum est. ascendit nichanor in montem syon. i. ad locum templi. quod erat in altiori parte montis quam turris david. et exierunt de sacerdotibus populi. salutare eum qui repromittebat placare regi et demonstrare ei holocausta que immolabant etc. ostendendum est quod pro regibus non solum paganis sed etiam pro malis ut deus converteret eos ad bonum nam ex eis dependet bonum commune. et irridens sprevit eos. eorum salutationem non recipiens. et polluit. i. eorum sanctissima pollutia reputavit cetera patent usque ibi. ut esset domus orationis. que fit libris simplicibus. et obsecrationis que fit per invocationem alicuius rei sacre ut eandem per passionem tuam libera nos domine vel aliquid simile. Et exiit. hic consequenter ponitur secunda constantia in qua nichanor interfectus fuit. sic quod dicitur. et exiit nichanor ad ierusalem ad pugnandum contra iudam. et occurrit illi exercitus syrie ad fortificandum nichanoris exercitum. qui missi erant a rege seleuco dicit. etc.

hec scribitur. iiii. Re. xviii. et ve angelus et percussit
castra assyriorum centum octoginta quinque milia. iiii. Re. xix. et con
miserunt certamen pluries. xiii. die mensis adar.
Nota ut dicunt aliqui et hec est alia quam pro una parte
concurrit cum marcio sed communiter concurrit cum
februario nam est ultimus mensis hebreorum primo
autem mensis magis correspondet marcio sicut plenius
declaratum est gen. et exo. xii. et tubis cecinerunt
post eos cum significationibus. preliorum tubarum si
gnificabant exercitum nicanoris deuictum ut in ca
stellis extimas secum persequentes fugientes et
ventilabant eos cornibus. i. dividebant eos in
diuersas partes in fugiendo et circuiebant itum ad
eos quamuis prius fugientium invadendo et deiecerunt eos
qua extendit supple. etc. explicit continuatio quod in
suo exercitu succenderet ipsum et siluit terra iuda
paucos dies nam audita morte nicanoris
demetrius rex misit bachidem ad impugnandum in
deum ut habetur in principio capituli noni.

CAP. VIII

Et audiunt iudas. Ex
scripta iam multiplici victoria hic con
sequenter describitur ipsius cum romanis amicicia contracta et
diuiditur in tres partes nam primo describitur romanorum
fama laudabilis secundo iudeorum legatio fidelis ibi.
et elegit iudas etc. tertio utrorumque confederatio amicabilis
ibi. et placuit. prima adhuc in tres nam primo de
scribitur eorum fama et fidelitas amicis ibi. cum amicis
autem. tertio et prudentiam eorum modestia ibi. et in
omnibus istis. Circa primum primo ponitur romanorum laus
generalis cum dicitur et audiunt iudas romanorum nomen. per
publicam famam. quia sunt potentes viribus. iam enim
tunc subiugauerant multa regna et adquiescunt
ad omnia. dicuntur tamen sunt rationabilia. et quicumque ac
cesserunt ad eos etc. multorum amicicias recipientes
Et audierunt. hic consequenter ponitur fama romanorum magis
in speciali et primo in grecia cum dicitur et virtutes bonas
quas fecerunt in galathia. que est quedam pars
grecie quam senones galli acquisierunt sub bre
nno duce et eam galathiam nominauerunt. quasi gallo gre
ciam. secundo in hyspania cum dicitur et quanta fecerunt in re
gione hyspanie ad subiectionem eius montes pyreneos
invincibiles quia fecerunt sibi peruios cum maximis
sumptibus et laboribus. et quia in potestatem. scilicet suam redege
runt metalla. i. minerias auri et argenti et
possederunt omnem locum consilio suo. i. prudencia
sua bellica. Unde dicit vegecius de re militari
quod in nullo legimus romanum orbem aliter subiecisse quam nisi
prudencia bellica et exercicio armorum. nam sicut aut
em ab multitudine hyspani fortiores corporibus corpore
maiores et fortiores. gallici uero plurimos vi
ndex. deuicit legens et paruam tollendo pericli
laborem qui est in exercicio armorum. Cetera patent
usque ibi et philippum et perseum. et ceterorum rege
iosephus dicit plenum ceterorum regem. ita quod uter
que erat rex in diuersis temporibus illis et sic aliquando
in gallia fuerunt plures reges et ideo debet quod hic
ponitur singulare pro plurali scilicet regem pro reges

sicut frequenter fit in scriptura unde exodi. viii.
venit musca grauissima. i. multitudo muscarum et an
tiochum magnum. qui fuit pater seleuci et antiochi
epiphanis ut dictum est supra et daret obsides. scilicet
unus fuit antiochus illustris filius eius supple. i. ta
et constitutum. i. illud quod ordinauerunt ultra annuum tri
butum. et regionem indorum. supple obtinuerunt. et medos et
medorum de optimis regionibus eorum. supple et pulerunt
acceptas eas ab illis. vi armorum. dederunt eumenium
regi concedendo sibi. et quia qui erant apud elladam
voluerunt ire et tollere eos. scilicet eumenem regem et possessio
nem de dictis regionibus quas dederunt eis romani. et innotuit
sermo hijs. i. romanis. et miserunt ad eos defendendos
ducem unum. cum exercitu romanorum et pugnauerunt contra illos
qui erant apud elladam et ceciderunt etc. et patet. Cum
amicis. hic consequenter ponitur fama romanorum et fidelitate circa
amicos cum dicitur. Cum amicis autem suis. qui fedus inierunt cum ipsis
et qui in ipsis requiescunt. habebant fedus amicicie conseruantes cetera
patent et in omnibus istis. hic consequenter describitur fama romanorum
et modestia usu circa culmen honorum cum dicitur. nemo por
tabat diadema etc. i. nullo utebatur in signis regali
bus a principio enim urbis condite fuerunt reges romane urbis
usque ad tarquinium superbum quo deiecto propter eius superbi
am et tyrannidem populus consules prefecerunt regimini rei
publice Deinde tribunos plebis et dictatores et rursus
consules rem publicam gubernauerunt usque ad iulium cesarem
qui primo arripuit imperium singulare patet ergo quod tempore
machabeorum consules preerant rei publice et quia curiam
fecerunt sibi. i. locum sollempnem ubi conueniebant consules
de bono regimine rei publice tractantes et committunt uni homi
ni magistratum suum qui vocabat consules ad consilium
sicut nunc mos communibus singulis annis. constituunt unum
maiorem super alios consules et ciues et non est inuidia
etc. sic fuit a principio in romana re publica propter quod
in tantum erat augmentum sed postea fuit oppositum
propter quod ad tantum venit detrimentum sicut patet ad sensum
unde dicit lodouicus de aureum. Sicut concordia res
parue crescunt ita discordia maxime collabuntur
Et elegit hic consequenter describitur iudeorum legatio fidelis
et patet littera usque ibi. et ut auferrent ab eis iugum
grecorum. regnum enim syrie dominatum fuit a grecis ut
dictum est in principio libri primi. quod in illo regno
et circa certum tempus regnauit uel regi greci sicut patet ex supra
dictis cetera patent. Et placuit. hic consequenter ponitur romanorum
et iudeorum confederatio amicabilis et patet usque ibi. In ta
bulis ereis ut scriptum durius possit permanere. gla
dius quia et hostis. uocamus eis. auxilium auferret quod
iudeorum prout tempus dictauerit. i. prout
opportunum fuit. cetera patent. i. ut iaceret absque dolo.
cetera patent usque ibi. quod si post hec addere noluerint illi
i. tenim uel iudei. addent uel demere ab hec. quod hec pa
cta sit aliquid voluerint et erunt ex firmo illo. i. ex co
muni consilio utriusque cetera patent.

CAP. IX

Interea descripto decursu iude
machabei hic conse
quenter describitur ducatus ionathe fratris sui et quia
primo describitur mors iude secundo successio ionathe
ibi et factum est post obitum iude. Circa primum

belli apparatus. 2º conflictus ibi. [et mouit exercitus.] prima in duas. quia primo ponitur.

M VI

primo ponitur apparatus ex parte gentilium secundo ex parte iudeorum ibi et iudas. Circa primum dicitur. itera .i. denuo legati iudeorum cum romanis tractauerunt de federe et amicitia. et demetrius cornu cum illis .i. acieni fortem que solebat astare regi a dextris. et abierunt uiam que ducit in galgala. ubi iosue filios israel circumcidit iosue .v. cetera patent. ¶ Et iudas. hic quarto ponitur apparatus belli ex parte iudeorum et patet usque ibi. et multi subtraxerunt se de castris .s. inde recedentes occulte timore mortis et bellum prosequebantur cum. ita quod non poterant quiescentes recedere absque magno excidio suorum per aduersarios insequentes eum. et confirmata est acies. inde prelium utrobique. quia non habebat tempus congregandi eos qui recesserant de castris suis. propterea dixit eam. moriamur in uirtute pro iustitia certando et non inferamus crimen glorie nostre .si moriamur fugiendo. Et mouit exercitus. hic quarto ponitur conflictus cum dicitur et mouit exercitus .s. inde. et diuisi sunt equites. exercitus bachidis. in duas partes ut facerent duo cornua siue duas alas equitum. et primi itineris omnes potentes. ad aduersarios defendendum et perimendum. et primi clamant legione. exercitus bachidis. et commota est terra a uoce exercituum. tantus enim erat strepitus clamoris exercituum et collisionis armorum quod terra uidebatur commoueri et commissum est prelium. iudas et sui erant inter aduersarios inclusi et sic pugnabant acriter sicut dicit ioseppus. et ionathas et symon. tulerunt iudam. non tunc sed post prelium corpus eius ab hostibus redimendo ut dicit iosepho antiquitatum iudaice libro .xii. Et factum est. descripta morte iude hic quarto describitur substitutio ionathe etc. quam primo ponitur instituendi necessitas secundo institutionis solempnitas ibi. et congregati sunt. tertio inde consurgens aduersitas ibi et cognouit bachides. circa primum dicitur. et factum est post post obitum iude et emerserunt iniqui etc. percusso enim pastore inuaserunt greges lupi rapaces. et ex orti sunt uniuersi .ei iudei erant sospiti qui mortui sunt ipso mortuo exierunt sua cornua. in diebus illis facta est fames tum ex sterilitate terre. tum ex defectu culture propter guerram. et tradidit se bachidi .i. ad soluendum se tributo regi. et elegit bachides impios uiros de israel et prefecit tributarios amicos iude. quia cognoscebat eos et sciebat latibula eorum et uindicabat in illos et illudebat. contemptibiliter eos conculcando. et facta est tribulatio magna in israel. et hec fuit necessitas instituendi ducem loco iude. ¶ Et congregati sunt. hic quarto describitur institutionis solempnitas. iam ad hec fuit populus congregatus ut electio ionathe fieret cum et solempniter. et patet. et cognouit bachides. hic quarto describitur consurgens aduersitas. et diuiditur in tres partes. quia primo persecutio ionathe ponitur. secundo mors iohannis fratris eius interposita ibi. et misit fratrem suum. tertio secuta ad primum reditur ibi. et audiuit bachides. Circa primum dicitur. et cognouit bachides institutionem ionathe. et querebat eum occidere. diuersis et machinationibus quas cognoscens ionathas

declinauit tunc. ideo subditur. et fugerunt in desertum thecue quousque posset exercitum congregare. et consederunt ad aquam .i. iuxta aquam lacus asphaltis iste lacus est mare mortuum quod alibi dicitur lacus asphalti. et cognouit bachides per suos exploratores. et die sabbatorum uenit etc. i. tempore festiuitatis iudaice ut iudei non defenderent se sicut de quibusdam dictum est supra .ii. capitulo. uel saltem ut inimici uoluntarie sumerent arma illa die. ¶ Et misit. hic quarto mors iohannis fratris ionathe interponitur et primo ponitur eius occisio dolosa per insidias sibi positas in uia ideo dicitur. et misit fratrem suum ducem populi mittens aliquos de populo cum iohanne ipsis presidente et rogauit nabutheos amicos suos. ut habetur supra capitulo .v. ut commendaret illis apparatum suum. per modum custodie usque ad diem bellicum bachide aliqui libri sic habent ut commendaret illis etc. i. ut nabuthei accommodarent ionathe et filiis eius tentoria sua et arma et exierunt filii iambri. insidiantes iohanni et comprehenderunt iohannem. et etiam occiderunt ut habetur parte sequenti. ¶ Post hec. hic quarto ponitur uindicatio iohannis et patet usque ibi. cum ambitione magna .i. cum apparatu magno et pompa. et recordati sunt sanguinis etc. ex quo patet quod iohannem occiderunt ut dictum est. et ecce tumultus. ex multitudine uenientium. et sponsus processit etc. obuiam illis qui adducebant sponsam. cetera patent usque ibi. et reuersi sunt ad ripam iordanis .s. ad mare mortuum in loco predicto qui dicitur hic ripa iordanis quia transit per ipsum mare mortuum ut habetur iosue iii. ¶ Et audiuit. hic quarto secutio reititur ad id quod est supra positum .s. persecutio ionathe ab ipso bachide et primo ponitur eorum conflictus secundo alchimi decessus ibi. et anno .c. tertio bachidis recessus ibi. et uidit bachides. Circa primum patet litera ex predictis usque ibi. non est enim hodie etc. hec dicit ionathas ad animandum suos ostendens quod non patebat locus fuge. et extendit ionathas manum percutere bachidem. cum enim intuitus quod eum interfecisset nisi retrocessisset et dissiluit ionathas. ad persequendum bachidem et eius gentem et reuersi sunt in ierusalem .s. bachides et sui. cetera patent usque ibi. et accepit filios principum regionis .i. principalium in ducatu obsides ut teneret ionathe socialiter. ¶ Et anno centesimo. hic quarto describitur alchimi decessus et primo ponitur causa cum dicitur precepit alchimus destrui muros sancte domus interioris .i. muros qui erant interioris partis templi [templum] et destrui opera prophetarum scilicet de quo edificatum fuit per exhortationem et adiutorium aggei et zacharie prophetarum primo esdre .v. in tempore illo percussus est alchimus a domino et impedita sunt opera illius maligna et obclusum est os eius. quia factus fuit mutus. et mandare de domo sua .i. non potuit ordinare de rebus suis et familia. et mortuus est etc. in tormento magno dei iudicio etc. mito. ¶ Et uidit bachides etc. hic quarto describitur recessus bachidis de terra iudea et dicitur et uidit bachides quod mortuus est alchimus.

pp. eius instituccionem in sacerdotem veniat ut habetur in principio huius capli et sic huius causa tenet cendi. ¶ Et cogitauerunt. hic consequenter ponitur eius recessio ad iudeam et secundo totalis eius excitatio ab ea ibi et uirtus. Circa primum dicitur. et cogitauerunt de uiris iniquis. de ppo israel. Ecce ionathas et cetera habitant considenter. non precauentes sibi de bello pp. quod de facili poterunt capi certe patet usque ibi. et comprehenderet ionathan et eos qui cum eo erant latenter et dolose. et apprehendit. s. ionathas. de viris regionibus. i. iudeis qui principes erant militie. i. ductores illorum qui nollebant ionathan et socios eius capere. et recessit ionathas et cetera. in bethbessen que est in deserto ut haberet fortalitium pro refugio. et Reliquit ionathas simonem fratrem suum in ciuitate s. bethbesse ad eius custodiam et exiuit in regionem. et venit cum numero. s. sufficienti bellatorum et percussit odarem et cetera. qui erant aduersarii ionathe et ppli sui. Symon uero et cetera. et succenderunt machinas. quas fecerat bachides ad impugnacionem ciuitatis et sic symon preualuit in ciuitate et ionathas in regione. et afflixerunt eum valde. nam homo superbus magis est afflictus superari non posse. ¶ Et iratus. hic consequenter describitur totalis recessus bachidis a iudea cum dicitur et iratus contra viros iniquos et cetera. multos ex eis occidit. iudicio dei iusto. cum essent proditores patrie et destructores legis diuine ipse autem cogitauit cum reliquis abire nam plurimum erat sibi in iudea manere. et cognouit ionathas. eius recessum et causam contra illos qui eum adduxerant in iudeam. misit ad eum legatos componere. i. ad componendum cum ipso pacem sperans quod reciperet eam sicut et fecit certe patet usque ibi. et habitauit ionathas in machmas. locus est iudee ut patet. i. reg. xiiii. et cepit ionathas ibi iudicare pplm. bonos exaltando et impios puniendo ex quo patet quod habitabat satis pacifice.

Et anno centesimo. X.

Hic consequenter describitur ducatus ionathe tempore alexandri filii antiochi eupatoris cum quo ionathas habuit pacem et ideo primo describitur conuenientia ionathe cum alexandro. secundo congressio alexandri cum demetrio ibi. et congregauit. tertio congressio ionathe contra appolonium pro alexandro ibi. in anno centesimo. Circa primum demetrius prouocat iudeos sibi epistolis fictis quibus cum ionathas bene utitur. secundo alexander scribit pacifice cum eodem ibi. Et audiuit alexander. tertio demetrius scribit mendose et non auditur ibi et audiuit demetrius. Circa primum dicitur. et anno centesimo. lx. s. regni grecorum. qui cognominatus est nobilis. s. alexander secundum aliquos filius antiochi epyphanes. epistolam verbis pacificis fictis. et hoc alexandri timore ideo subditur. recordabitur enim omnium malorum que fecimus ei. et sic timabit omnes. nos alexandrum ionathas cum illis epistolis usus est ad bonum sue gentis quia per eas instituit timores alienigenis et recuperauit obsides de iudeis quos acceperat bachides, ut dictum est supra capitulo precedenti et patet hoc usque ibi. Et habitauit ionathas in ierusalem. et incepit

causa eius dicitur. et cepit edificare et innouare ciuitatem ad dei cultum electam. et fugerunt alienigene qui erant in munitionibus quas edificauerat bachides ex ierusalem. cum in bethsura remanserunt aliqui ex hiis qui reliquerant legem. i. de filiis israel qui erant apostate de lege dei. Et audiuit alexander. hic consequenter rex alexander scribit ionathe veraciter et patet littera usque ibi. alexander fratri ionathe salutem. et fratris nomine appellat propter amicitie. et misit ei purpuram. i. vestem purpuream et coronam auream quibus licitum erat uti illis et non aliis qui erant speciales regis amici et sic patet quod salutauit eum non solum verbis fictis sicut demetrius sed etiam donis honorabilibus et preciosis ut que nostra sunt sentias nobiscum in prosperis et aduersis quod proprium est veracium amicorum. et induit se ionathas stolam sanctam. i. vestem pontificalem in die sollempni scenophegie. i. dedicationis templi primi quod fecit salomon. nam illa dedicatio fuit vii. mense qui correspondet septembri. dedicatio uero secundi templi fuit in mense adar. i. esdre. vi. qui est duodecimus apud hebreos. et correspondet februario. licet aliqui extendant saltem pro maiori parte cum martio. et fecit arma copiosa tempore quo erat in pace pp. contencionem demetrii et alexandri ad inuicem ¶ Et audiuit demetrius. hic consequenter ponitur epistola secunda demetrii ad iudeos adulatoria et ficta pp. quod non fuit ei adhibita fides et patet usque ibi. quoniam seruastis ad nos pactum. ficte loquitur. quia non legitur ionathas cum eo fecisse aliquod pactum sed tamen epistola sua visus fuisse ad bonum ut predictum est et remittemus nobis prestaciones multas. i. iusta que consueuit nobis reddere et dabimus uobis donaciones. ita quod non solum remittemus nobis debita sed etiam dabimus nobis ampla dona et precia salis in dulcedo. i. pecuniam quam dabatis regibus pro sale faciendo est enim terra iudee prope magna partem super mare et in aliquibus locis faciebant effluere aquas maris per alueos super terram que coquebantur ad calorem solis. et illa loca dicebantur saline de quibus fit mentio infra. xi. caplo et coronas remitto. quas nobis debebant et tercias seminis. i. frugum. et dimidiam partem fructus ligni. i. arborum. quod est porcionis mee. de consuetudine mihi debite. et ierusalem sit libera. ab omni tributo et exactione et decime et tributa. que solleuent nobis reddi ipsius sint. ad bonum ciuitatis. remitto etiam potestatem arcis et cetera. sequitur qui custodiat eam. s. pro rege ut dicit iosephus. Unde et caplo sequenti dicitur quod ionathas congregauit gentem ad pugnandum contra arcem illam. ex quo patet quod non erat sibi tradita et omnia animalia. i. plaustra ut communiter attribuitur soluere. etiam pecorum suorum ita quod non solum sint libera a tributo debito pro personis suis sed etiam pro animalibus brutis. et omnes dies solempnes qui celebrantur omnes sel in anno ut pascha pentecostes et huiusmodi. et sabbata. quasi ebdomadalia et neomenie. in quolibet mense. et dies decreti ad solempnizandum sicut dies uictorie de interfectione aman. hester. ix. sint omnes in immunitate. ab omni exactione et uexatione iudeis omnibus qui sunt in regno meo. quia multi valde remanserunt in captiuitate

in sal[1]

[1] olophernis et sui exercitus. ut habetur iudith ultimo. et de interfectione.

babilone persidis et medie qui cum zorobabel et aliis redierunt in iudeam redditur de terra cum uxoribus quas ibi acceperant et prolibus quas genuerant et bonorum temporalium que ibi acquisierant et nec habeat potestatem etc. s. in diebus potestatis et ut sciant iudei in exercitu regis etc. que erat valde honorifica et ad tutelam aliorum iudeorum per regnum suum dispersorum. et ambulent in legibus suis etc. i. ita libere custodiant legitima sua per totum regnum suum sicut in iudea. ptolomaida. i. achon. et confines eius. i. ville sibi adiacentes quas dedi donum. i. gratis sanctis qui sunt in ihrlm. i. sacerdotibus et levitis divino cultui deputatis et hec dabitur in opera domus. s. domini pro eius reparatione et sacrificiorum oblatione. Et Omnes tangere de immunitate templi cum dicit et quicumque fugerint etc. obnoxii regi. i. obligati pene pro aliquam nocumentum et ad edificandum etc. sumptus dabuntur de ratione regis. i. de suis redditibus propriis Ut audivit autem ionathas et populus sermones istos non crediderunt eis. reputantes eos falsos et mendaces propter suam maliciam precedentem. et complacuit eis in alexandrum. supra re sedis aptatur. Et congregavit. hic consequenter describitur congressio alexandri cum demetrio et primo tangitur usque ibi. et misit alexander ubi ex alexandri victoria ostenditur amicitia et secundo ostenditur ionathe gloria ibi. et scripsit rex alexander. prima patet pro parte prima excepto que dicuntur. et sedit in sede patrum meorum in antiochia que erat metropolis illius regni et dedit tibi dona. regie maiestati cum digna et illi dignitatem quam vocabatur et erit regia. Et scripsit. hic consequenter describitur ionathe gloria cum dicitur. et scripsit rex alexander ptolomeo sicut etiam dicimus. et obviavit eam gloriam. i. cum apparatu magno. et occurrit ibi duobus regibus. s. alexandro et ptolomeo. et convenerunt adversus eum viri pestilentes ex israel. nam a lege prevaricaverant et alias ad apostasiam quantum poterant inducebant. et collocavit eum rex secum. s. iudicio et convivio. exite cum eo in medio civitatis. ad eius honorem et adversariorum suorum confusionem. et predicate. i. per preconem publicate ut nemo interpellet etc. et pacem habuit. Et In anno centesimo. hic consequenter describitur conflictus ionathe pro alexandro ubi primo ponitur appolonii comitatio secundo ionathe animatio ibi. ut audivit autem ionathas. tertio alexandri congratulatio ibi. et factum est. Circa primum dicitur In anno centesimo. lxv. regni grecorum. venit demetrius filius demetrii. a creta. ubi occultus fuerat fugatus ab alexandro ad parentes matris sue in terra patrum suorum. per circumlocutionem illos quos invenit auxilium et reversus est in antiochiam. metropolim civitatem ut ibi congregaret exercitum ad pugnandum contra demetrium et constituit demetrius appolonium ducem. in una parte regni que vocabatur celesiria et erat regio maritima. et accessit ad iamniam. que similiter est iuxta mare in iudea. et ideo videtur illuc venisse per navigium. et misit ad ionathan. invitando eum ad pugnam in bello. tu solus resistis nobis. q. d. non ego autem factus sum in derisum. eo quod non habeo te subiectum ad imperium meum. propterea quod tu potestatem etc. q. d. hoc non provenit ex tua potestate sed ex incauta absentia ad quos tu resistis quos sunt in accessibiles equitibus meis ideo sequitur. descende ad nos in campum. i. ad terram planam. interroga et disce quis sum ego etc. q. d. si hec scires te ita subiceres quod non potest stare pes tuus ante faciem meam. in plano sed convertit ad fugam. et nunc quomodo poteris sustinere etc. ubi non est lapis neque saxum. impedimentum equitum et peditum meorum. nec locus fugiendi tibi et tuis quos statim caperem ab equitibus meis ut audivit autem. hic consequenter ponitur ipsius ionathe provocatio et patet usque ibi. et exclusit eum a civitate. i. populus ioppe ionathan. exclusit ab ingressu civitatis ioppe. et subditur causa cum dicitur quod custodia apollonii ioppe erat. i. homines armati ex parte ipsius ibidem positi et oppugnabit eam. s. ionathas ioppen cetera patent usque ibi et aliud exercitum transmisit faciens. i. plane procedendo. et statim exiit de castris in campum. q. paratus ad prelium. et subditur causa. eo quod haberet multitudinem etc. et prelium quidem fuit non tamen statim sed postea et subditur causa. et reliquit apolonius in castris mille equites post eos. i. post recessum suum de castris. occulte. ut ionathas et eius exercitus ignorantes inciderent inter adversarios et circuierunt castra eius ad capiendum insidias apolonius autem statuit sicut prius reperat ionathas dicit iosephus quod erat ordinatus in quadro facta testitudine de scutis ad excipiendum sagittas adversariorum donec eorum pharetre essent evacuate. et sagittarii equites essent fatigati et eorum equi quod non fuit quod sequitur et ceciderunt equites exercitus simon faciens hic. adversarios fatigatos impetum. et tradiderunt bethdagon i. domum dagon. sive templum erat autem dagon ydolum huius capud quasi piscis ut dicunt hebrei ideo sic nominatur dagon. quod in hebreo significat piscem in latino. et exeuntes de civitate resistere non audebant ionathe. Et factum est. hic consequenter ponitur alexandri regis congratulatio in congressu ionathe fiat pro eo ut patet ex predictis. et misit ei fibulam auream. erant ei quatuor insignia regalia. s. purpura corona fibula aurea et sceptrum duo prima miserat ante ipsi ionathe ut dictum est circa principium huius capituli et nunc misit sibi tertium. quartum sibi soli retinens quod est proprium regie maiestatis.

XI

Et rex egypti. hic consequenter describitur ducatus ionathe … regis demetrii secundi tempore Circa quod primo describitur alexandri regis obitus secundo demetrii successio ibi. et regnavit. tertio antiochi adolescentis adventio ibi triphon autem. prima in tres. quia primo ponitur proditio

ptholomei. scdo confederatio demetrii. ibi et misit legatos. Tercio prostratio alexandri ibi. et audiuit. Circa primum dicit. et rex egypti congregauit exercitum sicut arenam etc. vbi notandum est ad delignandum exercitum suum magnam multitudinem. et naues multas. quia regnum alexandri quod querebat acquirere dolose partim erat super mare et extra de egypto in syriam. per ipsius. ne (illos) puniret. cum bitumine illo fune ceteros qui querens bonum regni pro genio suo. cum autem intraret ciuitatem ibi posuit custodias. militum ad optinendum eam contra alexandrum. cetera patent usque ibi et eorum qui cesi erant in bello tumulos in quibus erant sepulti notabiles uiri. et narrauerunt regi que fecit ionathas. ut haberet magis persecutionem contra eum. ut inuidia faciunt ei. provocando eum contra ionatham. et tacuit rex. sed dissimulando cum silentio. cetera patent usque ibi. rex autem ptholomeus optinuit dominium ciuitatum regni syrie per custodias militum ibi positas ut dictum est. et cogitabat in alexandrum. contra eum scilicet consilia mala. quia eius uolebat priuare regno et uita. ¶ Et misit. hic ponitur confederatio ptholomei cum demetrio alexandri inimico. et patet littera usque ibi. quesiuit me occidere. Dicunt aliqui glose et aliqui hystoriographi quod hoc uerum erat quia eum in tortitate quesierat. Sed hoc uidetur esse contra litteram precedentem in qua dicitur quod alexander mandauit ptholomeum honorifice recipi. sed littera immediate sequentem cum dicit. et uituperauit eum propter quod concupierat regnum eius. ex quo patet quod sibi falso imposuit cupiditatem dominandi. prouerbiorum xviii. Occasiones querit qui uult recedere ab amico. Sciendum etiam quod iosephus contra hystoriam huius libri multa dicit que sunt dissona textui hic. quod illa tamquam friuola dimitto quia quamuis liber iste non sit canonicus tamen maioris auctoritatis est quam sit iosephus. alexander autem rex erat in cilicia. illis conspirantibus quod dicit. hic. hoc tales per dominos forsitan posuit facere ptholomeus. quia rebellauerunt qui erant in locis illis. hic. quod faciunt rex ad reprimendum illos uel sedandum. ¶ Et audiuit. hic ponitur prostratio alexandri cum dicit et audiuit alexander. prodicionem scilicet suam. cetera patent usque ibi. et rex ptholomeus mortuus est in die tertia postquam recepit caput alexandri. et sic uidetur mortuus subito iusto dei iudicio ¶ Iosephus tamen dicit quod equus ptholomei in bello contra alexandrum territus elephantis uoce proiecit eum. et tunc fuit letaliter uulneratus sed uiuus aliquantulum caput alexandri fuit consolatus sed postea cito mortuus. ¶ Sed contra hoc uidetur quod de predicto bello premittit. rex autem ptholomeus exaltatus est et quod sequitur et abstulit zabdiel arabs caput alexandri. quod non fecisset in fauorem ptholomei si fuisset exulceratus in principio mortis. et qui erant in munitionibus syrie a ptholomeo positi ut

predictum est. perierunt ab his qui erant intra castim. scilicet alexandri ut dicunt aliqui. sed hoc non uidetur uerum quia debellati erant a ptholomeo et ideo quod dicitur intra castra. intelligendum est demetrii qui nolebat homines extraneos possidere fortalicia regni sui. ¶ Et regnauit. hic consequenter ponitur successio demetrii. et primo quantum ad optentionem dominii cum dicit et regnauit demetrius etc. secundo quantum ad prouocationem contra ionatham. per accusationem iniquorum iudeorum eo quod obsideret arcem. et patet littera. Tercio quantum ad demetrii placationem cum dicit et audiuit autem ionathas. mandatum regis iussit obsidere. id est obsidionem arcis per illos continuare aliquantum littera habet iussit non obsidere. id est obsidionem dimittere. et hoc magis concordat littere precedenti et subsequenti. et elegit de senioribus israel etc. ut uenerabili societate et munimine militum et per donationes placaret regem quod et fecit et patet littera usque ibi. exemplum epistole quam scripsimus lastheni parenti nostro etc. iste lasthenes erat de tenens [illegible] de metrio ex parte matris qui demetrio prouiderat de exercitu ad obtinendum syrie regnum contra alexandrum predictum. quod demetrius reputabat eum sicut patrem. et de suis nobilibus sibi scribebat et ideo de quibus ionathe factis scripsit epistolas ionathe. et lastheni eandem formam continentes praeter quod scripsit lastheni. et hoc est quod dicit exemplum epistole etc. et sequitur epistole continentia cum dicit. statuimus ergo illis omnes fines iudee. possidentes partis scilicet. et tres ciuitates etiam. non nominantur hic. ex samaria. in qua habitabant gentiles ibi translati de persida. iiii. regum. xvii. cetera patent usque ibi. et cauernas salinarum. id est loca in quibus fiebat sal modo supradicto capitulo decimo. et ponatur in monte sancto ad memoriam in futurum. ¶ Quarto describitur status demetrii. quantum ad exercitus dissensionem cum dicit et uidens demetrius. etc. et patet littera usque ibi et inimici erant ei omnes exercitus patrum eius. qui erant de regno syrie. nam a temporibus precedentibus consueuerant domino, nam accipere non solum tempore belli sed etiam pacis. ut sic erant parati pugnare pro rege tempore necessitatis. triphon autem. postquam descriptus est demetrii status hic consequenter describitur antiochi adolescentis aduentus et diuiditur in tres partes quia primo ponitur aduentus antyochi. secundo ipsius fauor. tercio fallacitas demetrii de iudaeis ibi et misit ionathas. Circa aduentum antyochi exercitus ibi post hec autem. Circa primum dicit. triphon autem erat quidam partium alexandri prius. quia prius fuerat cum alexandro prelatus uero ipso decapitato fuit cum demetrio. et uidit quia omnis exercitus murmurabat contra demetrium. dicens eum honore regio indignum propter causam predictam et iuit ad emalcuel. qui nutriebat antiochum filium alexandri post eius mortem et assidebat ei. id est assidue astabat apud eum ut traderet sibi tamquam tutori et ductori. ut regnaret loco patris sui. per hoc enim intendebat

triphon, habe administratorem regni sicut postea fuit de facto. et cummunicavit ei &c. ut illum induceret ad tradendum sibi antiochum. et mansit illic diebus multis non potens ante flectere ementulam (?) pueri antiochi pueritiam. ¶ Et misit. hic ostenditur falsitas demetrii demandacio (?) circa quam primo ponitur ionathe peticio cum dicitur. et misit ionathas ad demetrium regem petens ut eiceret .i. eicere possit eos qui in arce erant in ierusalem quorum aliqui erant alienigene aliqui uero iudei tamen apostate. et hoc inde capitulo illa littera que dicit sic ionathas ad inuadendum demetrii removisse obsidionem arcis est verior. et qui in presidiis erant. in diversis locis inde ad inpugnandum gentis iudaice. ¶ Et misit. hic ostenditur petitionis concessio et patet. et subditur concessionis ratio cum dicitur. nunc ergo recte feceris &c. ad hoc enim concessit peticionem ut ionathas sibi mitteret bellatores ad suam deffensionem, timens probabiliter insurgere contra se rebelliones sicut et factum est. unde subditur et convenerunt &c. et volebant interficere regem scilicet eius iniquitate (?) et malicia. et fugit rex in aulam tamquam in locum tutiorem. et occupaverunt qui erant de civitate itinera civitatis. ne aliquis ab extra posset ingredi civitatem in auxilium regis. et ceperunt pugnare .i. ad pugnam se disponere. et vocavit rex iudeos antequam cives essent congregati ad ipsum in pugnando. ideo subditur et dispersi sunt omnes per civitatem. interficiendo eos qui volebant interficere regem. et occiderunt in illa die centum milia hominum. pervenientes eos antequam essent uniti et dispositi ad pugnandum et sic potuerunt multos occidere. et succenderunt civitatem. non totam sed in una parte ponentes ignem ad eius terrorem ideo subditur. et infirmati sunt mente sua. et per consequens virtute corporis nam a corde procedit spiritus et motus ad alia membra scilicet quod deficiente corde deficiunt exteriora membra. cetera patent. ¶ Et sedit. hic ostenditur describitur falsitas demetrii demandacio (?) nam habita pace denegavit omnia promissa ionathe et hoc est quod dicitur. et sedit demetrius rex in sede regni sui .i. in antiochia. metropoli repressa rebellione civium per auxilium iudeorum. et siluit terra in conspectu eius, quia non erat qui auderet sibi rebellare depressa metropoli civitate. et mentitus est omnia quecumque dixit de gratia ionathe gentisque iudeorum fiendis. et abalienavit eum valde. principes suos invadendo et inimicos mittere. ¶ Post hec autem. hic ostenditur describitur adventus antiochi adolescentis in regnum alexandri sui patris. circa quod primo ponitur regni obtentio. secundo cum ionatha federis iniunctio (?). et secundo antiochi tertio huius federis effectus ibi. et exivit ionathas. circa primum dicitur. post hec autem reversus est de arabia in syriam cetera patent usque ibi. Et accepit triphon bestias .i. elephantes exercitus demetrii. et optinuit antiochiam. metropolim civitatem et per consequens alias urbes. Et scripsit. hic ostenditur ponitur confederacio antiochi cum ionatha

erat enim rex novus et ad huc unam magnam partem regni tenebat demetrius. scilicet quod indigebat ionathe confederacione. et constituo te super quatuor civitates. et iudeam existentes. et misit illi vasa aurea in ministerium .s. mense sue. ideo subditur. et dedit ei potestatem &c. et symonem fratrem suum constituit ducem a terminis tyri usque ad fines egypti inter quos includitur etiam phylistiim. Et exivit ionathas. hic ostenditur ponitur dicti federis effectus et primo antiochi dominium dilatando cum dicitur. et perambulabat transflumen civitates eas inducendo ut obedirent antiocho et congregatus est ad eum omnis exercitus syrie qui obediebant demetrio, ut positum est. et conclusit se qui erant gaze. nolentes eum recipere nec a demetrio recedere. et predatus est eam, nam aliqua ex parte circumcirca loca erant extra civitatem in suburbiis et villulis. et accepit filios eorum obsides ne cos postea rebellarent. Et audivit. hic secundo ponitur effectus predicti federis demetrio repugnante cum dicitur. et audivit ionathas quia prevaricati sunt principes demetrii. scilicet antiochum ab ipso recedendo et adherendo demetrio in cades, que est in galilea hec dicitur ad differentiam alterius que dicitur cades barne ubi sederunt filii israel multo tempore de uno (?). primo volentes eum removere a negocio regni. sicut eum constituerat antiochus. fratrem autem suum symonem reliquit intra provinciam ad iudee custodiam. et applicuit symon ad bethsuram in qua erat adversarius iudeorum .i. demetrio positus. et conclusit eos itaque non poterant exire nec aliquid ab extra habere. Et postulaverunt ab eo dextras accipere. ut salvis personis recederent inde. et posuit in ea presidium .i. armatos de gente iudeorum et ionathas et castra eius applicuit ad aquam genesar .i. ad mare galilee quod etiam dicitur mare genesar sive genesareth quasi generans auram, nam illud mare est ventosum. et tendebant illi insidias in montibus, ionatha ignorante. ipse autem occurrit ex adverso illorum qui erant in campo. et fugerunt qui erant ex parte ionathe. territi ex insidiarum repentina resurrectione. et scidit ionathas vestimenta sua .i. paramenta que ponuntur ad decorem super arma et hoc fecit in signum doloris et posuit terram in capite suo se humiliando. et reversus est ad eos .i. ad adversarios suos. et convertit illos. iam enim recedebant tamquam victores fugientibus iudeis. sed ionathas invitavit eos ad prelium faciens eos convertere ad se. et viderunt qui fugiebant partes illius .s. ionathe. et reversi sunt ad eum. et ceperunt cum eo et insequebantur cum eo adversarios usque ad cades. unde venerant ad prelium.

Et vidit XII

Et vidit ionathas. ¶ hic ostenditur dedicacio (?) ionathe sub antiocho filio alexandri iam regnante sub quo videns sibi prospere succedere volens ostendere de hiis que secundum humanam prudentiam facere potuit ad firmandum populi sui pacem. primo cum exteris se confederavit. secundo contradictores alexandri regis expu

gnauit ibi. Et audiuit Ionathas. Tertio tri
phon eum defraudauit ibi. Et cum cogitasset tri
phon. prima in duas. quia primo ponitur circa confedi
tionem epistolarum conscriptio secundo sumitur recitatio ibi. et hoc
est exemplum. Circa primum dicitur. et uidit iona
thas quod tempus eum iuuat. Dicit autem tempus esse bonum
et iuuare quando contingunt in eo prospera. malum autem
et nocere quando aduersa. et elegit uiros ad talem
legationem aptos. sequitur. misit epistolas secundum eandem
formam .i. eandem sententiam de amicitia statuenda et re
nouanda cetera patent. ¶ Et hoc est exemplum
hic ponitur recitatio sine epistolarum et primo
epistole ionathe misse spartiatis secundo epistole responsiue
ab eis ibi. et hoc rescriptum in epistola autem ionathe
fit mentio de quinque primo de quadam epistola prius
missa tempore onie summi sacerdotis a rege spartiata
rum iudeis et hoc est quod dicit. Iam pridem etc. a
dario. Iosephus. xii. libro antiquitatum induxit nominat
eum arium et est idem nomen sicut in latino nicholaus
et colonus uocat tamen istos spartiatas lacedemonios
recitans epistolam in hac forma rex lacedemoniorum ario
onie salutem legentes scripturam aliquam inuenimus ex
uno genere iudeos et lacedemones extitisse et fami
liaritatem cum abraham sociali habuisse iustum est ergo
ut fratres existant. et transmittere ad nos et petere
que uestra indicant. faciemus uero et nos idem et
uestra propria sit et nostra omnia reputamus. Porta
uit dimotius epistolas nobis defert quadrangulo
scriptas signaculum habentes aquile dractionem ungui
bus deportantem. et suscepit onias uirum. qui
missus fuerat a rege spartiatarum. cum honore. ac
ceptans eius legationem. ¶ Nos cum nullo. hic secundo
in epistola ionathe ponitur causa scribendi cum dicit. Nos cum
nullo horum indigemus .i. cum non eramus in aduersita
te sed prosperitate. quasi dicat. non scribimus uobis ex ali
qua necessitate. a qua nunc uelimus per uos releuari
sed ex sola amicitia et caritate inter nos et uos
nutrienda. habentes solatio sanctos libros legis et
prophetarum. qui sunt in manibus nostris .i. non sumus penitus
occupati in exercitio armorum sicut tempore precedenti
sed magis in lectione sanctorum librorum cetera patent ex dictis
Secundum iosephum hec littera. Nos cum nullo horum indige
mus etc. refertur ad scripturam quam lacedemones
dicebant se inuenisse continentem quod erant de genere
habrahe de qua dicit ionathas quod non indigebant
illa scriptura ad propositum probandum quia per libros
sanctos quos habebant iudei apud se hoc sciebant sed
qui sunt illi libri non dicit iosephus in particulari
tamen in fine eodem capitulo dicam quid super hoc michi ui
detur. ¶ Nos igitur. hic tertio in epistola dicta fit mentio
de fidelitate iudeorum erga spartiatas cum dicit
Nos ergo in omni tempore. ex quo misistis ad nos pro
amicitia et fraternitate. memores sumus uestri in
sacrificiis. que fiebant de animalibus et obseruationibus
et aliis oblationibus et uigiliis et orationibus ¶ Nos
autem. hic quarto ponitur ratio quare non scripserunt
spartiatis tempore tribulationis et bellorum que acciderunt
iudeis cum dicit. Nos autem circumdederunt multe
tribulationes etc. ut patet per predicta. noluimus ergo

uobis molesti esse petendo a uobis auxilium nec
ab aliis amicis nostris et subditur causa cum dicit. habuimus
enim de celo auxilium. quasi dicat. non diminuimus a uobis petere
auxilium ex diffidentia de uobis sed quia non fuit no
bis necesse deo nos auxiliante. ¶ Elegimus itaque hic
quinto fit mentio de nuntiis epistole per eandem enim nuntios
scripsit ionathas romanis et spartiatis. sed quia romani ma
iores erant ideo prius iuerunt ad romanos et postea ad
spartiatas et hoc est quod dicit. elegimus itaque
numenium antiochi .s. filium cetera patent ex dictis
Et hoc rescriptum. hic ponitur epistola responsiua
regis spartiatarum ad ionathan cum dicit. rex sparta
tarum onias. sic enim uocabatur rex spartiatarum tempore iona
the. ille uero qui prius regnauerat onie tempore arius
uocabatur ut dictum est supra. Inuentum est in scriptura.
non dicit hic nec est in iosepho que sit illa. Sed potest
dici probabiliter quod sit scriptura. genesis. in qua fit mentio
de abraham et eius genere ut dicunt aliqui quod sparti
ate descenderunt de habraham per unum de filiis eius
ex cethura natum qui ponitur. xxv. Sed huic dicto
dissonare uidetur quod supra dicit eodem capitulo s. lacedemones
cum habraham familiaritatem sociali habuisse propter quod
magis uidetur quod descenderint a nachor fratre abra
he qui cum abraham socialiter uixit longo tempore
cuius etiam generatio scribitur. genesis. xxii. cetera patent
ex predictis. ¶ Et audiuit. postquam descriptum est
confederatio ionathe cum aliis gentibus. hic consequenter
ponitur eius conflictus cum demetrii principibus et primo
ponitur eorum debellatio secundo inde munitio ibi. et
reuersus est Ionathas. prima in duas. quia primo po
nitur inde conflictus secundo simonis fratris eius. ibi. Symon
autem. Circa primum dicit et audiuit ionathas. quia re
gressi sunt principes demetrii. ad uindicandum opprobri
um eo quod fuerat a ionatha debellati ut habetur capitulo
precedenti cetera patent usque ibi. quia constituerunt super
uenire illuc nocte .i. ad castra ionathe ut eum preuen
irent repente propter quod ionathas precepit suis uigi
lare et ad pugnam paratos esse. et accenderunt
focos in castris suis simulantes quod ibi manerent
tota nocte sed eis accensis fugerunt. Ionathas
autem et qui cum eo erant non cognouerunt usque mane
s. fugam eorum. et subditur causa. uidebant enim luminaria ar
dentia ac si essent ibi homines. et diuertit ionathas
ad arabas qui uocantur zabadei. secundum iosephum
isti sunt quos supra. ix capitulo dicit filii iambri et occide
runt iohannem ionathe fratrem. et sumpsit exercitum suum
uinciendo. et uenit damascum. ad confirmandum
populum cum antiocho. ¶ Simon autem hic describitur
conflictus symonis cum aduersariis cum dicitur. Symon
autem exiit. de ierusalem ubi remanserat ad terre
custodiam. et uenit usque ascalonem et ad proxima
presidia. in quibus erant homines demetrii tenentes
ea. et declinauit ioppen. et subditur causa. audiuit enim
quod uellent presidium .i. ciuitatem fortalitium. tradere par
tibus demetrii. propter quod festinauit ipsum capere
pro parte antiochi. ¶ Et reuersus est. hic consequenter
ponitur iudee munitio cum dicit. et reuersus est iona
thas. aduersariis pariter fugatis et pace omissis
¶ Et conuocauit seniores populi. pro consilio habendo

et cogitauit cum eis edificare presidia in iudea ad
terre fortificationem et edificare muros in ierusalem etc.
Disposuit .s. facere murum magnum et altum
inter arcem et reliquam ciuitatis partem ut illi qui
erant in arce non possent habere victualia de ci-
uitate ideo sequitur et neque emant etc. et cecidit
murus .i. muratus ita quod ponitur ibi plurale
pro singulari super torrentem cedron qui cur-
rit ex latere orientali ierusalem et reparauit eum
s. murum qui ceciderat et simon edificauit ad
dida et sephala etc. nomina sunt fortificationum
uel ponitur duarum partium vnio fortalitium et ideo
sequitur et muniuit eam. ¶ Et cum cogitasset
hic ultimo describitur ionathe deceptio. Circa quod
sciendum quod tryphon audiens demetrium esse cap-
tum et incarceratum ab arsace rege persidis et
medie et etiam mortuum ut dicit iosephus
antiquitatum iudaice libro xiii. capitulo ix. et x. co-
gitauit interficere antiochum regem et assumere sibi
regnum sed quia timuit ne ionathas qui zelabat
pro antiocho impediret eum ideo primo dispo-
suit interficere ionatham et secundum hoc illa que dicun-
tur capitulo sequenti ponuntur hic per anticipationem quia
contigerunt post incarcerationem demetrii que scribitur
infra in principio capituli xiiii. Sed hoc stare
non potest cum textu huius libri quia ibi dicitur quod fuit
captus fuit anno clxxii. et capitulo xiii. dicitur quod anno
clxx. ablatum est iugum gentium ab israel et cepit
populus scribere in tabulis et gestis publicis anno
primo sub simone summo sacerdote magno du-
ce et principe iudeorum. ¶ Symon autem in ducatu
ionathe successit et iosephus cum liber iste sit ma-
ioris auctoritatis quam dictum iosephi dicendum
quod illa que dicuntur hic et capitulo sequenti non ponun-
tur per anticipationem sed secundum temporis ordinationem.
Sic ergo procedit quia primo ponitur tryphonis
fraudulenta malignitas secundo ionathe nimia
credulitas ibi. et credidit ei. Circa primum
patet ex dictis littera usque ibi. et exiuit ionathas ob-
uiam ei in bethsan. ut caperet et interficeret ionatham
sed uidens quod non poterat hoc facere per bellum
conuertit se ad fraudem et dolum ideo sequitur
et excepit eum cum honore. ut melius posset
eum decipere et patet littera usque ibi. et ueni mecum
ptolomaidam .i. acchon. que erat ciuitas
magna de regno et tradam illam tibi et reli-
qua presidia etc. ut custodias nomine regum
et conuerso abibo. ¶ Et credidit ei. hic ostenditur de-
scribitur ipsius ionathe nimia credulitas cum dicitur
et credidit ei. quia principalior erat in domo
regis antiochi cum ionathas erat confederatus
et amicus ut patet ex superdictis. et ignorabat
machinationes tryphonis in mortem antiochi
et quibus uenisse in galileam duo milia.
eo quod principes demetrii aliqui faciebant
insultum in parte illa ut dictum est supra xi. capitulo.
uerumtamen clauserunt portas ptolomenses
sicut mandauerat eis tryphon. ¶ Et com-
prehenderunt eum viuum. Cetera patet usque ibi

et uidentes hii qui in seruitutem fugiunt. socios
ionathe quod preciosa .i. uita. res est illis. iona-
the socius. reuersi sunt non audentes cum eis con-
fligere propter hoc dicitur alibi. ipsi iacob .ii. ix. capitulo ii.
an ignoras quia periculosa sit desperatio.

Et audiuit XIII

Simon. hic
incipit quarta pars principalis huius
libri primi in qua agitur de ducatu simonis
et diuiditur in duas partes quia primo describitur
eius ducatus sub antiocho adolescente et deme-
trio qui simul regnauerunt certantes de regno. se-
cundo sub antiocho demetrii filio capitulo xv. prima
in duas quia primo describitur iudee pacificatio sub re-
gimine simonis secundo federis renouatio cum romanis
capitulo xiiii. prima in tres. nam primo simon in
ducem eligitur secundo tryphon repellitur ibi. et mouit
tryphon. tertio iudeis libertas redditur ibi. et ele-
git simon. Circa simonis electionem secundo ponitur
eligendi causa secundo electionis forma ibi. et
accensus est. tertio electi industria ibi. et con-
gregauit etc. Causa uero eligendi ducem fuit quia
capto ionatha tryphon congregauit exercitum ma-
gnum ad delendum iudeam populum qui carens duce
dissolutus erat timore quod audiens simon uolens
tanto malo obuiare ideo sequitur. et congregauit
populum ad ipsum fortificandum. uos scitis etc. pro le-
gibus seruandis et pro sanctis .i. templo et cultu diuino
defendendis. prelia .i. labores prelio etc. et angu-
stias cordis et corporis. quales uidimus .i. ex-
perti sumus et sustinuimus. horum gratia perierunt fratres
mei omnes. ut patet per predicta. et nunc non mihi contin-
gat parcere anime mee .i. uite corporali mee. in omni tempore
tribulationis populi mei. vindicabo itaque gentem meam.
occisam et captiuatam. et sancta a gentilibus conta-
minata. quia congregate sunt vniuerse gentes. et est
yperbole ad designandum quod tryphonis exercitus erat con-
gregatus ex multis gentibus. conterere nos inimici-
tia .i. odio solo sine culpa nostra. ¶ Et accensus
est. hic consequenter ponitur electionis forma cum dicitur. et
accensus est spiritus populi sui etc. nam pari consensu et
uoluntate elegerunt eum pro duce ideo sequitur et
omnia quecumque dixeris nobis faciemus obediendo tibi
usque ad mortem. ¶ Et congregauit. hic consequenter poni-
tur electi industria cum dicitur et congregauit
omnes uiros bellatores ut essent parati contra tryphonem.
tryphonem annellauit confirmare omnes muros illos
quos inceperat ionathas ut habetur capitulo precedenti et
misit ionatham filium absalomi. qui erat fidelis
amicus sibi. et cum eo exercitum nouum in ioppen. et e-
iecit nouum [illegible] autem posuerat ibi simon cu-
stodes ut habetur capitulo precedenti sed timebat ne
traderent ioppen tryphoni propter quod misit alios
de quibus magis confidebat. Et mouit tryphon
hic consequenter ponitur repulsio cogitata tryphoni
nis et habet duplicem secundo ibi. et post hec uenit.
Circa primum patet littera usque ibi. Symon autem
applicuit cum exercitu suo in addus contra faciem campi

erat c(ir)ca locu(m) altu(m) unde poterat planicies terre alonge uideri. et ut cognouit triphon q(uod) surrexit symon. i(d est) statutus dux popli et q(uod) c(on)misssur(us) erat ad uersu(m) eu(m). p(ro)pt(er) q(uo)d plu(s) formidans conu(er)tit se ad dolu(m) dicens. p(ro) argento quod debebat fr(ater) tuus ionathas in ratione regis. i(d est) i(n) co(m)poto de uectigalib(us) ab eo receptis q(uo)d debebat reddere regi. et cognouit symon q(uod) cu(m) dolo loq(ue)ret(ur). nam erat homo prudens. p(ro)pt(er) q(uo)d sed(e)c(ia)s ca. dicitur consiliu(m). n(on) s(o)l(u)m dari pueros et argentu(m) ad euitandu(m) maius malu(m). s(cilicet) discessiu(m) p(o)p(u)li ab eo per odiu(m) et sic p(o)p(u)l(u)s de facili periss(et) dux eius captus. ideo s(e)q(ui)tur. ne inimicicia(m) (et)c. et sic patet q(uod) benefacit sicut bene p(re)cauit. merces i(n) uia c(on)t(ra) (et) p(ro)p(ter) salute(m) corporis q(uo)d est maius bonu(m) et patet l(itte)ra. ¶ Et post hec. hic c(on)seq(ue)nt(er) ponit(ur) s(e)c(un)d(u)m triphonis repulsio s(e)c(un)do i(n)nocentia ab eo occisio ibi. et cu(m) appropinquasset. Circa p(ri)mu(m) d(icitu)r et post hec uenit triphon. hic recep(tio) ceptu(m) s(cilicet) iudee. et symon et castra eius ambulabat in o(mn)e(m) locu(m) quocumq(ue) ibat. s(cilicet) triphon. (et) castra eius ne obuiaret eis in prelium ante q(uam) uastaret t(er)ra(m) iude. qui aut(em) in arce erant. s(cilicet) i(n) munitio(n)e ierosolimitana co(n)t(ra) p(o)p(u)l(u)m isr(ae)l. miserunt ad triphone(m) legatos orantes ut festinaret uenire per desertu(m). ubi n(on) obs(er)uabant. q(uo)d n(on) erat ei uia ualde nota. h(ic) ponit(ur) ad ostendendu(m) adiuncta sua i(m)pedimenta. n(on) sicut dicit iosephus tantu(m) nix tecid(it) i(n) deserto q(uod) n(on) potuit uenire sicut disposuerat. ¶ Et cu(m) appropinquasset. hic c(on)seq(ue)nt(er) ostendit malignitas triphonis in occide(n)do i(n)nocentem. et p(ri)mo ionathe ducis s(e)c(un)do antiochi regis triphon ait. Circa p(ri)mu(m) aut(em) d(icitu)r. occidit aute(m) ionathan et filios eius in odiu(m) iudeoru(m) et ut postea libere occideret d(omi)nu(m) suu(m) ut d(ictu)m est cap(itu)lo p(re)cedenti. certa patet uisq(ue) ibi. et statuit septem pyramidas. est aute(m) pyramis edificiu(m) latu(m) i(n) inferiori p(ar)te ascendens supius i(n) acutu(m). (et) d(icitu)r a pyr. q(uod) est ignis qui est talis figure. fec(it) aute(m) .ii. pyramidas p(ro) p(at)re suo et m(at)re. et quatuor p(ro) f(rat)rib(us). septima(m) aute(m) p(ro) se et sic ad hoc mines sunt solliciti de sua sepultura. et his circu(m)posuit columpnas magnas ad sustentamentu(m) edificii. et sup(er) columpnas arma. sculpta ut dic(unt) aliqui. aliqui uero arma uera. sicut sup(er) sepultura militu(m) ponu(n)t(ur) scuta et uexilla. ad memoria(m) eternam. q(ui)a mortui erant in defensione gentis sue. ¶ Triphon aut(em) hic c(on)seq(ue)nt(er) ponit(ur) malignitas triphonis in occisione d(omi)ni sui regis et patet l(itte)ra usq(ue) ibi. et fecit plagam magnam in t(er)ra sicut d(icitu)r. p(ro)u(er)b. xxi. cu(m) impii sumpserint principatu(m) gemet p(o)p(u)l(u)s et e(con)t(ra) edificauit symo(n) presidia iudee ad resistendu(m) triphonis malicie. ¶ Et elegit symo(n). hic c(on)seq(ue)nt(er) circa iudeos describit(ur) libertatis restitutio. et p(ri)mo ponit(ur) eius adeptio s(e)c(un)do exceptio ibi. In diebus illis. Circa p(ri)mu(m) sciendu(m) q(uod) lic(et) rex demetrius fuisset de prelio sicut uictus supra .xi. cap(itu)lo tame(n) postea recollegit se i(n) una parte regni et aliqui principes et milites recedentes ab antiocho ad eu(m) fuerunt. Subiugauit co(n)t(ra) ionathan ut dictu(m) est s(upra) cap(itu)lo .xi. et .xii. s(ed) postea antiocho occiso et triphone regnante p(ro) eo iudei magis elegerunt adherere demetrio a quo p(ri)us recesserant eo q(uod) inuenti fuerant ionathe p(ro)missa ut h(abe)t(ur) supra .xi. q(uia) triphon q(uia) ionathan dolose cepit et ipsu(m) cu(m) filiis suis nequit(er) occiderat et deinceps libentius recepit eo(rum) reco(n)ciliatio(n)em ut c(on)t(ra) triphone(m) iuuaret eu(m) qui dolose occupauerat regnu(m) et sic c(on)descendit iudeis ad eo(rum) uolu(n)tate(m) et hoc est quod dicitur et elegit symo(n) uiros ad negociu(m) aptos et misit ad demetriu(m) rege(m) rogando ut face(re)t remissio(n)es regioni. s(cilicet) iude de t(ri)butis et exactio(n)ib(us) i(m)positis a syrie regib(us). q(ui)a o(mn)ia acta triphonis per direptio(n)e(m) erant gesta. hec clausula ponitur ad ostendendu(m) quare symo(n) misit legatos ad demetriu(m). q(ui)a o(mn)es actus triphonis erant per deceptio(n)e(m) et dolu(m) ut p(atet) ex p(re)dictis. uel per direptio(n)e(m). i(d est) dissipatio(n)e(m) iusticie et ue(ritatis) et i(n) idem redit. q(uia) p(ro)p(ter) quod symon cu(m) eo fed(us) noluit contrahe(re) sed magis c(on)t(ra) ip(su)m demetriu(m) adiuuare. cetera patent usq(ue) ibi. coronam aurea(m) et bahen. i(d est) ornamentu(m) colli ex aureis anulis c(on)textu(m). hec misit symo(n) demetrio et ip(s)e suscepit signu(m) facte reco(n)ciliatio(n)is et scribe(n)s p(re)posit(us) regis. i(d est) p(re)posit(us) a nobis quas indulsimus. a t(em)p(o)re ionathe. queriu(n)t ei c(on)stituimus uob(is) tu(n)c c(on)stant. i(d est) firmi sta(n)t nu(n)c et i(n) futuru(m). remittimus (et) ignorancias et. i(d est) si p(er) ignora(n)tia(m) fecistis aliquid c(on)t(ra) nos p(ro) antiocho. et si qui ex uob(is) apti sunt c(on)scribi inter nos. s(cilicet) amicos. c(on)scribantur et sit int(er) nos pax. i(d est) firma et libera. ideo s(e)q(ui)tur. ablatu(m) est iugu(m) gentiu(m) ab isr(ae)l. s(cilicet) plenarie. ante uero fuerat ablatu(m) p(ar)tialit(er) et i(m)p(er)fecte. et q(ui)a istud fuit factu(m) notabile ideo s(e)q(ui)tur. et cepit p(o)p(u)l(u)s isr(ae)l scribe(re) i(n) tabulis et gestis publicis anno p(ri)mo sub symone sacerdote. et a(n)notatio(n)es temporu(m) i(n)cipiu(n)t ab aliquo euentu nobili sicut iudei p(ri)mo scripserunt ab exitu de egipto. postea de reditu a babilone et c(on)similit(er) hic a pontificatu symonis et eius ducatu sub quo libertas fuit eis restituta. In diebus illis. hic c(on)seq(ue)nt(er) po(n)it(ur) exe(cu)c(i)o dicte libertatis et p(ri)mo i(n) pugnando gazam s(e)c(un)do arcem ibi. ¶ Qui aute(m) erant. Circa p(ri)mu(m) d(icitu)r. In diebus illis symo(n) applicuit ad gazam. que multu(m) erat nociua iudeis et circu(m)dedit ea(m) castris. i(d est) bellatoru(m) cuneis et qui erant i(n)tus. s(cilicet) effugerunt de turre capta erat i(n)tra machina(m) in ciuitate. i(d est) refugerunt ad quanda(m) minore(m) ciuitatis munitatem. et factus est motus magnus.

s. timoris ideo sequitur et ascenderunt etc. et
patet littera usque ibi. Et non debellavit eos. s. oc
cidendo. et emundavit edes in quibus fuerant
simulacra nam habitatores erant ydolatre. et intra
verunt eam cum hymnis benedicentes dominum. attri
buendo illam victoriam deo et abiecta ab eo omni
immunditia ydolatrie. Collocavit in ea viros qui
legem facerent. s. iudeos. et munivit eam con
tra adversarios. Cum autem. hic ostenditur positum arcis
pugnacio cum dicitur. Cum autem erant in arce
ierusalem prohibebantur etc. s. primus. in arte et ci
vitatem edificatum ut dicitur supra. vii. et per
custodias armatorum super additas. alias mortem certa
patent usque ibi. et cynaris. cynara. ceinuth
cum est nisteum dictum a. cio. ac. quod idem est
quod moveo moves quia suo sono movet aerem
et nabulum. i. cytharis. quia quoddam est instrumentum
magno. i. populo eius in arce qui nitebantur gravana
but populum et impediebat cultum divinum cetera patent
usque ibi. et vidit symon iohannem filium suum
quod vir esset prelii. i. fortis et industrius ad bel
landum. et posuit eum ducem virtutum. i. bella
torum. et habitavit in gazaris. i. in gaza et ego
sub verbis. s. iohannes ut resisteret concursibus

Anno centesimo XIIII
septuagesimo etc. Post

ad pacem libertatis. hic ostenditur agitur de reno
vatione amicicie et familiaritatis et dividitur
in tres partes quia primo ponuntur duo pream
bula. secundo renovatio ipsa ibi. et auditum est
tercio dignitas pontificalis symonis constituta
ibi. et hoc exemplum. primum preambulum est
capcio demetrii regis cum notatur tempus cum
dicitur anno centesimo septuagesimo secundo. regni gre
corum et sic est in aliis intelligendum cetera pa
tent. Et siluit. hic ponit secundum preambu
lum quod est pacificatio iudee sub symonis re
gimine cum dicitur. et siluit etc. s. a preliis nocivis
et quesiverunt bona genti sue. principalibus quia sibi
quia bonum quanto communius tanto divinius. et
placuit illis. s. iudeis. potestas symonis. quantum
ad ducatum et gloria quantum ad pontificatum
et cum omni gloria sua. i. cum omnibus aliis que faciebant
gloriose. accepit ioppen in portum. s. maris. ideo
subditur et fecit introitum in insulis maris.
ad quas iudei habebant liberum accessum per illum
portum. Et dilatavit captivitatem multorum. hoc
intelligitur dupliciter. uno modo de gentibus quorum
multos captivavit alio modo de iudeis quorum
multos de captivitate redemit et ad iudeam re
duxit. et dominatus est gazare etc. sicut patet capitulo
precedenti. et unusquisque colebat terram suam in
quo notatur pacis securitas. et terra iude
dabat fructus suos. etc. ecce terre fertilitas. seni
ores in plateis sedebant omnes. in quo apparet
hominum longevitas. et de bonis terre tractabant.
ecce iusticie veritas. et iuvenes induebant

se gloriam. ecce populi iocunditas. et stolas belli
i. arma bellica. Ecce strenuitas. nam tempore
pacis utebantur talibus ut si bellum insurgeret
scirent se armare et possent faciliter arma por
tare. civitatibus. i. civitatem pauperibus. tribuebat
Symon alimonias et constituebat eas ut essent
vasa municionis. i. apte ad suam deffensionem sicut
necesse et quia tot bona percipiunt sub symonis regimine
de ipso quo ad usque nominatum est nomen glorie eius
ad extremum terre. i. valde longe et est yperbole
cetera patent usque ibi sancta glorificavit. i. templum
et altaria et multiplicavit vasa sanctorum quibus u
tebantur sacerdotes ad divinum cultum. Et
auditum est rome. hic ostenditur describitur renovatio
amicicie et primo scribentibus romanis secundo
scribentibus iudeis ibi. post hec autem. Circa
primum dicitur. et auditum est rome. et patet usque ibi
rescripserunt ubi ponitur scripta romanorum de reno
vatione amicicie cum iudeis quam fecerunt cum iuda
ut habetur supra. viii. et cum ionatha xii. Secundo
ponitur scriptura spartiatarum de renovatione
amicicie cum iudeis cum dicitur spartiatarum principes
et civitates. i. civitatum rectores nunciaverunt
nobis de vestra gloria et honore. ex adversariorum
motorum debellatione et restitutione libertatis et pre
servatione et scripserunt que ab eis erant dicta in consi
liis populi. i. in libris autenticis in quibus erant
scripta populi decreta. et sequitur forma rescribendi
cum dicitur numenius antyochi. s. filius etc. et po
nere exemplum sermonum eorum in segregatis populi
libris. i. in libris ad perpetuam diligentissime reservatis.
Post hec autem. hic ostenditur ponitur renovatio
amicicie per nuncios iudeorum et patet littera usque ibi
quam gratiam attribuemus symoni et filiis eius
restituit eum etc. q. d. non solum reddende sunt
sibi gratie et honores pro amicicia quam a nobis
quesivit et propter eventum notabile quod innuit
sed etiam propter eius probitatem quibus adversarios po
puli sui viriliter expugnavit et statuerunt
ei libertatem ab omni tributo. et descripserunt in tabu
lis ereis. ad memoriam in futuro. et posuerunt
s. iudei tabulas. in tabulis i. cum aliis scripturis
ad mememoriam reservatas. Et hec est exemplum
hic ostenditur describitur pontificalis dignitas sy
monis et eius heredibus constituta ab omni populo
iudeorum per scripturam autenticam vel decretum
de quo dicitur hoc est exemplum. etc. Circa quam
constitutionem primo premittitur quidam prologus
ponitur tempus cum dicitur. xviii. die mensis elul. in anno
sexto. anno. c. lxxii. regni grecorum. et anno tercio
sub symone etc. et sic patet quod descripcio huius insti
tucionis vel decreti facta est valde solempniter
s. per tempora regum et pontificum sicut predicatio
beati iohannis baptiste. luce. iii. in conventu mag
no sacerdotum etc. in quo describitur notabilis populi
cetus. Symon autem. hic secundo ostenditur subditur
inscriptio ratio propter quam pontificalis dignitas
concessa est symonis et eius filiis iarib. cum dicitur.
Symon autem mathathie filius ex filiis iarib.

fine .ii.

fuit eum ille mathathias sacerdos de sorte seu
vice iarib. sicut dictum est supra secundo capitulo sicut
zacharias pater iohannis dicitur de vice abia. luce primo.
dederunt se periculo. ut patet ex supradictis. **ut starent**
sancta eorum. i. templum et lex quam volebat antiochus
abolere **et gloria magna.** i. divino cultu quem volunt
destruere cetera patent ex predictis usque ibi. **tunc**
restitit symon ut patet ex predictis capitulo viii. **et eroga-**
vit multas pecunias. de suis sua pro sua gente
deffendenda. et quecumque apta erant ad contentionem
eorum. i. ad repressionem adversariorum ut balistas ar-
cus et consimilia. **Et vidit populus.** hic tertio con-
sequenter ponitur dicte constitutionis sive institutionis
causa cum dicitur **et vidit populus actum symonis.** i. eius
facta valde notabilia. **et posuerunt eum ducem**
suum etc. supra xiii. capitulo posuerat eum ducem suum
pro persona sua et simplici verbo. hic autem
posuerunt eum ducem et pontificem non solum pro se
sed pro posteritate sua. et hoc firmaverunt in im-
mobili decreto cetera patent usque ibi. **et inferebant**
plagam magnam castitati. i. mundicie templi
et cultui divino et quia mulieres hebreas rapiebant
aliquando illis abutentes. **et rex demetrius statuit**
illi summum sacerdotium capitulo precedenti **audivit enim**
etc. i. non solum honorificavit eum ex amore plus ut
ab eo amaretur ut dictum est capitulo precedenti sed
ne amicicie promissa si cumderet adversariorum suorum
et iudeorum gentem. **et quia iudei et sacerdotes eorum.** hic
petitio est eius quod premissum est ad maiorem
affirmationem **in eternum.** i. pro se et sua posteritate
donec surgat propheta fidelis. i. messias a iudeis
expectatus **et prophetiis eius** etc. et sic est ad impletum
quod filii symonis tenuerunt principatum et sacerdotium
usque ad herodem ascalonitam cuius tempore natus est
christus math. ii. qui est rex et sacerdos eternus. **et ut**
sit super eos dux in regimine temporalium. **et ut cura**
esset illis pro sanctis. in regimine spiritualium. **et ut con-**
stitueret. prepositos sub se in utroque regimine. **et**
super arma. ut nullus moveat bellum sine eius li-
centia. **et ut audiatur ab omnibus.** i. ei obediatur
in omnibus. **et scribantur in nomine eius omnes conscriptiones**
i. carta publica dicendo actum anno tali symonis
et ut operiatur purpura et auro. i. vestibus aureis
textis vel aurea corona. **Et ne liceat.** hic in-
ponitur dicte concessionis confirmatio cum dicitur
et ne liceat ulli de populo. cuiuscumque conditionis
aut status irritum facere aliquid horum. et subditur
pena transgressorum cum dicitur **qui autem fecerit ex-**
tra hec etc. **reus erit.** s. mortis vel alterius pene secundum
modum et quantitatem culpe. **et complacuit**
omni populo dicta ordinatio. **Et quia ad hoc requi-**
rebatur consensus symonis subditur. **et suscepit sy-**
mon etc. **et scripturam istam dixerunt ponere in tabulis**
ereis ad perpetuam memoriam **et ponere eas in**
peribolo sanctorum. i. in muro cingente templum
aperto quod est circum. **exemplum autem eorum**
ponere in erario. i. in loco magis privato **ut habeat**
symon et filii eius. i. cum voluerint videant

eius promissio deutero. xviii. prophetam suscitabo.

Et misit rex

XV. Hic consequenter describitur ducatus symonis sub antiocho fratre demetrii filio. Et dividitur in duas partes
quia primo describitur huiusmodi ducatus secundo ipsius
symonis obitus circa medium xvi. capituli. et tholomeus
etc. prima in tres quia primo ponitur antiochi cum
symone federatio secundo federis ruptio ibi. antiochus
autem tertio ruptoris punitio xvi. capitulo. prima adhuc
in tres nam primo ponitur dicti federatio secundo tripho-
nis insecutio ibi. anno c. etc. tertio quedam supra dicti
declaratio ibi. venit autem. prima adhuc in duas
quia primo ponitur scripta federationis motivum secundo federis
modum ibi nunc ergo. circa primum dicitur **et misit rex**
antiochus filius demetrii. Iosephus dicit ipsum fuisse
fratrem eius. Sed dicto iosephi non est credendum
quia ... autem huius libri ut supra dictum est **epistolas**
ab insulis maris adhuc ei non obtinebat regnum
syrie ideo querebat fedam cum symone quoniam quidam
pestilentes s. triphon. et ei adherentes. cetera
patent. **Nunc ergo** hic consequenter ponitur confederationis
modus cum dicitur **nunc ergo statuo tibi omnes oblationes**
i. gratias et concessiones regum precedentium. **et permit-**
to tibi facere percussuram proprii numismatis. hoc
addit ad concessiones regum precedentium cetera patent
usque ibi. **cum autem obtinuerimus.** ubi fit promissio
de futuro que tamen non fuit impleta ut habetur infra
nam obtento regno alienavit se ab symone et ideo
tales promissiones videbantur dilatorie quousque esset
in regni possessione. **anno centesimo** etc. posita federatio-
ne cum symone hic consequenter ponitur insecutio tripho-
nis a rege et patet littera usque ibi. **cum centum viginti**
milibus virorum bellatorum. s. peditum. **et circuivit**
civitatem. ponens in circuitu eius obsidionem a par-
te. **et naves a mari accesserunt.** et sic fuit ob-
sessa civitas per terram et per mare. **et vexabat**
civitatem. telis et machinis. **venit autem.** hic poni-
tur quedam supra dicti declaratio dictum est enim capitulo
precedenti quod romani statuerunt symoni libertatem et
descripserunt in tabulis ereis et non fuit ibi
dictum quis esset tenor illius scripture et quis fuit
nuncius ideo hic declarantur ista et primo quantum
ad nuncium cum dicitur **venit autem numenius** etc. secundo quan-
tum ad scripture tenorem cum dicitur **lucius consul.** romanorum tunc
enim romani civitas per consules regebantur. **ptholomeo**
regi. s. egipti. cetera patent usque ibi. **visum est autem**
nobis accipere eis clipeum. in federis et amicicie
signum. **Si qui ergo pestilentes** iudei **ut vindicet**
in eos secundum legem suam. inferendo debitam penam
hec eadem scripta sunt demetrio regi. s. syrie ex
quo patet quod illud ponitur hic per recapitulationem
nam hoc contingit demetrio patre antiochi adhuc
regnante. hoc etiam patet per illud quod habetur
capitulo precedenti. s. quod rex demetrius fecit symonem
amicum suum et glorificavit eum et subditur ad hoc
una ratio cum dicitur **audivit enim quod appellati sunt iudei**
a romanis amici. ex quo patet quod ista recuperatur histo-
ria de renovatione amicicie inter romanos et iudeos
et attalo et arabe etc. ubi ponuntur plures reges

terre quibus iudam sceplenit propter iudeos in fortem plurima. Exemplum autem eorum sceplenit symon ut scilicet quod regibus esset terribilis pro populo iudeorum. Antiochus autem. Hic ponitur federis antiochi cum symone ruptio et hoc tripliciter. Primo per figuram quod rehitauit symonis domum et auxilium et hoc est quod dicitur. Antiochus autem rex applicuit castra in dorum. Secundo obsidiones et soluerunt. prophetie ut aliquis eum . amouerent et semper manus i. faciens ei insultus. Et misit ei symon etc. et noluit ea accipere ut ostenderet dissolutionem federis et amicicie. ¶ Et misit ad eum. Hic ponitur ruptio federis uerbo quod misit solepnem nuncium ad repetendum ciuitates plures et tributa et pacem tamen usque ibi. Fines eorum desolastis. Terendendo. Et fecistis plagam magnam in terra. homines interficiendo et extremum i. pro extremis locorum et hominum cetera patent usque ibi. Et obstupuit. i. admiratus fuit de tanto statu symonis cetera patent usque ibi. Reuersus est autem cum ira. ad regem eo quod hec non respondit secundum suam uoluntatem. Et iratus est rex. Hic quarto ponitur ruptio federis facto quia rex proposuit inuadere iudeos ideo dicitur. Et constituit rex cendebeum ducem maritimum. i. in terra super mare mediterraneum sita et iudee propinqua. Et mandauit illi castra mouere. i. acies armatorum ducere. Et mandauit ei edificare cedronem. i. fortalicium sic nominatum eo quod erat super torrentem cedron. Sunt ut per hoc possit melius impugnare iudeam et obsidere portas ciuitatis. scilicet ipsam hominibus armatis. Rex autem persequebatur triphonem qui de doram latenter fugerat per nauem. Et uenit cendebeus iamniam ad inuadendum iudeam ideo dicitur et cepit irritare plebem etc. ut egressus de cedrone et promptus ad depredandum populum et occidendum.

Et ascendit XVI

Hic quarto (?) describitur predicte ruptionis federis punitio. Circa quam primo ponitur dispositio exercitus etc. Quam a primo ponitur dispositio exercitus secundo conflictus ibi et fugerunt. Circa primum dicitur. Et ascendit Iohannes de gazaris. in ierusalem que est in alterius sitium quam gaza. et nunciauit Symoni patri suo. quod sine eius licentia nolebat pugnare cum cendebeo sed fuit ordinatum supra xiiii. capitulo per sacerdotes et populum. et uocauit symon duos suos filios seniores. qui postea ad bellum procedere cetera patent usque ibi. Et elegit de regione uiginti milia uirorum peditum. Et dormierunt in modin. amplius tres requiem ut essent magis expediti ad belli laborem. ¶ Et surrexerunt. Hic quarto ponitur belli conflictus cum dicitur. Et abierunt in campum pu... ad prelium. Et torrens erat inter medium ipsorum. scilicet duorum exercituum. Et admouit castra scilicet ipse iohannes et transfretauit primus ut daret aliis audaciam transfretandi. Et diuisit populum per acies. Et equites in medio peditum. scilicet posuit ne equi ab aduersariis uulnerarentur. et ex

clamauerunt sacris tubis secundum preceptum legis numeri x. Residui autem in munitiones fugerunt scilicet in cedronem. Et uulneratus est iudas. Hoc exprimitur ad denotandum audaciam iohannis qui non dimisit aduersarios propter uulneratum fratris sui. Donec uenit cedronem. scilicet cendebeus quod patet ex hoc quod sequitur. Et fugerunt usque ad turres. scilicet alii qui fugerunt de bello iudeorum per magis plures dispersi. Et succendit eas igni. scilicet iohannes. et erant ¶ Et ptholomeus. Describitur superius una symonis memoria. Hic quinto describitur mors eius per dolositatem ... ambitio que ponitur cum dicitur. Et ptholomeus filius abobi constitutus erat dux ab ... suo. Symone in campo ... i. in parte iudee. Et exaltatum est cor eius. per superbiam et uolebat optinere regionem. i. totam iudeam per dominium suum. ¶ Et cogitabat. Hic secundo ponitur obtinendi medium quod fuit nequissima proditio ideo dicitur. Et cogitabat dolum etc. Symon autem perambulans ciuitates ut uideret qualiter essent gubernate et contra aduersarios munite. Descendit iericho. ubi gener suus erat ab eo constitutus dux. Hic est mensis sabath. Dicitur sabath et continet ianuario. Et suscepit eos filius abobi simulans amicicia cum socero suo et filiis eius ut magis eos deciperet. Et fecit eis conuiuium magnum. ut facilius eos occideret ideo sequitur. Et cum inebriatus esset symon. i. oneratus sumpta cibo et potu comodo loquendi quo dicitur Genesis xliii. comederunt et biberunt et inebriati sunt cum eo (?) cetera patent. ¶ Et misit rex. Hic tertio ponitur intentionis ptholomei frustratio per iohannem qui euadens eius dolum pugnauit fortiter postea cum eo et deffendit et tenuit iudeam ualde magnifice post patrem suum ideo dicitur. Et misit alios satellites suos in gazaram tollere iohannem. i. eum capere et occidere. Et tribunis scribit (?) iohanni mittere epistolas etc. Et preueniens scilicet satellites ptholomei missos ad predictam. quidam de pueris symonis quos ptholomeus non occiderat sed aliquos ex eis ut dictum est supra. Nunciauit iohanni ut euaderet dictam prodicionem. Ut audiuit autem uehementer expauit. i. admiratus fuit de dolositate eorum. Et comprehendit uiros qui uenerant perdere eum. et eadem mensura ceciderunt alios predictis solemniter et prudenter. Et sic ptholomeus defraudatus fuit in sua pessima intentione. Et cetera sermonum. quibus docuit populum. Et bellorum eius quibus deffendit eum. Et bonorum uirtutum quibus fortiter gessit. inter quas fuit uictoria notabilis quam ... de hyrcanis ex quo cognominatus est hyrcanus. Et edificiorum murorum quos extruxit in ierusalem et in iudea ad eius munificientiam. Et rerum gestarum eius. que fuerunt mirabiles et insignes. Unde dicit iosephus libro viii. quod ipse fuit spiritum prophetie etc. hec scripta sunt in libro dierum sacerdotii eius. Hunc autem librum non habemus sed tamen plures alios de quibus fit mentio in libris regum et paralipomenon.

Explicit postilla fratris nicholai de lyra super primum librum machabeorum.

Incipit secundus liber machabeorum

Fratribus

qui sunt per egyptum iudeis etc. Iste liber secundus machabeorum quedam est abre uiacio cuiusdam magni voluminis a iasone cyreneo conscripti habentis quinque libros principales in quibus facta iude machabei et sociorum eius diffuse continentur. sed in hoc libro ponuntur breuiter et succincte de parte ex sic capitulis scripti ut qui propter paupertatem predictum volumen magnum non possent habere vel propter eius prolixitatem attediati essent legere istud compendium possent habere de facili et sine tedio perunt legendo. Fuit autem hec compilatio scripta tempore demetrii secundi ut magis videbitur infra et missa iudeis habitantibus in egypto ab illis qui erant in iudea. qui cum hoc in principio libri prefatione rogabant eos aliquas solempnitates suscipere que ab eis fuerant noviter instituta. igitur liber iste in duas partes dividitur. scilicet in prologum et tractatum qui incipit. ii. capitulo. In prima iudei premittuntur in ordine ad observanciam duplicis festi. secundo breviter tangitur materia huius libri. ii. capitulo ibi. de iuda vero machabeo. Circa primum primo scribentes captant illorum quibus scribunt benivolentiam. secundo inuitant eos ad festi duplicis observanciam ibi. regnante demetrio. Tercio fiunt iterum iterumque ibi amuni igitur. Circa primum captatur duplicatorum benivolentiam scilicet eos amicabiliter salutando et pro eis supplicando ibi benefaciat tibi nobis. Circa primum dicitur. fratribus quod est nomen amicabile. nam fratres dicuntur qui sunt alter ipse et vocant eos fratres eo quod erant de eadem gente et sub eadem lege qui sunt per egyptum iudeis. scilicet dispersi ptholomeus et lagi filio qui post alexandrum magnum primus regnauit in egypto sicut supra dictum est in primo libri principio multos iudeos captiuauit quorum aliquos tholomeus philadelphus ei succedens relaxauit in fauorem legis interpretandi qui sibi librum moysi et secundum aliquos totum vetus testamentum transtulerunt de hebreo in grecum multi tamen in egypto remanserunt et procedente tempore acquisiuerunt bona temporalia

et pro prolis percreacione multiplicati sunt quibus iudei manentes in iudea scripserunt. ideo sequitur. Salutem dicunt fratres etc. et pacem bonam. quam bona guerra eligibilior est pace mala. Benefaciat. hic contra captant eorum benivolentiam pro eis exorando. d. benefaciat vobis deus. in spiritualibus et temporalibus et meminerit testamenti sui. i. firme promissionis. quod fecit ad abraham. genesis. xv. et isaac xxvi. et iacob. xxviii. et supplendum est. qui fuit de numero. seruorum suorum fidelium. ut alia littera sic iungendo et meminerit testamenti sui. i. promissionis firme seruorum suorum fidelium. i. pro suis seruis fidelibus. id quod ad habraham ysaac et iacob. locuta est. promotiuum ad promissionem illius testamenti et det vobis cor omnibus ut colatis eum. fide spe et caritate quibus colitur deus cultu interiori ut dicit augustinus in enchiridion. et faciatis eius voluntatem per effectum in cultu exteriori. corde magno et animo volenti quia deo non placent sacrificia coacta sed voluntaria. adaperiat cor vestrum in lege sua studenda et intelligenda. et in preceptis suis. opere adimplendis et faciat pacem ut vacare cultibus valeatis. et exaudiat orationes vestras nobis condescendendo et reconciliet vobis propter peccata remittendo. nec vos deserat in tempore malo. vos in tribulationibus consolando. et nunc hic. i. in ierusalem et iudea. sumus orantes pro vobis. quasi diceret. ita debetis orare pro nobis et acquiescere peticionibus nostris maxime de solempnitatibus deuotis. Regnante demetrio. hic consequenter inuitant eos ad observanciam duplicis festi secundum ponitur ibi. et deinceps. prima incipit que ponitur eorum inuitatio. secundo dicitur confirmatio ibi. anno centesimo. Tercio iterum conclusio ibi facturi igitur. Circa primum notatur tempus cum dicitur. regnante demetrio etc. Dicit hic glosa. talium quod iste fuit demetrius filius seleuci qui regnauit tempore iude machabei ut patet. vii. capitulo primi libri. Sed huic dicto manifeste contradicit quod sequitur. anno. clxix. hic autem demetrius ante tempus hoc fuit mortuus nam filius eius intrauit regnum patrum suorum. anno. clxi. ut habetur supra primo libro. x. capitulo et ante ipsum regnauit alexander duobus annis. qui interfectus patrem suum ut patet in principio eiusdem capituli. x. iste ergo demetrius filius primi demetrii regnauit usque ad annum centesimum. lxviii. in quo fuit captus et incarceratus ut habetur. i. libro xiiii. capitulo ex quo patet quod iste demetrius filius primi demetrii adhuc regnabat. anno. clxix. et ideo quod dicitur hic regnante demetrio anno clxix. intelligitur de tempore illo vero anno capitulo suam cum symone summo sacerdote et gente iudeorum renouauit amiciciam et concessit eis plures libertates et priuilegia que antea concesserant tempore iudei nec alii reges predecessores sui ut habetur. xiii. capitulo primi libri. et hec scribitur ibi. ablatum est iugum gentium ab israel. et fuit pax magna in terra et in pace bona toto tempore simonis et sic est verisimile ut dicit super locum istum. dominus hugo cardinalis quod illo tempore scripserunt iudeis habitantibus in egypto de solempnitatibus istis recipiendis. licet enim tempore iude prima festum fuit institutum non tamen a iudeis in egypto manentibus receptum

ut patet ex eius epistola sequente in qua nulla fit mentio de hoc festo licet scribatur iudeis manentibus in egipto. Nos iudei manentes in ierusalem et iudea scripsimus nobis de solempnitatibus hic contentis et de aliis in hoc libro scriptis. Sed contra hoc obicitur quia sicut dictum est hoc scripserunt ad epistola liberate tempore simonis et demetrio regnante. hoc autem fuit anno .clxx. ut habetur xiii. capitulo primi libri. Ad hoc potest dici quod hoc negotium fuit inchoatum anno .clxix. et consummatum anno sequenti. hic autem ponitur dicte pro tempore inchoationis ibi vero pro tempore consummationis. Dicit autem nos iudei etc. quia ipse epistola fuit tempore iude et simonis et cum hoc etiam eidem in persona iude in multis ut patet de iuda et simone qui fuerunt fratres et contemporanei ut patet secundo capitulo primi libri et idem erat de multis aliis. In tribulatione id est de tribulatione et impetu etc. scribendo ei de sue libertatis adeptione et festorum receptione habuerunt causam de precedenti tribulatione ex quo recessit iason etc. hic enim ambiens sacerdotium iuit ad regem anthiochum iniciatus eum de translatione iudeorum ad gentilem ritum ut habetur infra .iiii. capitulo. et istud fuit principium malorum que fecit antiocho epyphanes in ierusalem ut habetur primo libro et etiam infra in hoc secundo ideo subditur portam succenderunt id est portas civitatis et templi ut habetur iiii. capitulo primi libri et effunderunt sanguinem innocentem ut habetur in primo libro et in hoc secundo. et oravimus ad dominum magis pugnantes orationibus quam armis et exauditi sumus. antiochi ducibus debellatis. et obtulimus sacrifficium et similaginem. in templo recuperato et purifficato ut habetur i. libro .iiii. capitulo et dicitur hic sacrifficium oblatio de animalibus similaginem farina et frumenti delicatissima de qua fiebant panes propositionis et nunc frequentate id est singulis annis celebrate dies scenophegie. id est purifficationis templi quam constituit iudas viii. diebus celebrari a .xv. die mensis casleu

Anno centesimo. hic consequenter ponitur declaratio seu confirmatio dicti. scilicet de tribulatione que supervenerat ex tempore antiochi et hoc fit per quandam epistolam in egiptum tempore iude missam cuius tenor hic recitatur cum dicitur anno centesimo .lxxxviii. populus qui est in ierosolimis. Sed hoc videtur falsum quia dicta epistola precedit que fuit scripta post mortem iude quasi .xv. annis scilicet anno tamen .clxix. ut dictum est et sic iudas longo tempore sepultus post mortem suam. Dicendum quod in epistola iude inchoatio annorum non incipit a principio regni grecorum sicut alia sed aute ut hic sumit glosa. sed ubi incipit non dicit.

Potest autem dici rationabiliter quod incipit a .xii. anno regni assueri in quo mirabili modo liberatus fuit populus israel a persecutione aman ut habetur .iii. capitulo et hoc propter duo primo quia liberatio illa fuit valde mirabilis et notabilis. iudei vero recipiebant inchoationes annorum a factis notabilibus ut dictum est supra secundo quia liberatio illa fuit similis illi temporibus antiochi. propter quod epistola iude loquens de hac liberatione incipit ab illa mirabile assueri vero secundum computationem quorumdam postquam daniel .ix. regnavit annis .xxx. ut creditur et sic a .xii. anno regni eius inclusive in quo fuit facta liberatio populi ab aman persecutione restant de regno eius .xix. anni. Cum secundum hebreos quos in hoc secuti sumus in precedentibus successit darius ipsius et hester regine filius qui regnavit .xl. annis usque ad consummationem templi secundi ut patet primo esdre .vi. et inde .xv. usque ad debellationem eius per alexandrum magnum secundum hebreos sicut dixi plenius super librum esdre et danielem. a quo incipit regnum grecorum ut dictum est in principio primi libri cuius regni fluxerunt centum .xlviii. anni quando purifficatum fuit templum per iudam machabeum ut habetur supra primo libro .iiii. capitulo ducibus antiochi debellatis. isti vero anni simul iuncti faciunt annos .C. octoginta octo in epistola iude nominatos. aristobolo magistro ptholomei. scilicet ptholomei regis qui fuit nepos antiochi epyphanis ut ostensum fuit danielis .xi. et adhuc ostendetur infra capitulo et per omnes fuit tempore iude machabei ut patet ex supradictis primo libro. Iste autem ptholomei dicitur aristobolus magister quia fecit sibi commentarios super libros moysi et erat natione iudeus. ideo subditur qui est de genere unctorum sacerdotum. id est unctorum ipso enim assimilate dicitur descendit ei ab aaron. cum tunica vero sacerdotali que non pervenit usque ad eum salutem. scilicet anime. et sanitatem corporis. et subditur epistole narratio in qua primo tangitur eventus sui periculi secundo prostratio antiochi ibi. Nam cum in perside. Circa primum dicit de magnis periculis tempore antiochi epyphanis a deo liberati. sua gratia non virtute nostra ut innuitur. magnifice gratias agimus ipsi tamquam de revertisse eius primum. ut pote qui adversus talem regem. scilicet syrie et persidis cuius regnum erat valde magne potentie et virtutis. dimicavimus. debellatis eius ducibus ipse enim eiciebat id est in magna multitudine venerat ferit de perside etc. et patet ex dictis primo libro.

Nam cum in perside. hic consequenter fit narratio de antiochi prostratione cum subditur. Ceciderit in templo nanee et dicunt aliqui quod hoc dicitur de antiocho epyphane qui fuit contemporaneus iude machabeo et sic videtur hec expositio precedentibus concordare. Sed huic obviat quod dictum est supra libro primo .vi. capitulo quod antiochus epyphanes mortuus fuit langore in lecto suo non in templo nec gladio sicut dicitur hic. Similiter infra .ix. capitulo dicitur quod mortuus fuit in montibus misera vite vado de perside.

Ad hoc autem respondent expositores dicendo quod pro tanto dicitur hic in templo nanee cecidisse eo quod ibi mortuum fuit eius animo ut hic dicitur qui erant robur suum exercitus sicut de homine cum contingit magnum infortunium dicitur communiter quod est mortuus licet in persona sua sit vivus et sic dicunt quod de illo templo evasit antiochus. Sed huic responsioni videtur obviare quod subditur

clauserunt

clauserunt templum cum intrasset antiochus. et sic non videtur quod evaserit quia sacerdotes mortem eius quesierunt quam aliorum. ideo subditur: percusserunt ducem primo et principalem et eos qui cum eo erant omnes et diserunt inebriatum. Quod autem per ducem intelligatur rex antiochus patet ex principio precedentis huius ubi dicitur: nam cum in perside esset dux ipse .i. antiochus epyphanes ut dictum est. Igitur propter dicunt alii quod scriptura loquitur hic de morte antiochi magni qui fuit pater antiochi epyphanis. Et quia pater et filius sunt quasi una persona. nam pater quodammodo manet in filio secundum illud ecclesiastici xxx. mortuus est pater eius et quasi non est mortuus reliquit enim filium similem sibi. ideo non est mirandum si scriptura ante loquens immediate de filio transit ad patrem frequenter enim in sacra scriptura fit talis transitus de una persona ad aliam propter affinitatem sicut ostendi in principio genesis loquendo de modis exponendi sacram scripturam. ¶ Sic igitur intelligendum dicitur: nam cum in perside esset dux .i. antiochus magnus. cecidit in templo nanee. nam fugatus de bello a scipione affricano rediens ad terram suam mortuus fuit in hoc templo ut dixi plenius dan. xi. consilio decepto sacerdotum nanee. nam ut mitterent eum eo quod esset predator templorum induxerunt eum ad id quod subditur. et enim cum ea .i. nanea. habitaturus venit etc. .i. facturus ei reverenciam et ut acciperet pecunias multas. hoc enim sibi promiserant sacerdotes quod facta divine debita reverencia traderent sibi pecunias que erant in templo dotis nomine .i. quibus dotatum erat templum. Nam cum [illegible] ad suspectum templi vel sacrificiorum eius proposuissent eas ut magis allicerent eum clauserunt templum. quod habentes ad eum negatum secretum. Aperto quod occulto aditu templi. per quem intromiserunt homines ad eius mortem paratos. et diviserunt membratim etc. propter quod corpus eius non fuit cognitum nec honore regio sepultum sicut dixi dan. xi. per omnia benedictus deus. hoc dixerunt non zelo vindicte sed iusticie divine. et in hoc terminatur epistola iudeorum. Facturi. hic ponitur conclusio iudeorum qui scripserunt iudeis habitantibus in egipto tempore demetrii intendentes eos inducere ad celebrationem purificationis templi ut dictum est supra propter quod sic concludunt Facturi igitur .i. nos celebraturi .xxv. die mensis casleu .i. novembris purificationem templi. sicut statuit iudas et fratres eius iiii. ca. primi libri. Necessarium .i. utile duximus significare nobis amicis et fratribus vestris ut et vos agatis [illegible]. sicut et [illegible] diem scenophegie .i. purificationis seu dedicationis dicte. ¶ Et diem ignis. hic ostenditur [illegible] ad festum secundum quod circa quod ponitur festum [illegible] celebratio ibi. Orationem autem. [illegible] ibi ut vero manifestata. Circa primum dicitur et diem ignis qui datus est a deo de celo sicut celebretis et subditur [illegible] tempore quando neemias etc. de hoc tamen nulla fit mencio in esdra et neemia et subditur [illegible] modus cum dicitur: nam cum in persidem ducerentur patres nostri iudei non

de regno decem tribuum fuerunt ducti captivi in regnum assyriorum et persidis ut habetur iiii. reg. xviii. sed de illis non videtur hic scriptura loqui sed de illis de regno iude in quo erat templum et illi translati fuerunt in babilonem propter quod dicunt aliqui quod nomine persidis hic intelligitur totum regnum nabuchodonosor regis sicut totum aliquando intelligitur per partem. Potest etiam aliter dici quod cum nabuchodonosor cepit ierusalem venerunt multi de regno persidis qui habuerunt partem suam de captivis et sic duxerunt eos in persidem. Acceptum ignem de altari holocaustorum absconderunt in valle .i. loco profundo ut dicunt aliqui eo quod esset prope locum templi ubi erat puteus altus .i. profundus et siccus .i. aqua carens. certum patet in littera usque ibi accensus est ignis magnus non humanitus sed divinitus. ideo subditur ita ut omnes mirarentur non enim esset mirabile si accensus fuisset ab homine. ¶ Orationem autem. hic ostenditur positum festi celebrandi quantum ad eius initium cum dicitur orationem autem faciebant omnes sacerdotes. propter sacrificium et ductorem ignis ad eius consumptionem sicut datum fuerat tempore helye per aspersionem aque. iii. reg. xviii. ionatha incohante qui erat principalis inter cantores et ceteris respondentibus [illegible] et infulatis. iustus est misericors nam iusticia et misericordia relucent in omnibus dei operibus. qui solus es rex bonus. per essentiam alia vero per participationem tantum. solus prestans .s. beneficia. nam alii non prestant nisi virtute divina qui fecisti patres electos .s. abraham ysaac et iacob. quos elegisti pre ceteris et sanctificasti eos per tuam gratiam et custodis partem tuam .i. populum israel qui in pluribus locis vocatur [illegible] pars et hereditas dei. Congrega dispersionem nostram .i. nos qui nondum redivimus de babylone et aliis regnis ubi erant dispersi. affligentes opprimentes nos. hoc dixit neemias non zelo vindicte sed iustitie. Constitue populum tuum in loco sancto tuo .i. in ierusalem et iudea sicut dicit moyses deut. xxx. si ad cardines celi fueris dissipatus inde retrahet te dominus deus tuus etc. Cum autem consumptum esset sacrificium. per ignem celitus datum erat enim oblatum in holocaustum quod incendebatur totaliter ad honorem divinum et residuam aquam que non fuerat aspersa super sacrificia et ligna. iussit maiores lapides perfundi .s. lapides laterales altaris flamma ex eis accensa est. sed divinitus ex lumine quod refulsit ab altari consumpta est quia maior flamma consumit minorem. ¶ Ut vero. hic ostenditur dicte celebrationis approbatio cum dicitur ut vero manifestata res est .i. datio consumptionis sacrificiorum per ignem celitus datum. cognovit autem rex quod hoc non erat factum humanum sed divinum. et diligenter examinans ne forte fuisset ibi aliquid figmentum. texit ei templum .s. ampliavit. hic [illegible]. Iste rex fuit darius cuius anno vi. consummatum est templum secundum hebreos illo tempore omnes reges persarum nomine regni vocabantur artaxerses, et cum hoc habebant nomen proprium persicum ut cyrus cambises et huiusmodi sicut tenetur .i. esdre. vi. et hoc consonat dictis hebreorum

qui uocatur cyrus et hic darium ponit cum duos reges. s. cambisen et assuerum ut dictum fuit primo esdre et. ix. capitulo danielis. Nec obuiat quod alibi dicitur rex iste artaxerses quia secundum hebreos illo tempore omnes reges persarum nomine regum uocabantur artaxerses et cum hoc habebant nomen proprium proprie ut cyrus cambises et huiusmodi sicut reges romanorum dicti cesares nomine communi et cum hoc habuerunt nomen proprium speciale ut iulius augustus tyberius etc. ¶ Secundum alios hystoriographos neemias fuit missus post cyri confirmationem et secundum hoc textus accipitur. fecit ei templum .i. factum de nouo uel ex honorauit. non enim potest dici quod rex in perside fecit templum sacerdoti neemie. nam cum ihrlm non erat licitum iudeis templum exigere seu sacrificare [illegible]. quod neemias qui sanctus erat [illegible] non sustinuisset ut placet quod factum fuerat .i. ut facto approbaret tanquam uere dictum numen cultum in ihrlm. et complacuisset .i. approbasset. sacerdotibus donauit multa bona per ducem nomine neemiam iudeam regentem et accipiens manu sua tribuebat eis .i. non solum per predictum ducem dedit eis munera sed etiam in persona propria quod tamen potest intelligi uno modo veniendo in ihrlm ex deuotione alio modo per se ipsum disponendo in perside dona sacerdotibus in ihrlm transmittenda tertio modo quia ciuitate reedificata neemias sacerdos rediit ad regem et cum eo aliqui alii sacerdotes quibus manu propria dona dedit. Appellauit autem neemias hunc locum .i. festum in hoc loco notatum. nepthar. quod interpretatur purificatio et idem significat nephi. idem est ydyoma est uariatum secundum diuersa tempora sicut ydyoma gallicum parisius et picardia aliter pronunciatur.

II

Inuenitur autem [illegible] posita in memoria ad obseruationem duplicis festi et hec pertracta. hic ostenditur positio instituta ad idem supplicium dictum. ¶ Et diuiditur in duas. s. in partem principalem et incidentalem que incipit ibi et in confessione. prima in duas quia primo inducit ad secundum festum ut communicetur dicta dicendo. ad primum ibi Similiter et salomon. Circa primum primo ponitur ieremie prophetia dicta cum dicitur. Inuenitur autem in descriptionibus ieremie prophete quod iussit etc. istas descriptiones non habemus nec etiam hebrei. et ut mandauit transmigrantibus etc. hec habebantur in epistola que denominatur abacuch. eo quod fuit eius scriptor et portitor in terra caldeorum quia ieremias fuit eius actor. erat autem in ipsa scriptum. s. descriptionibus predictis quas non habemus. quod tabernaculum et archam que fecit bezeleel moyses. exo. xxxvi. iussit propheta. s. ieremias diuino responso .ad se facto .i. ex diuino mandato comitari secum per aliquos qui portabant ista usque quo exiit in montem. s. nebo et inuenit speluncam

ut habetur de vero littera. Inuenit locum spelunce. non a casu sed ex diuina ordinatione secundum scripturas uel et ostium obstruxit .i. introitum illius spelunce incognoscibilem sua oratione reddidit. idem [illegible] ¶ Et accesserunt quidam etc. ignotus erit locus donec congreget deus congregationem populi sui et propitius fiat. hanc autem congregationem et propitiationem expectant iudei futuram in aduentu messie et nos intelligimus esse factam in aduentu christi secundum quod dicit iohannes. xi. capitulo quod cayphas cum esset pontifex anni illius prophetauit quia ihesus erat moriturus pro gente et non tantum pro gente sed ut filios dei qui erant dispersi congregaret in unum et tunc deus omnibus hec ¶ Cum ergo ista non fuerunt ostensa in aduentu christi quia secundum hebreos a tempore captiuitatis babilonice usque nunc habitatio non fuit archa domini ut quod locus iste inde alias [illegible] ut saltem dubium ¶ Possit tamen ad hoc dici quod predicta apparebunt in fine mundi in conuersione iudeorum ad fidem christi. Sed hoc uidetur esse contra dictum ieremie. iii. capitulo et non dicent ultra archa domini nec ascendit super cor neque fiet ultra. ¶ Item quod dicitur hic de absconsione arche et altaris incensi per ieremiam non habet magnam apparentiam quia ieremias fuit in carcere clausus usque ad diem captionis ihrlm per caldeos ut patet ieremie xxxvii. et. xxxviii. et sic ante captionem ciuitatis ista non fecit nec post captionem ut uidetur quia capta ciuitate statim caldei omnia pretiosa non solum aurea et argentea. sed etiam erea congregauerunt et totum rapuerunt et asportauerunt iiii. Regum. xxv. et ieremie ultimo [illegible]. quod non uidetur uerisimile quod ieremie dimiserunt archam domini et altare incensi que erant de auro purissimo ut habetur in exo. ¶ Item [illegible]. ista et alia superius posita de morte antiochi et tempore demetrii que cum difficultate magna possunt cum aliis scripture locis concordari ut patet ex supradictis liber iste secundus et maxime quantum ad predicationes reputatur a multis nihil [illegible] istud tamen maiorum iudicio derelinquo ¶ Et sicut. hic ostenditur ad propositum dicta salomonis et moysi cum dicitur et cum salomon peteret ut locus sanctificaretur magno deo secundo paralipomenon. vi. et. iii. Regum viii. et. ii. paralipomenon. v. et ut sapientiam habens obtulit sacrificium dedicationis iii. Regum viii. sicut moyses orauit ad dominum et descendit ignis. leuit. ix. sicut et salomon orauit et descendit ignis de celo. secundo paralipomenon. vii. Dixitque moyses eo quod non sit manducatum quod erat pro peccato hoc habetur. leuit. x. ubi dicitur quod moyses increpauit eleazar et ythamar eo quod hostiam pro peccato non comederant sed incenderant exustam et ideo cum dicitur hic dixitque moyses subintelligendum est increpationem contra aaron. et filios eius ¶ Similiter. hic inducit ad primum festum. s. dedicationis per iudam et fratres eius institutum per factum salomonis et dictum neemie cum dicitur. Similiter et salomon etc. Inferebantur autem in descriptionibus et commentariis neemie. quos non habemus nec etiam hebrei ¶ Et ut

construens. hic additur incidenter de libris conscriptis et conservatis tempore neemie. nam illo tempore esdras sacerdos reparavit libros veteris testamenti qui fuerant combusti per caldeos. et dicit autem et videns etc. ex quo videtur quod eius tempore et etiam aliqua sunt eius facta, et tractatum eorum descripta. ¶ Scripturi igitur. hic ultimo ponitur secunda conclusio. scilicet inductio iudeorum habitantium in egypto ad celebrationem duorum festorum predictorum de quibus dicitur. bene igitur facietis si egeritis hos dies. eos solempnizantes. et ut hoc libentius faciant, dant eis spem de divinis beneficiis amplioribus optinendis cum dicitur Deus autem qui liberavit populum suum. dans ei plenam libertatem tempore symonis filii mathathie ut dictum est supra primo libro xiii. capitulo quo tempore iste videntur scripsisse iudeis commorantibus in egypto ut dictum est capitulo precedenti et reddidit hereditatem omnibus. scilicet habitantibus in iudea ¶ Cum habita pace quilibet habitare poterat in hereditate sua. et regnum et sacerdotium. id est locum regis qui est ierusalem vel per regnum intelligitur regimen populi quod habuerunt successive fratres machabei simul cum sacerdotio. ¶ Non enim potest dici quod tunc habuerint regnum proprie, nam a captivitate regis sedechie nullus fuit rex de iudeis usque ad aristobolum nepotem symonis predicti qui post captivitatem babilonicam primus imposuit sibi diadema regni ut dicit iosephus. li. xiii. et sanctificationem. id est templum et dei cultum. sicut promisit in lege. deuteronomio xxx. Si ad cardines celi fueris dissipatus inde retrahet te dominus deus tuus etc. speramus. ex hac promissione quod cito nostri miserebitur. malorum bona retribuendo. Et congregabit de sub celo in locum sanctum. nos et alios iudeos qui estis dispersi per mundum et hoc impletum est per christum qui secundum quod dicitur. iohannis xi. passurus erat ut filios dei qui dispersi erant congregaret in unum. id est in una ecclesia caritate unitos. tamen isti non intelligebant de congregatione corporali iudeorum in ierusalem et iudea, sicut et iudei moderni expectant hoc fieri in adventu messie. ¶ Intentio tamen legis et prophetarum de congregatione fidelium fienda per christum. est de spirituali congregatione que iam partim impleta est modo dicto et plene implebitur circa finem mundi, quando omnes gentes convertentur ad fidem christi ¶ Eripuit enim nos de magnis periculis ut patet ex processu primi libri. et locum purgavit ut habetur supra primo libro capitulo iiii. ¶ De iuda vero. premissa invitatione ad observantiam duplicis festi, hic compendiose ponitur processus huius libri secundi. ¶ Et dividitur in tres partes quia primo tangitur breviter eius materia secundo scribentium motivum ibi. considerantes enim tertio scribendi modus et forma ibi. veritatem quidem. prima patet ex dictis primo libro usque ibi. et de illuminationibus. id est revelationibus et angelicis apparitionibus que in hoc secundo libro magis explicantur ut patebit locis suis. propter quod Cum pauci essent vindicarent multos precedo

et barbaram multitudinem fugarent. iudei vero barbaros reputabant omnes qui non erant de lege sua ut et leges que abolite erant. per edictum regis antiochi ut patet primo capitulo primi libri restituerent per iudam machabeum et socios eius. domino cum omni tranquillitate propitio facto illis. id est hec non fuerunt facta virtute humana sed divina. itemque a iasone cyreneo quinque libris comprehensa. qui scripsit de istis iude et sociorum eius facta. temptavimus nos. ex quo videtur quod fuerint plures in hac compilatione uno volumine breviare. scilicet in hoc secundo libro qui est satis brevis. Considerantes enim. hic ponitur deinde scribentium motivum tale quia est utilitas legentium qui gaudent brevitate ideo descripta breviter leguntur libentius et memorie commendantur melius propter quod isti si plures fuerint laborem abreviandi susceperunt, et idem fuit motivum si unus tantum fuit abrevians. et hoc dictis patet littera. ¶ Veritatem quidem. hic ponitur scribendi modus et forma. cum dicit veritatem autem de singulis auctoribus concedentes. id est credimus ita esse sicut scripserunt alii difficultas autem. id est nos. secundum datam formam brevitatis studentes. quam brevitatis formam explicat per exemplum dicens. Sicut nove domus architecto. id est principali artifici. de universa structura curandum est. scilicet de dispositione fundamenti parietum et tecti. ei vero qui pingere curat que apta ad ornatum exquirenda sunt. nam ad eum non pertinet structura domus sed eius ornatus. ita estimandum est et in nobis. qui non primo hystoriam scribere sed iam scriptam ab aliis abreviare et ideo studere oportet hystoriographo cum dicitur et enim intellectum colligere etc. et sic historiam abreviare hystoriographo. Brevitatem vero dictionis sectari. id est sermonis longitudine brevibus verbis colligere. et exequutiones rerum. scilicet gestarum vitare. qui faciunt magnas digressiones a principali intentione. breviandum concedendum est. hic ergo narrationis initium. id est in principio scripti capituli. de prefatione dixisse sufficiat. stultum enim est etc. videtur autem quod iste vel isti scripturi fuerint contra suam sententiam, quia multa posita sunt hic ante narrationem respectu scripturi.

¶ Dicendum quod prefatio proprie dicitur illud quod narrationem vel executionem premittitur per modum prologi in quo breviter continetur materia libri et hec incipit ab illo loco. De iuda vero machabeo etc. ubi satis breviter tangitur materia libri breviandi causa et scribendi forma ut dictum est. quod autem iii. ponitur de invitatione ad duorum festorum observantiam non proprie pertinet ad huius secundi libri prefationem, sed magis est aliquid ad iudeos ut prefatum sicut dictum est supra.

III

Igitur cum sancta civitas.

Sicut patet ex predictis in hoc libro secundo tangitur breviter liberatio iudeorum ab afflictionibus per iudam machabeum et socios eius

in quo etiam aliqua ponuntur que superius in primo libro sunt obmissa. ¶ Sciendum etiam quod hystoriographi communiter incipiunt ab aliquo precedenti hystoriam quam intendunt principaliter describere ut sic continentia descendat ad illud propositum et ideo verisimile est quod iason cyreneus qui hystoriam iude et sociorum eius scripsit diffuse incepit a tempore onie et eodem modo iste qui est abreviator illius hystorie ut dictum est. incipit sic modo ibi. quod in duas partes dividitur quia primo ponitur quedam liberatio templi tempore onie. secundo subditur liberatio templi et ipsi facta tempore iude. iiii. capitulo ibi. Sed post seleucum. Circa primum sciendum quod deposita ibi posita magis elucebant et ideo primo ponitur templi veneratio precedens. secundo eius conculcatio sequens ibi. Symon autem. ¶ Circa primum dicitur. Igitur cum sancta civitas. scilicet ierusalem que dicitur sancta eo quod ibi vigebat cultus divinus. habitaretur in pace. sub tributo tamen regum syrie. leges etiam. scilicet date moysi. adhuc optime custodirentur. nam a redditu captivitatis babilonice usque ad tempus antiochi epiphanis non legimus iudeos ad ydolatriam seu ritum gentilium declinasse. propter onie pontificis pietatem. id est diligentiam in divino cultu. nam secundum tullium pietas est cultus deo soli debitus. quod autem in aliquibus libris ponitur dispositionem non est de textu nec in libris correctis. et animos. scilicet aliorum omnium ad virtutem fiebat ut ipsi reges et principes locum. id est ierusalem ad divinum cultum electam summo honore dignum ducerent et templum in ea edificatum maximis muneribus illustrarent. ita quod non solum honorabant verbo sed etiam facto et ponitur exemplum cum dicitur ita ut seleucus. iste fuit filius antiochi magni et ei successit in regno sicut ostensum est in principio primi libri. ¶ Symon autem. hic ostenditur desecratio ipsius templi conculcatio cuius primo ponitur occasio et secundo executio ibi. Cumque retulisset. Circa primum dicitur Symon autem de tribu beniamin prepositus templi constitutus. quantum ad res exteriores quia non fuit sacerdos cum esset de tribu beniamin. contendebat obsistente sibi principe sacerdotum. scilicet onia. iniquum aliquid in civitate moliri. id est cum difficultate aliquid attemptare et dicitur a molo molis unde etiam infra iiii capitulo dicitur quod animi huius furoris scilicet alias ipso homicidia perpetrat. sed cum vincere oniam non posset per se et suos cogitavit hoc facere per regiam potestatem ideo subditur. Venit ad appolonium qui gentilis erat ut sic perduceret regem induceret ad templi spoliationem et nunciavit ei pecuniis innumerabilibus plenum esse erarium. locus erat prope templum in quo custodiebantur deposita viduarum pupillorum et etiam bona pro sustentatione pauperum collecta. et communes copias immensas esse. scilicet in illo erario et dixit hic. que res copie bona fuerant propriis utilitate que non pertinent ad rationes sacrificiorum. hoc addit iste proditor quia sciebat quod rex qui per sacrificiis sumptus dabat ut premissum est non libenter acciperet bona pro sacrificiis custodita. ideo subditur esse possibile autem sine offensa dei sub potestate regis cadere universa. id est fisco regio applicari pro bono regni. ¶ Cumque. hic ostenditur dicti contemptus executio circa quam primo ponitur mandatum regis cum dicitur. Cumque retulisset etc. et post secundo obviam ductus. cum dicitur. Statimque heliodorus etc. ubi primo ponitur eius attemptatio. secundo ipsius trepidatio ibi. non modica vero. tertio accepta percussio ibi. eliodoro autem. quarto percussi sanatio ibi. Simus quidem. Circa primum dicitur Statimque eliodorus iter aggressus est ad exequendum regis mandatum. Specie quidem. id est simulatorie quasi per celessyriam et phenicem civitates esset profecturus. ad sciendum earum dispositionem ut ne iudei se munirent ad defendendum erarium con[illegible] textum certa patet usque ibi. ostendit deposita esse hec et victualia etc. in talibus enim annis fiebant quedam decima pauperibus distribuenda que aliquando vendebantur et in templum ad custodiam mittebantur fiebant etiam cum hoc alique collectiones a devotis que similiter ibi servabantur. quedam vero esse hyrcani thobie. id est deposita ab eo. viri valde eminentis in virtute et fama hoc dicitur ad ostendendum quod ibi non reservabantur deposita malorum hominum ut infidelium unde et [illegible] fecit pater vasa thobie gentilis de gazophilatio domus domini neemie. xiii. decipi vero eos qui credidissent loco et templo. id est qui mandassent deposita sua ibi custodienda et supplendum est. Si portarentur regi impossibile omnino esse. hic est constructio suspensiva propter quod refferenda ad interrogationem eliodori que premittitur. si vere hec ita essent. scilicet que dixerat symon. scilicet quod sine offensa dei possent ad regem dicta deportari et propter hoc onias in sua responsione dicit hoc impossibile esse quia hoc non solum erat aliena rapere sed etiam dei templo contumeliam inferre. At ille. scilicet eliodorus pro hiis que habebat in mandatis a rege cum non haberet simpliciter obedire dicebat omni genere. id est omnibus modis. regi ea esse deferenda. ideo subditur constituta autem die intrabat ad exequendum regis mandatum. ¶ Non modica vero. hic ostenditur ponitur ipsius trepidatio ne contemptus inferretur dei templo ad quod evitandum subditur communis oratio et primo sacerdotum cum dicitur. sacerdotes autem ante altare. scilicet holocaustorum cum stolis sacerdotalibus iactaverunt se. in signum humiliationis ut preces eorum essent magis exaudibiles secundum illud ecclesiastici xxxv. oratio humiliantis se nubes penetrabit et invocabant de celo. id est ut exaudirentur de celo eum qui de deposito legem posuit. exo. xxii. ut hiis qui deposuerant ea salva custodiret ab invasione eliodori. iam vero qui videret summi sacerdotis vultum. supple. Sibi compateretur et subditur ratio cum dicitur. mente vulnerabatur. quod ostenditur declaratur per immutationem faciei in qua magis quam in aliis partibus corporis relucet dispositio anime. pro eo quod in contemptum locus esset venturus. nisi deus adiuvaret propter. quod eius auxilium super hoc implorabant

accurrebant. Sed et mulieres accincte pectus. se macerando pro subsidio dei impetrando. Sed et virgines que concluse erant. i. de domibus patrum non exibant propter verecundie et pudicicie virginalis, tamen in illa turbacione exibant preter morem solitum currentes ad oniam aliqui tamen exponunt hoc dicentes quod alique virgines nobiles propter templum custodie sunt incluse usque ad nupcias tradicione erant cum ipsis quiete. multitudinis iudeorum communis scilicet et servis et magni sacerdotis in agone constituti. i. in anxietate mentis. expectacio pro contemptu templi futuro. cetera patent. ¶ Eliodorus hic quando ponit exequentis percussio cum dicitur eliodorus autem quod decreverat perficiebat. i. perficere intendebat. Sed spiritus omnipotentis dei. i. eius virtus. magnam fecit sue ostensionis evidenciam. quantum ad eliodorum. et suos satellites in tantum metu formidinem et roboris dissolucionem quod non potuerunt perficere illam execucionem et subditur cum quidem apparuit enim illis quidam equus habens terribilem sessorem i. angelum loci defensorem in specie hominis equitis apparentem eliodoro priores calces elisit. i. pedes priores percussit et inde dicitur calcitrare. Alii autem apparuerunt duo iuvenes. i. angeli in specie iuvenum apparentes. virtute decori et cetera. apparebant enim fortes et pulcri et bene ornati ad signandum angelorum fortitudinem. pulcritudinem naturam. et ornatum glorie. Subito autem eliodorus concidit in terram ex eorum percussione eumque multa caligine circumfusum ad designandum tenebrositatem mentis sue. rapuerunt. scilicet sacerdotes de loco sacro eum amoventes eo quod videbatur mortuus vel morti propinquus iacebat cadavere morti consummatur loco. cetera patent. ¶ Hic vero hic quando describit ipsius ipsius percussi sanatio et secundo subditur sanantis in sanacio in principio. iiii. capituli. Circa primum primo ponitur percussi sanacio cum dicitur. Tunc vero ex amicis eliodori et cetera. et patet littera. Secundo ponitur sanati gratiarum actio cum dicitur. Testabatur autem et primo gratias cum dicitur. omnibus ea que sub oculis viderat. in sua flagellacione et mirabili sanacione. Secundo coram rege sic ait dicens. Si quem habes hostem aut regni tui insidiatorem. de quo tamen te vellis expedire. mitte illuc et flagellatum eum recipies. hoc enim erat expertus in se ipso. si tamen evaserit. scilicet mortem. hoc autem addidit quod firmiter tenebat se mortem non evasisse nisi per precem onie. cetera patent.

IIII

Simon autem. Postquam descripta est eliodori sanatio. hic quando describitur sanantis infamacio cum dicitur. Symon autem predictus de tribu beniamin. de quo fit mencio prope principium capituli precedentis. pecuniarum. et patrie delator. i. accusator ut dicitur ibidem male loquebatur de onia tamquam eum instigasset et per hoc consilium suo omnium dedisse causam tantorum malorum. scilicet omias eliodorum. instigasset ad hoc scilicet ad spoliandum erarium sive externus fingeret

contrarium. provisorem civitatis ipsius. ac defensorem gentis sue. scilicet iudaice. et emulatorem legis dei. i. eius amatorem. Unde versus emulor invidet amat imitatur ac imitatur. Insidiatorem regni. scilicet iudee que licet tunc non haberet regem in tamen erat unum regnum. dicebat mendaciter scilicet ipsum crimen retorquens in oniam. Sed cum inimicicie in tantum procederent non solum verbis. sed etiam factis. ut etiam per quosdam symonis necessarios i. familiares amicos et domum a nostro necesse. quod tales adinvicem quecumque homicidia fierent omicidante ei aliquos de amicis onie considerans onias periculum contemptionis. intemerate que periculosior est illa et que est ex ecclesias. et appolonium insanire. i. ardenter et male conari. ad regem se contulit. scilicet seleucum qui adhuc vivebat. apud quem sperabat gratiam et remedium invenire per eliodorum quem sius precibus sanaverat. ¶ Sed post seleuci. descripta liberacione templi per omiam. hic quando describitur liberacio populi et templi per iudam. et primo tempore antiochi epiphanis secundo antiochi eupatoris. x. capitulo ibi. Iniec autem de eupatore. Tertio tempore demetrii filii seleuci viii. capitulo prima in duas quod primo describitur populi tribulacio. secundo tribulati liberacio. viii.o capitulo prima adhuc in duas quod primo ponitur inchoacio tribulationis per ambicionem sacerdotii secundo tribulationis consummacio per invasionem regis antiochi. v. capitulo ibi huius tempore circa eiusdem. prima dividitur in duas quod primo ponitur tertium ablatio secundo vnius. scilicet iasonis insatiabilis tumultus in principio quinti capituli. prima dividitur adhuc in tres secundum ablacionem trium in principatum sacerdotii sibi succedencium secundum in et post tum tertium. Tertia ibi. Et post ipsum ambiciones prima adhuc in duas in partem principalem et incidentalem. que incipit ibi. Misso autem. prima adhuc in duas quod primo per ambicionem iasonis ponitur gentilitatis introductio secundo eiusdem consummacio ibi. Cum autem quinquennalis. ¶ Circa primum dicitur. Sed post seleuci vitae excessum. i. ipso mortuo. Cum suscepisset regnum antiochus. frater eius precias regnio nepotem suum ut declaratum sunt in principio primi libri. ambiebat iason frater onie. ipso adhuc vivente summum sacerdocium. et quod non poterat hoc licite. ideo querit per vias illicitas optinere. scilicet per pecuniam ideo subditur. audito rege promittens ei et cetera. et per translacionem populi ad ritum gentilem. ideo sequitur. Si potestati eius concederetur gymnasium. i. scola gentilitatis sicut dictum fuit primo libro capitulo i. et ephebiam. i. prostibulum pulcherrimorum iuvenum. et eos qui erant ierosolimis antiochenos scribere. i. quod profiterentur se gentiles vivere quod cum rex annuisset. tunc ipse promissa tamen ipse dilatacionem gentilis ritus que sibi placebat eo quod gentilis erat et optinuisset principatum. scilicet sacerdocii. statim ad gentilem ritum contribules suos transferre cepit. illi enim libentius obediebant ei eo quod de sua tribu erat et per illos intendebat

tantum et alios ideo subditur et amor huius qui huiusmodi iniquitatis cum iudeis a regibus syrie fuerat constituta per iohannem. ista interpretantur. patrem eupolemi. qui scilicet eupolemus apud romanos etc. ut habetur supra primo libro viii capitulo predicto. et iudeis favorabilia auferebat ab illis qui nollebant recipere vitam gentilitatis et sic cogeret eos ad recipiendum et ei auxilium est. sub ipsa arce prope templum domini gingnasium constituere. id est scolas gentilitatis. et optimos quosque ephebozum. id est pulcriores iuvenes. in lupanaribus ponere ut exercerentur in eis vicium contra naturam. dicitur enim ephebus quasi valde iuvenis. erat autem hoc non initium. scilicet tantum [sed] cum hoc. incrementum quoddam gentilitatis apud iudeos. cetera patent. usque ibi. festinarent participes fieri palestre. est autem palestra locus ubi exercentur luctas sicut et gingnasium. et utrumque accipitur ad significandum scolas eo quod ibi disputant studentes ad invicem et idem significat hoc nomine palestre quod supra nomine gingnasii et provocationis eius in disco. id est tradicionibus sue perverse doctrine et dicitur. et dicitur provocatio a provoco provocas et in exercicio disci. id est informacione in exercitio talis doctrine et patrios quidem honores. id est divinum cultum in quo gloriabantur patres eorum. grecas glorias. id est ritus et modos vivendi in quibus gloriabantur greci. quarum contemplatio periculosa eos contentio habebatur aliquibus iasoni assencientibus aliis dissencientibus et sic scisma erat in populo quod est valde periculosum. in leges. id est divinas impie agere sicut enim pietas est cultus divinus sic impietas est contrarium a divino cultu. impune non cedit quia non dimittitur dedecus culpe sine decore iusticie. sed hec sequens tempus declaravit. in sequentibus enim exponuntur multa gravamina que venerunt super populum propter istas transgressiones. Cum autem. postquam posita est gentilitatis introductio hic ostenditur progressus eius confirmacio saltem quantum ad iasonem sacerdotem qui misit magnam pecuniam in sacrificium herculis expendendam tale vero sacrificium est gentilitatis summum malum ideo dicitur. cum autem quinquennalis agon. id est lucta vel hastilludium seu aliquid huiusmodi quod scilicet fiebat in quinque annis et istud de quo hic agitur fiebat in venacione herculis et rex presens esset. scilicet antiochus nobilis. misit iason facinorosus. id est facinoribus plenus unde versus. Mola plena nocent huius similat bilis aptat. viros peccatores de sua secta. propter quod de illis confidebat tamquam enim tamquam mali quam ipse quia pecuniam quam portabant pro sacrificio herculis rogaverunt expendi in usibus aliis ideo sequitur postea. propter. putes autem. id est propter putantes divinum pecuniam dare sunt in fabricam navium triremium. a tres quod est tres et remus remi. habebant enim ille naves tres ordines remorum. Misso autem. hec est pars incidentalis in qua ponitur quoddam incidens illius temporis philometor et philometor cum adhuc esset puer successit patri in regno egipti

et quia nepos erat antiochi epiphanis in quantum filius filie sue sororis sicut ostendi plenius. daniel. x. ideo accepit aliquas civitates de regno egipti quasi curam gerens de regno nepotis sui scilicet cum postea nollet eas reddere principes egipti moverunt guerram. et bellum zellantes pro suo rege et sic fuit alienatus a nepote nepotis sui et hoc est quod dicitur. misso autem in egiptum apollonio. iste fuit missus a rege antiocho propter primates ptolomei. volentes quod antiochus se intromitteret de negocio egipti de hoc enim audierat antiochus rumores et voluit scire veritatem per istum apollonium quod et fuit ideo subditur. cum cognovisset etc. propriis utilitatibus consulens. videlicet ut civitates quas prius acceperat tenere posset in augmentum sui regni. cetera patent. Et post triennii tempus. post ambicionem iasonis. hic ostenditur postmodum ambicio menelai cum dicitur. misit iason menelaum. qui de sua mala secta erat et sic in eo confidebat. supradicti symonis de tribu beniamin ut habetur capitulo precedenti. fratrem. id est in malicia sibi parem ut exponunt aliqui sequentes dictum iosephi dicentis quod iste menelaus et iason fuerunt fratres onie pontificis sed quia predictum iosephi de quo dictum est quod dicit multa falsa non videtur huius libri dimittenda nec eius littera extorte exponenda maxime cum ad legendum sic recepta ab ecclesia. propter quod salvo meliori iudicio videtur quod iste menelaus ipse dicatur frater symonis de tribu beniamin. Si vero contra. hoc obiciatur quod iste menelaus factus fuit summus sacerdos ut dicitur in textu quod retorsit in semetipsum summum sacerdocium quod debebat filiis aaron tantum dicendum quod hoc non valet. Quia hoc sacerdocium optinuit per antiochum regem ydolatram et gentilem propter quod non curabat de qua tribu iudeorum pontifex esset sed solum de utilitate temporali quam inde habebat ideo subditur. at ille commendatus regi per ministros assistentes sibi quibus munera dederat menelaus. tum magnificasset faciem potestatis eius. per munera que apportaverat et nomine suo magis quam iasonis optulerat et alia munera de futuro promisit ut habetur infra in semet ipsum retorsit sacerdocium. a rege sibi concessum. cetera patent usque ibi. et iason quidem qui proprium fratrem. scilicet oniam. circumvenerat ipse enim existens in antiochia officium eius male impetraverat ipse deceptus per menelaum. profugus cum quia privatus erat sacerdocio. eius quia tamen non poterat in potentiam sibi similem. menelaus autem principatum quidem optinuit. scilicet sacerdocii. De pecunia vero regi promissa nichil agebat et ideo causa eadem. cum exactionem faceret. sostratus id est non permittebat quod de levaret penitus se involveret menelaus. Cum vocati. hic ostenditur agitur de ambicione lisimachi. cuius primo ponitur institucio secundo eius destitucio ibi mittit autem sacrilegus prima in duas quia primo ponitur institucio

lisimachi sedes morem omnem. insti. ibi. et cum hec agerentur. ¶ Circa primum dicitur. quam ob causam reges .s. menelaus et sostratus. ad regem sunt euocati. menelaus eo quod pecuniam promissam non mittebat. sostratus vero quia menelaum exactionem facere non sinebat. ut. quod menelaus ipsum accusabat. et menelaus amotus est a sacerdotio succedente sibi. lisimacho fratre suo. hoc procurato per sostratum et alios modos quibus poterant per ambitionem suam sicut dictum est supra de iason quod officium sui fratris omne male peruenerat. ¶ Sic tamen hic expositores aliqui sequentes dictum ioseph. quod iste lisimachus non fuit frater mene lai sed dicitur hic eius frater eo quod fuit sibi similis in malicia sicut dicitur quod michol et chimera fuerunt fratres. sed hec expositio videtur extorta. maxime quia textus hystoria sicut est in proposito ut. quod mene laus videtur dicere sequendo textum libri quod isti tres .s. lisimachus menelaus et symon templi prepositus fratres fuerunt. Sostratus autem prelatus est cypriis sicut frequenter mutantur balliui regis. illa vero cyprus subiecta tunc erat antyocho regi. ¶ Et cum hec. hic interponitur mors onie cuius primo describitur occisio. secundo vindicatio ibi ob quam causam. Circa primum premittitur temporis opportunitas cum dicitur contigit tarsenses et mallotas. .i. ciues duarum ciuitatum seditionem mouere contra regem antiochum. eo quod antiochide regis concubine. in datum erant dono ciues dati. doluerunt enim quod sub dominio talis mulieris essent posite. magister venit sedare illos. ne maius malum oriretur. quam ipsum sed per quem modum non dicitur hic. Sed verisimile est quod donum illud retractauit et concubine sue aliter prouidit. vicarium substituto .i. sub se facto locum eius tenente. vno ex comitibus suis andronico .i. antiochenum ciuitate. ratus .i. opinatus et dicitur a reor reris. menelaus accepisse se tempus opportunum ad mortem onie procurandam in regis absentia per andronicum cupidum. cetera patent usque ibi. arguebat enim de furto notabili rei sacre. in loco tuto secessit. In quo nullus sub pena mortis audebat aliquem ledere. ut. quod dicebatur asilum ab. a. quod est sine et sila quod est tractio. cetera patent ¶ Ob quam causam. hic ostenditur occisi onie iuste vindicatio. et patet littera usque ibi. de finium sobrietatem. .i. potibus et cibis. et modestiam in verbis et factis. andronicum purpura exutum. tamquam de statu dignitatis depositum et degradatum. circumduci per totam ciuitatem. ut sic vindicta sceleris omnibus appareret. et in eodem loco etc. ut sic culpe responderet pena. ¶ Multis autem. postquam supra positum est lisimachi sacrilegium hic ponitur eius destructio. et sedes menelai restitutio ibi. de his ergo. Circa primum dicitur. multis autem sacrilegiis in templo a lisimacho commissis .s. in diuinum cultum dispendium et vasorum aureorum furtiua subtractione menelai consilio ut de auro partem haberet et ut ipso [illegible] lisimachum contra ipse sacerdotium retineret sicut et factum fuit et ex sequentibus patebit et diuulgata fama de dictis sacrilegiis a lisimacho commissis. congregata est multitudo etc. iniquis manibus. unde per ini tiationes commota contra se inficiendo per modos quos armauerat. cetera patent usque ibi. omnes vero in fugam conuersi sunt .s. qui erant cum lisimacho ipsum etiam sacrilegum .s. secus erarium interfecerunt. ¶ De his ergo. hic ostenditur de scelere menelai restitutio qui cum pro predictis debuisset ad mortem condempnari per pecunias fuit restitutus ad principatum sacerdotii dicitur quod de his ergo .s. de auro furtiue sublato de templo cepit iudicium aduersus menelaum agitari. et quia ad hoc secuta fuit plurium occisio. et cum superaretur menelaus .i. conuinceretur de dictis criminibus promisit ptolomeo regi stimulan ad suadendum regi pro menelao et contra aduersarios suos. et deduxit a sinu. quia cogitauerat dare contra menelaum dimisso lisimacho pecuniam multam .s. accusantes menelaum. qui etiam si apud scitas .i. sunt barbari irrationabiles et crudeles populi. causam egissent .i. perpetrauit et male. iniustam penam dederunt qui pro ciuitate etc. illis illo qui sub in telligit eis. qui pro ciuitate [illegible] et ipso [illegible] et sacris vasis. [illegible] causam [illegible] sunt contra menelaum. menelaus autem [illegible] qui in potentia erant augebatur. et ut. de malicia eius commendabat cum apud regem permanebat in proditione ciuium suorum.

¶ Eodem tempore. postquam supra descriptum est [illegible] antiochi hic describitur eius in ualetudine [illegible] cum primo signum premittitur secundo signatum subditur ibi. sed cum tollis timoris. Circa primum dicitur eodem tempore antiochus .s. epyphanes secundam profectionem preparauit in egyptum. quia ei inimicabatur egyptus qui eum in genere nepotes sui sed alienauit a nepotibus eius per primates egypti ut dictum est capitulo precedenti. sed ipsum certum ad primum videtur ibi. contingit autem illo tempore per uniuersam ierosolimorum ciuitatem uideri diebus .xl. etc. Non est per hoc intelligendum quod singulis diebus fieret apparitio illa. Sed quod infra spatium .xl. dierum plures fuit visa sicut autem .i. dicitur quod ipsa post resurrectionem suam per .xl. dies apparuit discipulis suis et tamen non apparuit eis singulis diebus auratas stollas .i. tunicas que induuntur super arma ad decorem et turbas equitum per ordines digestas .i. dispositas secundum artem militarem. et congressiones fieri comminus .i. de prope et scutorum motus que in pugna aliquando leuantur sursum aliquando ad dexteram aliquando ad sinistram mouentur et galeatorum .i. hominum galeas habentium multitudinem gladiis districtis .i. diuersis modis motis. iacula ferendo primum nunc cessum. quia ut. omnes rogabant in bonum monstra conuerti .i. quod talia essent signa futuri boni futuri

tū signa mali .s. depopulacōis ciuitatꝯ p̄mo p
Iasonē postea per antiochū epyphanē sicut ante
sbuersioē ihrlm per romanos apparuerūt signa
multa sicut narrat iosephꝰ libro de iudaico bello
que tn̄ hic ꝑp̄. prolixitatē omitto et quia coꝝ
aliqua ponunt̄ hic in glo. ¶ Sed cū falsꝰ rumor
hic oñn̄ ponit̄ signatū quantū ad iasonis in
petū cum d̄r. Sed cum falsꝰ rumor exisset .s. de mor
te antiochi. assumptꝯ iason nō minꝰ mille viris
vino magis ꝑfido. aggressꝰ est repente ciuitatē
ihrlm vnde fiat ꝓfugꝰ perfectum menelai ut
dictū est ca°. p̄cedenti. credebat eñ iason regē mor
tuū et sciebat eiꝰ filiū adhuc eē puerū/ et crede
bat h̄re tp̄s aptū ad recuꝑandū sacerdociū quo
p̄uatꝰ fuāt per antiochū cetera patent vsqꝫ ibi
abijt in amanitem. vnde venāt ihrlm ad vltimū
in exitum sui .i. ad suū extremum gclusꝰ ab aretha
arabū tyranno. qui persequebat̄ eū et sic patet
q̄ non solum erat odiosꝰ iudeis sed etiam gē
tibꝰ cūnctis. ut refuga legum .i. apostata a lege diuina
pegre p̄ijt .i. in aliena ꝑra lacedemonis perfectꝰ. isti
erant spartiate qui erāt iudeis federati ut dictū
est supra p̄mo libro caplo. xij. ꝑp̄. quod credidit ibi
dem h̄re refugiū sed īuenit ꝯtrariū q̄ꝛ spartiate
cognouīt mala que fecerat genti iudeoꝝ. ideo
sbditur ip̄e illum̄atꝰ et ī sepulcꝰ abiecit̄ et sic
uidetur q̄ ibi fuīt occisꝰ et corpꝰ eiꝰ proiectū
bestijs et auibꝰ deuorandum. ¶ Hijs itaqꝫ gestꝭ.
postq̄ descripta est inchoacō tribulōnis iudeoꝝ. ꝑp̄.
ambicōeꝫ sacerdotū hic oñn̄ ponitur eiꝰ consū
māacō per oppssioēꝫ regis antiochi ¶ Circa
quod p̄mo pōitur vastacō plebis. scd̄o sbuersio
regis. ca°. vj°. p̄ma in duas q̄ꝛ p̄mo ponit̄ vasta
cō plebꝭ in regis p̄ncia scd̄o in eiꝰ absēcia
ibi igit̄ antiochꝰ. Circa p̄mū p̄mo pōit vasta
cō ꝑpl̄i. scd̄o uiolacō tpli ibi sed nec ista ¶ Circa
p̄mū d̄r hijs itaqꝫ gestis .s. q̄ ciuitas ihrlm a iasōe
capta fuisset et q̄ menelaꝰ ab eo pontifex desti
tutꝰ in arcem ꝯfugisset/ ut predictū est suspicatꝰ
est rex antiochꝰ societatē desertꝰ iudeos .i. tri
butum sibi negaturos et ob hoc pfectꝰ ex egypto
vnde recedebatur de mandato romanoꝝ efferā
tꝰ animis. tum ꝑp̄ repulsioēꝫ sui de egypto. tum
q̄ꝛ credidit iudeos recessisse a suo dominio. ciui
tatē ihrlm armis cepit. eo q̄ erat intra sedicio
vt patet per predicta. Iussit autē militibꝰ ī fice
gmali absqꝫ sexꝰ uel etatꝭ distinctōe/ erant
autē toto triduo. quo durauit illa occisio. oc
toginta milia interfecti. q̄ꝛ quesiuit ī locꝭ occlis
vbi se absconderant. xl. milia vincti. vbi ducte
runt̄ in captiuitatē. Non minꝰ aūt venūdati
in suos et ancillas mercatoribꝰ qui ad hoc ve
nerāt ¶ Sed nec ista. hic oñn̄ ponit̄ templi
violacō cū d̄r. ausꝰ est intrare tplm vniuersa
tra sanctō. q̄ꝛ dedicatū erat cultui diuino et ceteri nō
cultibꝰ ydoloꝝ menelao ductore qui eꝰ debu
isset pro immunitate tpli zelare io sequit̄ qui le
gum diuinaꝝ et p̄rie .s. inde. fuit p̄ditor sumēs
scā uasa que ab alijs regibꝰ ꝛc̄. .s. cyro et dario

ut patet p̄mo esdre et seleuco sup̄. iij°. capitlō
ꝯtrectabat ī digne ꝯp̄is manibꝰ et ꝯtamina
bat applicando alijs vsibꝰ ita alienatꝰ mēte
antiochus non quia perdidisset vsum racionis
sed quia non ꝯsiderabat potenciā dei qui eiꝰ
dorū flagellabat ꝑp̄. īuasioēꝫ templi sup̄. iij°.
caplō quod factum erat per regnum syrie nouiter
inicū ꝑp̄. quod non est uerisile quin ad noticiā
antiochi deuenisset sꝫ dn̄s ꝑp̄. peccata ꝑpli per
mittebat locū ꝯtempni sicut dicāt dn̄s salomon
iij. R̄. ix. cetera patent ¶ Igitur antiochꝰ. hic oñn̄
describit̄ vastacio ꝑpli in regis absencia et diuid̄r
in duas partes .s. in p̄ncipalē et incidentalem.
que incipit ibi. iudas autē. Circa primū p̄mo
ponit̄ recessꝰ antiochi de iudea spoliato tplo
et patet lr̄a vsqꝫ ibi ¶ Existimans se pre super
bia terram ad nauigandum ꝛc̄. yꝑbolica locucio
est ad exprimendum ex superbie sue magnitudine
Reliquit autē ꝑpositos ad affligendam gentem iu
deoꝝ. post suum recessum idest Philippum quidem phi
lippum gente phrigē .i. oriundum de frigia in qua
regioē est troia. moribꝰ crudeliorē eo .s. antio
cho. In garizim autē. qui est mons in regioē sa
marie. qui grauiꝰ q̄ ceteri ꝛc̄. q̄ꝛ samaritani
semper fuīt molesti iudeis ut patet in esdra
et neemia. cumqꝫ appositꝰ. eē contra iudeos .i.
firmatꝰ in ꝑposito nocendi eis misit odiosum
in ꝑpōito principē appolonium. de cuiꝰ nequicia
et morte h̄etur .i. libro. iij. caplō. precepit similis
ut h̄ret ingressū in ciuitatē. omēs q̄ꝛ quid ad
spectaculum procederent trucidauit et hoc inde
q̄ armacōes simulare fieri ad aliquē ludum
ostendum ut hastiludium et huiusmodi ad quod
uidendum ꝯuenerūt plurimi et illos primo
iussit interfici ꝯsequent̄ ad uiros etatis perfecte scd̄o
iussum regis. ¶ Iudas autē. hoc est pars īcidentalis
in qua ponitur fuga iude cū pluribꝰ alijs
ad loca deserta eo q̄ non poterat mala que fiebāt
in ihrlm īpedire ¶ Sic. q̄° dicit̄ iudas autem
machabeꝰ. qui decimꝰ fuerat non in numero
frm suoꝝ sed magis quintꝰ, ut h̄etur supra
p̄mo libro. ca°. ij. sꝫ in nu°. summoꝝ sacerdotum
ut dicit. glo. non tn̄ incipiendo ab aaron q̄ꝛ
multo plures fuerūt sed a p̄ncipio regni grecoꝝ
q° ut dīc glosatores aliqui incepit a seleuco
qui in syria successit alexandro magno/ et
tunc summꝰ sacerdos fuit onias iaddi filiꝰ qui se
cundum hoc dictū fuit p̄mꝰ symon iustꝰ secū
dꝰ eleazarꝰ filiꝰ onie tercius quartꝰ manasses
eleazari auunculꝰ quintꝰ onias symonis iusti
filiꝰ sextꝰ symon onie filiꝰ Septimꝰ onias
huiꝰ symonis filiꝰ quē interfecit andronicus
ut dictū est caplō p̄cedenti octauꝰ iason. nonꝰ
menelaus decimꝰ iudas machabeus hic accipitur
de glosa rabini super locum istum que ac
cipit̄ de dictꝭ iosephi ¶ Sed uidetur in duobꝰ
deficere p̄ma q̄ꝛ lisimachꝰ successit menelao scd̄o
tertium huiꝰ libri supra. iiij. ca°. qui maioꝝ
est auctoritatis q̄ dictum iosephi vel rabini et

hec eadem uerba quia nominantur hic iason et menelaus nominari debet lisimachus in decimo loco et non in duas. ¶ Secundo deficit quia ponit regnum grecorum incipere a seleuco quod tamen incepit ab alexandro magno ut dictum est super primo capitulo primi libri predicti. quod videtur michi quod hec enumeratio incipere debeat a tempore alexandri magni et tunc secundum omnes hystoriographos iaddus erat hic summus pontifex iudeorum cui successit onias filius eius et alii quinque nominati videlicet ad oniam quem interfecit andronicus timentes quod iste ultimus onias fuit nonus et per quinque iudas decimus quantum ad intrantes legitime iason autem menelaus et lisimachus sunt ad hoc numero eiciendi. tum quia male intrauerunt tum quia cultum diuinum dissipauerunt ut patet ex scriptura dictis et sic non fuerunt summi sacerdotes secundum rem sed tantum secundum nomen et usurpationem. et feni cibo uescentes. id est herbis nascentibus que poterant in deserto reperiri quia solo feno non poterant sustentari.

VI

Sed non post multum temporis. ¶ Postquam descripta est plebis uastatio. hic consequenter describitur legis abolitio et primo in regis absentia. Secundo in eius presentia. capitulo septimo. prima in duas quia primo introducitur gentilitatis forma secundo rebellibus imponitur pena ibi ¶ Erat autem. Circa primum introducitur forma gentilitatis primo quantum ad modum uiuendi cum dicitur misit rex senem quendam antiochenum. id est unum sacerdotem gentilem. senex significat senex in greco et presbiter in latino. unde primo de ania ubi translatio nostra habet si senex habet oculum iuuenis videtur utique ut iuuenis in antiqua translatione habetur si presbiter habet oculum iuuenis videtur utique etc. Qui compelleret iudeos primo uerbis per suasionis postea tormentis ut se transferrent a patriis et dei legibus. id est a legibus datis in monte synai patribus ¶ Secundo quantum ad contaminationem templi cum dicitur contaminare etiam quod in ierosolimis erat templum dedicando ipsum cultum iouis olimpii. quod prius erat dedicatum cultum ueri dei. et in garisim etc. Ad intellectum huius sciendum quod sicut dicit iosephus antiquitatum iudaice libro xii. sanna ballach samaritanus dedit filiam suam uxorem manasse fratri summi sacerdotis iudeorum qui nolens habere honorem sacerdotalem rogauit rogauit socerum ut edificaret sibi in monte garisim templum quod uocauerunt templum summi dei. et hoc fuit tempore alexandri magni sed postea uidentes samaritani quod antiochus rex habebat iudeos exosos scripserunt antiocho se nichil habere commune cum iudeis petentes quod templum apud eos edificatum in monte garisim ioui dedicaretur et hoc est quod dicitur Et in garisim prout erant hii postulantes. hii qui locum inhabitabant. scilicet samaritani iouis hospitalis. idem erat cum ioue olimpo sed dupliciter nominabatur pro duobus locis in quibus solempniter colebatur sicut apud nos dicitur sanctus michael de monte gargano et de monte tumba licet sint alia multa loca in quibus sanctus michael ueneratur. pessima autem et uniuersis. uere ueris iudeis. grauis erat malorum incursio. nam et

multa sit committebantur mala nam templum deo dedicatum. luxuria et commessationibus erat plenum etc. intro ferentes ea que non licebat. scilicet oblationes ydolorum. altare etiam holocaustorum plenum erat illicitis. id est hostiis gentilium immundis ¶ Neque autem. hic tertio ponitur gentilitatis introductio in violationibus temporis sacri cum dicitur neque autem sabbata custodiebantur quod tamen erat preceptum exodi xx. in memoriam beneficii creationis. nec dies sollempnes patrum. id est a patribus obseruati sicut dies pasche in memoriam liberationis populi de egypto et penthecostes in memoriam dationis legis in monte synay. et sic de aliis ut plenius fuit dictum in exodo et leuitico. nec simpliciter. id est manifeste. se iudeum quisque confitebatur mortis timore tamen aliqui quod hoc celabant et manifeste confitebantur ut ex sequentibus apparebit quia tamen erant pauci comparatione ideo pro nullis reputantur sicut dicitur quandoque quod nullus est in ecclesia qui sunt ibi pauci respectu multitudinis que deberet ibi esse et secundum philosophum dicitur quod illud quod modicum est quasi nichil computatur ¶ Ducebant autem. hic quarto ponitur gentilitatis introductio in ueneratione ydoli cum dicitur ducebantur autem scilicet iudei. cum amara necessitate nam hoc faciebant mortis timore. in die natalis regis antiochi ad sacrificia. que tunc fiebant solempniter ad honorem bachi nam rex credebat eum fauisse sue natiuitati. et cum liberi. id est bachi. unde uersus liber. id est bachus ulterius sine compede natus etc. cogebantur iudei edera coronari. id est habentes serta in capitibus de edera eo quod habet similitudinem cum uite et inuenitur uiridis omni tempore non sic autem uitis et marie tempore natalis dicti regis. libero circuire. id est ad honorem eius coronare. Decretum. hic quinto ponitur introductio gentilitatis in oblatione sacrificiorum nam multi iudei non solum in ierusalem et iudea sed etiam in ciuitatibus gentilium habitabant dispersi et illis ciuitatibus mandatum fuit per regis decretum ut iudeos ibi habitantes compellerent ad dimissionem sue legis et susceptionem ritus gentilis et hoc est quod dicitur decretum autem exiit etc. et patet ex dictis littera hoc excepto suggerentibus ptholomeis. id est sequacibus ptholomei qui per falsas suggestiones deduxit regem a sententia contra menelaum ferendi supra iiii. capitulo ¶ Erat autem. introducta gentilitatis forma hic consequenter rennuentibus infligitur pena. et primo pro circumcisionis tenore secundo pro sabbati honore ibi. alii uero tertio pro illicita cibi horrore ibi igitur eleazarus ¶ Circa primum dicitur erat autem uidere miseriam sic habet liber correctus. et est sensus erat autem uidere. id est contingebat tunc omnibus assistentibus uidere miseriam. que sequitur cum dicitur due enim mulieres delate sunt. id est accusate. natos circumcidisse quod apparebat ex preputii precisione. quas sic habet liber correctus. ad ubera infantibus suspensis quod erat ualde miserabile. scilicet quod pueri suspendio necarentur ad ubera quibus deberent nutriri propter quod preceptum fuit exodi xxiii. non coques edum in lacte matris sue. intelligitur enim nimis durum et crudele quod edus coqueretur in lacte unde sollebat uiuere sicut ibidem plenius fuit dictum ¶ Alii uero. hic consequenter ponitur pena obseruantium sabbatum et primo ponitur hec pena

sed removetur opinio falsa ibi obscuro autem circa principium dicit alii vero ad proximas coeuntes i. convenientes speluncas et latenter sabbati diem celebrantes ibidem meditationibus divinis et orationibus vacando. cum indicati essent philippo qui positus erat in ierusalem ad affligendum iudeorum gentem ut habetur capitulo precedenti. flammis succensi sunt. s. simul ecus ut dicit iosephus quibus necati sunt in speluncis eo quod verebantur etc. pro religione etc. sp. quod per mathathiam et alios sapientes fuit declaratum supra primo libro .ii. capitulo quod licitum erat eis se defendere in die sabbati. ¶ Obsecro hic quarto removetur opinio falsa qua posset aliquis credere quod deus puniendo iudeis talia contigisse ex eius odio contra eos ad quod removendum dicit hic quod talia non sunt signum odii dei sed dilectionis sicut pius pater proprium filium quem diligit pro delictis per flagella corripit, alienum autem quem negligit et ex hijs patientia patitur excrescere que diligenter ne abhorrescant. genus nostrum s. iudeorum et ei in multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere. i. prout senciunt secundum pravitatem voluntatis secundum peccata conmittere. Sed statim ultiones adhibere per flagella correctionis magni beneficii est indicium. s. quod non servatur ad penam futuram sed purgatur ad vitam beatam. non enim sicut in aliis nationibus. ydola colentibus. dominus patienter expectat. eorum punitionem differendo ut sic appareat dei iustitia maior expectando eorum penitentiam et per consequens eius punitio iustior post talem expectationem. ideo concludit. propter quod nunquam quidem a nobis amovet suam misericordiam. nam ex amore corripit ut dictum est. in adversis populum suum non derelinquit ei patientiam tribuendo. ¶ Sed hec nobis i. a nobis. ad commonitionem legentium. ne credant nobis peccatores infelices ex odio dei processisse dicta sint paucis. s. quia in isto passu possent induci ad plura ostendendum. iam autem veniendum est ad narrationem. s. penarum. quas etiam pro legis observantia protulerunt. ¶ Igitur hic quarto describitur pena pro honore illata sibi iniusta viri eleazari magis elegit mori quam cibo lege prohibito inquinari non solum ex eius conmestione sed etiam ex ostensionis fictione nam ex hoc probabiliter videbatur legem transgressores multorum. et hoc est quod dicitur eleazarus unus de primoribus scribarum. i. de excellentioribus in scientia virtute et fama. aperto ore hians. per violentiam carnificum compellabatur carnem porcinam manducare quod est prohibitum lege. levit. xi. at ille gloriosissimam mortem. i. gloriose memoriam. propter tamen tempore consequendam magis quam odibilem vitam. i. viciosam. voluntarie preibat ad supplicium. sp. sequens prevenire. intuens autem. oculis cordis. quemadmodum oporteret accedere ad beatitudinem. destinavit non admittere i. patrare illicita. propter vite. s. presentis amorem nam bonum virtutis maius est quam bonum vite corporalis. nunc autem bonum est exponendum pro salvatione indiis boni sed magis. ceteri hijs autem qui astabant ad exequendum regis mandatum iniqua

non

non

miseratione commoti etc. dicitur autem iniqua misericordia eo quod inducebat ad iniquitatem licet enim eandem carnes illas de quibus suadebant comedere eleazaro esset eis licitum absolute tamen in illo casu erat illicitum. nam in tali simulatione erat falsitas et mendacium facto et aliorum seductio exemplo quod doctor legis erat et ideo per illud factum alii incitati fuissent ad legem transgrediendum ideo sequitur at ille cogitare cepit eminentiam etatis ac senectutis sue [illegible] dignam. sp. virtutis et scientie eminentiam et ingenite nobilitatis canitiem. nobilitas enim generis provenit ex natura. nobilitas vero virtutis ex operibus consistit ad virtutes acquisitas et ex datione dei quantum ad infusas et iste virtutes reddunt canitiem nobilem. respondit cito. nam in virtuosis habitu non requirit longam deliberationem dicens premitti se velle in infernum. i. potius sustinere penam eternam quam facere talem fictionem et subdit ad hoc rationem dicens non enim etati nostre etc. et per hanc maculam execrabilem contraham ad homines atque ad execrationem. apud deum et angelos sanctos. mee senectuti conquiram. Et divinum iudicium metuens ideo subditur nam et si in presenti tempore suppliciis hominum eripiar. per talem fictionem sed manum omnipotentis etc. ideo concludit. quam ob rem fortiter vitam excedendo. i. eam pro lege dei exponendo senectute quidem digna apparebo. ad gloriam dei et edificationem proximi. pro gravissimis. i. honestissimis sicut homo honestus de gravius moribus cetera patent usque ibi. per arrogantiam prolatos arbitrabantur. quod non erat verum sed hoc dixerat per constantiam mentis ad dei gloriam et proximorum edificationem. cum a morte possem liberari per dictam fictionem duros corporis sustineo dolores. secundum corpus flagellatus. secundum animam vero. i. rationem nam libenter hec patior. sicut sapiens propter timorem consequendum libenter accipit potionem sensui contrariam [illegible] cetera patent

VII

Contigit autem septem fratres. postquam destructa est compulsio ad gentilitatem in regione alia. ut patet ex predictis hic quarto sit idem in eius presentia ut ex sequentibus apparet et primo fit hic in generali secundo in speciali ibi unus autem circa principium dicit. contigit autem etc. hoc non videtur contigisse in ierusalem vel iudea quia rex antiochus non legitur ibi redisse postquam inde recessit facta strage populi et spoliatione templi ut habetur supra capitulo v. propter quod videtur hoc contigisse in antiochia seu aliqua alia civitate nobili ad quam venerat eductum regis de compulsione iudeorum ibidem habitantium ad ritum gentilium ut habetur capitulo precedenti. flagris et taureis cruciatos. flagrum flagri est similitas virgularum ad invicem ligatarum que fiunt stupiter percuciendo et patientem per calefactionis modum taurea taurre est flagellum de corio tauri factum. ¶ Unus autem hic quarto ponitur compulsio in speciali et primo fratris primogeniti.

Gr.

qui pro se et aliis dixit. parati sumus mori magis quam patrias dei leges preuaricari. i. leges deo dictas patribus nostris in monte synai. iussit ei qui pro se loquebatur amputari linguam. ip. ueniens conpressiones. iussit igni ad mouendum i. ad ledendum seu apponi. quod ad modum per precitatores. cantica. declamans moyses. de. xxxii. et i. suis ... C. Mortuo in ... hic quintum ponitur ... sedi et patet tamen usque ibi. prima uoce dixit i. secundum dominam ... tu quidem scelestissime. i. in supremo gradu sceleris existens. C. Post hunc hic ponitur tormentatio tertii. et linguam postulatus cito protulit non ab hostibus eius preceptis ip. de legis obseruancia certa patent. C. Et hoc ita defuncto hic ponitur uexatio quarti et patet usque ibi. tibi enim resurrectio ad uitam non erit. sed ei cum iustis mundi resurgent in mortales quia tunc cessabit generatio et corruptio. tamen soli boni resurgent ad uitam immortalem que erit per gloriam aie reddundantem ad corpus per dotem inpassibilitatis corporaliter uero malorum erunt immortalia ut semper cruciemur igne gehenne ... que est mors secunda apoc. xx. Et cum admouissent. hic ponitur tormentatio quinti cum dicitur et cum angustiassent. i. applicuissent. quintum uerabant eum. ille modo sicut predentes faciens ... uis. uoluntate nequissima. noli autem putare genus nostrum adeo esse derelictum eo quod puniuntur a te cruciari quia hoc fecit ad augmentum meriti ... i. modicum expectatum quod ... non est hic ... uirtutis ... breuitatis uite corporalis ideo subditur et uidebis ... magnam potestam ... qui non potest resistere qualiter et semen tuum. i. imitatores tuos torquebit et cruciabit in gehenna. C. Post hunc hic quintum ponitur uexatio sexti et patet usque ibi nos enim ip. nos met ipsos ... licet ei sit ... et innocentes tamen consentimus se pati ip. prima ... putantes sibi aliorum delicta eo quod esset de ... ipso ... sicut daniel ix. ca. tu autem ... quod qui deum pugnare temptaueris. eius cultum intendo eius populum crudeliter occidendo. C. Supra modum. hic est pars septima in qua ... matris constancia cum dicitur supra modum autem mirabilis. ... non legitur similis a lingua ... que peribant. vii. filiorum ad uitam presentem ... ad futurum ideo subditur bono aio ... spem. ... singulos illorum hortabatur uoce prima. i. suorum patrum doctrine ... ideo subditur. repleta sapientia. s. suorum patrum. et feminee cogitacioni que est de molitie et de ... masculinum ... inferens que tendit ad ardua et difficilia dixit ad eos ex magno feruore. nescio quali in utero meo apparuistis. tunc ei apparet puer esse in utero matris quando incipit se mouere motu ... et ... ab aia que in puero est.

per infusionem. modus autem infusionis est soli deo cognitus ideo subditur. neque ego ei dedi spiritum. i. aiam intellectiuam que est spiritualis nature. et aiam. i. potencias sensitiuam que est principium ... et uitam. i. operationes uite et singulorum membra non ego ipsa compegi. quia ... formatiua non est a matre sed a patre. et illa etiam nichil agit nisi in uirtute prime cause ideo subditur. Sed mundi creator etc. et prodiens usque ibi. sicut nunc uosmet ipsos despicitis. quantum ad uitam corporalem. Antiochus autem. hic est viii. pars. in qua ponitur martirium vii. primum tamen eius persuasio sed postmodum eius uexatio ibi. cum hec illa. Circa primum primo ponitur persuasio a rege cum dicitur. antiochus autem contemptum se arbitratus per duos filios qui dixerunt eum scelestum et intendio genere reseruatum. sic et exprobrant uoce despecta. quia uocem deorum suorum reputabat despectam sic et personas eorum despicabiles reputabat et sic dupliciter se reputabat esse despectum. s. in verborum et personarum despicabilitatem. cum ad huc adolescencior superesset. ut saluaret illum suppliciter non solum uerbis hortabatur et patet tamen usque ibi. cum autem multis. ubi ponitur persuasio inuenis a matre. quia promiserat suasuram se filio suo et uerum dixit. quia promissio absoluta fuit et ista intelligenda est de bono ideo subditur. irridens crudelem tyrannum. quia persuasio sua erat ad uirtutem bonum et patet tamen usque ibi. C. Sed digne fratribus tuis effectus. i. eorum consorcio per passionem martirum. ut in misericordia que fiet finaliter in resurrectione cum fratribus tuis. te recipiam ad augmentum glorie tue et mee. C. Cum hec illa ad huc diceret. hic quintum ponitur eius uexatio. cum dicitur. hec cum illa diceret. ex magno feruore non expectauit finem uerborum matris complete. C. Quem sustinetis. i. differtis nescire se sibi spe magna quod debeat regi obedire ... eum pro penis nostris etc. exponatur sicut supra de. vi. ... nostri modicum irata est. nam omnis pena in presenti modica est respectu future. noli frustra extolli ... hoc ... libri contemptus ... non perfugisti ad id quod speras dei iudicio expedita. nam fratres mei modico nunc dolore sustentato. respectu doloris futuri sub testo. i. promissione firma. in uite eterne facti sunt. quia sine dubio ... tanquam deum maturius. i. cum ponderis effectu. teque cum tormentis et uerberibus confiteri in hoc iude prophetice loquitur. quia sic fuit impletum de futuro nepote infra. ix. ca. certa patent.

Iudas uero.

VIII.

Descripta tribulatione iudeorum per regem antiochum hic quintum describitur eorum liberatio per iudam machabeum. C. Circa quod primo ponitur liberatio ipsius et templi purgatio templi. ... primo in duas

q: p̄mo ponit̄ liberatō ppli a regis ducib; / scdō a persona eius .iv. ca°. p̄ma ad hunc in duas q: p̄mo ponitur unde prosperatō . scdō p̄ncipii antiochi debellacio ibi . iudeo autem philippo. Circa p̄mū dr̄. iudas uero machabeus et qui cum illo erant introibant latent in castella. ab aduersariis occupata . non eni habebant ad hunc tm̄ pplm̄ q: possent patent̄ cōmitte bellū. Et conuocantes cognatos . de quib; magis cōfidebant et qui ad hoc erant magis parati . et eos qui manserant in iudaismo assumentes. ad pugnandū pro lege erat uoluntarii. Et inuocabant dnm̄ . q: sine eius auxilio nō poterant resistere tanto aduersarioz nūo / allegantes ad hoc rōes ex parte ppli cōculcati / et templi cōtaminati et ciuitat̄ clāte ad cultū dei / et sanguis innocentis effusi / et nominis blasphemati et patet litā usq; ibi . intollerabilis gentib; efficiebat̄ q: non poterant ipsius impetus sustinere et subditur . causam dr̄ . ira eni dnī in miaz conuersa est et sic habebat auxiliū dei et superueniens castellis et ciuitatib; improuiso . s. ab aduersariis qui non prouiderant sibi contra aduentū ipsius . maxime aut̄ noctib; . q: tunc hostes minus sibi poterant prouidere . Videns aut̄ . hic q̄ntr̄ describit̄ p̄ncipii regis debellat°. et p̄mo ponitur belli apparatus / scdō cōflictus ibi . ad hoc etiam. Prima in duas q: p̄mo describit̄ apparatus ex parte gentilium / scdō ex parte iudeoz ibi . iudas autem . Circa p̄mū dr̄ . uidens autem philippus . quem rex antiochus reliquerat iersolimis ad affligendū pplm̄ iudeoz ut habetur . s. v. ca°. Et dicūt aliqui q: iste est ille philippus de quo dr̄ infrā ca¹ septus certa patent . usq; ibi . q: transferebat corpus antiochi defuncti . s; hoc nō uidet̄ uez / p̄mo q: iste erat in ierlm̄ alius autem in persida / cum antiocho rege qn̄ fuit istud bellum . Scdō q: iste fuit frigius gn̄e ut habetur sup̄ . v. ca°. alius uero regis collactaneus / ut habetur infra ca¹. sequentis circa patent usq; ibi . Et misit nichanorē patrocli filium . de p̄morib; amicis . sic enim sibi conueniat eū de p̄ncipatib; amicis suis . datis eis de permixtis gentib; rc̄. Exercitū collectū de diuersis locis et ciuitatib; . cōstituit autem . i. firmiter p̄misit . nichanor regi . i. loco regis in quibus tenerent . nam rex erat in persida / ut dictū est ut tributū q̄d romanis erat dandū . erat eni rex antiochus tunc tributarius romanoz de captiuitate iudeoz suppleret . i. de p̄ciō iudeoz quos in seruos et ancillas uenderet / ideo subditur / statim q: ad maritimas rc̄. sup̄ p̄mo libro . iij . ca°. nō dr̄ q: misit tamen datur intelligi / per hoc q̄d ibi dr̄ . et audierunt mercatores rc̄. nonaginta mancipia talento . s. uno distracturum dicitur autem mancipium q̄si manu captū q: qui per bellum capiebant̄ in seruos uendebant̄ seu in p̄petuam seruitutem redigebantur . Iudas autem . hic q̄ntr̄ describit̄ apparatus belli ex parte iudeoz et p̄mo ponit aliquoz pusillanimitas cum dicitur .

Ex quib; quidam formidantes . magnitudinem et fortitudinem exercitus uenientis cum nichanore . et non credentes dei iusticie . i. non debito cōfidentes de auxilio diuino / et sic nō credebant diē iusticie q: non credebant q: deus faceret iusticiam . i. uindictam de aduersariis eoz . i. fugam uertebant̄ . subtrahentes se occulte de societate iude . Alii uero . hic q̄ntr̄ ponit̄ alioz cōstancia et p̄mo in gn̄ali scdō ipsius iude in spāli ibi . conuocatis ibi autem . Circa p̄mū dr̄ . alii uero si qui de eis superauerant . accipit̄ hic si pro q: q: cū iuda remanserunt . vij . milia ut habet̄ infra . uendebant̄ cū iuda ad pugnam / similiter dnm̄ deprecabantur magis intendentes dīe precioso q̄ sue uirtuti . q: eos priusq̄ cominus uenirent . i. p̄usq̄ ad bellandū appropinquaret uendiderat ut p̄dictū ē . et si propter eos non . i. propter eoz merita eriperet eos a nichanore saltem hoc faceret propter testamentū quod erat ad patres eoz . i. propter p̄missionē adeo factam patrib; simul de cōseruacōe seminis eoz i eternū uel aliter . propter testamentū rc̄. i. propter legem datam patrib; quam nolebat destrui totaliter antiochus ut patet ex supradictis / et filii uolebant hic facere duces eius . Et propter inuocacionē sancti et magnifici nominis eius . qui a dicebantur pre gentib; cetis dei ppls . Conuocatis autē . hic q̄ntr̄ ponitur cōstancia iude in spāli et primo suos animando scdō exercitum ordinando ibi . constituit itaq; p̄ma in duas q: p̄mo iudas suos animat rōnib; . 2° exemplis ibi . ammonuit . a°. Circa p̄mū dr̄ . conuocatis aut̄ . machabeus rc̄. ut exeuntes prope eum magis intelligerent eius uerba vij . milib; . i. machab . iiij . dr̄ q: fuerunt tm̄ tria milia dicendū q: ibi loquitur de sufficienter armatis unde ibidem subditur q: tegumenta / et gladios nō habebant . s. ad armandū plures sufficienter s; multi ex magno desiderio moti ad pugnandū pro patria et lege dei fuerunt ibi / q̄si in hermes et macabei q: dixerat iudas melius est mori q̄ uidere mala gentis et scōz / et sic in vniuerso fuerunt vij . milia ut hic dr̄ et p̄mo allegat rōnem sumptam ex parte aduersarioz cum dr̄ . Et contulit ne hostibus reconciliarentur . reddendo se eis sub aliquib; condicionib; . Neq; metuerent multitudinem uenientium rc̄. q: in suis iniquitatib; capientur . Scdō adducitur racō ex parte dei cum dr̄ . Sed forte ostenderent dissensionē autem oculis uellet hic cōtumeliam in locum sanctum rc̄. Unde supra p̄mo libro . iij . capitulo ubi tangitur ista materia dixit iudas melius est nobis mori in bello q̄ uidere mala gentis nr̄e et scōz . itemq; subtractione uite ciuitat̄ . s. ierlm̄ ad dei cultum electe . adhuc etiam ueterum institutam conuersa . habebant eni iudei aliquas ordinaciones certam legem moysi factas a senioribus propter bonum regimen ppli . Tercio ponit̄ racō ex parte auxilii cum dr̄ . nam illi quidē armis cōfidunt rc̄. i. in uirtute humana que est deficiens . Nos autē in oī potēte dnō . cuius uirtus est infinita . ammonuit aut̄ hic q̄ntr̄ iudas suos animat exemplis cum dicitur . ammonuit autem eos et de auxiliis dei .

i tm̄

que facta sunt erga parentes. in exitu de egipto. exo. xiiij. et quod sub sennacherib centum et octoginta quinque milia pierunt. ab angelo domini percussa ut habetur. iiij. Re. xix. Et de prelio quod eis accidit adversus galathas etc. Illud vel licet non habetur in scriptura sacra nec alibi potui reperire. ideo quod non possum dicere nisi illud quod hic est in textu. ubi ad tem venerat est. i. ad pugnandum actu. macedonibus laborantibus. i. in eodem exercitu certantibus cum iudeis. bellicantibus. i. fortiter dimicantibus pugnare ipsi sex milia soli. s. iudei peremerunt centum viginti milia non propria virtute sed divina et beneficia pro hiis plurima consecuti sunt a rege. Consequenter ponit admonitionis effectum cum dicit hiis verbis constantes effecti etc. ¶ Constituit itaque. hic quarto ponit exercitus ordinationem cum dicit constituit itaque fratres suos duces quia de eorum fortitudine et fidelitate magis confidebat utriusque ordinis. s. equitum et peditum. nam in qualibet acie erant aliqui equites et aliqui pedites et hoc secundum doctrinam vegetii libro de re militari potissime quando bellum committitur in loco aspero ubi equites non possunt leviter [...]. Symonem et iosephum et ionatham supra .i°. libro. ij. ca°. ubi ponuntur fratres iude non nominatur ibi aliquis ioseph. propter quod dicunt aliqui quod iste non fuit frater carnalis iude sed tantum legalis ut de eadem lege vel cum hoc de eadem cognatione. sed non est verisimile quod inter duos fratres iude carnales. s. symonem et ionatham ponitur tanquam frater eius alius qui tamen sit extraneus. propter quod videtur melius dicendum quod iste fuit frater carnalis iude qui primo libro nominatur eleazarus cognominatus est saphat et videtur idem nomen quod ioseph abreviatum sicut nicholaus per abreviationem aliquando dicitur cholaus. Subiectis unicuique millenis et quingentenis. retinens in acie secum duo milia quingentos. ¶ Ad hoc etiam. postquam descripta est belli apparatio. hic consequenter describitur conflictus et primo ponitur conflictus cum nichanore. secundo interponit conflictus cum thimotheo et bachide ibi. et ex hiis. Tertio revertitur actor ad loquendum de nichanoris confusione ibi. et tunc crastina autem. prima adhuc in duas quia primo ponit nichanoris debellatio. secundo gratiarum actio. Arma autem. Circa primum dicit. ad hoc etiam. s. ad bellandum utile. ab esdra sacro libro. ut precipit de isto. xx. iste esdras non fuit ille qui legem reparavit nam ille mortuus fuerat diu ante sed fuit unus de sacerdotibus eiusdem tamen nominis tempore iude. Et dato signo adiutorij dei. non dicit hic quale sed probabiliter potest dici quod fuit clangor sacrarum tubarum in aggressu belli. in prima acie ipse dux. s. iudas machabeus interfecerunt super. ix. milia. supra. i°. libro. iiij. ca°. dicitur quod ceciderunt usque ad tria milia dicendum quod illa tria milia ceciderunt in primo congressu cum nichanore sed in processu belli et persecutione fugientium tot alij ceciderunt quod in universo fuerunt. ix. milia. et amplius ut hic dicitur. cetera patent usque ibi. Sed reversi sunt hora exclusi. i. repressi. nam imminebat hora

decima a qua incipiebat observatio sabbati. sed hoc non videbatur expedire quia supra primo libro. ij. ca°. iam erat declaratum quod licitum erat eis in sabbato bellare dicendum quod verum est se deffendendo nam hoc est licitum. non autem invadendo seu persequendo. Arma autem. hic ob victoriam sequitur gratiarum actio cum dicitur. Sabbatum agebant. ab operibus servilibus quiescendo et divinis laudibus vacando ideo sequitur benedicentes dominum etc. post sabbatum vero etc. quia preter predam debilibus et pauperibus dederunt. cetera patent et ex hiis. hic consequenter ponitur de conflictu cum thimotheo et bachide qui plenius habetur primo libro quinto capitulo. habetur tamen quod iste bachides sit alius ab illo quem misit demetrius cum alchimo contra iudeos ut habetur supra primo libro. vij. ca°. nam plures erant principes et milites eiusdem nominis sicut et modo. cetera patent ibi. et cum epinitia agerent in ierusalem. i. solempnitates de victoriis contra thimotheum et bachidem obtentas ab. epi quod est victoria unde alia translatio habet. dies victorie. ut dicitur in glo. eos qui sacros ianuas. s. templi. incenderant. i. calistenem inter istos principales. cum in quoddam domicilium forte. refugissent pro sua cautione. incenderunt et sic pena correspondit culpe. Facinorosissimo autem. hic revertitur actor ad loquendum de supradicti nichanoris confusione cum dicitur. Cum mille negociatores etc. i. mistos ita quod ponitur hic numerus determinatus pro numero indeterminato sicut aliquando fit in scriptura prout fit in scriptura per simonem in apocalipsi. humiliatus auxilio domini ab hiis. s. iudeis. quos nullos existimabat. i. nullius esse virtutis. deposita veste glorie ne cognosceretur. per mediterraneum fugiens. i. per loca media. solus venit antiochiam. i. cum valde paucis. hoc enim modo dicitur princeps solus qui habet paucos secum. predicabat iam protectorem deum. hoc iudeos. hoc dicebat magis ad excusationem sui de sua dilectione et exercitus debellatione quam ad exaltationem divini nominis et commendationem divine legis et observatorum ipsius etc.

IX

Eodem tempore. descripta liberatione populi ab antiochi ducibus hic consequenter describitur liberatio populi a persecutione ipsius et hoc per divinam persecutionem. circa quam primo ponitur huius percussionis causa. secundo ipsa percussio. ibi ¶ Sed qui universa. Tertio percussi humiliatio ibi. hinc igitur. quarto humiliati exterminatio ibi. igitur homicida. ratio vero percussionis antiochi fuit quia non sufficiebat sibi mala que iudeis fecerat ut patet ex supradictis sed cum hoc anhelabat ad gentem iudeorum totaliter destruendam. et civitatem dei ierusalem funditus subvertendam et sic repulsionem de perside et debellationem ducum suorum in iudeos vindicaret et hiis dictis patet littera parum exceptis que discutientur. Que dicitur persipolis. hec est illa civitas que primo libro. vj°. ca°. dicitur elymaidi. et hoc proprio nomine et hic persipolis eo quod erat metropolis persidis. Circa ecbathanam. hec est civitas que vocatur ecbatana

primo esdre. vi. et iudith. i. celesti cum iudicio per urgentem. Impellente ad cuius intelligentiam sciendum quod in hac festinatione duo erant. s. intentio antiochi perversa ad ipsius delectionem et civitatis subversionem, et hec non erat adeo impellente quia non est actor mali culpe sicut ab antiochi malicia, aliud veniat velocitas motionis ad quam secuta fuit casus antiochi, et eius casus gravius et hec fuit adeo impellens qui est actor mali pene, de quo dicitur amos. iii. non est malum in civitate quod non fecerit dominus. ¶ Sed hic quoniam ponitur antiochi percussio cum dicitur percussit eum insanabili et invisibili plaga. nam erat intra viscera et morbus fuit ex eo qui instis et novis cruciatibus ut supra patitur in. vii. fratribus. licet ille nullo modo a sua malicia cessaret propter dictam plagam. ideo dominus addidit secundam cum dicitur. contingit eum impetu euntem de curru cadere per vexationem quam ex tali festinatione. Et qui sibi videbatur fluctibus maris imperare. yperbole est ad designandum superbie sue magnitudinem. manifestam dei virtutem in semetipso contestans. s. ipse ex duplici percussione. ita ut de corpore impii vermes scaturirent. ex putrefactione in testimonium quod viventes in doloribus carnes eius effluerent. per lamentum apostema tum et qui paulo ante sydera celi contingere etc. yperbole est ad exprimendam eius superbiam. hic igitur hic quoniam describitur percussi humiliatio et primo coram deo, secundo coram hominibus ibi. Sed non cessantibus. Circa primum dicitur. hinc igitur cepit ex gravi superbia deductus. ab alto in infimum ad agnitionem sui venire quia vexatio dat intellectum. ysa. xxviii. cetera patent usque ibi orabat autem scelestus dominum a quo non esset misericordiam consecuturus. quod dupliciter potest intelligi. uno modo quantum ad relaxationem pene corporalis que non semper remittitur orantibus etiam vere penitentibus, vel aliquam non expedit eis et sic licet forsitan vere penituerit tamen contra adevaliam mortem non fuit consecutus. set tantum quantum ad veniam peccatorum alio modo etiam contra ad remissionem peccatorum, quod tenent communiter dicendo quod eius penitentia non fuit vera, quia non fuit propter offensam dei, sed tamen propter evasionem corporalis flagelli et sic non fuit misericordiam consecutus quantum ad remissionem culpe vel pene cetera patent usque ibi. equales illos athenensibus qui in liberas libertates habebant propter sapientie studium quod vigebat ibidem Et pontificum dei preciosis ornamentis hec ad evasionem pene promittebat secundum quod iniquitatem opprimitur. ¶ Sed non cessantibus. hic quoniam describitur humiliatio coram hominibus. s. iudeis ante supra modum contempserat. scribens eis epistolam deprecatoriam et patet usque ibi. et ex sententia vobis cuncta sunt. i. ad voluntatem vestram vobis eveniunt non desperans memet ipsum. de infirmitate curam in hoc videtur manifeste mentiri quia supra dicitur quod non cessantibus doloribus desperans ¶

scripsit ad iudeos etc. ex hoc enim videtur vere quod supra dictum est quod eius penitentia non fuit vera. Respiciens autem quod et pater meus. ad hunc vivens ordinavit de suo successore ut in casibus magnis et dubiis scirent homines regni ad quem deberent defuncto rege recurrere ¶ Ad hec considerans. i. iuxta hec cogitans. de prioribus potentes quosque etc. i. quod principes potentes iuxta regnum meum existentes diligenter attendunt, expectantes temporis, in quo possint nocere regno meo quod potissime contingit quando homines regni sunt in dubio, ad quem debeant recurrere pro regni defensione ¶ Designavi filium meum antiochum regem qui adhuc in ineunte quem sepe recurrens in superiora regna. s. medie et persidis. multis vestrum commendabam. talis modus loquendi. ne mendacium eius perpiciatur quia si diceret se scripsisse comunitati vel aliquibus personis eas nominando statim posset percipi falsitas dicti sui Sed quia dicit. multis. nullum nominando non potest sic percipi quia potest quilibet opinari talem commendationem fecisse aliquibus in secreto et hoc verbo vel scripto et scripsi ad eum que subiecta sunt. s. de substitutione ipsius in regnum et de eius recommendatione. memores beneficiorum etc. tamen ex superioribus non apparet aliquod beneficium ab eo iudeis prestitum nisi unum s. de vindicta mortis onie supposita. c. iiii. et contra ad hoc secundum publice. hoc enim fuit publicum et privatum licet hoc videatur falsum propter magna mala que fecit iudeis ut patet ex supra dictis, tamen non potuit percipi in hoc suum mendacium nam beneficia facta privatim non sic veniunt ad notitiam aliorum et sequentem propositum meum. i. voluntatem meam circa vos bona communicet. i. condescendentem vobis forte igitur hic ultimo ponitur eius exterminatio cum dicitur igitur homicida et blasfemus ut patet ex supra dictis in multis casibus pessime percussus nam ex hoc non fuit per veram penitentiam ut videtur miserabili obitu vita functus est. si enim emendatus fuisset, eius obitus miserabilis non diceretur ¶ Transferebat autem corpus eius. ad locum sepulture patrum suorum philippus collactaneus eius. i. de eodem lacte nutritus. hic est philippus, cui tradidit diadema et stolam suam et anulum, ut institueret regem filium suum ut habetur primo libro. vi. capitulo qui metuens filium antiochi, tunc quia lisias qui filium antiochi nutrierat, exitavit eum contra philippum, ne propter eum a rectore regni elongaretur. Et quia philippus civitates regias occupaverat ut habetur ibidem et infra. viii. capitulo. quoniam non potens defendere contra regem fugit ad tholomeum egypti regem. 2

[M]achabeus X

a⁹. Delicta ... adversarios ... hic enim describitur purgatio templi que destructionem describitur supra

.x.

primo

primo libro capitulo .iiij. et ibidem exposita est littera. quod in hac parte non restat nisi breviter aliqua vocabula discurrere et de ignitis lapidibus .i. aptis ad hoc quod inde excutiatur ignis post biennium s. in tertio anno a pollucione eius eadem die qua fuerat ante pollutum ut habetur primo libro capitulo .iiij. et infra parte ista et sic hoc fuit in completione triennii. Sed non post biennium potest etiam aliter dici. post biennium .i. non incipiendo a pollucione templi sed a principio bellorum iude machabei quibus post regis recessum debellavit adversarios iudeorum. littera. quod tirsos est autem tirsus frutex medius quasi inter herbam unde procedunt rami hinc et inde et nomen compositum arca et sursum eo quod a terra sursum consurgit. ¶ Et hunc autem de scriptura liberatione templi per iudam tempore antiochi nobilis. hic consequenter ponitur eiusdem liberatio tempore antiochi eupatoris et dividitur in duas partes quia primo ponitur duplex preambulum. Secundo accedit ad propositum ibi. Gorgias autem. primum preambulum est de modo scribendi ea que sequuntur cum dicitur. narrabimus breviantes mala que in bellis gesta sunt. per hoc ut dicit glosa videtur innuitur quod bellum huius antiochi contra iudeos quod primo libro capitulo .vi. diffuse scribitur hic ab ordine hystorie pretermittitur. sed si rabanus intelligat quod in hoc secundo libro pretermittatur simpliciter non videtur verum quia infra .xiij. capitulo ponitur ut ibidem plenius videbitur domino concedente. Si autem intelligat quod pretermittatur secundum ordinem hystorie tunc dicit verum apparentiam dictum suum nam hoc bellum videtur fuisse in principio regni sui quod tamen ponitur hic in fine. ¶ Hic etiam. hic ponitur secundum preambulum quod de regni ordinatione nam primum per eorum ordinationem moverunt bella contra iudeos ut ex sequentibus apparebit. sic igitur dicitur hic etiam s. antiocho eupator. constituit super negotia regni lysiam. patrem eius a parte eius fuerat constitutus super negotia regni in parte s. a flumine eufrate usque ad flumen egypti ut habetur .iij. capitulo primi libri. sed iste constituit eum procuratorem suum super negotia regni generaliter et subdit causa huius constitutionis cum dicitur. nam tholomeus etc. iste etiam videtur fuisse in eodem officio sed fuit depositus duplici ratione prima est quia erga iudeos se habebat modeste contra intentionem antiochi epyphanis secunda est quia notabatur apud regem de proditione cum esset primo cum rege egypti relinquendo cyprum sibi traditam ad custodiam et postea transiens ad antiochum regem non se fidelem habuisset et sic dato sibi veneno periit et loco eius lysias institutus fuit et hoc est quod dicitur hic. Nam tholomeus etc. q. d. ideo lysias fuit institutus quia tholomeus fuit destitutus et veneno interfectus et quia hec littera intricata est et in aliquo detruncata ideo iungatur sic. Nam ptholomeus qui dicebatur macer .i. sic cognominatus ad differentiam illius ptholomei qui supra .iiij. capitulo induxit antiochum epyphanem ad dandum sententiam contra menelaum. iusti tenax erga iudeos .i. firmus servator iustitie ad eos et subdit causa cum dicitur. Et precipue. propter iniquitatem que facta erat in eos per antiochum epyphanem ut patet per supra dicta esse instituit s. cum iudeis iuste et modeste et pacifice agere cum eis in aliqua recompensatione dure malicie contra eos facte. sed ob hoc accusatus ab amicis apud eupatorem. ¶ Cum frequenter proditor audiret .i. cum frequenter diceretur eupatori hic ptholomeus est unus proditor eo quod cyprum creditam s. traditam sibi custodie a philometore egypti rege deseruisset .i. infideliter eam custodiendo. et ad antiochum nobilem translatus .i. de familia sua factus etiam ab eo recessisset non exequendo contra iudeos eius intentionem. veneno periit. s. in mille quod ad causam de iudeis quicquid sit de alia. ¶ Gorgias autem. hic consequenter accedit ad propositum s. ad descrivendum conflictum iude pro liberatione templi eupatoris tempore et dividitur in duas partes quia primo describitur hic conflictus eius cum regis ducibus Secundo cum persona regis .xiij. capitulo prima dividitur in quinque partes secundum numerum ducum et gentium cum quibus iudas et eius socii pugnaverunt igitur primo ponitur eius conflictus cum gorgia et ad herentibus sibi cum dicitur gorgias autem cum esset dux locorum .i. provincie iudee s. ydumee ut videtur per sequentia et habetur expresse capitulo .vij. iudei vero qui tenebant opportunitas munitiones. inter iudeam et ydumeam fugatos gentiles .a ierosolimis per iudeos ibidem exilies suscipiebant eis viriliter repugnando imperium faciunt in munitiones iudeorum. mon... propter iniurias eorum. Cetera patent usque ibi. ... quod pecunia sibi vendidissent. dimittendo effugere adversarios iudeorum qui postea plures de iudeis interfecerunt et plures captivaverunt. hos igitur proditores factos. s. iudeos de dampnatione iunctos interfecit sicut meruerant. ¶ Et thymotheus. hec est secunda pars in qua agitur de conflictu iude cum tymotheo cum dicitur. Et thymotheus qui prius fuerat a iudeis superatus ut dictum est supra .viij. capitulo. congregata etiam peregrine multitudinis .i. gentium extraneorum et congregato asiano equitatu .i. equitibus de asia. machabeus vero et qui cum ipso erant. videntes quod virtute propria resistere non possent appropinquante illo deprecabantur dominum. ut ferret eis auxilium. capitis etiam aspergentes etc. in signum humiliationis et afflictionis quia sicut dicitur ecclesiastici .xxxv. oratio humiliantis se nubes penetrabit. ad altaris. s. holocausti. crepidinem provoluti ut eorum orationes magis exaudibiles sicut dicit. lex deuteronomii .vij. ubi dicitur tradetque reges eorum in manus tuas nullus poterit resistere tibi etc. longius decurrentes. s. ythilim procedentes. non poenitentes adversarios tranquillitate recederunt ad aliquem locum quiescendum et ad bellatores ordinandum. Illi quidem victorie etc. i. iudei confidebant de virtute divina gentiles vero de sua ducis nobilitate et sic de potentia humana. apparuerunt adversariis de celo viri quinque .i. angeli in specie virorum certa pariter usque ibi. cum peracta essent. fuerat thymotheus ut patet

ex littera sequenti. Supra modum maledicebant unde et deum eius et sermones nephandos .i. blasphemias contra deum. iactabant .i. superbe pronunciabant. accensi animis ipsorum. blasphemias contra deum quas magis loquebantur contra propriam mortem quibus gestis terrentur in hymnis et confessionibus benedicebant dominum attribuendo sibi totaliter victoriam.

XI

Sed puero post tem[pus].

Hec est tertia pars in qua ponitur conflictus iude contra lisyam et dividitur in duas partes quia primo describitur lisie debellatio secundo ipsius cum iudeis federatio ibi, et quia non insensatus. Circa primum dicitur lisias procurator regis .i. generalis in regni negotiis ut habetur capitulo precedenti. et propinquus, nam erat de genere regali ut habetur primo libro .iii. capitulo. graviter ferens de hiis que acciderant .s. de bellatione ducum regis. existimans se civitatem quidem capere .s. ierusalem gentibus habitabilem facturum. iudeis interfectis vel inde eiectis. templum vero in precio questum. nam oblationes et omnes proventus intendebat convertere in regis lucrum. nullo recogitans dei potentiam sed solum humanam. Dementer efferatus .i. sine freno rationis in superbiam elatus. in nullo contemptus studiorum. que faciunt dimicandum inhiare et quarta pars ultima. nam .viii. faciunt inhiare certam patent usque ibi. apparuit precedens eos eques .i. angelus in specie hominis equitis per habitum virtutem designans eis victoriam affuturam sed et muros ferreos pariter penetrare. yperbole est ad exprimendum magnitudinem constantie quam conceperunt ex dei apparitione. plures vero ex eis vulnerati nudi evaserunt, proicientes arma sua ut sic velocius currerent. Et quia hic consequenter describitur ipsius lysie reconciliatio cum iudeis et dividitur in duas partes quia primo ponitur hec reconciliatio secundo eiusdem confirmatio ibi lysias. Circa primum dicitur et quia non insensatus erat. nimis dicendo pro significat. scilicet quia ille lysias erat iste valde stultus. secum ipse reputans .i. in animo suo considerans, factam erga se diminutionem. hic exercitus in bellatoribus armis et sarcinis que fugientes solent perdere. et intelligens invictos esse hebreos non virtute propria sed divina. misit ad eos. pro pace reformanda nolens pugnare contra deum et regem compulsurum. non vi. sed precibus et consilio. nam erat eius nutritius et patruus primo libro .iii. capitulo et eius procurator generalis ut dictum est capitulo precedenti et ita factum fuit ideo sequitur. et rex concessit que tamen decens erat concedi pro tempore ut patet ex littera sequenti. lysias hic consequenter ponitur reconciliationis confirmatio et patet per litteras et dividitur in quatuor partes secundum litteras quadruplices que patebunt prosequendo. primo igitur ponitur tenor litterarum lysie ad iudeos et patet usque ibi. quecumque erant regi potuerunt perferri. bono modo exposui per litteras vestras mittimus. quod patet ex rescripto regis ad lysiam quod habetur in parte sequenti et sic respondit sibi sicut ab initio et que postulabant .i. quod decens et iustum erat. concessit. s. rex sic enim habetur in libris correctis. Si igitur in negotiis regum fidem conservaveritis .i. fidelitatem bonorum vobis causa esse temptabo apud regem pro vobis interpellando de certis (?). que rex non concessit. mandavi et illis quod ad me misistis et isti hic .s. qui a me missi fuerunt ad vos. colloqui vobiscum scilicet omne bonum et secundum data epistole cum dicitur anno .c.xl.viii. regum grecorum dioscori .i. in iunio. qui sic nominatur eo quod sol in illo mense intrat signum geminorum qui grece dioscori vocantur et ab eis mensis unus dioscorus appellatur. Sed contra dictam videtur esse quod dicitur primo libro capitulo .vi. quod antiochus epiphanes mortuus fuit anno .c.xlix. hec autem littera data fuit eius morte. unde in responsione sui filii subditur patre nostro inter deos translato etc. Similiter littera eius ad iudeos data fuit anno .c.xl.viii. ut habetur infra eodem capitulo dicendum quod idem annus fuit qui primo libro dicitur centesimo quadragesimo nono et hic .c.xl.viii. nam annus aliter incipit apud diversos sicut patet quod renovatio date anni incipit in ytalia a nativitate domini. in francia vero ab eius resurrectione. quod illud quod fit tempore intermedio anno domini usque ad .xxix. secundum numerationem francie dicitur esse factum anno domini millesimo ccc. xxx. secundum numerationem ytalie et si renovatio date retardetur usque ad festum omnium sanctorum totum tempus intermedium esset huius conditionis sic autem fuit in proposito nam mortuo antiocho epiphane filius eius antiochus eupator statim regnare cepit et secundum diversas inceptiones annum ille annus .c.xl.ix. et .c.xlviii. dicitur et eodem modo in sequentibus solvatur. Regis autem epistola. hoc est secunda pars in qua ponitur rescriptio regis lysie de negotio predicto cum dicitur lysie fratri salutem erat enim de cognatione eius ut predictum est. quod vocat eum fratrem patre nostro inter deos translato erat enim opinio gentilium quod patres eorum in morte transferebantur ad consortium deorum sicut de bonis christianis dicimus quod transferuntur ad consortium angelorum. Sine tumultu agere .i. in pace vivere. et rebus suis adhibere diligentiam quod non poterant nisi haberent pacem. Audivimus iudeos non consensisse patri nostro ut transferrentur ad ritum grecorum. sed magis volebant sustinere martyrium ut patet per predicta capitulo vi. et vii. Iudicavimus templum restitui illis .i. claustrum templi liberum nam iam templum habebant certum patet ad iudeos vero. hoc est tertia pars in qua ponitur tenor littere regis ad iudeos cum dicitur rex antiochus senatui iudeorum .i. collegio seniorum principum regentium et dicitur senatus a senex quia seniores etate et moribus ad hoc eligebantur. Si valetis sic estis ut volumus .i. voluntas mea est ut bene sit vobis. Ad nos

menelao a nobis missus. et est hic alius a me
nelao qui usurpauit sibi sacerdotium ut dictum est
supra capitulo .iiii. dicens uelle uos descendere
ad uestros qui sunt apud nos. sicut enim dictum est sup
primo capitulo per reges egypti et syrie multi iudei
erant dispersi extra iudeam inter ydolatras habitantes
propter quod aliqui periti in lege habitantes in iudea
uolebant eos uisitare ad confirmandum eos in legis
obseruancia petentes ad hoc securitatem a rege quam
ipse concessit usque ad tempus. De hys que per ig
norantiam gesta sunt. hoc dicit propter bella contra
duces suos gesta et subditur huius littere data. cum dicit
anno .c.xlviii. xandici mensis qui concurrit a
prili .xv. scilicet die. ¶ Miserunt etiam. hic quarto ponitur
tenor littere romanorum ad iudeos et patet littera et est
eiusdem date cum littera regis precedente ex istis patet
quod lysias istas litteras regis et romanorum ad iudeos
procurauit et postea scripsit iudeis litteram suam
supra positam. que data fuit eodem anno .xxiiii.
die mensis eiusdem et sic post illas. XII

His factis pactionibus

Hec est pars quarta in qua describitur
conflictus iude cum thymotheo et sociis eius et diui
ditur in tres partes. quia primo huius conflictus
causa ponitur secundo dilacio interponitur ibi. Ioppite
uero. tercio propositum resumitur ibi. inde discess
erunt. Circa primum primo ponitur continuacio ad ca
pitulum precedens cum dicitur his factis pactionibus
scilicet capitulo precedenti. Iudei autem agri culture
operam dabant deditis treugis et pactionibus pre
dictis. quasi diceret ante non poterant uacare propter urgen
cia bella. Quarto subditur occasio conflictus iude cum
tymotheo cum dicitur. sed hii qui resederunt .i. rema
serunt in locis circa iudeam post recessum lysie.
Et tymotheo iste alius ab illo qui supra x. capitulo
legitur occisus multi enim duces et milites erant
eiusdem nominis sicut et modo. Demophon. sup
ra. cognomine eius est. Nichanor cypriarches .i.
principes cypri non sinebant eos in silencio agere
nec in silentio faciebant propter sed in extremitatibus iu
dee in absencia lysie propter. quod iudas desiuit de
bellare ipsum. ¶ Ioppite uero. hic quarto ponitur
dilacio conflictus iude cum tymotheo propter quedam
insurgencia in quibus iudas fuit occupatus
et primum fuit flagicium gentilium in ioppe habita
cium cum quibus habitabant multi iudei quorum iop
pite plures submerserunt perniciose facientes eos as
cendere nauiculas sub spe pacis et amicicie ad
uidendum ludum quem debebant in mare exercere
quod flagicium uoluit iudas ante omnia uindi
care et patet littera. Precepit accepto. ascendere scaphulas
.i. paruas nauiculas. quas parauerant ioppite cum
uxoribus et filiis iudeorum sed in continenti ita sunt
decepti. decernunt enim ioppite latenti dolo iudeos
sic submergere. Sed cum cognouisset. hic quarto ponitur
uindicta iamnitis qui similiter dolum uolebant
facere et patet littera usque ibi. ab stadiis .ccxl.

fuerunt autem .viii. stadia unum miliare et .xvi.
unam leucam. Inde cum abissent. hic quarto ponitur
aliud impedimentum seu conflictus dilacio iude cum ty
motheo per arabes mouentes in ira bellum contra
iudam et socios eius et patet usque ibi. promittentes
usque ibi. pascua daturos cum enim illorum erat mul
tum pascualis et iudei propter illas terram habitantes
tenebant animalia plura et hic pax cum illis utilis erat
iudeis. discessere ad tabernacula sua. scilicet arabes
qui non habitant quasi in ciuitatibus sed in tentoriis.
¶ Aggressus est. hic ponitur alia dilacio conflictus cum ex
obsidione cuiusdam ciuitatis nocive iudeis cuius nomen
erat casphin ut patet usque ibi. terribiliter agebant
quia per se ciuitates de obsidione reputantes inex
pugnabilem ciuitatem. et loquentes que fas non
est. scilicet blasphemias contra deum iudeorum temporibus
ihesu .i. iosue qui alio nomine dictus est ihesus naue.
precipitauit iericho ut habetur. iosue .vi. cetera patent
Inde discesserunt. hic resumitur propositum quod supra propositum
fuit de conflictu contra tymotheum sed debellacio
cuiusdam ciuitatis aduersarie iudeorum. ibi post ho
rum fugam. Circa primum ponitur thymothei in
secucio cum dicitur. inde discesserunt. scilicet iudas et exerci
tus eius. deuenerunt in characa tendentes inuenire
thymotheum in locis illis. ad eos qui dicuntur tubi
anei iudeos secundum glosam erant quidam populi
cum iudeis federati et inde dicebantur iudei
tubianei qui aliqua tuba uocati seu conuiti. reliquis
sus est. scilicet thymotheus relicto in quodam loco
firmissimo presidio .i. multitudine armatorum ad
resistendum iudeis cetera patent usque ibi. thymo
teo premisit mulieres et filios. quod de facili ab
aduersariis capiuntur uiri hostibus incussus
est ex potencia dei. et non ex magnitudine uel
fortitudine exercitus iude machabei. ita magis
a suis deiciendo etc. sicut contigit in exercitu
zebee et salmana. iudicum .vii. et instaurat plurimi
simorum .i. fere .viii. iudas autem uehementer instabat
fugientes prosequendo. ipse uero thymotheus
incidit in partes dositheo et sosipatri. .i. in illam
partem exercitus quam regebant et cepit eum
uiuum et multis precibus postulabat etc. alle
gans quod sibi certum quod multorum ex iudeis
parentes haberet ac fratres in uinculis suis detentos
qui morte eius decepti euenirent .i. occidi in uindictam
mortis eius cetera patent. ¶ Post horum fugam
hic quarto describitur capcio cuiusdam ciuitatis que
multa mala fecerat iudeis. et robusti iuuenes
de ciuitate pro muris defendendis consiste
tes fortiter repugnabant exercitui iude et sibi
repugnandi facultas erat cum dicitur sed hac autem machine
multe etc. quibus poterant inuadentes repellere
Sed cum conuenientes inuocassent etc. ex quo
patet quod ciuitas illa capta non fuit humana uir
tute sed diuina iude ad ciuitatem scitam cuius habita
tores erant beniuoli iudeis. licet essent gentiles
propter quod iudas eis regraciando pertransiit rogan
do ut essent beniuoli de futuro sicut fuerant de
preterito. et sic patet littera usque ibi. dies solempnis

septimanarum instante. i. dies penthecostes
que terminatur septem ebdomadibus plenis percipitur
celebrari leuitici. xxiii. Et post
penthecosten. hec est quinta pars in qua describitur
bellum contra Gorgiam. et primo ponitur hec
pugna secundo de iudeis mortuis circa ibi. et sequenti
die. Circa primum patet littera usque ibi.
Contigit paucos ruere iudeorum. cuius causa
ponitur infra eodem. dositheus uero quidam bacenoris
tenorum. dicunt aliqui quod bacenor erat gentilis
et confederati iude uel ab eo conducti sed melius
uidetur quod fuit iudei a ciuitate unde erant
nominati sic. atque ita Gorgias fugit in mare
sam. uidelicet est forte aliquid. at illis qui cum esdrim
erant. iste esdrim fuit de sociis Gorgie et
remansit in bello ipso fugiente. Et fatigatis.
s. sociis esdrim ut dicunt aliqui sed melius
uidetur dici de sociis iude ipsius. quod inuocauit
auxilium dei potencie. Incipiens uoce patria.
i. secundum doctrinam patrum suorum et sic illa uictoria
fuit magis oracione quam gladio sicut exodi. xvii.
orationibus moysi uictus fuit amaleth. et cum. vii.
dies superuenisset. i. sabbatum. secundum consuetudinem
purificati. aqua lustracionis. propter contactum in prelio
mortuorum ut patet numeri. xix. in eodem loco
sabbatum egerunt diuinis laudibus uacando. Et sequenti
die. hic quarto ponit curam de eis iudeis in bello
mortuis. et primo de corporum secundo de animarum. ibi
atque ita. prima non cura fuit de sepeliendis corporibus
in patriis sepulcris secundum morem iudeorum
inuenerunt autem sub tunicis interfectorum de donariis
ydolorum. i. de rebus preciosis cultui eorum
dedicatis. a quibus lex prohibet deutero. vii. cetera
patent. Atque ita. hic quarto ponit curam de animabus
et hoc dupliciter. s. orando. et hiis quod factum
fuerat delictum obliuioni traderet. i. ut ad plenum
non reseruaretur ultra coram deo in quo
tamen nulla cadit obliuio et mittendo pecuniam
in ierusalem ut ibi offerretur sacrificium pro remissione
peccati mortuorum et patet littera sed forte uidetur
alicui quod illud factum fuit frustra eo quod uidentur
mortui fuisse in peccato mortali uidentes se
cum donaria ydolorum dicendum quod iudas et
socii eius debebant probabiliter iudicare quod illi
penituissent in morte et sic oraciones et sacrificia
ualebant eis eo quod mortui erant in statu salutis.

XIII

Anno centesimo .xlix.º Descripto conflictu iude cum regis ducibus hic quarto ponit conflictum eiusdem cum persona regis ipsius et diuiditur in tres partes quia primo ponitur belli apparatus secundo conflictus ibi. et dato signo. tercio regis egressus ibi. ut autem cognouit. prima in duas quia primo ponit apparatum belli ex parte regis antiochi secundo ex parte iude machabei ibi. quibus iudas. cognitis. prima in duas quia primo ponit regis apparatum secundo menelai interitum ibi.

conuiserunt autem. Circa primum sciendum quod belli apparatus et eciam conflictus magis diffuse ponitur primo libro capitulo. vi. tamen hic aliqua ponuntur que uidentur dictis ibidem dissonare. primo quod dicitur peditum. centum decem milia et equitum quinque milia et elephantes uiginti duos. ubi ibi dicitur centum milia peditum et uiginti milia equitum. et elephanti xxxii. potest dici quod primo fuerunt centum equitum milia peditum tantum ut dicitur primo libro et postea fuerunt additi decem milia que cum primis hic numerantur de equitibus uero dicendum quod in uniuerso fuerunt uiginti milia electi pre ceteris existentes in acie regis et illi soli hic numerantur et alii tacentur et de elephantibus potest dici eodem modo quod uiginti duo erant pre ceteris forciores qui numerantur hic et residui decem tacentur in talibus enim frequenter numeracio diuersimode accipitur. Currus cum falcibus trecentos. talibus enim antiquitus in preliis utebantur ut habetur in libris iosue et iudicum in pluribus locis tamen de istis curribus non fit mencio in primo libro sicut eciam in euuangeliis quod unus euuangelista tacet alius exprimit. Coniunxerunt autem. hic quarto describitur menelai interitus qui tenebat sibi summum sacerdotium supra. iiii.º capitulo de quo dicitur hic. coniunxerunt autem se illi. i. iudeorum aduersariis. deprecabatur antiochum pugnare fortiter contra iudam machabeum ideo subditur non pro patrie salute sed pro commodo ideo subditur. sperans se constitui in principatum s. summi sacerdotii per uictoriam antiochi. acquisiuerat enim per pecuniam eius supra capitulo iiii. sed rex regum. qui uidet est cordium. suscitauit animos antiochi in peccatorem menelaum. Et suggerente lysia hunc esse causam omnium malorum quia propter eius ambicionem et sacrilegia in templo commissa per eius consilium ut habetur supra. iiii. capitulo secuta est rebellio iudeorum contra regem. cetera patent. usque ibi. Dixit rex et morte menelai possunt aliqui eodem rege iudeis parcetur esse ideo reuocet hoc cum dicitur sed rex mente efferatus. i. sine freno racionis in superbiam elatus. ueniebat contra iudeos. nequiorem patre suo se iudeis ostensurus. Sed per rumores contrarios ad hoc fuit impeditus ut habetur infra eodem capitulo. Quibus iudas cognitis. hic quarto describitur apparatus iude machabei et primo per orationes deuotas de quibus magis quam de armis confidebat et patet usque ibi. ad populum qui nuper paululum respirasset. i. consolatus fuisset per ciuitatis et templi recuperacionem et aduersariorum multiplicem repressionem ut patet ex predictis. per triduum continuum prostrati. homines s. ad hoc apti quia in illo triduo oportuit eos reficientes accipere et sompnum tempore competenti. Secundo ponitur apparatus per arma et consilia cum dicitur hortatus est eos iudas ut se preberent parati armis et machina ipse uero cum senioribus cogitauit. ostenditur regi antiochum ualuisse tamen tercio ponitur apparatus per exortaciones oportunas

ad confortandum animos bellatorum ad fortiter dimicandum ut patet litteram. Et dato signo hic consequenter ponitur conflictus ad cuius intellectum sciendum quod iudas cum rege habuit in campo duplicem conflictum unum circa finem noctis de quo tacetur in primo libro aliud declarato die et sole refulgente in clipeos aureos et ereos qui describitur in primo libro vi. capitulo hic autem de utroque conflictu habetur et quamvis sit medio nam hic liber secundus est quedam abbreviatio ut dictum est supra capitulo ii. igitur de primo conflictu dicitur Et dato signo suis dei victorie i. victorie a deo consequende. quod autem fuit hoc signum non dicitur hic sed videtur fuisse quedam revelatio facta iude que non explicatur propter brevitatem scribendi. iuvenibus fortissimis electis ex hoc videtur quod in isto primo conflictu non fuit omnis iude secum sed aliqui ad hoc specialiter electi. in secundo vero conflictu fuit cum iude bellatores ut habetur primo libro vi. capitulo. Et nocte aggressus circa aulam regiam i. per exercitum in qua erant regis tentoria et maximum elephantorum. illud fuit factum in secundo conflictu quod fuit clara die ut scribitur primo libro vi. capitulo satis diffuse. hoc autem factum est die illucescente quia hoc fuit completum in fine noctis. i. cum ad interfectionem duorum milium de hostibus aliqui enim habent duodecim milia et quatuor ad pertinentes castrorum non autem quatuor ad elephantos refertur ut dictum est. Sed rex accepto gustu audacie iudeorum nam per dictum impulsi dedit hinc experientiam aliquam de audacia eorum. arte i. prudentia et cautela difficultatem locorum i. fortalicia temptabat supple capere ideo sequitur. bethsure que erat iudeorum presidium munitum iudeis armatis. castra admovebat. i. applicabat ad ipsum capiendum sed fugabatur et cetera. nam iuventus exitus alii evenit et subito repellebant ipse exitus et aliquos occidebant et reddibant ad fortalicium antequam totus exercitus posset armari. Enunciavit autem mysteria i. secreta iude et eorum qui erant bethsure. rodochus quidam de iudaico exercitu qui captus ab adversariis per tormenta ad hoc fuit compulsus. Iterum rex sermonem habuit. ad eos qui erant in bethsuris de fortalicio reddendo salvis suis corporibus qui consenserunt eo quod victu alia eis deficiebant ut habetur i. libro vi. capitulo abiit. scilicet rex de bethsuram relicta ibi suorum custodia ut habetur primo libro vi. capitulo Commisit cum iuda. In hoc tangitur secundus conflictus qui fuit de die clara et alia die ut visum est quod prius. Superatus est. scilicet iudas et eius exercitus. nam iudei videntes virtutem regis et impetum exercitus eius diverterunt se ab eis ut habetur primo libro capitulo vi. Ut autem cognovit. hic consequenter describitur regis recessio de iudea ut vixit contra philippum qui occupaverat antiochiam. ex quo patet quod illud bellum antiochi contra iudeam est idem cum illo quod scribitur

primo libro vi. capitulo. nam ibidem ponitur recessio regis propter eandem causam. aliqua tamen hic ponuntur que ibi tacentur et econverso. nam hic tacetur fractio iuramenti regis que ibidem exprimitur i. destructio munitionis. Et reconciliatus obtulit sacrificium. per sacerdotes tamen cetera ab hoc usque prope finem huius capituli tacentur primo libro machabeorum amplexatus est. in signum reconciliationis cetera patent usque ibi. Ne forte fedus irrumperet s. iudeis et eos gravaret quod tamen non fecit sed rex magis fedus rupit ut dictum est. Ascendit tunc libyas tribunal. i. locum eminentem ad persuadendum gentem et exposuit orationem dicendo quod propter bonum factum est conventio regis et iude. regressus est antiochiam. hic autem obmittitur qualiter inde fugavit philippum quia supra ix. capitulo per anticipationem positum fuit.

XIII

Sed post triennium

Describit iude conflictum tempore antiochi nobilis et eupatoris eius filii. hic consequenter ponit eius conflictum tempore demetrii et dividitur in tres partes quia primo ponitur demetrii solicitatio secundo iude honor eius amicitia ibi alchimus quidem autem tertio eorum exitum ibi. qui statim. Circa primum dicitur. sed post triennium temporis cetera. illud triennium accipitur a morte antiochi epiphanis et inthronizatione filii sui eupatoris quod secundum numerationem in hoc libro positam contigit anno C. xl. ix. ut dictum est supra x. capitulo. demetrius autem regnum obtinuit anno cl. qui est idem anno cum C. supra primo de demetrio in tramsse regnum secundum computationem positam primo libro capitulo vii. et sic triennium non fuit completum sed incepit per synecdochem sicut corpus Christi dicitur fuisse per triduum in sepulcro. ascendisse ad loca opportuna. i. fortia et munita. Et tenuisse regiones adversus antiochum et eius ducem lysiam quos ad mandatum demetrii exercitus interfecerunt ut habetur primo libro vii. capitulo. Alchimus autem hic consequenter describitur iude socior eius amicitia cum dicitur. alchimus autem quidam qui summus sacerdos fuit. non de iure sed de facto intrusus primo per antiochum epiphanem quia licet esset de genere aaron tamen non descenderat ab eo per lineam sacerdotalem ut dictum fuit supra primo libro vii. capitulo. Sed voluntarie coinquinatus est autem et sacrificiis gentilium temporibus commixtionis. i. quo antiochus illustris cogebat iudeos ad suscipiendum gentilium ritum ita quod inter iudeos et gentiles nulla esset distinctio. Considerans nullo modo sibi esse salutem cum iudeis. nec accessum ad altare quamdiu iudas staret in potestate venit ad regem demetrium C. l. anno. et sic in regni sui principio offerens ei coronam auream et palmam in signum victorie et dignitatis regie. Et hec et [illegible] i. vasa offertoria in modum auree facta quibus utebantur sacerdotes in solemnitatibus magnis

et ipsa quidem die silui ut domum suam regis ma
gis esset gratiosum. certa patent usque ibi. ipsi quon
dam assidui .i. assidue vacantes divino cultu
temporibus tamen ad hoc aptis. primo quidem
pluralitatibus regis etc. venitur. sicut homo fa
lax quod veniat ad obtinendum summum sacerdotium
secundum pluralitatem humanitate .i. secundum benignita
tem circa utriusque familiam et amici eius .s. al
chimi. ¶ Qui statim. hic consequenter ponitur mutacio re
gis de extremino iudeorum generis et dividitur
in tres partes, nam ad hoc agendum primo nicha
nor mittitur. secundo cum iuda fedus iungitur ibi.
nichanor tamen. Tercio fedus huiusmodi rumpitur
ibi. alchimus autem. primum patet usque ibi.
Omnes gentes que de iudea fugerant iudam.
eo quod erant prevaricatores legis certa patent
usque ibi. conspersi terra rogabant. nam in periculis
devotis magis quam in aliis confidebant qui po
pulum suum constituit in eternum .s. duraturum nam
lex nova non est ammota per christum sed magis
perfecta. mathei .v. non veni solvere legem sed
adimplere nec per quos populus est ammota sed
perfectior facta sicut frequenter ostendi in libris
novi ac veteris testamenti. quique portionem suam signis
evidentibus protegit sicut dictum est plures
in hoc libro certa patent ¶ Nichanor tamen
hic consequenter ponitur confederacio nichanoris et
iude et patent litera paucis exceptis. sanguinem fu
dicium facere metuebat .i. per effusionem sangui
nis iudeorum propter quod elegit pacem facere cum
eis et patet usque ibi. greges quos turbaverunt
.i. bellatorum qui congregati fuerant ad bellan
dum contra iudam et socios eius. dimisit ire ad
loca sua eo quod pax esset facta. ¶ Alchimus autem
hic consequenter ponitur ruptio dicti federis et primo
ponitur huius ruptionis procuracio secundo eius manu
facio ibi. at machabeus. Circa primum dicitur
alchimus autem videns caritatem illorum. que fuit
ea tempore eo quod habebat iudam odiosum. et
dicebat nichanorem rebus alienis .s. ab utilitate
regni assentire iudamque regni insidiatorem
fallo notans eum de crimine asserebat successorem
sibi destinasse. quod falsum erat falsum certa pa
tent. at machabeus. hic consequenter describitur federis
violati manifestacio et primo signis cum dicitur.
videns austerius secum agere nichanorem etc.
quia disposicio cordis vix potest celari quin ap
pareat in exterioribus signis ut in gestu vultus
et aspectu. paucis suorum congregatis quibus dicitur
acceptum sibi animum, occultavit se a nichanore
ne subito caperetur. ab ipso secundo manifestatur
verbis cum dicitur quod cum ille cognovit etc. sequitur
iussit sibi tradi virum .s. iudam et templum hoc
liberis pacatis offerentibus .i. brucho sicut dictum est supra
capitulo vi. ¶ Et hiis dictis alchimus cum indignacione
de templo. Contra vero metuens inpolutam domum
istam. contra nichanoris comminationem. que nuper mun
data est a sordibus luxurie et ydolatrie ut habetur
supra x capitulo. ¶ Rasias autem. hic consequenter ponitur federis

violati manifestati factis et primo in invasione Ra
sie secundo in inpugnacione iude. capitulo xv. Circa primum
dicitur. Rasias autem quidam de senioribus. etate
scilicet et moribus, delatus est nichanori .i. accusatus
quod esset amicus et fautor iude. vir amator ci
vitatis .i. boni generis et bene audiens pauperes
sicut et divites ad eos instruendum et dirigendum
hic nisi temporibus continencie propositum tenuit. ex
quo patet quod continentia carnis tempore veteris
testamenti fuit laudabilis. putabat enim si illum decer
pisset per trahendo ad gentilem ritum se secla
dem ingentem iudeis illaturum nam eius exemplo
multi fuissent ad hoc per tracti. Cum jam aperte
henderetur .i. esset prope comprehensionem. gladio se petiit
perimendo eligens nobiliter pocius mori etc. cuius
duplex erat causa, una ne forte in tormentorum
inclinaretur ad gentilem ritum quod erat maximum
malum ideo subditur. quam subditus fieri peccatoribus
ipsum ad ydolatriam trahere querentibus, alia
vero contemptum dei et eius in contumeliis ei inferret
sicut sampson se interfecit iudicum xvi. et saul.
i regum xxxi. ultimo ut dictum fuit ibidem et ex in hiis
duobus casibus dicunt hebrei quod non solum licitum est
sed etiam meritorium interficere se ipsum quia talis interfectio
ordinatur in deum. Si autem aliquis hoc
faciat propter. semetipsum ut possit ad evadendum
longum vel graviorem cruciatum vel infirmitatem seu
ultionem si moriatur nisi morte. hoc semper
est illicitum et ut dicunt aliqui hoc modo intelli
gendum est dictum augustini quod habetur hic in glosa
que talis est hiis exceptis quos lex iusta generali
ter vel ipse fons iusticie deus specialiter occidi iubet
quisquis hominem vel se ipsum vel quemlibet alium
occiderit omicidii crimine innectitur unde et licet
tum liber huius que recepta est ab ecclesia ad
legendum pro informatione morum non videtur
hic factum eius arguere sed magis commendare de
suis ipsius interfectione si autem predicta non sufficiunt
ad eius excusacionem potest dici quod fecit hoc per
specialem instinctum spiritus sancti quia omnes enim homines sunt deo
mortis debitores quod debitum deus potest
repetere quantumcumque vult et quocumque ut
potest per manum propriam sicut per alienam ce
tera patent in textu.

XV

Nichanor autem.

Hic consequenter ponitur manifestacio vio
lati federis in inpugnacione iude. Circa quod
primo ponitur bellicus apparatus secundo conflictus ibi.
nichanor autem. Tercio laudabilis terminus ibi.
itaque ceciderunt. prima in duas quia primo poni
tur apparatus ex parte nichanoris, secundo ex parte
iude machabei ibi. machabeus autem. Circa
primum dicitur. cogitavit die sabbati cum omni im
petu .i. potentia sua committere bellum sciens quod iu
deus et socii sui minus se defenderent propter quietem
diei sabbati, iudeis vero qui illum per necessitatem
sequebantur. nam ad hoc sub pena mortis

exhibentes dicentibus etc. Sequitur est dominus vivus
ipse in celo qui iussit agi diem. id est celebrare et
quiete itelligi exo. xx. tamen non obtinuit vo
tum perficere. scilicet de captione iude et sociorum suorum
dispersione secundum regis mandatum capitulo precedenti.
Machabeus autem. hic quintum ponitur apparatus ex parte
iude et primo per bonam exhortationem secundo per de
votam orationem ibi. et cum iam omnes. prima in duas quia
primo ponitur exortationis actus secundo effectus ibi ex
ortati itaque. prima in duas quia primo ponitur
exhortatio generalis cum dicit confidebat semper cum
omni spe. id est victorie assecutione non virtute huma
na sed divina ideo subditur. et hortabatur suos ne for
midarent. allegans quod magnum auxilium haberent
id est divini secundum quod in inventis habuerunt adiutoria sibi facta
de celo et sic ex beneficiis preteritis sperarent de pre
sentibus et allocutus eos de lege et prophetis.
ammonentibus pugnare pro patria et legibus dicens
ammonet etiam certamina que fecerant prius quorum
perderent laudem et meritum si fugerent ut effe
minati simul ostendens gentium falaciam. scilicet in chao
ris et suorum qui federa fregerant iuramento firmatum
Singulos autem. hic quintum ponitur exortatio specialis
per expositionem cuiusdam visionis facte iude cuius se
ries ponitur cum dicitur erat autem huiusmodi visus.
id est visio in sompniis iude ostensa. Oniam qui fuerat
summus sacerdos ut habetur supra iii capitulo. virum bonum
quantum ad mentis virtutem et benignum. erga
proximos verecundum visu. id est honestum ocum tam
prudentem modestum moribus. scilicet in omni actu et
gestu manus pretendentem orare. supplendum est hoc
videbat iudas in visione. post hec apparuisse ipsi
iude et alium virum etate et gloria mirabilem. ipsum
de. pro. hunc admirationem subditur respondentem
Oniam dixisse ipsi iude hic est fratrum
amator id est iudeorum et subditur nomen suum. cum
dicitur. Ieremias propheta dei fuit et unus de magnis
prophetis. extendisse autem ieremiam etc. videbatur
ei iude quod ieremias traderet sibi gladium promittens
quod adversarios devinceret per ipsum et per istam
visionem intellexit iudas affuturam sibi victo
riam et sic exposuit bellatoribus suis ut patet.
exposito digno fide sompnio. id est revelatione divina in somp
nis facta. illud tacetur primo libro vii. capitulo
ubi describitur illud bellum. Exhortati itaque iu
de sermonibus bonis valde. Sequitur statuerunt di
micare constanter et strenue. ut virtus de negotiis
id est ut fortitudo bellantium inter eos haberetur et adversa
rios devinceret. erat enim pro uxoribus et filiis etc.
animus eis timebat de morte sua et suorum quam de vio
latione templi in contemptum dei. Et cum iam. hic quintum
ponitur apparatus per orationem devotam et primo
ponitur orandi necessitas cum dicit. et cum iam omnes sp
arent iudicium futurum. id est prelii contentionem determinans
iude et adversariorum. hostesque ad esse de proximo
atque exercitus nichanoris erat ordinatus secundum mi
litarem disciplinam. Considerans machabeus ad
ventum multitudinis etc. videns se non posse resistere
virtute humana extendens manus in celum

invocans divinum auxilium. tu domine qui misisti an
gelum tuum sub ezechia rege iuda etc. hec hysto
ria habetur iiii regum xix. Nichanor autem premisso
apparatu. hic quintum ponitur conflictus ex
parte nichanoris protervus et pomposus ideo
subditur. cum tubis et canticis admovebant. id est ap
propinquabant ad congressum ita letantes ac si iudam
et eius socios iam tenerent comprehensos ex pre
vio iude humilis et devotus ideo subditur. manu quidem
pugnantes sed et cordibus dominum orantes
prostraverunt etc. pugnando in eis dei dextera ideo
subditur. presentia dei etc. Cumque cessasset hic quintum
ponitur laudabilis terminus primo in gratiarum actione
secundo in celebritatis institutione ibi. itaque omnes. Circa
primum primo ponitur laus divina verbo et patet secundo
facto cum dicit. precepit autem iudas qui per omnia corpore
et animo mori pro civibus paratus erat. nomen ei
id est fortis reddendi ad membra corporis. caput
nichanoris et manum cum humero abscissam iero
solimam proferri sicut david ad dei laudem ibi
portavit caput goliath philistei ut habetur
primo regum xviii. ad altare ad offerendum deo
sacrificium. accersivit et eos qui in arce erant
etc. ad eos deterrendum. linguam etiam nichanoris
ipsi precisam iussit etc. pro blasphemiam ab eo
prolatam cetera patent. itaque hic quintum ponitur
celebritatis institutio pro dicta victoria et patet
textu. notandum tamen quod hic non fit aliqua mentio
de invitatione iudeorum in egypto habitantium ad huius
solempnitatis observanciam sicut nec primo libro
capitulo vii. ubi de hac solempnitate fit mentio.
pro quod non videtur verum dicere illi qui dicunt quod totum
quod positum est a principio primi capituli huius secundi libri
usque huc positum est principaliter ad invitandum
iudeos in egypto habitantes ad observationem huius
solempnitatis pro. quod processus quem tenuit videtur michi
magis consonus hec huius libri. Ergo hic in fine
ponitur brevis epylogatio circa predicta et pa
tet ibi. ita legentibus si semper exactus sit sermo
id est disquisitus usque ad partes singulares qualis
est sermo hystoricus cum appetit partes singulas
diligenter inquirere ut dictum est supra capitulo
ii. non erit gratus pro prolixitatem scripture et ve
ritatem materie que solent fastidium generare
sed sermo abreviatus qualis est in super secundo libro
que est quedam hystoriarum abreviatio ut ibidem
dictum est sunt est magis delectabilis. pro. quod
ibidem dicitur ut legentibus sit quidem oblectatio etc.
hic quidem erit consummatus. secundum illud ysa. x. consumma
tionem et abreviationem dominus deus exercituum faciet
in medio omnis terre quod fecit per simplorationem
misterii verbi incarnati. cui cum patre et spiritu
sancto sit honor et gloria in secula seculorum amen.

Explicit secundus liber machabeorum
DEO GRACIAS

Sapientiam

scribe in tempore vacuitatis. Eccl. xxxviii. Scriptura sacra proprie sapientia nominatur, deut. iiii. hec est sapientia vestra et intellectus coram populis. Et ideo postquam auxiliante deo scripsi super totam sacram scripturam, primo super libros qui canonici dicuntur, postea super illos qui non sunt de canone, prout distinguit beatus ieronimus in prologo galeato qui communiter in bibliis preponitur libris regum, dei gratia michi tempus ad huc concedente ad scribendum de eius auxilio confidens disposui secundum scripturam consilium applicare iterum calamum ad signandum loca veteris testamenti in quibus translatio nostra videtur ab hebraica littera variari. Motus ad hoc triplici ratione.

Prima est quia licet scribendo super vetus testamentum tales variationes in pluribus locis tetigerim, tamen in hoc opere propono plures ponere et aliquas breves expositiones aliquando inserere ad maiorem intelligentiam veritatis.

Secunda est quia communiter scribendo super vetus testamentum brevitati studueram quantum potui bono modo, tamen totum opus propter sui magnitudinem faciliter haberi non potest a pauperibus studiosis. Presens autem opusculum haberi poterit a quolibet studioso.

Tertia est quia dicte variationes expeditius videri poterunt cum fuerint segregate ab aliis eiusdem scripture. Sic igitur procedam quod incipiendo a genesi signabo capitula per ordinem in quibus est aliquid dicendum, alia pertranseundo; loca vero capitulorum signabo per litteras sicut in concordantiis fieri consueverunt. Ponam etiam primo litteram translationis nostre et litteram hebraicam consequenter, et consimiliter faciam in aliis libris secundum gratiam a domino michi dandam.

Notandum quod in hoc opere ubi ponitur glo. sine determinatione intelligendum est de glo. hebraica.

Incipit liber genesis.

Primo cap. a. Terra autem erat inanis et vacua. Hebrei: et terra erat vastitas, hinno hic posset dupliciter exponi in genes. Et secundum unam nomine terre significatur materia omnium corporalium sub celo empyreo existentium producta sub una forma communi ut pote corporeitatis igitur sive carens omni forma celesti et elementari specifica et per consequens valde imperfecta, quod magis proprie designatur per hoc quod dicitur vastitas et vacuitas in abstracto quam inanis et vacua in concreto, sicut de homine valde paupere non solum dicitur quod sit pauper et vacuus sed ipsa paupertas. Secundum expositionem aliam nomine terre significatur elementum terre productum sub forma specifica et accidentibus ipsam inseparabiliter concomitantibus, existens tamen adhuc cooperta aquis et sic carens omni ornatu plantarum et animalium et per consequens valde imperfecta, et sic ipsius ornande quo defectus magis proprie designatur per nomina abstracta quam per concreta ut predictum est.

Item a. Dixit quod deus fiat lux et facta est lux. Hebrei: et dixit deus sit lux et fuit lux. Ista productio et alie sequentes fuerunt instantanee, quod magis proprie videtur exprimi per sit et fuit quam per fiat et factum est, quia fieri frequenter accipitur pro motu seu mutatione tempore mensurata quam pro instantanea; et sic quando dicitur in hebreo: Sit firmamentum in medio aquarum, et infra: Sint luminaria in firmamento celi, ubi translatio nostra habet fiat et fiant.

Item b. Et lignum pomiferum. Hebrei: et lignum fructus. Ex hoc dicunt hebrei quod ligna tunc producta et eorum fructus fuerunt eiusdem saporis, quod videtur firmari cum quia res tunc fuerunt producte in conditionibus convenientibus sue nature. Secundum vero veritatem non convenit quod ligna et fructus eorum sint eiusdem saporis, ergo etc. Nec valet eorum motivum, nam infra xxv. ubi esau dicitur vir agricola, in hebreo habetur vir agri; per hoc tamen secundum eos non designatur quod ipsius et agri sit eadem conditio, sed quod fuit cultor agrorum vel exercens venationes in eis seu latrocinia ut ipsi dicunt. Et eodem modo cum dicitur hic lignum fructus significatur quod sit fructus productivum, quod magis proprie per nostram translationem exprimitur cum dicitur lignum pomiferum.

Item b. Sed fons ascendebat de terra irrigans universam superficiem terre. Heb. refertur autem littera nostra ad productionem herbarum et plantarum tertia die factam virtute divina, per quod aque latentes sub arida ascenderunt ad superficiem terre aride, et ex commixtione illarum cum terra producte fuerunt subito herbe et plante divina virtute. Ductus vero ascensus aquarum dicitur hic fons eo quod habuit modum fontis. Littera vero hebraica referenda est ad productionem herbarum et plantarum factam virtute nature post opus sex dierum, que fit per hoc quod vapores huiusmodi sursum elevantur et in aere condensantur in nubes que resolvuntur in pluvias terram irrigantes, et sic ex ea modo naturali pullulant herbe et plante, ut sit sensus: et nubes ascendet de terra, quasi dicat primo terra produxit herbas et plantas modo supernaturali, nubibus eam irrigantibus. Et ponitur hic singulare pro plurali, sicut cum dicitur nubes ascendet pro nubes ascendent, sicut exo. viii. veniet musca gravissima, id est multitudo muscarum.

Item cap. b. Formavit dominus hominem de limo terre. Heb. et formavit deus hominem de pulvere terre, et consonat quod dicitur infra iii. cap. ipsi ade: donec revertaris in terram de qua sumptus es, quia pulvis es et in pulverem reverteris. Quod non est sic intelligendum quod corpus ade de sola terra fuerit formatum, cum fuerit compositum ex quatuor elementis; sed dicitur esse de terra vel de pulvere terre eo quod terra est ibi abundantior respectu aliorum elementorum.

marie

inanitas

Item. c. plantauerat dominus paradisum voluptatis a principio. i. tercia die in qua produxit herbas et plantas. heb. Et plantauit dominus ortum in delicijs orientis. i. in parte orientali terre deliciosa et amena ualde. et sic translacio nostra refferetur ad tempus productionis paradisi terrestris. sed hebraica littera refertur ad locum quia secundum homines loquentes de paradiso terrestri ponitur in parte orientali et tempus productionis tercia die. et sic utraque littera uera est.

Item. d. et nomen fluuij tercij tygris. heb. et nomen fluuij tercij hydequel. et est hoc nomen proprium et primum istius fluuij. sicut phison est nomen proprium et gyon secundi. Sed postea uocatus est tygris eo quod in velocitate cursus assimilatur animali quod uocatur tygris. tempore uero translacionis biblie primum nomen erat quasi deletum de memoria hominum. et secundum erat publicum et notum. propter quod translator accepit ipsum dimittendo primum.

Item. d. ipse uadit contra assirios. heb. ipse uadit ad orientem assirie. in quo bene dicitur ... est quod dictio hebraica que ponitur hic. s. cademna. aliquando accipitur pro contra. et aliquando pro oriente et sic translacio nostra unam habet significacionem hebraica continet aliam ut patet.

ꝯ litera

Item. e. faciamus ei adiutorium simile sibi. et post ea. ade uero inueniebatur adiutor similis sibi. heb. faciamus sibi adiutorium contra eum. et postea. ade uero non inueniebatur adiutor contra eum. in generacione enim requiritur virtus actiua et passiua correspondens actiue quasi contra. aut diuisa. in generacione enim hominis uirtus actiua est in viro. passiua uero in muliere ideo dicitur. adiutorium et adiutor contra. vnde sicut passiuum correspondens actiuo et quia vir et mulier sunt eiusdem speciei. translator noster posuit adiutorium simile. et adiutor similis sibi.

Tercio capitulo. e. Tu autem insidiaberis calcaneo eius. i. mordebis potius eam in inferiori parte et non in superiori eo quod serpens super terram tendit reptando. heb. et tu suffilabis calcaneum suum quia serpens mordendo emittit sibilum.

Item. f. Sub viri potestate eris. hebrei. desiderium tuum ad virum tuum. s. experimentis mulier enim desiderat prolem virum et vestitum decentem que habet a viro.

Item. f. maledicta terra in opere tuo. heb. maledicta terra propter te. i. propter peccatum tuum erit sterilis ideo subditur spinas et tribulos germinabit tibi.

Quarto. c. a. Si bene egeris recipies. s. mercedem. Si autem male statim in foribus peccatum aderit. i. peccatum tuum erit ita patens michi sicut illud quod est in hostio domus patet transeuntibus. heb. Si bene egeris indulgebit. s. tibi peccatum odij quod contra fratrem tuum concepisti. Si autem verbum egeris ad ostium peccatum erit accubans. i. ad ostium sepulture tue peccatum tuum seruabitur in futuro puniendum. sic exponit glo. hebraica.

Item. a. dixit que Cayn ad abel fratrem suum egrediamur foras. cumque essent in agro etc. heb. Et dixit cayn ad abel fratrem suum cumque essent in agro etc. et sic patet quod ex textu hebraico non habetur quid cayn dixerit abel fratri suo. propter quod de hoc uarie dicitur. translator enim noster quod dixit Egrediamur foras ut patet ex dictis. Ia' libro de hebraicis questionibus dicit quod cayn retulit ipsi abel verba domini supposita ipsum mouens cur irascens etc. hebrei dicunt quod dixit Subsannans iniuriosa. Sed que sint illa determinate non dicunt. primum dictum racionabilius michi videtur.

Item. b. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. heb. uox sanguinum fratris tui clamancium ad me de terra. glo. heb. Vox sanguinum abel et sue posteritatis quam in abel cayn quodam modo occidit.

Item. c. omnis qui occiderit cayn septuplum punietur. heb. Omnis occidens cayn septemus punietur. non videtur autem racionabile quod occidens cayn pessimum septuplum sit puniendus quam cayn occisor fratris sui innocentis et ideo dicunt hebrei quod cum dicitur. Omnis occidens cayn. i. primo et subito intelligitur per gramatice punietur sicut secundum regum. v. Qui percusserit iebuseum. subintelligitur fiet princeps milicie quod autem subditur. Septemus punietur. refertur ad penam cayn temporalem que post multas miserias illatas sibi in sex generacionibus. lamech occidit in septima generacione. fuit enim lamech sextus ab adam habens filios adultos qui occidit cayn. et sic septima generacio iam currebat ideo dicitur. Septemus punietur. i. in septem generacionibus.

Item. b. ipse fuit pater canencium in cythara et organo. heb. ipse fuit pater canencium in viella et cythara. i. ... ei beati. ter. in talia instrumenta musica non fit mencio de villa secundum translacionem nostram quod est satis mirabile cum sit nobilissimum instrumentum ideo videntur in hoc translatores defecisse cum hebrei hic de ipsa faciant mencionem.

Item. c. ipse fuit malleator et faber in cuncta opera eris et ferri. heb. ipse fuit limator in omni artificio eris et ferri. et sic nostra translacio exprimit principium artificij nam incipitur a malleacione. hebraica uero littera finem nam opus eris et ferri in fine adde decorem limatur.

Item. g. ipse iste cepit inuocare nomen domini. nam inuenit quasdam oraciones que ante non fuerant licet accepte ade multis aliis modis dominum orauerint. heb. tunc accepit uocari nomen domini. i. attribui soli et lune et milicie celi non ab ipso enoch qui fuit bonus et sanctus. sed ab ydolatris qui ceperunt ydolatrare.


Quinto capitulo. g. iste consolabitur nos ab operibus et laboribus manuum nostrarum. heb. ipse faciet nos quiescere ab operibus nostris et labore manuum nostrarum. dicunt enim hebrei quod noe inuenit artem arandi et sic laborem cultus terre que prius fiebant per homines transtulit pro maiori parte ad animalia et sic fecit homines quiescere a laboribus suis pro maiori parte et in hoc fuit consolacio sicut translacio

nā dicit aliqui hebrei dnīc q hoc est trā. iste queſiuit a nobis eo q alijs morientibus ī dilu uio ipē euasit cum sua domo

¶ Sexto. ca° a. Videntes autē filij filias hoīm. &c. qd' exponūt latini de filijs seth qui pō fuūt latum boni et religiosi ppī. qd' dnī fi lij dei. Et postea concupiscentia depravati ac ceperūt vxores de filiabus cayn. heb. et vi derunt filij elohim filias hoīm &c. dicit he brei q helohim est hic nomē plurale et sig nificat principes ul' iudices qui dnī dij prin cipaliter. exo. xxij. applicabitur ad deos. i. ad iu dices dnī eī q tēpe noe filij principū et potentū rapiebāt vxores et filias subditorū c ad carnalē cognoscendū.

¶ Item. a. non permanebit spūs meus. i. indi gnacio mea ī homine. i. qñ. hominē ī eternū. i. peccatū eius nō est irremediabile sicut ē pec catū angli qz caro est. i. huius pronitatē ad malum ex carne aggrauatē spūm humanū que non est in spiritu angelico. heb. non contendet spūs meus ī hoīe. loquitur eī scriptura de deo sicut de hoīe in se ipō contendēte de aliquo faciendo vl' dimittendo eo q habet motus moue tes ad vtramqz partē. ¶ Sed qñ determinatur ad vnū cessat talis contencō qī dicat deo ex mūc determino sñiam de destructione generis humani per diluuiū et sbditur cō. quia caro est. i. totaliter sequēs opera carnis quod notatur per hoc quod dicitur. caro. in abstracto sicut de homine multum liberali nō solū dī q sit liberalis sed ipsa liberalitas. ¶ Sciendum tamē q liberacō non est in deo per diuersos actus intelligendi et volendi sicut est in nobis na vnico actu et eterno intelligit et vult oīa sed qz dictū nō possumus apprehendere nisi p modum nrm̄ intelligendi. ideo scriptura sic loquitur. gregorius in moralibus balbuciendo prout possumus excelsa dei resonamus

¶ Item. b. ostium autem arche pones ī latē deorsum cenacula et tristega facies in ea. heb. et hostiū arche ī latē eius pones ī īfima sc̄da et tercia. nam ī archa fuūt tres mansiones. vna supior alia inferior dr̄ sentina media. a potheca. diuisa in duas partes ex trāsuerso arche. et ī vna parte reposita fuūt herbe ī alia fimus. tercia que fuit superior diuisa in tres ī media istarū tātū habitabant hoīes et aues in duabus lateralibus. aīalia mitia in vna aīalia immitia in alia ī trinca per modum hic figuratum



Ex dictis patet eī dr̄ intermissa tercia vna. ostiū autem arche pones in latē. ibi est punctus. deor sum cenacula et tristega facies in ea. i. tres mansiones predictas ita q per deorsum significat infima per cenacula. media eo q erat in duas diuisa. per tristega superior. in tres partes di uisa et per hoc habens tria tecta qz tectū di uidit sicut et mansio illa.

¶ Septiō. ca°. c. Septīō die mensis rupti sunt oēs fontes &c. heb. xvij. die mensis rupti sūt &c. et uidr̄ lrā nrā corrupta p scrip tores qz libri nri correcti habent. xvij.

¶ Item. c. Et catharacte celi aperte sunt. heb. Et fenestre celi &c. Est autem cataracta via subterranea per quā fluit aqua et ad simi litudinē huius l nubes dnī catharucte qñdo fluunt ex eis pluuie magne. dnī cum fenestre nā ī talibus pluuijs fuūt cōiter tonitrua p que uidr̄ celum aperiri ppī. quod per hoc q dicitur in hebreo. Et fenestre fuūt. insinuari vidr̄ q tunc non solum pluuia grandis sed etiam tonitrua et coruscaciōes licet ī textu non exprimatur.

¶ Item. e. Et inclusit eū deforis. heb. Et clausit dnīs pro eo. i. pro noe cum eī intus esset archam et ideo non poterat bituminare ostium arche a parte exteriori. Sed dnīs sup pleuit quod ipē non poterat.

¶ Octauo ca° a. et ī minute sūt aque. heb. et quieuerūt aque. sal agmeto. Sz fuerūt in tali statu per aliqd' tpā ut vr̄ qz postea dr̄ Et ceperunt minui post. cl. dies

¶ Item requieuit archa mense. vij. xxvij. die mensis super montes armenie. hebr. et requieuit archa mense. vij. xvij die mēs sup mōtes ararath. et dnīt hebrei q ararath nō significat armeniā. Sed aliā terram sic dictam. mōtes tū fuūt ibi medij pereuntes ab vna terra vsqz ad aliam ppī. quod pūt nominari ab vtraque

¶ Item qui egrediebatur et nō reuertebatur donec siccarentur aque. sc̄dm latinos per. h. donec non est intelligendum q reuersus fuit postea qz remansit ad cadauera sicut dicit mt. i. de ioseph. et mariā et nō cognoscebat eam donec peperit &c. qz post partum ēā nō cognouit &c heb. ¶ Et egressus est exiens et reuertens vsqz ad siccatiōem aquarum. qz scd'm hebreos coruus emissus de aqua non fuit

hebrei ex sem.. quoque nati sunt.

ad faciendum legacionem suam sed uolitabat circa archam querens reingredi. quod noe emisit columbam posset autem sic concordari quod translacio nostra exprimit intencionem noe. scilicet quod coruus in sua reuersione apportaret aliquod signum de siccatione aquarum. littera uero hebraica exprimit corui defectum.

Nono. capitulo b. Quicumque effuderit sanguinem humanum etc. hebr. effundens sanguinem hominis in homine i. extractum in corpore hominis. nam effundens sanguinem ita extractum de eo non incurrit penam illam sicut patet de effundente sanguinem hominis extractum in vase per minucionem iam extractum.

Item. c. cumque obduxero nubibus celum apparebit archus meus. etc. hebr. et erit in nubere mea nubes super terram et videbitur archus in nube. secundum philosophum libro methaurorum in generatione yridis requiruntur due nubes una torida et alia de pluuia que emanat toridam per modum speculi et hoc exprimitur magis per litteram hebraicam quam per nostram ut patet ex dictis..

Decimo capitulo f. de sem quoque nati sunt patres omnium filiorum transsitum. hebr. et heber nomen est proprium cuiusdam hominis descendentis a sem ut hebrei habent omnes et sic accipiunt doctores latini. alio modo est nomen appellatiuum et significat transitum et sic accipiunt doctores hebrei dicentes quod filii sem volentes se ab aliis separare transierunt unum fluuium ad habitandum ultra. quod dicti sunt filii transitus..

Item. f. fratre iapheth maiore et sic li maior refertur ad sem qui fuit maior fratribus suis dignitate eo quod christus de eo descendit. hebr. frater iapheth maioris. scilicet etate fuit enim senior ipso sem. dicitur enim infra. xi. capitulo sem centum erat annorum quando genuit arphaxath biennio post diluuium. et supra capitulo. v. dicitur. noe vero cum quingentorum esset annorum genuit sem cham et iapheth. ex quo patet quod generacionem cepit anno etatis sue quingentesimo et ibidem sub ditur quod anno eius. vic. incepit diluuium quod durauit per annum et sic in principio diluuii sem non fuit .c. annorum. sed deficiebant tres anni. noe non incepit generare quingentesimo anno ut dictum est ex quo primo genitus eius fuit .c. annorum in principio diluuii set saltem infra annum illum ex quo sequitur quod primo genitus eius non fuit sem. sed magis iapheth quod videtur ex hoc quod generaciones eius in principio decimi capituli describuntur ante generaciones cham et sem..

Undecimo capitulo. a. antequam diuidamur. hebr. ne forte diuidamur. habuerunt enim duplicem motiuum edificandi urbem ut per hoc remaneret eorum memoria post diuisionem per terras aliud ut intelligerent se in illo edificio si rediret diluuium translacio nostra exprimit unum. littera hebraica aliud..

Item. d. ceperunt hoc agere nec desistent a cogitacionibus suis et sic intelligitur nisi sum

pediatur. hebr. Et ceperunt agere et nunc. non prohibebitur eis. quasi dicat. ymo prohibebitur eis per positionem confundentem linguas eorum..

Duodecimo capitulo. egredere de terra tua. hebr. vade tibi. i. ad utilitatem tuam de terra tua etc..

Item. a. erisque benedictus. hebr. eritque benedictio. et in hoc notatur excellencia benediccionis habitatore per nomen abstractiuum ut supra dictum est in simili..

Decimo tercio capitulo est a. erat autem abraham diues valde in possessione argenti et auri. hebr. Et fuit abraham grauis valde vel primo honoratus nimis in auro et argento dicitur grauis propter pondera auri et argenti. et honoratus quia rex egypti sibi dederat ad honorandum ipsum..

Decimo quarto. capitulo. a. Et arioch rex ponti hebrei et arioch rex elasar. hic fuit nomen proprium illius terre sed postea mutatum sicut est de multis aliis terris et ciuitatibus translator autem nostri ultimum nomen quod erat publicum et notum..

Item. c. in valle siluestri hebr. in valle campestri fuit forte ex uno latere siluam et ex altero campestrem et ex utraque potuit nominari..

Item. f. in valle saue. hebr. in valle saue. i. plana uel equali. et videtur quod translator crediderit quod saue esset nomen proprium et sic transtulit. sed postea vicio scriptorum positum est. b. pro. v.

Item. f. a filo subtegminis usque ad corrigiam caligæ. hebr. a filo usque ad corrigiam sotularis calceamenti tui est sensus. i. nec minima rem accipiam

xv. capitulo a. et filius procuratoris domus mee. iste damascus eliezer erit heres meus. hebr. Et liberi mihi concessi non sunt. hic erit heres meus sed postea cum subditur. et ecce vernaculus erit heres meus.

Item. c. Semini tuo dabo terram hanc hec enim promissio sic erat certa de futuro ac si iam esset in facto quia sic erat in ordinacione diuina que est immutabilis non sic est autem de promissione diuina que fit secundum hominum merita ita in illa sub intelligitur condicio si bene se habuerint. unde primo regum. ii. dicit dominus. hebr. loquens locutus sum ut domus tua et domus patris tui ministraret in conspectu meo in sempiternum. nunc autem dicit dominus. absit hoc a me etc. ad

xvi. capitulo b. inique agis contra me. hebr. iniuria mea. i. michi illata contra te quia ego et tu sumus una caro in matrimonio. uel aliter super te imputabitur tibi ad peccatum quia debes corrigere..

Item. f. Ecce concepisti secundum latinos intelligitur de conceptu presenti de abraham. hebrei uero intelligunt de conceptu futuro quia sicut dictum est promissa fuerat abolissim sed tum concepit ad nunciacionem angeli..

Item. f. hic uidi posteriora uidentis me. hebr. hic vidi post visionem meam. i. postquam uiderim angelum meum in domo habitatore vidi iterum hic in deserto.

xvii. capitulo d. afferam pauxillum aque. hebr. accipiatur pauxillum aquarum. quia per ministrum

hoc

hoc fecit habraham.

xx° ca° a. omnis populus sil. heb. omnis populus a finibus. i. a finibus ciuitatibus

Item. d. respiciensque uxor eius post se. heb. Et respexit uxor eius post eum, quia respexit inordinato affectu uersus ciuitatem unde recedebat loth et sic respexit post eum.

xx° ca° g. hoc tibi in uelamen oculorum ad omnes qui tecum sunt. i. hic modus loquendi quo dixisti virum tuum esse fratrem tuum per quem uelatur ueritas. s. quod sit vir tuus sit tibi ad illos qui te nouerunt tantum. nam per hoc non decipientur credentes te esse sine viro, sed cum extraneis tu modo loquendi non uteris ideo subditur et quocumque perrexeris cum illos qui te cognoscunt memento te esse deprehensam. i. a me acceptam in uxorem propter tale ueritatis uelamen heb. hoc tibi in uelamen oculorum qui tecum sunt et ad omnes argumentum

omnibus

propterea illud quod dedi habrahe quem dixisti fratrem tuum esse prohibebit illos qui tecum sunt eleuare oculos ad te despiciendum tamquam a me cognitam carnaliter et ad omnes alios erit argumentum tue munditie, quia tantam summam non dedissem nisi fuissem compulsus ex diuina increpatione propter te facta.

xxi° ca° e. Iura michi per deum ne noceas michi et posteris meis stirpique mee. heb. Iura michi hic non falsificabis. s. faciendo dolum uel malum michi et filio meo et nepoti meo. ex quo uidetur quod hoc iuramentum non obligauit ad semper sed tantum ad tria tempora s. patris et filii et nepotis que faciunt tres generationes nam supra xv° ca° in fine dixerat deus abrahe quod quarta generatione filii sui reuerterentur ad terram illam expellendo habitatores propter iniquitatem suam et ideo iuramentum suum non potuit se extendere nisi usque ad quartam generationem exclusiue et ideo cum dicitur in translatione nostra. Iura michi etc. per posteros abimelech intelliguntur eius filii et per stirpem eius nepotes

est

xxii° ca° c. Ubi est uictima holocausti. hebrei ubi est agnus holocausti et sic quod translator noster per generale nomen exprimit heb. exprimit per nomen speciale. uictima enim non solum fit de agno sed etiam de omni animali immolatitio ysaac tamen sic quesiuit quia habraham frequentius fecerat holocaustum de agno quam de alio animali.

Item. e. Uiditque post tergum arietem. heb. et uidit et ecce aries post herens cornibus hoc ipsum post referri potest ad locum primum uisionis et sic accepit translator noster addens tergum quod non habetur in hebreo sed tantum post indeterminate potest etiam referri ad tempus uisionis et sic accipit Ra. Sa. sic exponens post. s. uerba angeli loquentis habrahe

xxiiii° ca° b. perrexit in mesopotamiam heb. et iuit in aram fluuiorum. ciuitas enim in qua erat rebecca hebraice uocabatur aram fluuiorum quia sita erat inter duos fluuios. grece uero mesopotamia et dicitur a meso quod est medium et potamos quod est fluuius translator autem accepit nomen grecum quod erat tempore suo magis publicum et notum.

Item. c. Egressus est ad fontem ubi erat fons aque hebri hic ubi erat fons et utrumque est uerum. nam heb. sic habet, et cucurrit ad fontis fontis ad fontem.

Item. c. protulit uir inaures aureas appendentes siclos duos. heb. et accepit uir ad rebeccam inaurem auream ponderis dimidii sicli. ex quo namque xxxviii. ponitur eadem dictio hebraica que ponitur hic pro dimidio siclo. Sciendum igitur quod pondera multum uariantur in diuersis terris. marca enim in una terra multo maior est quam in alia, et similiter talentum et sic potuit esse quod siclus in palestina ubi manebat abraham erat duplex ad siclum mesopotamie, et sic eadem est peruenit sima hebraici textus et latinus in hebreo dicitur. in aurem auream ponderis dimidii sicli. quod facit integrum siclum mesopotamie. item cum dicitur. in aurem auream. ponitur singulare pro plurali sicut frequenter fit in scriptura. non enim est uerisimile quod dederit rebecce ornamentum pro una aure tantum sed pro duabus et sic habentur duo sicli ponderis mesopotamie

Item. g. At illa cito tollens pallium operuit se. heb. et accepit theristrum uel capitegium et operuit se. uerisimile est quod utrumque fecit s. operiendo corpus suum et caput suum ut coram sponso suo honesto appareret et translator noster unum exprimit et hebraica ueritas aliud uel aliter idem uocatur hic pallium et capitegium nam in pluribus terris mulieres habent palliolis suo capud operiunt

xxv° ca° s. Coram cunctis fratribus suis obiit. hebr. Coram cunctis fratribus suis tentoriauit. uerbum enim hebraicum quod hic ponitur s. naphal uno modo significat cadere et sic accipit translator noster ponens. obiit. pro cecidit quia mors est casus alio modo significat tentoriauit. i. tentoria fixit et hoc modo accipiunt iudei et consonat ei quod supra xvi° ca° de ipso dicitur. e regione uniuersorum fratrum suorum figet tentoria.

Item. e. deprecatus quod est ysaac dominum pro uxore sua. heb. et deprecatus est ysaac dominum contra uxorem suam. in eadem domo orabant pro conceptu rebecce sed rebecca orabat in parte sua una. ysaac in parte opposita ideo dicitur contra eam sicut in cantico unus coram cantat contra aliud laudando deum.

xxvi° s. abimelech et ochozath amicus eius et secundum hoc ochozath est nomen proprium. heb. abimelech et congregatio amicorum eius et sic ochozath est nomen appellatiuum significans congregacionem.

xxvii° ca° f. in pinguedine terre et in rore celi desuper benedictio tua. heb. in pinguedine terre erit habitatio tua et in rore celi desuper. et secundum hoc ysaac in precando bonum esau non fuit usus nomine benedictionis sed quia talis imprecatio

bum in scriptura frequenter benedictio nominatur ideo translator sic accepit.

¶ xxviii. ca. d. cumque venisset ad quendam locum et vellet in eo requiescere. heb. et occurrit in loco et hospitatus est ibi. ille enim locus reputabatur sanctus propter oblationem ysaac ibi factam ideo voluit ibi iacob pernoctare et orare pro directione vie sue

¶ xxix. ca. d. et postquam expleti sunt dies mensis unius. heb. Et habitavit cum eo mensem dierum. Ex hoc patet quod in scriptura accipitur mensis annorum quandoque, quandoque dividitur mensis dierum. sicut ebdomada annorum quandoque ebdomada dierum

¶ Item. e. quare liceram supposuisti michi. heb. Et habui in ... quare imposuisti michi, i. decepisti me.

¶ xxx. ca. a. non pro deo ego sum qui privavit te fructu ventris tui. heb. numquid loco dei ego qui abstulit a te fructum ventris et sic patet quod li pro deo non est iuramentum. Sed est assertio quod solus deus reddiderat eam sterilem ad tempus certum.

¶ Item. f. Cunctum autem gregem unicolorem, i. albi et nigri velleris tradidit in manus filiorum suorum. hec littera sonat quod totaliter albi et totaliter nigri fuerunt traditi filiis laban, patet autem quod est falsum secundum omnes expositores hebraicos et latinos et secundum textum heb. cunctum gregem in quo erat album filiorum suorum. et accipitur hic in quo erat album non pro albedine totius velleris sed pro macula albi in nigro vellere nam animalia talia posita sunt cum rufis et maculosis et sic intelligitur hic. videtur autem littera nostra primo fuisse corrupta per scriptores ponentes unicolorem pro omnium colorum et postea per aliquem imperitum expositorem qui sequens dictam corruptionem addidit, i. albi et nigri velleris quod non est in hebreo. et sic videtur quod ista fuerit littera nostra. Cunctum autem gregem omnicolorem, i. varium in colore quocumque modo. et omnem tamen dedit in manus filiorum suorum et sic est eadem cum hebraica in sensu.

¶ xxxi. ca. a. immutavit mercedem meam decem vicibus. heb. immutavit mercedem meam decem [illegible]. et quia denarius est proprio numerus [illegible] ideo dicunt hebrei quod immutavit mercedem iacob decies .v. denariis que faciunt .C. vices. sed hoc est falsum. nam infra eodem ca. dicitur quod iacob servivit in domo laban .xx. annis .xiiii. pro filiabus in quibus fit tantum una mutatio mercedis, s. supponendo lyam pro rachele. et .vi. annis pro gregibus in quibus non potuit vices mutari nonaginta novem vicibus. Sed bene potuit mutari per .v. vices [illegible] illa tunc pariunt bis in anno quod omnes vices iacob essent in gregibus patet ex textu

¶ xxxiii. ca. g. [illegible] Salem [illegible] et secundum hoc Salem est nomen proprium urbis. heb. Et venit iacob salem, i. integer ad civitatem sichem. quia nichil perdiderunt de rebus suis in via propter quod erexit altare ad reddendum gratias deo et sic Salem est hic nomen appellativum, quia autem civitas ad quam venit tunc iacob vocatur sichem et non Salem sicut patet ex textu

¶ Item. g. emitque partem agri [illegible] centum agnis. heb. et emit partem agri [illegible] c. obol. quanti autem valoris fuerint isti oboli non habetur ex textu, nec utrum fuerint aurei vel argentei. sed secundum textum hebraicum fuit precium [illegible] iacob et emit. sed quia iacob [illegible] solum valorem pro magnis sicut dicit translacio nostra.

¶ xxxiiii. ca. b. quibus patratis audacter hoc non est in hebreo sed additum fuit a translatore

¶ xxxv. ca. d. Egressus autem inde venit ad eam que dicitur effrata, i. bethleem. heb. et moverunt inde .b. de bethel et adhuc erat spacium terre usque ad introitum effrate. iacob .n. in itinere existens nondum venerat bethleem sed adhuc distabat quando rachel cepit parere et periclitari pro dolore et ideo compulsus fuit ibi manere usquequo fuisset sepulta ibidem ut in textu.

¶ Item. d. vocavitque nomen loci domus dei. heb. et vocavit iacob nomen loci in quo locutus est deus bethel. hoc nomen imposuerunt ei supra xxviii. ca. sed hic reiteravit ipsum confirmando et quia bethel interpretatur domus dei, translator posuit hic interpretationem pro nomine hebraico

¶ xxxvi. ca. e. iste est anam qui invenit aquas calidas in solitudine, i. fontem aque calide. heb. iste est anam qui invenit mulas in deserto, i. modum generandi mulas. quia fecit ascendere asinos super equas et consonat ei quod subditur. cum pasceret asinos sebeon patris sui. dictio enim hebraica que ponitur hic equivoca est ad colorem aquarum et ad generationem mularum et sic translatio nostra habet unam significationem. heb. aliam, et forsitan invenit aquas calidas et modum generandi mulas.

¶ xxxvii. ca. a. accusavitque fratres apud patrem crimine pessimo. heb. Et retulit ioseph [illegible] eorum pessimam in patrem eorum. ut corrigeret filios [illegible] despiciebant filios ancillarum sicut servos et inde oriebatur inter eos [illegible] que est pessima [illegible].

¶ Item. f. vendiderunt eum ysmahelitis .xxx. argenteis. heb. habetur .xx. argenteis. et sic habent multi libri correcti.

¶ Item. g. [illegible] magistro militie. heb. [illegible] principi carnificum dictio hebraica que ponitur ibi [illegible] principi lanionum [illegible] autem laniant homines in bello et carnifices [illegible] translator accepit [illegible] hebrei vero tenent secundum.

¶ xxxviii. ca. a. vidit ibi filiam hominis cananei. heb. et vidit ibi filiam viri mercatoris [illegible] cananeus enim non est equivocum ad hominem

oriundum de terra canaan. et ad mercatorem. pro-
verb. xxxi. sindonem fecit et vendidit et cin-
gulum tradidit chananeo. i. mercatori translator
accepit pro uno. hebr. sed in.

Item. c. assumpsit theristrum et mutato
habitu etc. hebr. cum pallio et involuit. s. faciem
suam ne cognosceretur.

Item. c. et sedit in bivio. hebr. et sedit in
aperto visionis. nam bivium videtur ex pluribus partibus.

Item. habeat sibi certe mendacio non potest
nos arguere. hebr. habeat sibi ut non simus con-
temptui. q. d. non queras amplius ne factum meum
divulgetur ad confusionem meam.

Item. c. iustior me est. hebr. iustificata
est per signa que misit de me. simplex est in
opinata.

xxxix. cap. b. nec quicquam aliud noverat nisi
panem quo vescebatur. quod exponunt alii
de ioseph. quod nichil curabat de futuris
sua nisi bonum hebr. Et reliquit quicquid ha-
bebat in manu ioseph et non sciebat cum eo a-
liquid nisi panem quem comedebat. et referunt
ad dominum ioseph a quo petebat ioseph omni
sero quid vellet comedere in crastinum et hoc
solum sciebat cum ioseph de rebus pertinentibus ad
domum suam et hoc patet ex hoc quod sequitur: Ecce
dominus meus omnibus mihi traditis ignorat
quid habeat in domo sua.

xl. cap. a. ut custos carceris tradidit eos
in manu ioseph. hebr. et preposuit princeps car-
nificum ioseph eis. non est verisimile quod ille qui
preposuit nunc ioseph fecit ei istam gratiam
sed dicit sicut est quod sit. s. custos carceris hec
fecit sicut translatio nostra dicit.

Item. c. auferet pharao caput tuum. hebr.
numerabit pharao caput tuum. s. inter ministros
sive inter eos coram rege qui tunc recordaretur
tui ut deputaret eum ad mortem.

xli. cap. clamante precone ut omnes coram
eo genua flecterent. hebr. Et clamaverunt
coram eo abrech. quod in hebraica lingua significat
patrem tenerum et convenit ipsi ioseph qui dici-
tur pater in sapientia. et tener in etate. in lingua
vero sua qua scripserunt verbo sed tamen signi-
ficat patrem regis et hoc consonat dicto ioseph
infra. xlv. cap. qui fecit me quasi patrem pha-
raonis. utrum autem in aliqua lingua signifi-
cet genu flectere nescio nisi pro quanto
translator hoc dicit. possit tamen dici quod
forte sic transtulit eo quod coram talibus solet
a subditis genu flecti sicut dicitur de aman. hester.
iii.

Item. c. et vocavit eum lingua egyptiaca
salvatorem mundi. hebr. et vocavit pharao
nomen saphnath paneah. quod in hebreo sonat
expositor occultorum. nam ioseph exposuit sompnia
regis pincerne et pistoris. utrum autem in egyp-
tiaca lingua significet salvatorem mundi
nescio nisi pro quanto translator hoc dicit.

Item. c. filiam putiphare sacerdotis elio-
poleos. hebr. filiam putiphare sacerdotis on. dicit
autem ionathan libro de hebraicis questionibus quod iste
est ille qui emit ioseph. sed infrigidatus
fuit adeo ut abuteretur ioseph in coitu
sodomitico et sic translatus fuit de principa-
tu milicie ad principatum sacerdotii in quo postea
castratus vel infrigidatus. Sed contra hoc est quod
iste habet in fine nominis sui literam aleph que sonat
sicut diptongus. ille autem non habet. nec ar-
gumentum de sacerdotio unde valet quia dictio he-
braica quam ponit hic. s. cohen. equivoca est ad
sacerdotem et maiorem sive principem. ideo dicunt
aliqui hebrei quod hec est vera litera filiam maioris
vel principis on. quod est nomen antiquum civitatis
que postea vocata est eliopoleos grece ab
elios quod est sol et polis civitas. translator
accepit nomen magis proprium et notum.

xlii. cap. a. audiens autem iacob etc. hebr.
et vidit iacob quod esset frumentum ut dicit
Ra. Sa. Et hoc est falsum quia sequitur quare ne-
gligitis etc. non possent autem reprehendi de
negligentia nisi scivissent quod frumentum in e-
gypto venderetur. quod ipsi et iacob scive-
runt per famam publicam. ideo sequitur. au-
divi quod triticum venderetur in egypto. et ideo quod
in hebreo dicitur et vidit iacob. ponitur vidit
pro audivit sicut exo. xx. cunctus autem
populus videbat voces.

xliii. cap. d. hodie mecum sunt comesuri.
hebr. mecum comedent viri in meridie. et sic
translatio nostra exprimit diem et hebraica horam.

xlv. cap. g. quasi de gravi sompno evigilans tamen
non credebat eis. hebr. et transsiliit cor eius et
non credidit sic. n. solet cor hominis subito
immutari quando audit aliquid quod tamen non credit
propter magnum eius desiderium.

xlvi. cap. g. iam letus moriar etc. hebr.
nunc moriar. et sic intelligitur letus sicut luc.
ii. dixit symeon. nunc dimittis domine etc. dicit
autem Ra. Sa. quod hec est litera. hac vice moriar.
i. una vice sciebat enim iacob se moriturum mor-
te nature. sed antequam videret ioseph nesciebat
timebat enim hoc mori morte gehenne eo quod
misit ioseph solum ad fratres suos de quibus
sciebat quod odiebant eum propter. quod eo viso dixit
se semel tantum moriturum.

xlvii. cap. c. subiecitque eam. s. terram
pharaoni. s. et cunctos populos eius a novissimis
terminis egypti usque ad fines eius. hebr. et sunt
cum pharaonis et populum fecit transire ad civitates
i. de civitate una ad aliam. a finibus egypti
usque ad finem eius. hoc autem factum fuit ut esset
memoria in posterum quod terra non erat populi sed tan-
tum regis.

xlviii. c. b. Erat quasi verno tempore et ingrediebatur
effratam. i. appropinquabat ad eius ingressum
hebr. et adhuc erat spacium terre usque ad in-

ffortitudine sue. exponitur ut sup. cap° xxvi°.

Item .d. non sum fraudatus a conspectu tuo. heb. iudicationem tuam. quod non sperabam. et hoc patet quod translator accepit hanc sinam in propria parte fraudari. pro pre est carere re sperata.

Item xlix° cap° a. principium doloris mei. heb. principium fortitudinis mee. dictio enim hebraica que ponitur hic. s. ony. significat dolorem meum et fortitudinem meam. translator accepit primum significatum. hebrei tenent secundum. utrumque tamen convenit. ipsi ruben. fuit .n. primo genitus iacob. et sic dicitur principium fortitudinis sue. quia pater fortificatur per filios. dicitur etiam principium doloris sui. quia cubitum cum bala uxore patris dolorem ei quod ante sustinuit iacob pro nichillo reputavit respectu istius.

Item .a. effusus es sicut aqua non crescas. hebr. festinacio. s. tua sicut aqua non excedes. q.d. sicut aqua festinat descendere deorsum ita per malum tuum descendisti a dignitate primogeniture. quia dignitas regia transivit ad iudam et duplex porcio hereditatis ad ioseph. que pars debebatur. ruben ratione prime geniture. ideo subditur non excedes. s. fratres tuos minores in duobus istis.

Item .a. vasa iniquitatis bellancia heb. vasa iniquitatis arma eorum vel habitationes eorum et hec dicitur de symeon et levi. eo quod proditorie viros sychem occiderunt et ioseph occidere voluerunt dicentes venite occidamus eum. et supra xxxvii cap°. ipsi .n. primo de morte ioseph tractaverunt et specialiter symeon. propter quod retinuit symeon in carcere alijs revertentibus ad patrem. s. xlii. cap°.

Item .a. et in voluntate sua suffoderunt murum civitatis sychem. sed non habebant tempus nec gentem ad hoc sufficientem. heb. et in voluntate sua subnervaverunt taurum .i. ioseph qui vocatur primogenitus bovis deut. xxxiii. cuius nervos habebant abscidisset

Item .b. pulchriores eius oculi vino. heb. rubicundiores oculi eius vino. per utrumque designatur quod in sorte iude crescet habundancia vini quod tamen magis proprie designatur per pulchritudinem. nam ex multo potu vini rubescunt oculi.

p rubedine oculor. [?p.]

Item .c. dan. iudicabit populum suum. heb. dan. vindicabit populum suum et utrumque convenit sanson qui fuit de tribu dan. qui filios isrl' vindicavit de philisteis et fuit iudex populi.

Item .d. dan. coluber in via cerastes in semita. heb. dan coluber in via scorpio in semita. coluber mordet ore quod est pars eius posterior. sanson enim in iuventute cepit philisteos affligere et gravius afflixit in fine. nam plures interfecit moriens quam ante vivus occiderat. iudic. xvi.

Item .e. filius accrescens ioseph filius accrescens et decorus aspectu. heb. filius accrescens ioseph in bonis temporalibus et spiritualibus. filius accrescens super oculum. nam ex dei gratia in eo relucente videbatur pulchrior quam esset re.

Item .e. dissoluta sunt vincula brachiorum

9 prima. scorpio percutit cauda. que est pars eius.

et manuum eius per manum potentis iacob .i. per virtutem dei. iacob qui est infinite potencie. heb. deaurata fuerunt brachia manuum eius etc. et per hoc notantur ornamenta armillarum et anullorum que portabat per egyptum in signum dignitatis a deo sibi concesse.

L. cap° c. venerunt quoque ad aream athad. et secundum aliquos doctores athad est nomen proprium. hebr. et venerunt usque ad aream athad .i. campum in quo clausa erat talibus fruticetis spinosis et secundum hoc athat est nomen appellativum.

Item .e. timentes ioseph fratres eius. hebr. et viderunt fratres ioseph quod mortuus esset pater eorum per quod significatur secundum hebreos quod ioseph non ostendebat eis tanta signa familiaritatis et amicicie sicut faciebat vivente patre.

Incipit exodus.

Primo cap° d. preposuit itaque eis magistros operum heb. et posuit super eos principes censuum. reddebant enim eis hebrei compotum de lateribus quos conficiebant ut habetur infra .v. cap°.

Item .d. edificaverunt quoque urbes tabernaculorum pharaoni. hebrei. et edificaverunt populi israhel civitates thesaurorum .i. ita fortes ac si thesaurum debeset ibi reponi dicebantur enim civitates tabernaculorum eo quod ibi erat custodia militum ne filii isrl' possent fugere de terra. et michi videtur quod dictio hebraica hic posita magis sonat tabernacula quam thesauros nam in plurali pluribus locis singulariter huius dictionis hebraice ponitur pro tabernaculo

Secundo capitulo .a. et accepit uxorem stirpis sue etc. hebr. et accepit filiam levi. s. in uxorem et dicunt hebrei quod fuit iocabed filia levi que cum iacob intraverunt egyptum sed hoc videtur manifeste falsum quia fuissent .cxxx. annorum vel circiter quando concepit moysen. item hoc dictum contrariatur textui. quia primo cap° dicitur quod tota cognacio illa que cum iacob intraverunt egyptum mortua erat quando persecucio contra filios isrl' incepit per regem novum et ideo cum dicitur. hic accepit filiam levi .i. mulierem de stirpe levi sicut elizabeth dicitur filia aaron. luc. i.

Item .e. erant autem sacerdoti madian .vii. filie heb. maiori vel principi madian. dictio enim hebraica hic posita .s. cohen. significat sacerdotem et maiorem vel principem. glosa hebraica accepit hic secundum sed non videtur hoc vindicandum in textu subditur. venere supervenere pastores et eiecerunt eas. non est autem verisimile si essent filie principis illius loci quod pastores eas eiecissent sicut dicitur in textu.

Item .e. et respexit filios isrl' et liberavit eos. heb. et respexit filios isrl' et cognovit eos. in cognicione vero divina nulla potest esse dignitas novitas. sed tunc dicitur aliquem de novo cognoscere quando prebet ei effectum bonitatis sue qui temporalis est et novus.

Tertio cap° a. apparuitque ei dominus in flamma

ignis

tinus. hebr. Et apparuit ei angelus domini etc. a
ctio ei secundum veritatem fuit repititio tamen per
sonam domini et ideo aliqui dicunt alii angelus nominat
sicut etiam dicit beatus gregorius etc.

Quarto ca. g. tulit itaque sephora acutissi-
tissimam petram hebr. Et accepit sephora [acies] ut
nouaculam cum ei quam festinaret circumcidere
filium suum magis probabile videtur quod fecerit
hec cum cutello. quia tum quia magis poterit ha
bere in promptu quam petram sic acutam. cum non
sit verisimile ipsam traxisse cutello ad incidendum
cibum. tum quia hoc modo fit circumcisio le
gitime puerorum quam cum petra et sic iosue v. ubi nostra
translatio habet fac tibi cultros lapideos. hebrei
dicunt nouaculas scindentes et hoc modo iudei
circumciduntur.

viii. ca. a. et in reliquias ciborum tuorum. hebr.
et in reliquiis eius generale et dicunt hic reliquie
omnia reseruata pro cibo et potu et ideo translatio
nostra accepit minus specialiter nisi sub nomine ciborum
intelligatur et potum.

Item. d. et sunt scinphes in vniuersa terra
egipti. hebr. Et sunt pediculi in vniuersa terra
egipti. Et idem dicit iosephus. li. ii. c. vii. quia
in tanta multitudine fuit in hominibus et animalibus
quod nullo medicamine poterat eis subueniri.

Item. e. omne genus muscarum. hebr. miscu
orum. glo. i. multitudinem animalium diuersorum vi
sui terribilium. et homines et animalia domestica
deuorantium et idem dicit iosephus. li. ii. ca.
viii.

Nono. ca. c. omnes mittam plagas meas per
hoc quod dicitur omnes. patet quia loquitur de omnibus
plagis et persecutionibus sequentibus. hebrei.
omnem mortalitatem meam. nam de plagis se
quentibus multi fuerunt mortui. potest etiam alr. dici
omnem mortalitatem meam. i. omne genus mor
tis nam ex plagis sequentibus et submersione in mari mul
ti fuerunt mortui morte nature et morte gehenne.

Item. e. adhuc retines populum meum. hebr. ad
huc tu calcas populum meum quia non solum retinebat
sed etiam diuersis laboribus affligebat etc.

Item. g. eo quod ordeum esset virens et linum
folliculos germinaret. hebr. quia ordeum erat primi
tiuum. et sic tamen euenit quia renascentia esset in mi
lis et lini cuelli fructificauit. et quia tuelli fuerunt
fracti per grandinem reddati fuerunt inutiles.

Item. g. triticum et far non sunt lesa. hebr.
triticum et speltea. etc.

v.o ca. a. quotiens contriuerim egiptum hebr.
quod ea operata sum in egipto. quia non solum ibi
contriuit egiptios sed etiam saluauit hebreos.

vii.o ca. a. mensis iste vobis principium mensium hebr. mensis
iste annus ab octaua namque natiuitatis
sue usque ad finem anni accipi poterat pro inmola
tione phase et non ante neque post

Item. a. iuxta quem ritum tolletis et edum
hedum. hebr. et de arietibus et de capris acci
pietis. ex hoc patet quia immolatio phase indiffe
renter fieri poterat de agno et edo.

Item. a. cum lactucis agrestibus hebr. cum ama
ritudinibus. i. herbis amaris ad significandum
amaritudinem seruitutis et laboris quem sustinue
rant in egipto.

Item. a. et os eius non confringetis. hebr. et
ibi nostri correcti non habent istud hic sed versus
finem huius capituli

Item. c. ite tollentes animal etc. hebr. extrahite
et accipite. glo. qui habet in grege suo accipiat
qui non habet emat.

Item. c. tingite in sanguine qui est in limine
hebr. tingite in sanguine qui est in vasculo. recipi
ebatur enim sanguis agni in vasculo in quo tinge
batur fasciculus ysopi. cum quo liniebatur super
liminare et utrique postis. verumptamen quia vasculum
erat iuxta limen in terra. ideo sic transtulit trans
lator exprimens locum in quo vasculum continens
sanguinem erat.

Item. e. Tulit itaque populus conspersam fari
nam. i. pistratam. hebr. et tulit populus pastam
suam.

xiiii.o ca. f. et subuertit rotas curruum ferebanturque
in profundum. hebr. Et abstulit rotam de curri
bus eorum et duxerunt eos ponderose. dicunt
hebrei quia abstulit unam rotam de quolibet
curru et sic non poterat duci nisi valde grauiter
et tarde.

Item. g. reuersum est primo diluculo ad prio
rem locum. hebr. reuersum est ante mane ad forti
tudinem suam. i. ad impetum suum fluxus qui prius
diuina virtute detinebatur sicut murus.

xv.o ca. tunc cecinit moyses etc. sequitur
cantemus domino glose hebrei tunc cantabit
moyses etc. sequitur cantabo domino etc. per quod
designatur quod moyses et filii israel pluries can
tauerunt canticum istud reiterando et sic pri
mo cantores de presenti erant adhuc de futuro
canturi

Item. a. fortitudo mea et laus mea dominus
hebr. fortitudo mea et prestitio dei. quia perdidit
egiptios populum persequentes.

Item. a. deposuisti omnes aduersarios me
os. hebr. depoliuisti omnes aduersarios tuos erant
enim aduersarii dei. quia persecutores erant popu
li sui

Item. d. interficiet eos manus mea. hebr.
depauperabit eos manus mea. non enim intende
bat eos pharao interficere ut videtur: sed bona
eorum rapere et eos ad seruitutem pristinam reducere
vnde dicitur supra in principio. xiiii. ca. immutatum
est cor meum pharaonis et seruorum eius super
populum et dixerunt quid voluimus facere ut di
mitteremus israel ne seruiret nobis. sed quia seruitus
est mors ciuilis ideo dicitur in translatione nostra
interficiet eos manus mea.

xvi. ca. c. manhu quod est quid significat
hoc. non est de textu sed est verbum translato
ris exponentis significatum huius. manhu.

quod est quid significat hoc

ꝰ enim

Sed melius diuisit ꝑ[illegible] hec. q. d. est ne
hec [illegible] nobis [illegible] · nam ꝰ significat
[illegible] ꝑ[illegible] et hu. significant hoc / et
mahu. significat quid hoc et sic dicunt
hebrei.

¶ xvii.ᵉ ca.ᵒ g. manus solij dni et bellum
dni erit contra amalech a generatione in generationem
per solium dni potest intelligi moises et
meus locus dei ut sic sensus manus moisi
contra amalech que cum eleuaret moises ma
nus superabat israel contra amalech ut patet
tibi in textu. et bellum dni a generatione in ge
nerationem quia debellati sunt diuina uirtute
magis quam humana diuersis temporibus primo per io
sue postea per saulem regem primo. xv. Reg.
hebr. manus super solium dni bellum dno contra
amalech in generatione et generationem per ma
num intelligitur potestas sicut dicitur quod cui talis
cura sit est [illegible] in manu regis. i. in eius potestate
per solium dei. celum. ysa. lxvi. celum michi
sedes est et cetera. Et iste sensus potestas super cele
stis que est potestas diuina contra amalech certa
bit pro [illegible]..

¶ xix. ca.ᵒ a. aut confodietur iaculis et cetera.
hebr. aut sagittatione sagittabitur et sic cum
translator accepit iacula pro sagittis sequitur
namque sunt quedam iacula parua..

¶ xx.ᵒ ca.ᵒ f. ut eum probaret. hoc est ut
i. apparet accipiendo sibi in populum pecu
liarem. hebr. ut exaltaret uos uenit deus
nam per hoc fuit populus israel super alios
exaltatus de ut. iiii. nec est alia natio
tam grandis que habeat deos appropinquantes
sibi..

¶ xxi. ca.ᵒ a. cum quali ueste intrauit cum
talis exibit. i. tam bene indutus. hebr.
in proprio suo intrauit in proprio suo exibit.
i. si solus intrauit et solus exibit et est
similis modus loquendi. ge. xxxii. in baculo
meo transiui iordanem istum. i. solus et pau
per et accipitur hic solus. i. sine uxore quod
patet ex textu quia statim sequitur membrum
oppositum. Si habens uxorem et cetera.

¶ Item. b. prouidebit puelle nuptias
et uestimenta et pretium pudicicie non nega
bit et secundum hoc uidetur quod tradat alij uxorem
prouidendo de nuptijs eo quod eam deflorauit.
hebr. expensas et cooperturam suam et ho
ram suam. i. reddendi sibi debitum non di
minuet et secundum hoc intelligitur de puella ac
cepta in uxorem adiungens uictum et uesti
tum decentem et actum coniugalem tempore debi
to non debet sibi subtrahere propter aliam uxorem sup
ductam plures enim uxores ducebant tunc hebrei.

¶ Item. c. qui furatus fuit hominem et uen
diderit eum conuictus noxe morte moriatur.
hebr. qui furatus fuit hominem et uendiderit
et inuenit in manu eius morte morietur.
glo. si inuenit apud furem antequam uendidit

et secundum hoc cum dicitur in translatione nostra
qui furatus fuit hominem et uendiderit eum. h.
et non tenetur coniunctim sed diuisim quia pro quo
libet autem singulatim incurrit penam mortis
non sic est hic est propter dignitatem humane nature
que quod ad imaginem dei facta est et ideo pro sol
[^] furto hominis incurrit penam mortis non sic
autem pro furto aliarum rerum sed in aliquibus
redditur duplum et in aliquibus quadruplum
et in bobus quintuplum.

¶ xxii.ᵒ ca.ᵒ d. Si comestum a bestia fue
rit ad eum. i. ad dnm quod omissum est.
hebr. si comestum a bestia deferat testimonium
quia si totum cadauer sit raptum a bestia uel
deuoratum uel comestum et sunt testes qui
uiderunt liber est per eorum testimonium..

¶ Item. e. maleficos non patieris uiuere.
hebr. sortilegam non patieris uiuere et hebr
patet quod translatio nostra non loquitur de quo
libet malefico generaliter quia sic se extenderet
ad omne furtum enorme. Sed loquitur de ma
leficio quod fit per pacta demonum tantum
ut expressa..

¶ Item. g. ante occasum solis reddes.
hebr. usque ad occasum solis reddes Si. ci
[illegible] est de nocte ut est coopertorium red
dendum est ante noctem et in mane potest re
accipi. Si autem sit necessarium de die ut sup
tunicale sine quo non potest de die inter
homines apparere reddendum est in mane usque ad
occasum solis et tunc reaccipi et sic patet
quod translatio nostra loquitur de uestimento
nocturno. hebraica uero de diurno sed in he
braica cum uerum quod cadit sub lectis [^] proprio –

¶ Item. g. et primicias tuas non tarda
bis reddere. hebr. plenitudinem tuam et lacri
mam tuam non tardabis reddere. Et [illegible]
[illegible] quod per plenitudinem intelliguntur primicie
aridorum ut frumenti ordei et huiusmodi per
lacrimam primicie liquidorum ut uini et olei
et huiusmodi. Sed quia tenebantur reddere
decimas sicut et primicias ideo translator
expressit utramque..

¶ Item. g. carnem a bestijs pregustatam
non comedetis. hebr. carnem que a bestijs lace
rata est non comedetis canibus eam proijcite [illegible]
ta etiam similiter de ea comestum similiter a be
stia dicitur cum ab ea similiter omissa et intelli
git. lex de canibus alias lege nam aliter
hec prohibitio esset stulta..

¶ xxiiii.ᵉ ca.ᵒ c. Vitulos. vii. hebr. [illegible]..

¶ Item. c. nec non super eos et cetera. hebr. et
liberi non conterendi sunt uiri. nec super eos qui
longe recesserunt de filijs israel. i. super eum
populum qui longius erant a monte scilicet super
nadab et abiu. et seniores. misit manum
suam. occultando se eis ideo sequitur et ui
derunt deum quia cum immissio manus uel [illegible]
positio super aliquem significet sui [illegible] [^]

diurno

[^] decimas

a dorso usque sursum et omnes una compage et erunt iuncte.

tectum patet ex hoc quod dicitur infra moysi xxxiii° ca° protegam te dextera mea donec transeat tollamque manum meam et videbis posteriora mea donec tequilla hebr. Et ad dominos filiorum israel non misit manum suam. omittendo se eis. et viderunt deum. domine autem hic dicuntur filii israel nadab et abiu. et lxx. senes et secundum hoc communis translatio non vidit deum. vel tamen translatio nostra melior. quia iam ante dictum erat quod nadab et abiu. et senes viderunt deum ut patet in textu.

xxv° ca° a. pelles et ianthinas. hebr. pelles taxonum.

Item. f. et pones super mensam panes propositionis. hebr. et pones super mensam panes faciei. eo quod erant ... ex utraque parte non enim coquebantur in furno sed in vasis aureis calefactis sicut gaufre et nebule in ferreis. etc.

Item. f. spherulas ac lilia ex ipso procedentia. hebr. pomelli sui et flores sui ex ipso erunt.

Item. f. tres scyphi in nucis modum. Tres scyphi figurati [illegible] hoc est dictum quod non erant de opere plano.

Item. g. omne pondus candelabri cum universis vasis suis habebit talentum auri mundissimi. hebr. centenario auri mundi fiet illud. scilicet candelabrum et omnia vasa hec. et dicit ra. sa. quod centenarius continet .cxx. libras secundum pondus colonie [illegible] tamen credo dicendum quod certa quantitas huius auri ignoratur nam pondera metallorum variantur multipliciter secundum varias regiones. certum est tamen quod magna quantitas auri requirebatur ad candelabrum et eius vasa fienda.

xxvi. ca° a. varietate opere plumario. dicunt aliqui quod pluma significat acum et secundum hoc varietates in cortinis existentes erant apposite cum acu et opus tale dicitur plumarium a pluma que est acus secundum huguccionem opus plumarium dicitur a pluma volucrum eo quod habet aliquam similitudinem cum pluma et dicitur gallice veluet et secundum hoc cortine tabernaculi erant sic facte. hebr. Cherubin opere artificioso i. [illegible] facies. ... dicit quod in parietibus templi salomonis erant figure cherubin et palmarum et quia templum illud factum fuit in exemplaribus ad similitudinem huius tabernaculi ideo probabile videtur quod in cortinis huius tabernaculi fuerunt figure cherubin et dicit. hic. ra. sa. quod non fuerunt apposite cum acu sed in textura.

Item. b. facies .l. circulos aureos quibus cortinarum vela iungenda sunt. hebr. facies l. fibulas aureas sicut et erunt simpliciter circuli non possent per eos cortine coniungi.

Item. c. in lateribus tabule due incastrature. hebr. due incastrature unius tabule [illegible] et hebreos iste incastrature non erant in lateribus tabule secundum eius longitudinem scilicet cum inferiori parte et dicuntur gallice ... quia tabula per eas intrabat duas bases sibi correspondentes per modum in margine figuratum.

Item. c. Eruntque coniuncte a deorsum usque sursum et omnes una compage retinebit. hebr. eruntque quinque super caput uncino uno. nam caput unius tabule erat coniunctum capiti alterius per uncinum in summitate capitis utriusque.

Item. g. inferius autem velum per circulos per quos possit trahi et retrahi ... hebr. dabis .i. pones velum subter fibulas que iungerent cortinas quod sic patet. v. cortine quelibet latitudinis quatuor cubitorum simul iuncte continent unam latitudinem .xx. cubitorum et ibi iungebantur cum aliis .v. per fibulas. velum autem dividens sancta et sancta sanctorum distabat ab introitu tabernaculi per viginti cub. et sic erat directe sub fibulis cortinarum opertorium tabernaculi.

xxvii° ca° f. omnes columpne atrii per circuitum vestite erunt laminis argenteis capitibus argenteis. hebr. omnes columpne atrii per circuitum ... et uncinos de argento. in illis uncinis pendebant cortine atrii ... vero sunt ... argentei in capitibus columpnarum que erant eree.

Item. f. in latitudine .l. cubiti. hebr. latitudo .l. per .l. et loquitur de spacio atrii quod erat ante tabernaculum. habebat .l. cub. in quadro.

xxviii° ca° a. Tunicam et lineam strictam. hebr. Tunicam fimbriatam. glo. ... lapidibus preciosis.

Item. b. ... quoque textum est etc. hebr. et cingulus sui ornatus quod super cetera ornamenta ...

Item. e. pones autem in rationali iudicii doctrinam et veritatem. i. lapides per quorum fulgorem manifestabatur sacerdoti divinum beneplacitum secundum iosephum. hebr. Et pones in pectorali iudicii urim et tumim. dicitur autem rationale pectorale eo quod erat in pectore summi sacerdotis. urim significat manifestationem tumim autem integritatem quod pertinet ad veritatem unde verax homo integer dicitur et sic eadem est sententia in translatione nostra. Secundum uero ra. sa. urim. et tumim. vocat hic nomen dei tetragrammaton. sculptum in lapidibus ... et eius virtute manifestabatur veritas dei ... sacerdoti divinitus consulenti.

xxviii° ca° a. et laminam ... super tiaram. hebr. et coronam sanctam super tiaram. Erat enim hec lamina in figura semicirculi protensa ab una aure pontificis usque ad aliam transeundo super frontem et sic pontifex ab anteriori parte videbatur esse coronatus.

Item. b. Et reticulum iecoris. hebr. ... que sunt super epar.

Item .d. elevans coram domino. hebr. Et ventilabit coram domino. Supponebat enim moyses manus suas manibus aaron tenentis oblationem et elevabat eas sursum et postea deducebat eas versus quatuor partes orbis. unde quatuor venti principales oriuntur proprie. quod ventilatio vocatur. fiebat autem hoc ad designandum quod hec oblatio fiebat omni hoc ei qui est dominus celestium et terrestrium ..

Item .f. omnis qui tetigerit illud. scilicet altare sanctificabitur quia sacerdotes ei appropinquantes debent prius sanctificari. Sic exponunt latini. hebr. Omne tangens illud sanctificabitur et secundum hebreos refertur ad offerribilia. quia si aliquid tale tangeret altare quocumque tamen non posset ulterius communibus usibus applicari. Sed deo offerri ..

xxx. capitulo a. Craticulam eius hebr. Tectum eius .i. partem superiorem altaris enim incensi non habebat craticulam in qua cremarentur adipes vel carnes nam ibi cremabatur tantum tymiama super carbones positos in vase aureo.

Item .c. Sume tibi aromata prime mirre et electe .v.c siclos. hebr. Sume tibi aromata capitanea .i. precipua mirre electe .v.c siclos. ita quod primitas in bonitate non solum refertur ad mirram ut dicit translatio nostra Sed etiam ad alia sequentia ..

xxxi. capitulo G. et in .vii. ab opere cessavit. hebr. et in die .vii. requievit et requievit. quia cessavit a novis operibus condendis. et in se ipso requievit. nam per se ipsum beatus est formaliter et obiective et sic patet quod non est nugatio cum dicitur. requievit et requievit.

xxxii. capitulo a. formavit opere fusorio et fecit ex eis vitulum conflatilem. hebr. Et formavit illud in stilo et fecit vitulum conflatilem. aaron. et in tabula cum stilo fecit figuram vituli et per artificem fusorium fecit residuum et per hoc tollitur dictum illorum qui dixerunt quod sine arte proiecit aurum in ignem et diabolo inde formavit statuam vituli. nam fecit eum hic aaron conpositio eo quod in figura tauri apim colebatur in egypto ubi fuerant conversati tamen fecit hanc trahere mortis dignam ..

Item .b. Et surrexerunt ludere. hebr. Et surrexerunt illudere .s. deum per ydolatriam verbum enim hebraicum positum hic equivocum est ad utrumque

Item .b. peccavit populus tuus. hebr. dissipavit populus tuus. proprie meum in eius principio dicit non habebis deos alienos supra .xx.o capitulo ..

Item .d. non est clamor ad hortandum ad pugnam neque vociferatio conpellentium ad fugam sed vocem cantantium audio. hebr. non est clamor fortitudinis .i. prevalentium in bello nec clamor debilitatis .i. succumbentium quia alius est clamor vincentium et conterunt bellatorum. isti clamores sunt valde diversi. Sed clamor exortantium ad pugnam et conpellentium ad fugam videtur esse unus et idem. nam exhortantes ad pugnam sicut prevalentes conpellunt ad fugam succumbentes sed vocem deprecationum ego audio. nam adorabant et laudabant vitulum et ex hoc patet quod cum subditur .x. vidit vitulum et choros. et subintelligitur adorantium et laudantium sicut in ecclesiis nostris duo chori laudent eum

xxxiii.o capitulo c. ostende michi faciem tuam. hebr. ostende michi vias tuas. per quam .s. nos deducas.

Item .f. ut glorificemur ab omnibus populis. hebr. Et dividamur ab omnibus populis. per hoc quod sic ducitur singulariter.

xxxiiii.o capitulo G. et ignorabat quod cornuta esset facies sua. hebr. et moyses non cognovit quod cornuta esset lux faciei sue. ex hoc patet quod illa cornuta erant radii lumini tendentes sursum acuendo per modum cornuum.

xxxvi.o capitulo e. i. ad eam partem que respicit mare. heb. non habet hic. Sed appositum fuit a translatore ad exprimendum quod pars occidentalis tabernaculi erat versus mare.

xxxviii.o capitulo b. de speculis mulierum que excubabant in ostio tabernaculi .i. ibi vigilabant orationi. proprie quod specula quibus usi fuerant ad suam compositionem converterunt ad dei cultum. hebr. de speculis mulierum que exercitaverunt ostium tabernaculi conventus. glo. per specula provocaverunt viros ad multiplicationem prolis et sic augmentaverunt exercitum illorum filiorum israel qui dispositi erant in circuitu tabernaculi

Item .e. hec sunt instrumenta tabernaculi. hebr. iste sunt numeri vel computi tabernaculi .i. expensarum in opere tabernaculi unde post subditur enumeratio auri et argenti que expensa fuerunt in opere tabernaculi ..

Item .g. de mille autem .dcc. hebr. fecit capita columpnarum quos et ipse vestivit argento hebr. de mille .vii.c et lxx. fecit uncinos columpnarum in quibus pendebant cortine et vestivit capita earum. et sic capita columpnarum atque non fuerunt argentea. Sed de super argentata sed uncini earum fuerunt argentei ..

xxxix.o capitulo a. de iacincto vero ac purpura et vermiculo ac bisso fecit vestes quibus induretur aaron .etc. hebr. de iacincto et purpura et cocco bis tincto fecerunt vestes ministerii. Secundum hebreos isti fuerunt panni quibus involvebantur archa et cherubim et huiusmodi. cum moverentur castra et in istis non fuit byssus. sed tantum tres colores dicti in hebreo in vestibus autem aaron fuit byssus cum istis tribus ..

Item .e. et mitras cum coronis suis. hebr. et pulcritudinem pileorum suorum in inferiori namque parte mitrarum que dicitur hic pilei erant quidam circuli eas decorantes ideo dicitur coronule secundum translationem nostram et pulcritudo pileorum in hebreo..

Leviticus liber ..

Primo capitulo a. ad placandum Sibi dominum. hec autem placatio non fit per mutationem dei sed hominis qui de peccato reddit se ad graciam. et sic qui prius erat deo displicens. efficitur placens. et hoc magis exprimitur in hebr. hebr. enim sic habet ut sit placidus coram deo ..

Item. b. filii aaron sacerdotis si ei ceciñt. hebr. filii aaron sacerdotes. sz ñ. cecint filii aaron nō cū ad huc electi in sacerdociū non possent hec facere.

Item. c. omnā que abderint renoni. hebr. totum adipem.

Item. g. decurrere faciet sanguinem ad crepidines altaris. hebr. decurret sanguis eius ad parietem altaris.

Sexto cap°. c. Si autē de craticula sacrificium etc. hebr. Si autē de caldaria sacrificium etc. fiebat enim quidam panes de pasta p° cocta in aqua et post ea forsitan desiccabantur per ignem et dici poterant sacrificium de caldaria vel de craticula.

Sexto caplō. a. filii aaron. sacerdotis. hebr. sacerdotes ut s° p° ca°.

Item. a. duos renes. hebr. duos renunculos renes enim hostie pacifice non cremabant super altare.

Item. d. Et caudam totam cum renibus. hebr. et caudā integram sub spina. i. que est sub spina. nō enim renes hostie pacifice de qua loquitur super altare cremabant ut dictum est. s°.

vii° ca°. a. ex quibus. s. panibus vnus etc. hebr. ex omni vno q2 nō solum ex omnibus panibus diversis vnus tm̄ offerebat dn̄o/pro primiciis s3 de qualibet spē panum vnus.

Item. c. qui sunguinem vestes ex ea. hebr. sic hr̄ et libri correcti.

Decimo ca°. b. capita vr̄a nolite nudare. hebr. Et capita vr̄a nō augmentabitis. iudei enim in luctu mortuorum capillos dimittebāt crescere vltra modum solitum. et hoc vocatur capitis augmentacio. Sic ē dicto opiebāt capita et trahebant se per capillos et vtrumque phibebat sacerdotibus et sic vr̄a translacō vnū exprimit. hebraica ḡn aliud

xiii° ca°. d. Si autem hec viderit locum macule equalem reliquis carnis et capillum nigrum etc. hebr. Si autem viderit locum etc. Sequitur et capillus niger nō est in eo vel aut vr̄a translatio corrupta per scriptores ex omissione huius negationis non ita q° videtur hic esse textus. et capillum nō nigrum. Si enim cū equalitate loci macule cum carne vicina esset nigredo capillorum homo nō esset recludendus Sed statim mundus iudicandus q2 macula illa nō erat corrosiva que corrosio est signum lepre et nigredo capillorum signum mundicie.

Item. g. Et igne cōburetur eo q° infusa sit in superficie vestimenti vel per totum lepra. hec lra videtur corrupta per scriptores vel alio modo q2 nō loquitur hic scriptura de veste leprata totaliter per totum. per totum sz in aliqua eius parte ut patet in textu. hebr. et igne comburetur corrosio enim est. s. lepre in vetustate sua vel novitate. q. d. comburenda est talis vestis siue sit vetus siue nova.

xv° ca°. b. Sagma super quod sederit. i. sella vel stramentum animali suppositum ut equitetur hebr. Omnis equitatura super quā equitauit.

xvi° ca°. in medio sordium eorum. et vr̄a littera corrupta per scriptores ponentes. c. pro d. nō enim castra filiorum israel procedunt circa tabernaculum per sortes sz ex ordinacione dei determinate tribus in parte orientali erant et sic in aliis lateribus ut habetur num. so. ca°.

Item. e. in terram solitariam predicatam. duc q2 enim hyrcum emissarium in desertum nō eligat locum pro sua voluntate sed ex pontificis determinacione.

xviii. ca. d. turpitudinem vxoris tue. et filie sue nō revelabis. q2 nō poterat hr̄e vtramque simul nec successive. hebr. Turpitudinem mulieris et filie sue nō revelabis. et sic lex ista generaliter loquitur de omni muliere filiā hn̄te.

xix. ca°. b. cum messueris segetes terre tue. nō tondebis usque ad solum q2 debet remanere stipula pauperibus colligenda. sic exponunt aliqui hebr. non finies angulum terre tue in metendo. nā spice in extremitatibus campi que prius sūt corrose a bestiis vel conculcate pedibus transeuntium debent dimitti pauperibus colligende.

Item. e. Vapulabunt ambo. i. verberabuntur vnde versus. exulo. vapulo. veneo. fio. quatuor ista sensu passiva sub voce gerunt activa. hebr. vapulabit ista ipsa. glō. loquitur ista lex de iudeo coeunte cum ancilla gentili que debebat in hoc casu verberari. q2 peccatum eius expiari nō poterat per oblacionem nam oblaciones gentilium nō poterant in tabernaculo vel templo recipi ut habetur infra. xxii° ca°. peccatum autem iudei per oblacionem poterat expiari.

Item. e. quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis dn̄o. hebr. iiii° anno totus fructus erit sanctificatus laudantibus deum. quia deputatus erat vsui sacerdotum et levitarum.

Item. f. nō augurabimini nec observabitis sompnia. hebr. nō sortilegiabitis et nō observabitis horas. eo modo quo faciunt aliqui dicentes q° alique hore diei sunt male et infortunate ad aliquid agendum vel dimittendum quod est superstitiosum

xxi° ca°. a. non radent caput. hebr. nō facient calvicium in capitibus suis loquitur de sacerdotibus quibus phibetur eradicare sibi capillos in luctu mortuorum sicut faciebant homines populares.

xxii° ca°. f. bovem et ovem aure et cauda amputatis. hebr. Bovem et ovem superfluum ut si habeat tres aures vel huiusmodi vel diminutum i. carens suo aliquo per ecium vngulis ut dicit. ra. sa. talia nō animalia licet nō possent offerri super altare poterant tamen offerri manibus sacerdotum ut de precio emerentur animalia offerabilia super altare vel aliquid aliud tabernaculo necessarium.

xxiii° ca°. b. feretis manipulos spicarum primicias messis vr̄e. hebr. feretis gomor primiciarum messis vr̄e. in solempnitate namque paschali portabatur ad templum spice magis appropinquantes ad maturitatem et torrebantur. et sic grana

p(ro)ditatam

sinues

quel

nō

hebrei . qui explanaverit nomen domini .

...niebantur per fractiones et ex illis implebatur gomor et elevabatur in sacrificium coram domino sic igitur translacio nostra primum exprimit hebraicam secundum

Item . b . Cum elevabit fasciculum . hebr . qui elevabit gomor continentem grana fasciculi modo predicto et sic dicitur elevare fasciculum translacione nostra quia elevabat fructum fasciculi

Item . c . numerabitis ergo ab altero die sabbati hebr . numerabitis vobis a crastino sabbati et sic patet quod in nostra translatione altero ponitur pro crastino

xxiiii capitulo c . cumque blasfemasset nomen domini . heb . et explanavit nomen domini . i . nominavit nomen domini tetragramaton in proprio quod propter sui sanctitatem dicitur ineffabile eo quod ipsum nominari solis sacerdotibus erat licitum et non semper nec ubique sed in benedictionibus que fiebant in templo tantum alias autem utebantur pro ipso hoc nomine adonay .

Item . e . quicumque blasphemaverit nomen domini et intelligatur sicut prius

xxvi capitulo e . Et si ambulaverint ex adverso mihi . hebr . Et si ambulaveritis mecum in duricia . ambulare dicitur vide inportantem omissionem preceptorum affirmativorum . Sed ambulare ex diverso transgressionem preceptorum negativorum faciendo quod prohibetur utrumque tamen est obligatorium

xxvii capitulo b . animal quod immolari potest domino si quis voverit sanctum erit et mutari non poterit hebr . Si de animalibus quibus fit oblatio domino quod dabit domino sanctum erit . non commutabis illud nec mutabis . i . non poteris redimere per precium nec mutare dando aliud animal pro ipso .

Item . d . Si . xxx . modiis ordei seritur terra . hebr . Si . homer ordei etc . ex quo patet quod homer et chorus eadem sunt mensura secundum ipsum chorus autem xxx modios continet ideo translator posuit . xxx . modiis . etc . isti tamen modii sunt valde parvi quia sicut iudei dicunt ipsi iudei . vi . modios ordei portant simul et semel de area usque ad domum solerciam sine ...

Explicit liber leviticus .

Liber numerorum .

Primo capitulo b . isti sunt nobilissimi principes multitudinis . heb . isti sunt nominati principes multitudinis . i . famosi in virtutibus et industria naturali tales enim probebant in regimine multitudinis sub moyse ut habetur exo . xviii .

Item . b . quos tulerunt moyses et aaron cum omni multitudine . hebr . et acceperunt moyses et aaron viros istos qui taxati sunt nominatim et omnem turbam . non principes vocabulis nominatim certe vero tantum in communi .

iiii capitulo d . tentorium quod pendet in introitu atrii tabernaculi . Et quicquid ad cultum altaris pertinet . hebr . velum hostii atrii quod est per tabernaculum et altaris circuitum nam ad officium consonitatis pertinebant

mollia et ideo ad ipsos pertinebant velum quod erat in introitu atrii et cortine que erant per totum eius circuitum et per quas circuiebantur altare holocausti et tabernaculum que erant in medio atrii et ad hunc sensum intelligenda est translacio nostra cum dicitur . et quidquid ad cultum altaris pertinet . et intelligatur de dictis velis vel et cortinis que pro tanto ad cultum altaris pertinebant quia accessum prophanorum ad ipsum prohibebant . ipsum . s . altare et utensilia ad eius cultum pertinencia erant sub custodia et cura chaathitarum ut habetur infra eodem capitulo et supra

Item . d . fines tabernaculi et omnia utensilia eius non potest sic generaliter intelligi quod omnia utensilia tabernaculi essent sub cura consonitarum nam inter illa erant candelabrum mensa propiciatorium et multa alia de quibus non potest dici quod essent sub cura eorum propter quod hebr sic habet fines tabernaculi ad omne ministerium eius nam ad consonitas pertinebat portare et levare mollia in quibus sunt fines .

iiii capitulo a . et operient rursum velamine ianthinarum pellium . hebr . Et operient ... velamine de corio taxorum . Et reversibile est quod pelles istorum animalium fuerunt talis coloris .

Item . e . velum in introitu quod est ante tabernaculum omnia que ad altare pertinent . hebr . velum hostii atrii quod est ante tabernaculum et altare per circuitum expositum ut supra eodem capitulo .

Item . e . funiculos et vasa ministerii . hebr . funiculos et vasa ministerii eius . et per vasa intelliguntur hic instrumenta . nam in hebreo idem vocabulum artis vocatur eius vasa unde . primo reg . xx . ubi dicitur quod ionathas dedit arma sua puero in hebreo habetur vasa sua . ad officium autem consonitarum pertinebant pauilli . et martelli et instrumenta huiusmodi quibus aptabantur et figebantur cordas atrii et tabernaculi . et ideo cum dicitur in translacione nostra . funiculos et vasa ministerii sic intelligendum est sicut nam in ministerio tabernaculi generaliter sumpti erant multa alia instrumenta que non pertinebant ad officium consonitarum .

Quinto capitulo d . Si autem non fuerit qui recipiat dabunt domino . heb . Si autem non fuerit propinquus dabit domino . Ex hoc patet quod restitutio ista debet fieri domino vel sacerdoti si vivat et post mortem eius heredibus suis si habeat quod si non tunc domino dabitur .

Item . b . quicquid in sanctuario offertur a singulis et traditur manibus sacerdotis ipsius erit . non potest autem intelligi sic generaliter de omni oblato . sicut translacio nostra sonat nam aliqua offerebantur de quibus sacerdos nichil habebat . s . omnis oblacio holocausti et aliqua in quibus habebat tantum unam partem . s . hostia pacifica et pro delicto et ideo sicut dicit . ra . sa . lex ista loquitur de primiciis que dabantur sacerdoti

ex determinatione legis vel obligatione offerentis. s.
quando voverint aliquid dare sacerdotibus ad
victum ipsorum ideo. hebr. sic habet. vii. quod sufficiebat
per votum modo dicto, eius erunt et vir quod
dabit sacerdoti. s. primicias sibi debitas erunt.
Vi. cap. a. aceti ex vino et ex qualibet
alia potione etc. hebr. aceti ex vino et quolibet
inebriativo ex quo patet quod omnis
potus non erat interdictus nazareo sed illa ex
quibus poterat sequi ebrietas directe vel occasionaliter.
Item. a. ab vua passa usque ad acinum.
hebr. acinulis usque ad corticem dicitur. acinus
granum illud quod sunt in medio grani vue et
cortex pellicula exterior et sic in translatione
nostra non accipitur vua passa eo modo quo communiter
dicitur. interius vltra marinus. Sed pro eo
quod remanet de vua passa in torculari.
Item. f. et armum coctum arietis. hebr. et
brachium bullitum arietis. per quod ostenditur
quod tibia anterior cum armo erat sacerdotis
et quod non debebat coqui per assationem, sed per
bullitionem.
Item. g. convertat dominus vultum suum ad te.
hebr. elevat dominus vultum suum ad te. hoc videtur
verior littera nam in forma benedictionis huius
premittitur. ostendat tibi dominus faciem suam quod est
idem cum eo quod dicitur hic in translatione nostra
convertat dominus etc. et sic esset nugatio. ratio autem
diversitatis hic nostre ab hebraica est quia dictio he-
braica que ponitur hic equivoca est ad vul-
tum et nasum etc.
Octavo cap. b. aspergantur aqua lustrationis
hebr. aspergantur aquis emundationis. lustro. n.
in una significatione idem est quod purgo vel mundo
X. cap. a. Si autem semel clanxerint ad
sonitum enim vnius tube venient principes ad
sonitum autem duarum multitudo populi sicut in
capellis principalibus fratrum minorum ad sonitum
campane ex vna parte veniunt illi qui sunt
de corpore capituli tamen et ad sonitum ex vtraque
parte conveniunt omnes fratres.
Xiii. cap. c. vrbes quales muratas vel absque
muris. hebr. que civitates in quibus habitant
hii in multitudinibus. s. bellancium vel fortalicio
supple confidunt.
Xiiii. cap. a. vtinam mortui essemus in egypto
et non in hac vasta solitudine etc. hebr. vtinam
mortui essemus in egypto vel in deserto hoc. et
hunc ostendit littera in mediate sequens. vtinam
pereamus et non inducat nos dominus in terram istam
ne cadamus gladio etc.
Xv. cap. d. separabitis primicias domino de cibis
nostris sicut de areis primicias separabitis. ita et de
pulmentis nostris. hebr. separabitis primicias
domino de pastis vestris cortellum. nam qualibet
de terre tornali que gallice dicitur. fournee. de-
bebat vnum cortellum sacerdoti pro primiciis sicut
de area primicias separabitis. sic et de pastis
nostris. modo dicto. hoc est dictum ne crederent aliqui

quod tenerentur solum dare primicias de granis exe-
untibus in area vel in grancha.
Xix. cap. a. comburet eam cunctis videntibus
hebr. Comburet eam in conspectu suo. tenebatur
enim sacerdos esse presens quousque vacca illa esset
totaliter combusta. et cineres essent collecti de
quibus postea potuit esse quod vellent.
Xxi. cap. c. fixere tentoria in iezabarim
hebr. fixere tentoria in ne abarim. i. in solitudi-
nibus abarim. et sic patet quod in translatione nostra
vitio scriptorum due dictiones coniuncte sunt in vnam.
Item. c. ex eo loco apparuit puteus. non
est sic intelligendum quod ex loco illo videtur
puteus de quo loquitur. sed ex illo loco transie-
runt ad alium magis remotum vbi dictus fuit
eis puteus miraculose datus. hebr. sic habet
ex hoc loco ad puteum.
Item. g. iugum ipsorum dissipatum. hebr. regnum
eorum periit. Sed quia regnum illud quasi in
fuit in erant inde. ipsis. quod merito periit ideo
translator hoc expressit per iugum.
Xxii. cap. a. et impetum eius ferre non posset
s. moabite. dixit ad maiores natu madian
s. ipse balach secundum hebraicam istam. hebr. et
habo facta est moab filiorum israel timuit odiosa
sibi. Et dixit moab ad seniores madian. potest
autem sic concordari. nam illo tempore balach rex erat
moabitarum ut habetur in textu illud autem
quod facit rex dicitur facere populus sibi subiectus, ideo
translatio nostra exprimit regem hebraica vero
populum sibi subiectum.
Item. a. misit ergo nuncios ad balaam
filium beor ariolum qui habitabat super flu-
uium terre filiorum hamon. hebr. et misit nunci-
os ad balaam filium beor in petoram. et est
nomen loci secundum hebreos. qui est super flum-
men terre filiorum populi sui. s. ipsius balach. et
dicit. glo. hebraica. videtur tamen mihi quod trans-
latio nostra melius dicit quantum ad hoc quod textus
innuit quod balaam de longinquis valde partibus
venit ad balach.
Item. b. habentes precium divinationis in manibus.
hebr. habentes divinationes in manibus quod sic
exponunt aliqui hebrei. divinationes. i. munia
pro divinationibus sicut accipit translatio nostra alii
autem dicunt divinationes. i. illa quibus tunc vte-
bantur divini ne forte balaam se excusaret
ex carentia talium, alii vero sic dicunt quod nuncii
de madian. dixerunt inter se per modum divinationis
si balaam statim consenciat venire. adiutor
eius erit nobis vtilis. Si autem differet responsionem
in vtilis vnde postea subditur. manentibus
autem illis apud balaam in hebreo habetur
et manserunt principes moab apud balaam.
q. d. iam recesserant madianite repentantes
eius adventum in vtilem audita responsionis
dilatione
Item. g. et venit in vrbem que in extremis
finibus regni erat. hebr. et venerunt

in valle nichor. sic nominatam eo quod erant ibi
bitatores multi et per consequens plures vinee
Item xxiiii. cap. c. quis dinumerare possit pulverem
iacob et nosse numerum stirpis israel. hebr. quis
numerare possit pulverem iacob et enarrare
quartam .s. partem israel et multo minus de toto.
Item. c. non est idolum in iacob nec videbitur
simulacrum in israel. hebr. non vidit .s. deus falsitatem in
iacob nec transgressionem in israel .s. pro tunc. propter
quod debet populus maledici.
Item xxiiii. cap. d. ut valles nemorose. hebr. ut
torrentes inclinati vel protensi .s. ad irrigandum
Item. d. ut tabernacula que fixit dominus. hebr. ut
aloes lignia que plantavit dominus. et hoc in medio
precedens et subsequens consonat ad hoc est autem
aloe arbor aromatica valde.
Item. b. tolletur propter agag rex eius. et auferetur
regnum illius. quod sic exponunt latini de sau
le rege israel qui fuit reprobatus adeo quod agag
regem amalech. reservavit vivum et meliora
animalia et eius regnum translatum fuit ad david.
i. re. xv. hebr. altior agag rex eius et elevabitur
regnum eius. quia saul rex israel fuit potentior
ipso agag. et regnum israel postea fuit sublimatum
tempore david et salomonis
Item. b. devorabunt gentes hostes illius etc.
i. filii israel devorabunt gentiles hostes suos et sic
h. gentes est accusativum casus. unde. hebr. sic habet
comedet gentiles hostes suos .s. populus israel.
Item. c. dabo tibi consilium quid populus tuus huic
populo faciat. s. de pertrahendo populum israel ad ydola
triam. et quod sequitur est principium alterius sive
quid populus iste faciet populo tuo. i. certe hoc ostendam
tibi quid populus israel faciet populo tuo unde sequitur
orietur stella etc. i. david qui filios moab debel
lavit.
xxv. cap. d. perfodit ambos simul .s. et mulierem
in locis genitalibus. hebr. perfodit etc. in ventre suo
s. viri et mulieris etc. n. iste est mortalis non sic
autem ille qui fit in locis genitalibus.
xxvi. cap. b. et factum est grande miraculum
ut pereunte chore filii eius non perirent. hebr. et fuerunt
in signum. s. ly. viri offerentes incensum et propter
hoc a deo perierunt. et quod sequitur est alterius prin
cipium sive secundum hebreos et filii chore non fuerunt
mortui.
xxvi. cap. d. et separabis partem domino. hebr. et
separabis solucionem domino. et quo patet quod tenebantur
hic facere
xxxvi. cap. b. et cuncte femine maritos de
eadem tribu accipient. hebr. omnis filia que here
ditabit hereditatem de tribubus israel uni de cognacione
patris sui erit uxor. et sic preceptum hoc non videtur
cadere nisi super mulieres succedentes in hereditate.
Incipit deuteronomium.
Primo cap. d. Sumentes de fructibus eius ut
ostenderent ubertatem attulerunt ad nos. hebr. Et
acceperunt in manibus suis de fructu terre et
descenderunt ad nos. hoc autem dicitur quia terra
promissionis unde redierunt ad populum et moy
sen. Est altior illa ad quam redierunt.
Item. g. Sedistis. glossa. i. mansistis in cades
multo tempore. hebr. et sedistis in cades diebus multis
secundum dies quibus sedistis. i. tanto tempore mansistis
in cades. quanto tempore mansistis in aliis mansionibus
ut exponunt hebr.
Secundo. cap. a. Timebunt vos .s. idumei. unde
te ergo diligenter ne moveamini contra eos. hebr. cu
stodimini multum. q. d. cave te ab illis ne insidiose
nocerent vobis quia vos oderunt sicut esau patrem
eorum habuit odio iacob patrem vestrum. quod autem
sequitur est principium alterius versus. non contendetis
contra eos .s. eos invadendo. Sed tamen vos defen
dendo si voluerint vobis nocere.
Tercio cap. d. monstratur lectus eius ferreus.
hebr. monstratur cunabulum eius. sed autem dicunt
hebr. ut appareret saltem quandam absurditatem
in talmud eorum positam .s. quod og rex basan
erat sic magnus quod a planta pedis usque ad ca
villam. xxx. cub. habuit quod est tam absurdum
quod non indiget alia reprobacione quod autem dicit
decima bullo apparet falsum per illud quod habetur
ps. v. latinis meis stratum meum rigabo. et gen.
xlix. de lecto iacob qui erat homo perfectus. maculasti
stratum eius. eadem enim dictio hebraica ponitur
in duobus locis allegatis et hic pro lecto og. ex
quo patet quod non significat cunabulum. sed lec
tum vel stratum etatis hominis perfecte quantitatis
huius.
Quarto. cap. c. Sicut tu audisti et vidisti. hebr.
Sicut tu audisti et vixisti. unde. exo. xx. audien
tes dominum loquentem dixerunt non loquatur nobis dominus
ne forte moriamur.
v. cap. d. nichil addens amplius .s. quantum
ad precepta adeo data immediate populo. sed quantum
ad data mediate populo scilicet quantum addita me
diante moyse plura sunt addita. hebr. et non
desunt .s. de hiis que sunt de necessitate salutis quantum
ad mores. alia namque super addita non sunt
nisi quedam explicaciones .x. preceptorum. propter quod
in illis virtualiter continentur.
vi. cap. diliges dominum deum tuum ex toto corde
tuo et ex tota anima tua. hebr. diliges etc. et ex tota
substantia tua. et sic translacio nostra ponit fortitudinem
pro substantia tua. propter loquendo fortitudo significat
vires corporis que satis exprimuntur per hoc quod
premittitur ex toto corde tuo et ex tota anima tua
nam ex hiis totaliter procedunt vires corporis substantia
vero magis accipitur pro bonis exterioribus que pro
dei amore sunt exponenda. prov. iii. honora
dominum de tua substantia etc.
Item. g. eritque nostri misericors. hebr. Et iu
sticia erit nobis. quod non potest intelligi forma
liter sed effective. et hic est maximus effectus misericordie
dei in patria
vii. cap. f. crabrones mittet dominus. hebr. et
mittet vespas.
Item. f. donec deleat omnes atque disperdat qui

fugerint etc.

nisi accipiatur verbum.

fugerunt et te latere non potuerint. hebr. donec dispereant remanentes et occultati. q.d. licet humanam punitionem possint fugere non tamen divinam.

¶ viij. cap. b. Sed in omni verbo quod egreditur de ore dei. hebr. non habet verbo. potest enim unam hominis sustentare pro sua voluntate. unde et manna de qua loquitur et dicitur non dicitur dei verbum, pro causa verbo dei facta sicut. ij. R. i. dicitur quod est verbum quod factum est.

¶ Item. f. Et dipsas et nulle omnino aque. hebr. Et terra sitiens ubi non sunt aque omnino. Est autem dipsas serpens qui morsu facit hominem mori siti et sic est eadem sententia licet per alia verba.

¶ xi. cap. b. in morem aque ducuntur irrigue. hebr. et irrigabit eam cum pede. i. facilit sicut ortum viriditatis. ideo qui transit per egyptum videt per plures rivos et sic irrigat terram egypti non solum per humanum laborem ut dicit translatio nostra. sed etiam per parvum laborem ut habet littera hebraica non sic autem terra promissionis sed per pluviam et hec irrigatio melior est si tamen sufficienter et congruis temporibus adveniat quod promittit moyses si tamen deo sint obedientes.

¶ Item. c. Si ergo obedieritis mandatis meis. hebr. Si audietis meum. i. illud quod dominus nobis audieritis cum effectu. plura vero denunciavit dominus ipse per moysem que non sunt precepta vel mandata sed magis monitiones et ideo hebraica littera generaliter loquitur quam translatio nostra nisi mandatum accipiatur large prout se extendit ad monitionem.

¶ xiiij. cap. d. Quod in mundum fuerit hoc est maculatum et debile. Quod mundum hoc est integrum et sine macula quod offertur licet. sicut capream et cervum comedes. hebr. Sicut comeditur cervus et capreus comedet illud mundum et in mundum comedent illud. aliqua enim animalia dicebantur munda et immunda dupliciter. uno modo dicebatur mundum secundum speciem quod est ex sua specie poterat offerri. mundum tamen non individuum sicut agnus languidus vel maculatus. alio modo dicebatur animal mundum quod secundum legem poterat comedi non tamen offerri. sicut caprea et cervus. et immundum quod nec comedi poterat nec offerri sicut porcus. quod gratia dicitur in translatione nostra. hoc est maculatum et debile. et quod sequitur. hoc est integrum et sine macula quod offerri licet. non est de textu sed de appositum. appositum fuit a translatore ad ostendendum qualiter hic accipitur mundum et immundum. dicitur enim aliqui hebr. quod hic est textus. Sicut comeditur cervus et caprea comedit illud mundus et immundus comedet. immo de istis carnibus comedere poterat homo in mundus sicut et mundus de carnibus autem purificatis animalibus vel ea per sacrificium offerebantur immundus homo comedere non poterat.

¶ xviij. cap. a. de hiis autem que ruminant et non findunt ungulam hoc comedere non debetis. hebr. tantum non comedetis de ruminantibus et dividentibus ungulam. et tenet. i. vel dividentibus. nam aliqua de ruminantibus prohibentur eo quod non dividunt ungulam et aliqua de findentibus ungulam eo quod non ruminant sicut patet in textu.

¶ xv. cap. a. fenerabis gentibus multis. hebr. subdiabis gentes multas. i. sic subdiabis in temporalibus quod poteris eis accommodare libere tamen sub iudicio et sic non accipitur hic fenus pro usura sicut nec infra xxiij. cap. non fenerabis fratri tuo. ad usuram.

¶ Item. e. dabis ei viaticum. hebr. honerans onerabis eum de animo. e. largiter pro pluribus diebus.

¶ Item. f. perforabis aurem eius in ianua. hebr. et dabis in aurem eius. et ostio. nam auris debebat affigi cum ostio.

¶ Item. f. non avertas oculos tuos ab eis quando dimittes eos liberos. hebr. non erit grave in oculis tuis quando dimittes etc. et sic patet auctoritas origine in translatione nostra accipitur pro displicentia nam id quod displicet homo respicere dedignatur.

¶ xvj. cap. a. in pavore egressus es de egypto. hebr. festinavit egressus es de egypto. nam egyptii timentes mori cogebant illos israelitas festinanter egredi de egypto quod non poterant fermentare ut habetur exo. xij. et ideo cum dicitur in translatione nostra in pavore etc. pavor iste referendus est ad egyptios.

¶ xix. cap. d. mittent seniores civitatis illius. hebr. mittent senes civitatis illic. s. ipso fugitivi. nam illi sciebant modum sui facti non autem senes civitatis refugii et ideo cum dicitur in translatione nostra civitatis illius. h. procedens illius. referendum est ad ipsum fugitivum.

¶ xxi. cap. maledictus est a deo omnis qui pendet in ligno. hebr. maledictio iudicum suspensus. i. pena inflicta a iudicibus. nomen in. n. hebraicum positum hic e. elohim aliquando ponitur pro ipso deo vero aliquando pro iudicibus qui dicuntur dii participative. exo. xxij. ubi ista causa applicabitur ad deos quia cum iudices tenent locum dei ideo pena inflicta ab eis potest dici inflicta a deo et sic accipitur nostra translatio

¶ xxij. cap. a. non induetur mulier veste virili. hebr. non erit vas viri super mulierem sicut supra dictum est iustiter angelis artis dominus eius nova. i. R. ubi dicitur quod ionathas tradidit arma puero in hebreo habetur vasa sua. et ex hoc nomine vas viri tractum est ad significandum quicquid portari consuevit et deferri a viro. sive sit vestis. sive alia res. et ideo hebraica littera generalius continetur ad excludendum modos ydolatrarum. nam in sacris veneris viri non solum portabant vestes mulierum. sed etiam alia ad ipsas pertinentia ut colum et fusum et filia. et in sacris predictis mulieres portabant vestes virorum et arma. ut scutum lanceam et huiusmodi

¶ Item. b. non seres vineam tuam altero semine ne sementis quam sevisti et ea que nascuntur ex vinea pariter sanctificentur. i. detinentur et pertinuntur solum licum illam. grani enim seminati in vinea totus faciet fructum et merito quod fructum vinee spectat. quod si de ipso tempore messionis diverit primicie et decime forte caderet dominus sed liber a primicijs et decimis de fructu vine et sic dispendium caverent sacerdotes et levite spectat. quod prohibetur talis seminatio. hebr. non seres mixtum vineam tuam ne polluatur plenitudo seminis quod seminasti et proventus vinee. Est enim hic plenitudo seminis

quido fuit fructu͂ meo͂ phibicōis est quia fructus d͂ vinee de nouo͂ plantate ĩmundus ẽ tribus primis annis et ideo si tangeret fructum grauum seminati pollueret ipm͂ et sic de illo non posset fieri oblacō deo vō ũo dicer sicut/ inť hebraicam litteram et latinã est q eadem dictio que ponit͂ hic significat sanctificacōem et pollucōem differens tm͂ scdm͂ puncta que tn͂ non sunt de sba lrē tn͂ uariant significacōem sicut accentus apud nos uariat significacōem eiusdem dictionis sicut pilla producta breuis significat pedem pontis et prima longa tabernam unde versus est pilla pes pontis pila ludus pila taberna.

f. c. [margin]

[Decimo] xxvi. capitulo. a. attuli quod sanctificatum est de domo mea etc. i. separaui ab aliis rebus meis ut inde derem pauperibus et leuitis uenientibus ad domum meam, non est hec decima de qua loquitur de ferebatur ad templum Sed hic auferebatur in domo ppria, et ideo translacio nra que habet attuli, uidetur esse corrupta per scriptores ponentes t. p. b.

[Decimo] xxvii. capitulo c. maledictus qui nō honorat patrem suum et matrem. heb. maledictus qui uilificat patrem suum et matrem quod est peius quam nō honorare. unde uilificacōem hic accipiatur pro subtractōe honoris debiti.

[Decimo] xxviii. capitulo a. benedicta horrea tua. heb. benedictus calathus tuus. ut intelligatur continuus repositorium etiam paruum.

Item. c. det dns imbrem terre tue puluerem et de celo descendat super te cinis. heb. dabit dns pluuiam terre tue pulueres et puluerem.

Item. c. hō delicatus et luxuriosus. heb. hō tener et deliciosus ex quo patet quod in translacōe nra luxuriosus accipitur pro carnali in cibo et potu et lrā sequens hoc ostendit.

[Decimo] xxix. capitulo b. ut intelligatis uniuersa que facitis. heb. et prosperemini in omnibus vobis que facietis et sic patet quod intelligencia accipitur in translacōe nra pro prospero effectu sequente. nã plures sunt intelligentes qui tn͂ in actibus suis nō prosperantur.

Item. c. et assumat ebria sicientem. i. addat peccatum pcto. et idem significat hebraica lrā que talis est. et augmentet saciata siciente quia sicut sacietas cibi prouocat sitim sic consuetudo peccandi generat habitum malum inclinantem per modum nature ad pctum

[Decimo] xxxii. capitulo a. peccauit ei et nō filii eius in sordibus et cetera. hic lrā peccauit ei in sordibus uolatile. et nō filii eius. i. per hoc facti sunt nō filii dei per culpam qui prius erant filii eius per graciam. heb. dissipauit ei nō filius suus dissipacōe eorum quod sic exponitur. dissipauit, c. ipsa uel legem dei ei nō. i. ipsi deo non nocet dissipacō eorum. uel et malus homo nichil ei deperit nec et bonus eorum accrescat. h. supple filius suus qui frequenter sunt imitatores patrum scelerum suorum. generacio est puersa est.

Item. c. consumentur fame et deuorabunt eos aues morsu amarissimo. heb. insufflabunt fame et debellabunt eos demones. pruris enormis subiciendo. et occident amarum. uel idest proprium demonis. demones autem sunt deputati tortores tortores in gehenna.

Item. c. cum furore trahencium super terram heb. cum neō trahencium pulueris reptilia et uenenosa ut serpentes et huiusmodi trahunt secum pulueris adherentem eis. et uitam ueneni emittit

Item. d. de uinea sodomorum uinea eorum et suburbanis gomorre. heb. de uinea sodomorum uinea eorum et de campis gomorre. hec est uerior lrā quia campi ubi sicut uine non autem suburbana sed sunt loca inculta/ iuxta muros ciuitatum ad recreacōem ciuium dicitur enim primum in uetusto textu scdm͂ doctores hebreorum

campi [margin]

Item. e. uidete quod ego sum solus. heb. uidete quia ego ego ille. c. qui post uos ab aduersariis protege.

[Decimo] xxxiii. capitulo a. uiuat ruben et nō moriatur et sic paruus in numero. et hoc conuenit ei quod dixit iacob de ruben. gen. xlix. effusus es sicut aqua non crescas. heb. uiuat ruben et nō moriatur et sic gens sua in numero. quod exponitur dupliciter huiusmodo sit. in numero. i. tam parua quod de facili numeretur sicut accipit translacio nra. alio modo per oppositum. in numero. i. multa quia illa que sunt pauca non solent reputari numeracōe dignis secundo modo sic in numero. c. sim͂ enim eorum moram quod perdidit ius primo geniture, scilicet ad regnum quod translatum fuit ad iudam et quantum ad duplicem terre porcōem que translata fuit ad ioseph

/multa [margin]

Item. b. pfectio tua et doctrina tua etc. heb. urim tuum et tumim tuum etc. et redit in eandem sniam sicut dictum fuit supra. exo. xxviii. capitulo ubi plenius de istis fuit dictum.

Item. c. ponent thimiama in furore tuo. i. ut furor tuus auertatur a pplo tuo scdm͂ hanc lrām. heb. ponent thurificacōem coram te uel in naribus tuis. sacerdotes. n. leuitici generis thymiama cremabant super altare incensi ante sancta sanctorum. vō uero diuisitas translacōis nre ab hebraico est. quia dicto hebraica est que ponitur hic equiuoce significat iram et coram uel magis proprie autem facie uel naribus tuis loquitur. ei scriptum de dō domino hiis nobis. gen. viii. odoratus quia est dominus odorem suauitatis. hebrei tamen uidentur melius dicere.

Item. c. cornua rinocerotis cornua eius heb. cornua bubali cornua eius -eius

Item. g. ferrum et es calciamentum eius. heb. ferrum et es de clausuris suis per unum quod huius designatur quia in sorte aser fuerunt minere ferri et eris magis tn͂ proprie per litteram hebraicam et inde diuersitas est quia dictio hebraica hic posita equiuoca est ad calciamentum et clausuram.

Item .g. magnificencia eius disecaverunt nubes. hebr. in altitudine eius sunt celi et aer in quo dissolvuntur nubes frequenter celum nominatur

Incipit liber Josue.

Secundo cap. a. ingressi sunt domum mulieris meretricis hospitatricis non est verisimile quod sicut ubi ante fuimus nicolaus [?] dicit quod princeps eius inde que erat nobilissima accepisset eam in uxorem quod tamen fecit ut hebr. math. i. et ideo in sequentibus ubi in ab nominatur meretrix intelligitur hospitatrix id autem diversitas translacionis nostre et hebraice tamen est quod nomen hebraicum hic positum est equivocum ad meretricem et hospitatricem. hebrei tamen videntur melius dicere ut predictum est.

b Item .a. tollensque mulier viros abscondit eos. hebr. accepit mulier viros et abscondit eum. quod potest exponi abscondit eum id est quemlibet ipsorum. hebrei tamen dicunt quod unus illorum duorum fuit phinees qui erat sicut angelus et ideo non indigebat absconsione quia in presentia eius erat sic coram hominibus quod non videbatur ab eis

stare

Tercio cap. a. igitur iosue de nocte consurgens surrexit eum in aurora que est finis noctis et principium diei et sic potest ab utroque denominari sicut medium ab utroque extremorum.

Quinto cap. a. fac tibi cultros lapideos. hebr. fac tibi novacula scindentia ut acuta non est enim probabile quod tanta multitudo populi fuerit circumcisa nisi cum instrumentis ad hoc magis aptis cuiusmodi sunt novacula. hoc etiam videtur ex usu iudeorum qui cum novaculis circumcidunt.

Item .f. Et polentam eiusdem anni. hebr. et granatam anni illius in pasche namque fiebat oblatio de granis novis excussis tamen de spicis appropinquantibus ad maturitatem per ostensa coram et gallice dicitur gruence [?] et de talibus granis hic credit populo

vi cap. b. cumque insonuerit vox tube longior atque concisior. hebr. concisior scilicet non est in polla[?] cos et ideo videtur repugnare ei quod premittitur longior pro qua ponitur in hebreo plorantia [?].

Item .d. igitur iosue de nocte consurgente. hebr. igitur de iosue de mane consurgente exponitur ut supra iii cap.

Item .d. vii. buccinas quibus in iubileis uti est. hebr. vii cornua arietina. in principio septimi mensis fiebat festum pro liberacione ysaac ad immolacionem et quum aries fuit immolatus pro eo ideo clangebant iudei in cornibus arietum et de istis cornibus videtur hic scriptura loqui et non de tubis iubilei. nam adicione legis de iubileo mencione faciens adhuc non fuit impletus unus annus iubileus sed deficiebant adhuc decem anni ad minus.

Item .d. vulgus autem reliquum sequebatur id est ultima acies que proprie hic vocatur aggregacio quia illi de precedentibus qui propter lassitudinem vel aliam causam post alios remanebant aggregabantur ultimis non enim est verisimile quod fuerint ibi mulieres et parvuli nec etiam omnes viri cum cetera. vii. milia quia vix possent circuire civitatem semel in die et tamen in textu dicitur quod die vii circuierunt vii vicibus.

vii cap. d. persecuti sunt eos adversarii de porta .s. civitatis usque sabarim. hebr. et persecuti sunt eos adversarii usque ad contritiones quia plures ex eis fugientes per loca abrupta cadebant ideo sic dicitur per prona fugientes et sic sabarim non est nomen proprium loci sed appellativum.

Item .d. Sanctifica populum. hebr. cita populum et eodem modo quod sequitur sanctificamini. hebr. estote citati et verisimile videtur fuisse quod in tali punicione citabatur populus et etiam per oraciones et ieiunia sanctificabatur sicut patet iii Reg. xxi cap. in punicione naboth predicate ieiunium etc.

Item .f. vidi enim inter spolia pallium coccineum. hebr. vidi inter spolia pallium babilonicum. sic nominatur eo quod primus fuit inventa illa factura forte erat rubeum et sic utrumque dictum est verum

Item .f. regulamque auream. hebr. linguam auream. erat enim quedam lamina aurea ad modum lingue protensa.

Item .g. duxerunt eos ad vallem achor. hebr. duxerunt eos ad vallem turbationis sic nominatam ex verbo iosue dicentis quia turbasti nos turbet te deus in hac die. non est potest dici quod fuit sic nominatus locus ille ex nomine viri puniti quia non nominabatur achor sed achan. ut habetur in hebreo et libris nostris correctis.

viii cap. c. ita ut novissimi multitudinis occidentalem urbis partem attingerent. hebr. et insidiacionem suam in occidente dictio enim hebraica que ponitur .s. achon uno modo significat talum suum qui est ultima pars corporis et sic accepit translacio nostra ponens pro talo ultimam partem exercitus insidiantis alio modo significat insidiatorem suam et sic accepit hebreus.

Item .d. leva clipeum quod in manu tua est. in cuius summitate erat vexillum pro signo dando illis qui erant in insidiis ut illo viso civitatem invaderent. et hoc modo melius potest fieri quam per elevacionem clipei.

ix cap. b. responderuntque viri israel ad eos. hebr. et dixerunt viri israel ad eum eveum. quia gabaonite de quibus est hic sermo erant de gente eveorum ut habetur ix cap.

x cap. quod cum audisset adonibesech rex iherusalem. hebr. quod cum audisset adonisedech rex iherusalem. in hac enim civitate primo regnavit melchisedech ut habetur gen. xiv. qui interpretatur rex iusticie et ab ipso videtur deriviari hoc nomen usque ad istum adonisedech qui interpretatur dominus iusticie accepto domino pro regno eo quod idem significat iste tamen non habebat rem nominis eo quod erat ydolatra et infidelis.

Xiii° ca° b. usque ad aquas masserephoth. hebr. usque ad canales uel salinas aquarum. sicut enim in littore maris quedam canales in quibus aqua fluens per calorem solis conuertitur in sal. et sic masserephophoth non est nomen proprium ut accipit translatio nostra sed appellatiuum.

Item. f. usque baalgad. hebr. usque ad planiciem. gad. et sic non est una dictio ut accipit translatio nostra sed due.

Xiii° ca° a. omnis uidelicet gallilea philistiim. etc. omnis terra philistiim. et hec uidetur uerior. nam tota terra philistiim ad hoc remanebit acquirendi non sic autem uidetur fuisse de gallilea.

Item. a. a fluuio turbido qui irrigat egiptum. hebr. aliter qui est super faciem egipti et dicitur. hi. la. quod hic est nilus et in translatione nostra dicitur turbidus ex admixtione terre per quam fluit etc.

Item. b. getheos et accharonitas ad meridiem uero sunt euei. hebr. getheus et accharonitas et eueos. et est finis uersus ad meridiem uero omnis terra chanaam etc.

Item. c. quos percussit moyses cum principibus madian. et hec est uerior littera et aliqui uni libri eodem sic habent

Xv° ca° d. et exit exitus eius ad fontem rogel. hebr. Et exit exitus eius ad fontem fullonis sic nominatur eo quod fullones in riuo eius lauabant pannos et sic rogel non est proprium nomen sed appellatiuum

Item. d. que est cariathiarim .i. urbs siluarum non est in hebreo sed appositum fuit a translatore pro nominis interpretatione.

[margin:] istud .i. urbs siluarum

Item. d. que prius uocabatur cariath sepher. .i. ciuitas litterarum. istud similiter .i. et c. non est in hebreo sed est interpretatio translatoris.

Item. e. et suasa est a uiro suo. hebr. et suasit ei. s. uiro suo et utrumque uerum est nam primo excitauit uirum suum ad hoc et ipse respondit ei quod decennio erat/quod nominet peteret a patre suo. nam hoc erat decentius et sic fecit ideo sequitur. et suspirauit sedens in asino ut moueret patrem ad pietatem secundum litteram istam hebr. et lapsa est de asino .i. uelociter descendit et humilis peteret et melius exaudiretur.

Item. e. omnes ciuitates .xxix. hebr. omnes ciuitates .xxix. de ciuitatibus et istis alique fuerunt postea assignate tribui symeon/ut habetur .xix. ita quod .xxix. tamen remanserunt tribui inde que numerantur in hebreo. octo uero sunt in translatione nostra inueniuntur.

Item. g. cariathbaal. hec est cariathiarim urbs siluarum non est in hebreo sed est nominis interpretatio ut supra dictum est. dicitur autem hec ciuitas cariathbaal eo quod ydolum baal ibi colebatur et cariathiarim quia inter siluas erat sita.

Xvi° ca° d. in tannpnath selo. hebr. in regione selo et sic sunt due dictiones et tannpnath. non est nomen proprium sed commune.

Xix° ca° et egrediens ad cusimes .i. fontem solis. istud .i. fontem solis non est in hebreo sed est interpretatio translatoris. en. enim significat fontem semes solem.

Xix° ca° b. in finem seleth thabor. hebr. in tergo pendulum thabor. et sic seleththabor non est nomen proprium sed commune et dicitur pendulum locus existens inter cacumine montis et uallem.

Item. f. hirsemes .i. ciuitas solis. istud .i. ciuitas solis non est in hebreo sed est interpretatio addita a translatore. nam hirsemes significant ciuitatem semes solis.

Item. g. uocauit nomen eius lesemdan. s. nomine ... de quinque. s. lesem et nouo. s. dan. secundum translationem nostram hebreo. Et uocauerunt nomen lesem dan .i. ciuitatem que prius uocabatur lesem uocauit dan nomine simplici et eius consonat quod habetur. Judicum. xviii. uocato nomine ciuitatis dan. que prius lais uocabatur. lais enim et lesem sunt nomina et eiusdem ciuitatis secundum hebreos.

Xxii° ca° c. cum uenissent ad tumulos iordanis hebr. et uenerunt ad termino iordanis et hec uidetur uerior littera nam inter iordanem fuit edificatio illa etc.

Item. c. altare infinite magnitudinis. locutio est yperbolica ad denotandum magnitudinem illius altaris. ideo hebr. habet magne uisionis eo quod a longe poterat uideri.

Item. d. an parum nobis est quod peccastis in beelphegor. et usque in presentem diem macula huius sceleris in nobis permanet. hebr. an parum est nobis peccatum phegor a quo non sumus mundati usque ad hunc diem. associauit eum seeis in peccato predimisso ut melius fieret eorum conuersio. et licet illud peccatum diu ante non fuisset punitum/tamen adhuc manebat obprobrium super populum ideo dicitur a quo non sumus mundati etc.

Xxiii° ca° f. sed sint uobis in laqueum et offendiculum et latere uestro et sudes in oculis uestris. hebr. Et erunt uobis in predam et scandalum et flagellum in lateribus uestris et spine in oculis uestris. etc.

Xxiiii° ca° c. non poteritis seruire domino deo enim sanctus fortis et emulator est. hebr. non poteritis domino quia dii sancti ipse deus emulator. per hoc enim quod dicitur dii sancti plurali et adiungitur ipse deus emulator singulariter ostenditur pluralitas personarum in unitate essentie licet enim tres persone sint unus deus tamen sunt tres deitate similitatem habentes.

Item. g. en. lapis iste erit uobis in testimonium quod audierit etc. hebr. ecce lapis ipse erit uobis in testimonium quod ipse audiuit etc. certum est autem quod lapis non potest audire cum nullam sensum habeat nec cognitionem et ideo hec littera hebraica uno modo potest exponi ut per lapides intelligantur homines circa ipsum existentes/quibus iosue loquebatur sicut dicitur deut. xxxii. audiat terra uerba mea oris mei .i. habitatores terre audiant et sic accipit translatio nostra. alio modo quod diuina uirtute in mediante uel angelica formata fuit uox ac si egrederetur de lapide dicente. ego testificor quod audiui et sic accipitur uidelicet tamen ...

finit ii

fuit ibi falsitas aliqua sicut nec in salvatore nostro quando finxit se longius ire. luce. ultimo. quia per hoc significabatur quod erat longe a cordibus discipulorum quibus prevenerat ibidem. et tandem cor de ad credendum etc. similiter per hanc vocem significabatur obediencia creature eciam insensibilis ad deum proprio. exemplum igitur quando tunc glacies ipso precellare que faciunt verbum eius. et per talem modum dicitur iiii. per. xx. loquimini ad petram et ipsa dabit aquas. quasi audiens preceptum domini et ad implens.

Item. g. c. novellis omnibus etc. c. eloth. exponitur sicut supra genesi. xxxiiii. etc.

Incipit liber iudicum

Primo. capitulo a. quem comprehenderunt cesis pedum ac manuum eius summitatibus. hebraice. quem apprehenderunt et absciderunt pollices manuum et pedum ipsius ut redderetur inceptus ad bellum.

Item. c. quam pergentem in itinere monuit vir suus etc. hebraice. et excitavit eum. scilicet virum suum exponitur ut supra iosue. xv. capitulo et similiter quod sequitur. que cum suspirasset sedens asino etc. hebraice. et lapsa est de asino.

Item. d. filii autem cinei cognati moysi etc. hebraice. filii autem cinei socrus moysi et ideo in translacione nostra cognati. accipitur pro affinis vel propinqui.

Item. d. vocatumque est nomen urbis horma. i. anathema. istud. i. anathema. non est in hebreo sed est interpretacio nominis addita a translatore etc.

Item. d. quia falcatis curribus habundabant. hebraice. quia ferreos currus habebant. i. armatos ferreis stimulis dentibus ad modum falcis. sicut accipit translacio nostra

Item. c. nam cum obsiderent urbem. hebraice. et exploraverunt urbem et utrumque verum est. nam obsessa urbe ab eis exploraverunt per quam partem possent facilius ingredi et capere civitatem.

Secundo. capitulo. a. ascenditque angelus domini de galgala ad locum flencium. hebraice. ascendit etc. ad flecuinam ad hunc locum ille non vocabatur locus flencium sed postea sic vocatus est ex fletu populi post verba angeli ut habetur consequenter ibidem.

Item. b. ut habeatis eos hostes. hebraice. Et erunt vobis demones. i. non solum nocebunt vobis in bonis temporalibus et corporalibus quod est proprium hostium sed eciam in spiritualibus pertrahendo vos ad ydolatriam quod est proprium demonum.

Item. c. Sepelierunt eum in finibus possessionis sue in temptsare. hebraice. Et sepelierunt eum etc. in temnath solis qui locus sic nominatur. hic eo quod sepulchrum eius sculpserunt similitudinem solis in memoriam quod fecerat stare solem ut habetur iosue. x.

Tercio capitulo. d. qui utraque manu utebatur pro dextra. hebraice. in consueto manum dextram gallice esclenchier quia sinistra manu principaliter utebatur. et ideo quod eglon non advertit quando voluit eum percutere eo quod manu sinistra non percuciunt homines

communiter.

Item. d. qui fecit sibi gladium ancipitem habentem capulum in medio longitudinis palme manus. hebraice. non habens capulum in medio longitudinis palme. similiter habetur. fecitque sibi gladium ancipitem habentem longitudinis. et sic facilius poterat extrahi de vagina ad percuciendum.

Item. g. vicitque in seirath. hebraice. et evasit in boscis. i. in partibus nemorosis et dumpsis. et sic seyrath non est nomen proprium sed commune.

Item. g. percussit de philistiim. hebraice. viros. hebraice. percussit etc. Stimulo boum. nam philistei abstulerant arma ab hebreis ne possent rebellare sicut legitur factum tempore saulis. i. regum. xiii. nec est intelligendum quod ipse solo. dcc. viros interfecerit sed quia inter socios suos fuit principalis scriptura factum sibi attribuit sicut victoria duci exercitus attribuitur.

Quarto capitulo. a. uxor lapidoth. hebraice. mulierem lichinariam. sic nominatam eo quod faciebat lichinia pro luminis tabernaculi et secundum hoc lapidoth non est proprium nomen sed commune.

Item. c. usque ad vallem que vocatur sennim. hebraice. usque ad planiciem planiciei. et secundum hoc sennim est nomen commune.

Quinto capitulo. c. et clemencia in fortes israel. hebraice. et iusticie in populo israel.

Item. c. dominus atthenuavit michi fortes. et sic patet quod cum dicitur in translacione nostra in fortibus intelligendum est. communiter fortes et refertur ad sysaram et eius exercitum debellatum.

Item. c. effraym debellavit eos. hebraice. de effraym principatum habuerunt in amaleth. quia iosue fuit de tribu effraym qui debellavit amaleth. exodi. xvii.

Item. d. galaad transiordanem quiescebat sic habetur aliquibus libris nostris. hebraice. galaad transiordanem quiescebat.

Item. d. ungule equorum ceciderunt fugientibus impetu et per preceps ruentibus fortissimis hostium. hebraice. tali equorum strepitibus percusserunt fortes suos. i. ascensores suos que ceciderant cum pedibus suis conculcabant.

Item. c. in phiala principum obtulit butirum. hebraice. in lacticinio etc. non enim butirum solum posuit in phiala sed magis in lacticinio vel vase simili.

Sexto capitulo. d. tolle taurum patris tui. et alterum taurum. vii. annorum. hebraice. Tolle etc. impinguatum vii. annis. et sic. vii. anni non referuntur ad etatem tauri sed ad eius impinguacionem.

Item. g. concham rore complevit. hebraice. Et vacuum implevit aquis. i. roratibus de vellere expressis.

Octavo capitulo. b. zebee autem et salmana in carcaor requiescebant. hebraice. zebee. et salmana in carcaor simpliciter erant et est in carcaor nomen loci.

Item. c. revertensque de bello ante ortum solis. hebraice. revertens que de bello de altitudine solis. i. ante solis occasum per bonum temporis spacium

¶ Item. f. mille septingentum. hebr. septingenti aurei. cum valebat septingenti aurei quam septingenti mille sicli.

¶ ix. cap. qui eduxit ex eo viros in opes/ et nacos. hebr. qui eduxit ex eo viros vacuos bonis temporalibus et spiritualibus. et lasciviosos sequentes impetus passionum absque deliberatione rationis

¶ x. cap. a. thola filius phua patrui abimelech. patruus autem est frater patris. et ideo secundum istam literam phua fuit frater gedeonis cum in textu repugnare quod sequitur. Vir de ysachar. gedeon autem fuit de tribu manasse ut habetur. s. vi. cap. hebr. thola filius phua dodo. secundum hebreos dodo. est nomen proprium patris ipsius phua et secundum hoc non oportet dicere quod gedeon et phua fuerint fratres ratione diversitatis tribus locis ratione. et hebraice sic est/ quia dodo non solum est proprium nomen unius hominis ut dictum est. sed etiam commune significans patruum suum/ sic hoc nomen romanus accipitur aliquando pro proprio nomine unius hominis sic vocati undecumque sit aliquando vero pro nomine communi ad quemlibet de roma oriundum Sciendum tamen quod in hoc nomine. dodo. secundum. d. apud hebreos sonat sicut. z. et hoc non sonat. d. in hoc nomine adonias et adonino.

¶ Item. h. sedentes super. xxx. pullos asinarum hebr. non habet asinarum. propter quod glo. hebraica sic exponit super. xxx. pullos. i. equos electos s. iuvenes et fortes.

¶ Item. f. amaleth et chanaan. hebr. amaleth et maon.

¶ xi. cap. a. filius mulieris meretricis. hebr. filius mulieris hospitatricis. nomen enim hebraicum sic expositum equivocum est ad utrumque sicut dictum fuit de raab. iosue. ii. cap.

¶ Item. .i. quia de adultera matre natus es. hebr. quia de altera matre natus es.

¶ Item. .i. congregati quoque sunt ad eum viri inopes et latrocinantes. hebr. non habet latrocinantes. et ideo credendum est quod non agebant predas de populo isto/ sed de adversariis eius sicut fecit david et viri eius sicut habetur. i. reg. xxvii. et hoc non est latrocinium.

¶ Item. decepisti me. et ipsa decepta es. hebr. turbasti me. et ipsa turbata es. non enim ex omissione filie fuit decepto ipse sed turbatus

¶ Item. g. que non noverat virum/ et sic immolata fuit virgo secundum expositores latinos secundum hebreos vero non fuit immolata nec textus hoc dicit. sed quod fecerat sicut voverat. i. votum suum implevit quod non potest fieri per mortem innocentis cum non sit materia voti. Sed deo execrabilis et ideo dicunt hebrei quod sapientes legis interpretati fuerunt votum iepte quod eius filia non erat sanctificanda deo per mortem corporalem Sed spiritualem s. per virginitatis observantiam eo modo quo religiosi dicuntur mortui mundo. unde dicitur in hebreo que non novit virum. s. de futuro propter votum virginitatis quod non poterat contrahere matrimonium sicut poterat ante votum et hanc materiam diffusius tractavi exponendo passum istum in postilla.

¶ xii. cap. g. fugitivus est galaad de effraym et habitat in medio effraym et manasse. hebr. fugitivus est galaad/ in medio effraym in medio manasse. i. nullius momenti vel reputationis est. respectu ipsius effraym et respectu ipsius manasse.

¶ Item d. dic. ergo sebboleth. quod interpretatur spica. hebr. non habet quod interpretatur spica. sed appositum est a translatore ad ostendendum significatum nominis hebraici. hebrei tamen dicunt quod sebboleth. non accipitur hic pro spica sed pro fluxu vel impetu fluvii quod gallice dicitur fil. est enim sebboleth equivocum ad utrumque et videtur hebr. melius hic dicere. nam effraym petebat ut permitteretur transire fluvium.

¶ Item. g. super. lxx. pullos asinarum. hebr. non habet asinarum. et ideo pulli possunt hic accipi pro equis electis sicut dictum est supra x. capitulo.

¶ xiii. cap. c. Cur queris nomen meum. quod est mirabile. hebr. cur queris nomen meum quod est celatum quod exponunt hebrei dicentes quod nomina angelorum qui mittuntur in ministerium accipiuntur secundum legationes ad quas mittuntur. unde et angelus missus ad purgandum labia ysaie cum calculo ardenti vocatur seraph ysaie. vi. qui tamen non erat de ordine seraphico/ angeli vero nesciunt missiones suas adeo de futuro donec sibi revelantur. ideo dixit angelus nomen suum celatum.

¶ xiiii. cap. c. et ecce examen apium in ore leonis erat. hebr. et ecce examen apum in corpore leonis erat.

¶ xv. capitulo. c. percussitque eos ingenti plaga ita ut stupentes suram femori imponerent. sura est posterior pars cruris/ et femur anterior/ homines enim attoniti et meditabundi ex eventu aliquo infortunii solent ponere posteriorem partem unius cruris super anteriorem partem alterius hebr. percussit eos plaga magna/ tibiam super crus suum. glo. i. pedites cum equitibus/ pedites. n. innituntur super pedes suos/ equites autem super crura sedentes in equi sella.

¶ Item. f. in maxilla asini. i. mandibula pulli asinarum delevi eos. et percussi mille viros/ hebr. in mandibula asini acervo acervorum/ in maxilla asini percussi mille viros et dicit acervo acervorum quod philistei percussi a samsone/ cadebant per acervos unus super alium.

¶ Item. g. et vocavit nomen loci illius ramath lechi. quod interpretatur elevatio maxille. hebr. non habet quod interpretatur etc. sed est appositum a translatore sicut frequenter dictum est in similibus.

¶ xvi. cap. a. et vidit ibi mulierem meretricem.

hebr.

hebr. Et vidit ibi mulierem hospitatricem. Et ponitur quod philistei non invaserunt eum ibi. quia talla he spera. antiquitus erant, et debent esse secundum talis loca. Et ponitur quod expectabant eum expressum unde ut ei occiderent in bello in terram..

Item. a. in valle soreth. hebr. in torrente. soreth et utrumque verum est quia torrentes sunt sepe in vallibus..

Item. c. Si inquit .vii. crines capitis mei cum licio plexueris et clavum hiis circumligaveris fixeris in terram infirmus ero. quod cum fecisset dalila dixit ad eum philistiim etc. hebr. Si texueris vii. flocellos capitis mei cum licio, et fixeris cum cavilla. Et sic in mediate, et dixit ad eum philistiim etc. quod autem interponitur in translatione nostra non est in hebraico. Subintelligitur sciendum quod tota cesaries sansonis erat distincta per vii. flocellos et sic tota fuit rasa..

xvii. cap. a. mille centum argenteos quos separaveras tibi et coram vobis pro fabricando volo secundum istam translationem. hebr. mille centum argenteos captivos. i. furto ablatos ate etc.

Item. a. et super quibus me audiente iuraveras, quod inde faceres volo secundum istam translationem hebr. et dimisi manibus meis. e. in peccando malum ei qui furatus fuerat..

Item. f. et de cognatione eius. hebr. de cognatione iuda. et hoc patet quod hec eius ponitur in translatione nostra non refertur ad michamque sic quod de cognacione eius ut credunt aliqui sed refertur ad tribum iuda que de hac cognatio.

xviii. cap. d. venerunt laýs. sic dicit sic hebr. et non per. e. h. lachys. et hec civitas vocatur lesem Iosue. xix.

Item. g. erat autem civitas sita in regione roob. hebr. in convalle roob et utrumque sunt verum quia per terram illam currebat torrens eiusdem nominis cum ea..

Item. g. gersam filii moysi. hebr. gersam filii manasse, dicitur autem etc. sed quod utrumque verum est unius hominis qui fuit binominis..

xix. cap. a. que reliquit eum. hebr. que fornicata est super eum. et ponitur hanc fornicatorem eiecit eam postea tamen ivit ad reconciliandum eam sibi sicut frequenter contingit inter virum et uxorem.

Item. a. et duos asinos onustos. hebr. et duos asinos cingulatos ut super unum equitaret et super alium uxorem duceret.

Item. e. filii belial. i. absque iugo. hebr. non habet. i. absque iugo. Sed appositum fuit a translatore ad ostendendum significationem huius nominis hebraici belial.

xx. cap. a. omnesque anguli populorum non ab extremitatibus dicitur isti fuerunt congregati homines. hebr. et omnes populorum. i. principales tribuum ad quod spectabat de aliis ordinare..

Item. e. invenienque fuerunt. xxv. milia de beniamin. hebr. habet. xxvi. milia. et ideo videtur littera nostra corrupta per scriptores vel forsitan unus millenarius non fuit perfectus et ponitur quod tacetur in nostra translatione..

Item. c. qui fugientes venerunt in domum domini hoc est in silo. hebr. non habet hoc est in sylo. et ideo non est certum de loco in quo conveniunt quia domus dei aliquando accipitur pro tabernaculo et archa domini que portabantur aliquando cum exercitu ut patet. i. Re. iiii.

Item. d. eodem tempore ibi erat archa domini in sylo. hebr. non habet in sylo.

Item. f. nec erat ulla morientium requies. hebr. requies eorum comprehenderunt eos. nam in locis in quibus solebant quiescere et spaciari prope civitatem fuerunt occisi.

xxi. cap. d. et precepimus eis ut eas in pace reciperent. hebr. et precepimus eis ut eos in pace reciperent. et utrumque fuit verum. nam filiis beniamin precepit ut datis virginibus pacifice reciperent in uxores et filiis virginibus ut eos reciperent in maritos..

Item. d. magna nobis cura est etc. hebr. hereditas evasionis beniamin. i. beniamin qui evaserunt de prelio. et filii eorum hereditabunt sortem beniamin.

Item. g. non eis ceperunt eas iure bellantium. hebr. non eis accepimus in bello contra habitatores iabes galaad. virgines in sufficienti numero pro fugitivis de beniamin. q. d. ideo oportuit numerum virginum per alium suppleri..

Incipit liber ruth.

Secundo. cap. e. que non sum similis unius puellarum tuarum. hebr. que non sum similis unius ancillarum tuarum. et sic humilitas ruth magis exprimitur in hebreo quam in translatione nostra..

Item. e. Congessit sibi polentam. e. ipsi ruth. secundum istam. hebr. et porrexit ei granatam. e. booz ipsi ruth secundum hebreos dicitur autem granata cibus de granis factus et probabiliter videtur quod utrumque fuerit. s. quod ipsa sibi cibum paravit et ulterius booz sibi granatam porrexit

Item. g. mensura ephi. i. tres modios. hebr. non habet. i. tres modios. sed appositum fuit a translatore ad ostendendum quantum continet ephi.

iii. cap. g. mensus est. vi. modios ordei. hebr. mensus est. vi. ordea..

Item. g. ecce. vi. modios ordei dedit michi. hebr. ecce. vi. ordea etc. et sic patet quod ex textu hebraico non habetur quod fuerint modii vel alie mensure. Sed certum est quod non erant magne quia ruth sola et semel totum portavit ad domum socrus sue..

Incipit primus liber regum.

Primo cap. a. Anne autem dedit unam partem tristis nam non de donis sed de domini unitate dolebat

cum eo quod anna carebat liberis et sic anne dedisset plures partes. G. pro matre et liberis quam anna diligebat scilicet quod de sterilitate eius plorabat. hebr. anne autem dedit unam partem pulchram quia annam diligebat. et sic pulcriorem partem dabat ei pro se quem fenenne.

Item. e. multo quam illud non sunt amplius in diversa mutati. hebr. et uultus illius non fuerunt amplius in ipsa. ante enim habebat vultum tristem. Sed ex verbis hely consolata non habuit ultra faciem tristem. vel Sed ex verbis hely consolata non habuit ultra faciem tristem etc.

Secundo cap. a. et ipsi preparantur cogitationes. hebr. et ipsi preparantur opera.

Item. a. donec sterilis peperit plurimos. hebr. donec sterilis peperit septem, vel saturitatem. nam utramque significationem habet dictio hebraica hic posita, et secundum hoc narrant hebrei quod secundum primam significationem dicunt aliqui quod anna habuit quinque pueros naturales, tres filios et duas filias ut habetur infra eodem cap. et cum hoc habuerunt duos adoptivos. alii vero sapientes secundum significationem non loquuntur de adoptivis quia naturales sufficiebant et sic per saturitatem exprimit scriptura prolis sufficientiam.

Item. b. domini enim sunt cardines terre. hebr. domini sunt fortes terre nam omnis potencia creata est deo subiecta.

Item. b. filii hely filii belial. nescientes dominum neque officium sacerdotii ad populum. totum sub uno versu. hebr. filii hely filii belial. nescientes dominum et hic finis versus. et sequitur principium alterius. Consuetudo sacerdotum ad populum erat quando quis sacrificabat veniebat puer sacerdotis etc.

Item. b. da michi carnem ut coquam sacerdoti non enim accipiam a te carnem coctam sed crudam. hebr. da michi carnem ut assem sacerdoti. non enim accipiet a te carnem elixatam. i. coctam in aqua.

Item. c. retrahebant homines a sacrificiis. hebr. abhominabantur homines sacrificia propter nequitiam sacerdotum.

Item. d. et tunicam parvam faciebat ei mater sua. hebr. pallium parvum faciebat ei mater sua.

Item. d. si peccaverit vir in virum placari potest ei deus. hebr. si peccaverit etc. iudicia iudices pro talibus interveniendo, et si faciebant satisfaciant lesore.

Tercio cap. a. et sermo domini preciosus. i. rarus vel carus preciosum. hebr. et sermo erat prohibitus. quia propter maliciam sacerdotum cessaverunt revelationes divine.

Item. a. et caligaverant oculi eius nec videre poterat lucernam dei antequam extingueretur. latini legunt hoc sub uno versu et exponunt dupliciter. nam aliqui dicunt quod de nocte videre non poterat sed clara die aliqua videbat licet obscure et tunc extinguebantur lucerne saltem aliquae que de nocte ardebant. sed si hoc dictum sit verum incertum non debet esse lucernam in tabernaculo. sed lucernam in nocturno. alii dicunt quod non poterat videre lucernam ardentem eo quod offendebat oculos suos debiles. Sed contra hoc est quod sequitur antequam extingueretur quia claritas solis de die plus offendit quam lucerne. hebr. Caligaverant oculi eius nec poterat videre. et hic est finis versus. quod sequitur est principium alterius et coniungitur cum tertio sequenti sic lucerna domini nondum extinguebatur et samuel dormiebat in lecto suo etc. et sic exprimit tempus revelationis facte samueli quia in mundo erat tempus extinguendi lucernas sed erat adhuc nox propter quod hely dixit ei revertere et dormi et sic videtur nostra translatio corrupta per malam punctuationem, et eius variationem. scilicet ponendo antequam pro nondum ut dictum est.

Quarto cap. c. non fuit tanta exaltatio heri et nudius tercius. hebr. non fuit sicut ista heri et nudius tercius. i. non fuit tanta potentia in exercitu israel de preterito sicut est modo quod dicebant filistei propter presentiam arche virtute cuius tenebant debellari ut patet infra sequenti ideo subdit. ve vobis etc.

Item. f. et fractis cervicibus mortuus est. hebr. et fracta cervicula sua. i. de colli mortuus est.

Item. g. irruerunt enim in eam dolores subiti. hebr. versi fuerunt cardines sui. glo. cardines ostiorum ventris sui propter quod partus eius fuit accelleratus.

Sexto cap. d. Quinque mures aureos. hebr. quinque cacos aureos etc.

Item. b. duas vaccas fetas. hebr. duas vaccas lactentes. que prone sunt ad reddendum vel ad vitulos suos.

Item. g. percussit de populo. lxx. viros quinquaginta milia plebis. hebr. Et percussit. lxx. viros vel quinquaginta milia plebis sicut dicitur de david infra. ii^o. li. cap. xviii. tu unus pro decem milibus computaris. non enim illa villa erat tanta quod essent ibi quinquaginta milia virorum in universo propter quod translatio nostra videtur esse corrupta per scriptores sicut in pluribus aliis locis et mane in minus. *[margin: quod reputabantur quinquaginta]*

Septimo cap. a. auferte deos alienos de medio vestri baalim et astaroth. hebr. non habet baalim.

Nono capitulo. b. Speculum non habemus. hebr. cremum non habemus.

Item iste dominabitur populo meo. hebr. iste retinebit populum meum. nam ad principem pertinet retinere populum ne se in tempore belli precipitanter ingerat et in tempore pacis ne contrarium primum inique agat.

Decimo cap. d. et cum liberaberis etc. totum hoc usque ibi. cum abieris extra. et circa hic est in hebreo sed sunt quedam glose in textu posite per scriptores.

Item. a. in finibus beniamin in meridie. heb.
in termino beniamin in selsa. i. in umbra clarita
tis. sic enim vocabatur locus ille ex diuina prouidencia
quia ibi fuit templum postea saltem pro parte
nam altare holocaustorum fuit in sorte beniamin
ut dicitur fuit. glo. ibi. in postilla.
Item. a. salientes magnas foveas. hoc
non est in hebreo.
Item. c. quippe descendam ad te ut offe
ras. hebr. habet ad offerendum quia saul non fecit
oblacionem per se ipsum sed per samuelem.
Item. d. Et quis pater eius. hebr. et quis pater eorum
i. prophetarum. q. d. prophetia non datur per successionem
seu hereditariam et ideo non est mirandum si filio
accipit filio cis. cum pater ipsius eius non sit propheta
hec. glo. ibi. Sal.
Item. f. ecce absconditus est in vasis. i.
in domo ubi illi qui venerant reposuerant
arma et alia sua et alia necessaria.
vi. cap. g. quis est ille qui dixit saul non
regnabit super nos. hebr. quis est ille qui
dixit saul regnabit super nos. glo. ironice
loquendo et sic in idem redit.
xii. cap. d. et dixerunt testis. glo. postquam
testificatus fuit samuel se innocenciam ipse
constituit testimonium dei quod est maius et fir
mius dicendo testis est dominus. i. rogo ut dominus sit
testis et tunc venit vox a deo missa testifi
cans et secundum hoc dicitur in singulari et dixit.
o. dominus testis supple sum.
Item. d. iobaal et bedan et barach. hebr.
non habet barach.
xiii. cap. f. contra viam effraym ad terram
saul. hebr. habet ad terram saul.
Item. g. vallis seboym. hebr. vallis spectu
Item. g. retusse eis erant acies vomerum
et ligonum etc. hebr. et erat lima pro vomeribus
et ligonibus etc. glo. quia labor erat filiis israel
descendere ad terram philistinorum ad acuendum
propter ea instrumenta ideo ipsi vel saltem aliqui habebant
limas ad acuendum ipsa prout poterant.
xiiii. cap. g. et quocumque se verterat su
perabat. hebr. et quocumque se vertebat im
pie agebat et littera sequens videtur concordare que
loquitur de pugna saulis contra amalech in
qua impie se habuit.
xv. cap. a. recensuit eos quasi agnos. i. humi
les et obedientes. hebr. numeravit eos in agnis
glo. quilibet accepit agnum in atrio regis et
sic per numerum agnorum cognitus fuit numerus bella
torum.
Item. g. oblatus est ei agag pinguissimus
tremens. hebr. adductus est ei agag in vin
culis. erat enim ligatus captus in prelio.
xvi. cap. d. erat autem rufus et pulcher as
pectu. hebr. erat autem rubicundus et pulcher
aspectu.
xvii. cap. a. egressus est vir spurius de castris
philistinorum. hebr. egressus est vir medius
de castris philistinorum et eodem modo dicitur ubi
translacio nostra habet spurius. hebr. habet vir medius
converterat enim de acie philistinorum ad petendum du
ellum in spacio inter medio duorum exercituum volens
ostendere probitatem suam eo quod fortior erat inter
philisteos ut habetur in textu
Item. a. et ocreas ereas habebat in cruribus suis
hebr. et galeam ... pedes. nam in parte an
teriori galee descendebat quedam lamina operiens
nasum eius.
Item. a. et clipeus ereus tegebat humeros eius
hebr. et lamina erea inter scapulas. nam a parte
posteriori galee descendebat quedam lamina inter sca
pulas ad maiorem colli proteccionem.
Item. a. et lorica hamata induebatur. hebr. et
lorica squamata induebatur. erat enim lamine ferree
ad modum squamarum facte operientes foramina
lorice.
Item. c. et venit ad locum magalla. et ad cer
cuitum. hebr. et venit ad circulum et exercitus qui
erat locatus enim in campo castris fiebat fossatum
in circuitu castrorum ut adversarii de nocte nimis
possent irruere et sic modo debet fieri sicut dicit
vegecius libro de re militari illud quod fossatum
vocatur hic circulo inter quem david reposuit illa que
apportaverat cum sarcinis et ivit ad videndum
acies bellatorum ordinatas circa circulum illum.
xviii. cap. d. in duabus rebus gener meus eris
hodie. hebr. non habet rebus. sed loco eius sub in
telligitur filiabus quia prima filia saul fuit sibi
promissa et secunda fuit sibi data uxor.
xix. cap. et prophetare ceperunt. translacio cal
daica habet insanire ceperunt. i. loqui extra sicut
arreptitii et sic dicitur de saul ubi postea dicitur eodem
cap. et dicitur prophetavit nudus sed hoc non videtur verum
quia de filiis saul premittitur in textu facta est etiam
spiritus domini in illis. et sic postea de saul et factus
est etiam spiritus domini super eum. Spiritus autem domini
non accipitur pro demone nisi cum addicione dicentis
hente sicut. s. xvi. c. dicitur spiritus domini malus arri
piebat saul et ideo dicendum est quod spiritus domini
hic accipitur pro spiritu devocionis qui ad horam
fiebat in eis. prophetare pro laudare deum et sic o
mittebant plures quam david.
xx. cap. e. aut si non fecero hoc. hoc non est in
hebreo.
Item. d. iuxta lapidem cui nomen est ezel. hebr.
iuxta lapidem ambulacionis erat enim signum ambulantibus
tenendi viam rectam.
Item. e. fili mulieris virum ultro rapientis.
hebr. fili nequam rebellantis. i. indigencia rebellantis
nec humiliantis ...
xxi. cap. a. pueris autem dixi et misi locum. hebr.
pueris vero signavi in illo loco. i. terminavi ne re
cepi quod indiceret latitudinem.
Item. b. porro hec via polluta est. hebr. hec
consuetudo communis est. glo. et quia panes propositionis
tamen sunt de mensa que est coram domino. quantum
quam ne possit filiis israel apponatur.

sua

Item. b. hodie sanctificabitur in vasis ex condicione
mandu[ca]mini. unde dicit. glo. Ra. Sa. etiam
si hodie posita esset panis. possidet domini unitatem
precium..

9. ff.

Item. hic pascebat mulas saul. hoc non est
in hebreo. non est enim verisimile quod esset pastor mu
larum cum esset armiger regis specialissimus..

Item. g. impingebat in hostia porte quasi vellet
eam frangere sicut furiosus. hebr. pingebat super
hostia porte pretendo ibi figuras mirabiles
sicut stultus

Xxiii. ca. g. porro david desperabat se posse
evadere. hebr. david festinabat ire. 6. ad aliquem
locum ubi posset cum suis viris latere..

Xxiiii. ca. a. venit ad caulas ovium que se of
ferebant vianti. hebr. venit ad caulas ovium
que erant super viam. per hoc david invenit
spelunca pro locum illum tenens probabiliter quod
saul ibi non quieret ipsum in loco publico pro
pinquo strate publice

Item. c. vivit dominus et usque ibi. Et confirmavit
david exclusisse non est in hebreo. Sed sunt que
dam glo. postea textui inserta causa non hunc glo
videtur fuisse eo quod infra. xxvi. ca. dicit david ber
nedicta in fili tu..

Item. e. sicut in proverbio antiquo dicitur. hebr.
dicunt in proverbio antiquo dicitur. et illud proverbium
antiquum secundum hebreos est ipsa lex data adeo quod
dicitur antiqua eo quod est ab eterno. dicunt etiam quod
lex dicit hoc. exo. xxi. ubi dicitur de occiso casu aliter
quod dominus tradidit eum in manus occidentis pro aliquo
peccato occulto omissi pro quo dignus erat morte. et
illi pro peccato occulto occidentis pro quo dignus erat
exul fieri de sua civitate usque ad mortem summi
pontificis. et sic talia peccata occulta puniuntur per
divinum iudicium quia puniri non possunt per humanum
Sed quia hoc dictum non est semper verum scilicet quod homi
cidium casuale contingit propter peccatum occidentis et
occisi. Immo frequenter contingit absque demerito
alterius vel utriusque ideo melius potest dici quod si lex
dicatur hic proverbium antiquum patet quod in parabo
lis dicit hanc sententiam .c. quod ab eis impiis egre
dietur impietas. nam opera eorum dicit impia..

Item. f. canem mortuum persequeris et pu
licem unum. hebr. et libri correcti. canem mor
tuum et pulicem unum.

Xxv. ca. a. erat autem vir quispiam in solitu
dine maon. hebr. non habet. sollitudine. quia ut
dicitur libro de hebraicis quaestionibus. maon nomen est
civitatis in qua manebat nabal sed habebat
caulas ovium et domum pro pastoribus in solitu
dine ad quam veniat providendis gratia..

Item. b. fratribus meis et tibi. hebr. pro hoc ipso
et tibi pax. i. omnibus pro hoc uno salus tibi..

Item. b. ex multis annis scilicet faciens tuos
et omnia tua. hoc non est in hebreo

Item. c. et quinque arietes coctos. hebr.
et quinque arietes factos..

Xxvi. ca. d. et ciphum aque. hebr. et
phiolam aque videtur enim esse vas pro aqua vo
lacca ad refrigerium regis contra estum..

Item. f. sicut persequitur perdix in montibus
hebr. sicut persequitur cuculus in montibus qui
nititur capere vilem predam..

Xxvii. ca. d. quatuor mensium. hebr. dies
et quatuor menses et secundum aliquos hebreos
per dies intelliguntur anni secundum Ra. Sa. per
dies intelliguntur duo dies enim quod plurale nomen
in hebreo sumptum absolute significat unum
annum integrum..

Xxviii. ca. a. et interfecit eos qui habebant phi
tones in ventre. hoc non est in hebreo sed primo
fuit appositum per modum glo. et postea per scripto
res textui insertum

Item. g. mulier autem illa habebat vitulum
pascualem. hebr. habet. vitulum saginatum
i. in presepio impinguatum..

Xxx. ca. d. ad australem partem cerethi sed
accipitur pro terra philistinorum et non pro bella
toribus sicut accipitur infra. ii. libro capitulo
viii. cerethi et phereti et robur exercitus..

Item. f. respondit unus vir pessimus. hebr.
et libri correcti habent omnis vir pessimus. quia plures
erant illius sicut sicut patet ex verbo david sequente
non sic facietis fratres mei..

Item. g. et factum est hoc ex die illa et de
inceps. hebr. et factum est a die illa et ab an
tea tempore abrahe hoc factum fuit debellatis
enim regibus qui captivaverant loth. gen. xiiii.
abraham determinavit quod aner eschol et mam
bre qui remanserant ad sarcinas custodiendas
ut dicit Ra. Sa. haberent partes suas ut dicitur
gen. xiiii. in fine..

Xxxi. ca. a. ionathan et aminadab. hebr.
et libri correcti habent abinadab..

Incipit secundus liber regum.

Primo ca. c. et precepit ut docerent filios
iuda arcum. i. artem sagittandi ut sic re
sisterent philisteis qui debellaverant regem
israel et eius exercitum per sagittarios ut patet ultimo
capitulo libri primi unde dicit poeta tu quoque fac
simile sic ars deluditur arte

9 planctum. hebr. et precepit ut docerent filios iuda

Item. g. Considera israel pro hiis qui mor
tui sunt super excelsa tua vulnerati. hoc non est
in hebreo..

Item. g. amabilis super amorem mulierum
hebr. mirabilior fuit amor tuus mihi quam amor
mulierum quia ionathas contra voluntatem patris sui
diligebat david et etiam in preiudicium bonorum tem
poralium quia sciebat david successurum patri suo in
regno..

Secundo ca. d. vocatum est nomen loci illius ager
robustorum. hebr. vocatum est nomen loci illius ager
ensium. eo quod illi iuvenes mutuo se vulneribus
confoderunt..

Item. e. percussit quoque eum abner aversa hasta
in inguine. hebr. percussit ergo eum abner post

exper in quinta .i. iuxta quintam costam sed q e cum

Item. f. non usque ad internecionem etc. hebr. non usque ad semper uel in finem

Item. f. vivit dominus si locutus fuisses mane recessisset populus aliqui hebr. dicunt quod hec est littera. vivit dominus si non locutus fuisses mane .s. dicendo Surgant pueri et ludant coram nobis. ut hic s. eodem capitulo recessisset populus .s. sine bello. nam occasione illius dicti et effectus sequentis ortum fuit illud bellum

Tercio capitulo c. et reduxit eum a cisterna syra. hebr. et reduxit eum a cisterna spine. erat .n. ibi quedam spina notabilis a qua denominabatur et fortitudo iuxta erat ibi via eundi versus syriam.

Item. e. leprosus et tenens. hebr. leprosus et tenens in baculo .i. debilis sic quod oporteat eum se baculo sustentare.

Item. f. nequaquam ut mori solent ignavi. etc. hebr. non sicut moritur stultus .i. ipsius qui per inperitiam sua interfectus fuerit abner .cum non peccaverat occidendo asaelem . quia hoc fecit se deffendendo et non poterat aliter evadere ut patet in textu.

Item aliter exponitur. non sicut moritur stultus .i. ignarus armorum qui nescit ictum declinare. Dicit itaque fuisset aperte bene declinasset sed fuit omnino proditorie sub simulatione pacis.

Item. g. ego autem adhuc tener. hebr. ego autem adhuc tener. et loquitur metaphorice quia sicut ramusculus tener de novo plantatus vel insitus indiget fomento ut firmetur sic david indigebat auxilio abner ut in regno suo stabiliretur

Quarto capitulo a. duo autem viri principes latronum hebr. hebr. principes turmarum .s. bellatorum dicit hebr. quod isti duo conspiraverant contra ysboseth cum essent magni in eius regno sed eorum consilium fuit revelatum ysboseth et sic eius iudicem fugerunt sed postea habita opportunitate redierunt ad eum interficiendum

Item. d. ancilla ostiaria purgans triticum obdormivit hoc non est in hebreo.

Item. d. ingressi sunt domum latenter sumentes spicas tritici. hebr. et ecce venerunt usque ad medium domus accipientes triticum interfecerunt eum. cum in area alius tritici intraverunt simulantes se velle emere triticum sicut ipsi qui ibi de regno vendebant.

Quinto capitulo c. dogmatum fistulas. hebr. in caminum .i. turris ubi erant ydola duo representancia ysaac in fine fuit tecta et iacob ex iuncta cum angelo claudus et erant ibi posita hec ydola ad ostendendum quod eorum posterorum locum illum invadere non debebant pro pacto federis dictum. sed hoc non erat verum quia federis illud non fuit ad semper sed ad tempus quod iam transierant per plures annos. etc.

Item. g. que tulit david .s. ydola philistinorum hebr. et combussit ea david .s. ydola.

Sexto capitulo a. et omnis populus qui erat cum eo de viris iuda. hebr. aliqui dicunt de planicie iuda .i. de terra iuda dictio namque hebraica que ponitur hic est equivoca ad utrumque.

Item. b. in omnibus lignis fabrefactis. hebr. in omnibus buxeis. nam tibie et fistule et plura alia instrumenta musicalia fiunt communiter de buxo.

Item. c. et erat cum david .vii. chori et victima vituli hoc non est in ebreo

Item. f. et assistunt uniuersi carnis unam. hebr. assistunt tauri unam. et aliqui hebrei dicunt et sextam .s. partem tauri unam.

Item. g. vivit dominus quia hoc non est in hebreo sed incipit versus ante dominum ludam.

Septimo capitulo f. que est autem ut populus tuus israel gens in terra pro qua ivit deus ut redimeret sibi etc. hebr. pro quam ierunt dii ut redimeret sibi etc. per hoc autem quod dicit pluraliter ierunt dii et sequitur immediate singulariter ut redimeret sibi exprimitur pluralitas et singularitas in divinis .s. pluralitas personalis et unitas essencie.

Octavo capitulo a. et tulit david frenum tributi de manu philistinorum . quibus filii israel ante huc tenebantur sub tributo. hebr. et tulit david stimulum asini. etc. nam ante philistei non solum tributum a populo israel accipiebant sed etiam diversa servitute eos affligebant.

Item. a. mensus est autem david duos funiculos unum ad occidendum et unum ad vivificandum. hebr. et mensus est .s. david duos funiculos ad mortificandum et unum ad vivificandum. nam secundum hebreos tercie parti pepercit a morte quod non est intelligendum de vulgari populo cui filii pepercit sed de viris bellatoribus quorum tercie parti pepercit tantum.

Item. c. tulit arma aurea et torques. hebr. et tulit david pharetras aureas.

Item. c. de quo fecit salomon uasa erea in templo et mare ereum et columpnas. hoc non est in hebreo sed appositum fuit ab aliquo expositore et quod illud es fuit positum in vasis templi et postea insertum fuit textui per scriptores.

Item. g. cerethi et phelethi. hebr. occisores et viuificatores. et secundum Ra. Sa. isti erant iudices ordinarii qui iniquos condempnabant ad mortem et innocentes liberabant et frequenter per sentencias inuiabiles qualis fuit sentencia salomonis de puero reddendo uni de duabus meretricibus iii. Re. iii. capitulo translacio caldaica pro cerethi et phelethi. etc. habet balistarii et fundibularii. et inde verius quia dicitur hic quod banaias filius ioiade erat super cerethi et phelethi. ipse autem non videtur super iudices sed super dictos bellatores fuisse.

Item. g. iosaphat filius ahilud a commentariis .i. cancellarius. et est unum nomen et indeclinabile hebr. habet. iosaphath filius ahilud recordator eius enim officium ut dicit Ra. Sa. erat iura petencium regi proponere ordinare ut secundum debitum ordinem expedirentur.

Nono capitulo f. et miphiboseth comedet super mensam tuam. et secundum hoc illud fuit verbum syba. hebr. et miphiboseth comedit super mensam meam et secundum hoc fuit verbum david quod exponunt hebrei dicentes quod postquam syba dixerat

dauid sic faciet seruus tuus. Ibi in ueritate dauid et miphiboseth comedet super mensam meam et sic intelligitur quod premissum est .e. ibi in ueritate dauid et hic modus loquendi frequenter inuenitur in scriptura .e. quia aliquid est supplendum ad habendum intellectum perfectum ..

¶ X° ca. c. et ab ysboseth .xii. milia uirorum . hebr. et uiri tob. i. de terra tob. xii^m milia uiri ..

¶ Xii° ca° c. blasphemare fecisti inimicos nominis domini dicendo deum iniuste reprobasse saul et elegisse dauid qui peiora fecerat quam saul . hebr. prouocans prouocasti inimicos domini i. peccatores qui sunt inimici dei exemplo tuo prouocasti ad peiora .s. homicidia et adulteria

¶ Item .d. cum ergo uidisset dauid seruos suos mussitantes . hebr. habet consulentes .i. loquentes sibimet ipsis unus cum alio ..

¶ Item .g. tulit diadema de capite regis eorum hebr. habet de capite melchon et est nomen idoli cui inseruiebat rex eorum et sic translator posuit interpretationem pro nomine ..

¶ Xiii° ca° d. que induta erat talari tunica hebr. habet serica tunica

¶ Item .g. in odio absalon erat posita . hebr. in ratione absalon erat explorata . quia latenter insidiabatur ei sicut patuit per factum sequens .

¶ Item .g. cessauit dauid persequi absalon . hebr. desiderauit dauid post absalon . quia desiderabat ad reuocandum eum et huic concordat littera sequens cum dicitur . intelligens autem ioab quod cor regis esset uersum ad absalon ..

¶ Xiiii° ca° b. in me domine mi rex sit hec iniquitas . rex autem et thronus eius sit innocens . hebr. in me domine mi rex erat hec iniquitas etc. Tu domine debes obliuiscere pro me propter maiora negotia superuenientia tibi et sic satisfactum filio meo quod intentionem tuam propter quod innocens eris

¶ Item .d. et locuta est rex uerbum istud ut peteres . hebr. et non loquatur dominus meus rex sicut debitum .s. retinendo absalon in exilio

¶ Item .e. nunc igitur ueni ut loquar uerbum hoc ad dominum meum regem presente populo . hebr. Et tunc cum ueni ad loquendum cum domino meo rege uerbum . si terruit me .s. consuetudo detinendi in reddendo uindicta nimias q. d. nisi cito sententia tua detur executioni non solum interficiet filio meus Sed etiam ego ero in periculo ..

¶ Item .e. dicat ergo ancilla tua ut fiat uerbum domini mei regis sicut sacrificium .i. placitum deo sicut sacrificium hebr. Et dixit ancilla tua erat obsecro uerbum domini mei regis in requie .i. immobile absque retractatione uel in requie .i. ad requiem filii mei consequendo eius mortem ..

¶ Item .f. semel in anno tondebatur . hebr. statuto tempore tondebatur . quia secundum aliquos pluries tondebat in anno ..

¶ XV° ca° b. corda sollicitabat filiorum israel . hebr. corda furabatur etc. .s. per simulationes ea trahendo ad se ..

¶ Item .b. post .iiii°r autem annos dixit absalon ad regem et accipitur hic numerus secundum hanc litteram a tempore fuge absalon . hebr. et factum est in fine xl^a annorum . et dixit absalon regi et accipitur hic numerus ut dicitur in libro de hebr. leis quibusdam a tempore quo saul interfecit sacerdotes ut habetur supra .i. libro . xxii. y° ca° et tunc in conspiratione absalon contra dauid cuius ratio est quia dauid fuit occasio dicte occisionis ut habetur ibidem et ideo culpa dauid in parte fuit causa rebellionis absalon contra ipsum nec obstat quod dicitur sup. xii. peccatum dauid in adulterio bethsabee et morte urie fuisse causam huius rebellionis quia plures cause partiales bene concurrunt ad unum effectum ..

¶ Xvii° ca° f. et refocillati sunt .ibi. hebr. et quieuit ibi .s. dauid sub quo intelliguntur etiam sui sui ..

¶ Xvii° ca° d. ne forte absorbeatur rex .s. dauid et omnis populus qui est cum eo Si mutetur consilium a me datum et fiat consilium achitofel . hebr. ne consolatur regi .s. absalon et omni populo qui cum eo est ut dimisso meo consilio fiat secundum achitofel consilium

¶ Item .e. transierunt gustata paululum aqua hebr. transierunt riuum aquarum .i. iordanem in flumen propter quod insequentes eos reuersi sunt desperati de eorum comprehensione ..

¶ Item .g. obtulerunt ei stratoria et tapetia hebr. obtulerunt ei uasa qualiter utensilia in hebreo ..

¶ Item .g. pingues uitulos . hebr. et caseos armentorum ..

¶ Xviii° ca° b. non sicut tu uis . Sed aggrediar eum coram te . glo. non rogabo te quod occidas eum sed egomet eum occidam .

¶ Item .e. non eris bonus nuntius hodie . hebr. non erit tibi amor hic ueniendo et sic intelligitur uel incedis apud regem ..

¶ Item .g. uidi tumultum magnum cum mitteret ioab seruus tuus .o rex me seruum tuum . hebr. uidi tumultum magnum cum mitteret ioab seruum regis s. alterum cursorem a me et me seruum tuum ..

¶ Item .g. transi ~~transi~~ ait et sta hic . hebr. dimitte .s. loqui et sta hic quousque audiam alium cursorem ..

¶ Xix° ca° c. si non magis michi erit filius tuus quam omne quod pro tempore . hebr. aliquid dicitur sub ioab. nam dicimus hebraica hic posita est equiuoca ad utrumque ..

¶ Item .d. et intonsa barba . hebr. et in composita barba in signum tristitie barbam enim illo tempore non tondebant ut patet de inimicis dauid .e. eodem .h° x° ca° Sed eam cum pectine componebant

¶ Item .c. seruo meo contempsit me .s. obsequium michi debito et etiam propter hereditate ..

¶ Item .g. cum michi fecisti iniuriam . et non michi nuntiatum est prior ut reducerem regem

meritorie, secundum litteram istam. hebr. l.

meum. hebr. quare vilificasti me in me fuit verbum prius michi ad reducendum regem meum. q. d. sicut prior locuta sum de reductione regis ita prior debui vocari ad actum reductionis. quod autem populus israel de hoc prior locuta fuit quam tribus iuda patet supra eodem capitulo. sermo autem omnis israel pervenerat ad regem etc.

¶ xx. capitulo a. accidit quoque ut esset ibi vir belial nomine sabee. Sic enim debet scribi .e. per .e. et non per .a.

¶ Item. c. ioab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui et desuper accinctus gladio dependente vagina usque ad ylia in vagina qui fabrefactus levi motu egredi poterat et percutere. hebr. ioab erat accinctus ad mensuram vestitus sui, et desuper precinctus gladio iuncto lumbis suis in vagina. et exivit et cecidit. sic enim ioab disposuerat gladium ut caderet de vagina ut cum acciperet eum de terra amasa non adverteret quod ioab vellet eum percutere sed magis gladium suum in vaginam reponere. ideo subditur porro amasa non observavit gladium etc.

¶ Item. f. nonne ego sum qui respondeo veritatem in israel. hebr. ego pacificarum veracium in israel et sic intelligitur de una civitatum. q. d. ista civitas semper fuit pacifica et fidelis regi israel. quod non est destruenda sed conservanda. tamen translatio nostra magis consonat littere precedenti cum dicitur, qui interrogant interroget in abela.

¶ xxi. capitulo a. filii quippe israel iuraverant eis quod assumitur. ne perderent eos. non est in hebreo nec in libris correctis. sed intelligitur tamen ibi. quod additum fuit per modum glose et postea insertum textui per scriptores. de iuramento autem illo habetur iosue. nono.

¶ Item. d. in gabaa saul quondam electi domini. hebr. in gabaa saul. hic est punctus et sequitur electus domini. glosa. erunt vox a deo dicentis. electus domini. i. deo placet quod sic fiat. fiat. propter quod sequitur et dixit david ego dabo. magis autem elegit ipse. verbum dicitur quod ipse petitionem gabaonitarum.

¶ Item. f. iesbidenob qui fuit de genere arapha. hebr. iesbidenob. fuit ideo qui fuit de genere gigantum. et dicunt aliqui quod iesbidenob sunt tres dictiones ita quod iesbi sit nomen proprium de proprio et nob loco unde fuit oriundus sed hoc patet falsum ex fine huius capituli ubi dicitur quod fuit nati in geth et ideo iesbidenob. est unum nomen tam in latino quam in hebreo

¶ Item. f. et accinctus erat novo. i. miles factus de novo. propter quod magis intendebat ostendere probitatem suam in vadendo regis persona ..

¶ Item. g. adeodatus filius saltus polimitarius. hebr. elchanan filius iaare oregim. fuit enim david de genere eorum qui texerunt cortinas tabernaculi moysi. vocatur etiam hic elchanan. i. deo graciosus qui elegit ipsum in regem

¶ Item. g. hii quatuor nati sunt de arapha. hebr. de gigantissa. i.

¶ xxii. capitulo a. funes inferni circumdederunt me i. demones saulem incitantes ad me persequendum et cingendum in modum corone ut habetur. i. libro. i. xxiii. capitulo

¶ Item. e. et quasi arcum ereum brachium meum. hebr. et contrictus arcus ereus brachio meo. glosa. quia faciliter arcum ereum tendebat.

¶ Item. e. et mansuetudo mea multiplicavit me. i. effectus nostra multiplicatio in bonis est effectus divine mansuetudinis ..

¶ Item. g. contrahentur in angustiis suis. hebr. contrahentur in clausuris suis. Sebi namque filius bocri inimicus david in abellasse reclusit. supra. xx. capitulo

¶ xxiii. capitulo a. dixit vir cui constitutum est de christo dei iacob. hebr. dixit vir constitutus in altum unctus dei iacob ..

¶ Item. b. cuncta enim salus mea et omnis voluntas nec est ex ea quicquam quod non germinet. s. prouenendo bona opera secundum litteram istam. hebr. Cuncta salus mea et omnis voluntas quia non germinabit. glosa. quia non germinabit regnum meum alteri. i. non transferetur de domo mea ad aliam. ideo voluntas mea impleta est et salus mea ..

¶ Item. b. comburentur in sede usque ad nichilum. hebr. comburentur in sede. i. per sedem vel sinagogam divini iudicii ..

¶ Item. c. Samma filius agee de arari. hebr. Samma filius agee montani. i. de monte et sic arari non est nomen proprium sed etc.

¶ xxiiii. capitulo b. in terram inferiorem hodsi. hebr. in terram locorum novorum. i. de novo habitatorum vel cultorum per absalonem nemorum ideo sunt et venerunt iudam silvestria.

¶ Item. b. et de iuda. l. milia. hebr. et filia terre quingenta milia habuit

¶ Incipit liber Tertius Regum:

¶ Primo. capitulo. i. cerethi et pherethi. hebr. et lethi et lei de significatione vero nominum istorum. Ra. Sa. nichil dicit. Sed videtur michi quod primum significat audientes vel obedientes secundum autem associantes per quos intelliguntur illi quibus preerat banaias filius ioiade ei obedientes et ipsum associantes in bellis et dicuntur cerethi et pherethi supra. ii. libro. viii. capitulo et sic est idem cum translatione nostra. Secundo capitulo a.

¶ Secundo capitulo a. Si custodierint filii tui vias suas. i. in hunctas sibi a me .. meas. hebr. Sicut custodierint filii tui vias suas. i. iniuncta sibi a me ..

¶ Item. b. et non deduces caniciem eius pacifice ad inferos. hebr. hic ad fossam. i. sepulchrum. non enim erat intentio david quod ioab dampnaretur sed quod corporaliter moreretur sicut meritum erat

¶ Item. b. qui maledixit michi maledictione pessima. hebr. qui maledixit michi

maledictione exposita .i. publica coram populo meo ex quo grandior erat.

¶ Item .d. venit ergo nuntius ad Salomonem quod Ioab declinasset post Adoniam et post Salomonem non declinasset. hebr. et nuntius venit ad Ioab quod ipse declinaverat post Adoniam et post Absalon non declinaverat. nuntiatum est enim Ioab quod Salomon hoc sciebat et quod hoc erat magnum argumentum conspirationis sue contra Salomonem. quia licet multum diligeret Absalon, ut patet .ii. Reg. xviii°. non tamen declinavit post eum parcendo ei de morte quod igitur declinavit post Adoniam qui tamen non legitur eum specialiter dilexisse videtur quod hoc fecerit ut Salomonem a regno impediret.

¶ iiii° cap° et carmina eius quinque milia. hebr. et carmina eius quinque et mille modo hebraici sermonis est ordo preponere minorem numerum maiori.

¶ v° cap° g. lapides pretiosos. hebr. lapides ponderosos tales .n. conveniunt fundamento.

¶ Item .g. porro biblii etc. nomen plurale est hominum sic vocatorum a civitate Biblis secundum latinos. hebr. porro Guebelim. et est nomen plurale hominum sic vocatorum a civitate Guebel secundum hebreos et forsitan sunt eadem civitas binomina et pronis gens una.

¶ vi° cap° b. et edificavit super parietem templi tabulata per gyrum et secundum latinos erant de ambulatoria circa templum exterius et erant tria secundum tres templi mansiones. hebr. et edificavit super parietem templi appendicia in inferiori parte templi exterius.

¶ Item .b. et fecit latera in circuitu. et secundum latinos sunt eadem de ambulatoria. hebr. et fecit appendencia et sic patet quod est repetitio sive premisse.

¶ Item .d. et texit pavimentum domus tabulis abiegnis. hebr. tabulis buxinis. et sic est intelligendum in aliis precedentibus et sequentibus ubi translatio nostra habet ligna abiegna. hebr. habet ligna buxina.

¶ Item .e. vestivit auro purissimo. hebr. vestivit auro saguir. et est saguir nomen loci ubi inveniebatur aurum valde purum.

¶ vii° cap° b. omnia lapidibus pretiosis. hebr. omnia lapidibus ponderosis.

¶ Item grossitudo autem luteris .i. eius subpositudo trium unciarum erat. hebr. quatuor digitorum erat.

¶ Item .d. tria milia metretas. hoc non est in hebreo nec in libris correctis. sed fuit deinde aliquorum expositoris volentis ostendere qualiter se habeant ad invicem bathus et metreta. quia bathus continet metretam et dimidiam et sic duo milia bathi faciunt fere tria milia metretas.

¶ Item .d. os quoque luteris intrinsecus erat. hebr. os quoque eius intrinsecus erat. et non refertur .h. eius ad luterem sed ad basem eius in qua erat foramen rotundum ubi quo ponebatur luteris fundus et dicitur hic os basis.

¶ Item .d. in capitis summitate et quod fornulam

apparebat unius cubiti erat totum rotundum. hebr. et desuper per unum cubitum os eius rotundum. quia super altitudinem vallis que erat unius cubiti erat foramen rotundum quod dicitur os eius.

¶ viii° cap° a. et portaverunt archam domini ad tabernaculum federis. hebr. et libri correcti sic habent et portaverunt archam domini et tabernaculum federis. non enim tunc portata fuit archa ad tabernaculum sed ad templum quod fecerat Salomon in quo etiam tabernaculum federis quod Moyses fecerat cum aliis vasis fuit repositum in thesauris.

¶ Item .b. dominus dixit ut habitaret in nebula. in hebreo habetur in caligine. hoc autem dixit dominus Moysi. exo. xix° cap° iam nunc veniam ad te in caligine nubis.

¶ ix° cap° b. et domus hec erit in exemplum. hebr. et domus hec erit excelsa .i. honorata .s. quamdiu obedieritis mihi et si e contrario feceritis erit confusa et quantum ad hoc subditur omnis qui transierit stupebit et sibilabit etc. et hic modus loquendi apud hebreos dicitur detruncatus in quo oportet aliqua suppleri ad perfectum intellectum.

¶ Item .d. hec est summa expensarum quam obtulit rex Salomon. hebr. hic est census quem levavit Salomon etc. nec refertur ad litteram immediate precedentem .s. ad centum .xx. talenta auri que misit Yram Salomoni. sed ad illud quod postea subditur de alienigenis quos Salomon fecit tributarios.

¶ x° cap° b. et holocausta que offerebat in domo domini. hebr. ascensum quo ascendebat in domum domini .s. de domo sua. nam ille ascensus erat valde sollempniter et curiose factus.

¶ Item .g. de choa negotiatores enim regis emebant. hebr. et multitudo mercatorum congregavit multitudinem .s. equorum.

¶ Item .g. in hunc modum cunctis regibus etheorum et Syrie equos venundabant. hebr. in hunc modum cunctis regibus etheorum et Syrie per manum eorum .s. mercatorum Salomonis a quibus illi reges equos emebant et sic Salomon duplex lucrum habebat quia meliores equos sibi retinebat et alios caros vendebat per suos mercatores.

¶ xi° cap° c. edificavit mello et coequavit voraginem civitatis. hebr. clausit aperturam civitatis David. reliquerat ibi quandam aperturam ut multitudo populi veniens in anno ad templum facilius ibi transiret quam clausit Salomon ut ibi faceret habitaculum pro femina filie pharaonis.

¶ xiiii° cap° d. eo quod inventus est bonus sermo a domino super eum .i. dominus bonum locutus est de eo. hebr. eo quod inventa est bona res .i. bonum factum super eum a domino. glo. ipse enim abstulit custodiam militum quam posuerat pater suus in Samaria ne homines regni sui transirent ad festa in Ierusalem.

¶ Item .d. qui percutiat domum Ieroboam in hac die et in hoc tempore. hebr. qui excidit domum Ieroboam ipsius dei et de tertio. glo. .i. natos quos habet nunc et quos habebit postea.

xv° cap° a. nomen matris eius maacha filia absalom. hebr. hec filia abisalom. et sic iste intelligitur esse alius ab absalom filio david.

xvi° cap° b. et ob hanc causam occidit eum. hoc est hyel filium [illegible]. hebr. et qui percussit eum. glo. b. cum venisset ad iosiam/ et quo ei [illegible] non recessit [illegible] non habuit causam occidendi eum, sed fuit culpabilis de morte eius et maxime cum esset eius servus. quod autem in translatione nostra additur: hoc est hyel filium [illegible], non est in hebreo.

Item. g. et vocavit nomen civitatis quam extruxerat nomine somer samaria. i. montes domini. hebr. et libri correcti habent: et vocavit nomen civitatis quam extruxerat nomine somer domini montis samarie. i. denominavit eam ex nomine illius qui fuit dominus loci. non enim somer interpretatur montes nec samaria montes domini sicut prior littera accipit.

xviii° cap° usquequo claudicatis in duas partes. hebr. usquequo vos transitis super duas cogitationes, nunc credendo deum verum, nunc falsum i. baal, ex quo patet quod in nostra translatione claudicatio accipitur metaphorice.

Item. e. fecitque aqueductum quasi per duas aratiunculas. hebr. et fecit sulcum i. concavitatem ad modum sulci factam duorum satorum sementis. ille enim sulcus erat in quadro equalis latitudinis [illegible] i. cubiti in quolibet latere sicut et altare quod fuit ante tabernaculum moysi/ [illegible] quod erat altare holocausti, et tanto dicto sulco concavitas poterat recipere semen duorum satorum/ est autem satum genus mensure, et hoc patet quod duas arationes que ponuntur in translatione nostra non accipiuntur pro duobus sulcis sed pro terra arabili et seminabili duplici sato sementis.

Item. g. nubes parva sicut vestigium hominis. hebr. nubes parva sicut planta hominis, ex quo patet quod in translatione nostra vestigium non accipitur pro signo [illegible] concavitatem [illegible] hominis sed [illegible] pedis.

xx° cap° a. et omne quod eis placuerit. s. servis benadab ponent in manibus suis. hebr. et omne desiderabile oculis tuis ponent in manibus suis.

Item. c. circumdate civitatem. hebr. ponite et sic intelligitur obsidionem vel machinas ad impugnandum civitatem.

Item. c. per pedisseques. i. armigeros principum provinciarum. i. [illegible] regni israel. hebr. per pueros principum provinciarum. glo. isti erant iuvenes quos dedit achab obsides a principibus gentium aliarum sibi subditarum.

Item. e. et arripuit cibaria. hebr. et [illegible] i. arripuit arma et alia necessaria in bello.

Item. e. et accedens unus vir dei dixit ad regem israel. hebr. et accedens vir dei dixit ad regem israel. et dixit. glo. hic dicitur hic et dixit [illegible] quod dedit multitudinem syrorum in manu eius secundum quod non peremit [illegible] quod reprehendit eum propheta dicens quia dimisisti virum dignum morte etc.

Item. g. et mutavit aspersione pulveris os et oculos suos. hebr. et mutavit in panno super oculos suos. nam in panno lineo ligavit capud suum vulneratum et circumgirando ligaturam partem super oculos ita quod non cognoscebatur.

Item. g. at ille statim abstersit pulverem de facie sua. hebr. et festinavit et amovit pannum de super oculos suos, et sic fuit cognoscibilis.

xxi° cap° c. non invenisti me inimicum tibi. [illegible] hebr. libri correcti non invenisti me inimice meus i. talem ut deberes michi inimicari et reddit in eadem sententiam.

xxii° cap° d. apud ioas filium amaleth. hebr. apud ioas filium regis.

Item. d. sume arma tua et ingredere prelium et indue vestibus meis. i. exterioribus paramentis meis secundum litteram istam. hebr. immutaberis amovendo vestem regiam, et vade ad prelium induens vestimenta tua. c. accipiendo arma bellica et insignia regalia. quod autem sequitur porro rex israel mutavit habitum i. non assumpsit insignia regalia quasi nolens deferre honorem regi iuda. cum secundum veritatem intendebat per hoc declinare prelii pondus et ponere super regem iuda quasi principem exercitus [illegible] ab adversariis.

Item. e. percussit regem israel inter scapulas et stomachum. hebr. percussit regem israel inter squamas et loricam. dicuntur hic squame quedam lamine ferree operientes iuncturas sive foramina lorice. quarum una fuit fracta vel amota de loco suo et sic sagitta facilius transivit ad interiora.

Item. e. et preco personuit in universo exercitu. hebr. et planctus transivit in castris iudicantium mortem regis. et sic quilibet fugit ad civitatem suam.

Item. e. et habenas laverunt. hebr. et armaturas laverunt a sanguine achab.

Incipit liber quartus regum.

Primo cap° c. zona pellicea accinctus renibus. hebr. hec zona de corio.

Secundo cap° a. numquid nosti quia hodie auferet dominus dominum tuum a te. hebr. numquid nosti quia auferet dominus dominum tuum super capud tuum. nam helyas fuit levatus in curru igneo.

Item. d. currus israel et auriga eius. i. protector [illegible] ad deffensionem israel plus valuit [illegible] in curribus bellicis et pugnaverunt milites in curribus ut patet ultimo cap. tercii libri.

Item. d. et non sunt divise. hoc non est in hebreo.

Tercio cap° a. et centum milia arietum cum velleribus suis. hebr. centum milia arietum lanosorum, ita quod si adducerentur agni et arietes tonsi non reciperentur.

Item. e. ita ut tantum muri fictiles remanerent. hebr. ita ut non remaneret lapis in parietibus [illegible]. ad hoc enim extraxerunt inde lapides ut impleverunt [illegible] quod habetur supra eodem cap° omnem agrum optimum operietis lapidibus.

quam dicat. non est hec novum quod interfecisti dominum tuum.

Item. g. et facta est indignatio super israel. quia populus israel indicavit indignum et ulterius obsidere populum in tanta afflictione positum et maxime quia audivit regem immolasse filium proprium ut haberet dominum sibi propitium ad imitationem abrahe qui paratus fuit ysaac immolare. hebr. et facta est ira .c. dei. super israel. glo. hebr. eo quod tunc angelus qui preerat regno moab retulit coram deo peiora de filiis israel pueros suos in molentibus demoniis ut habetur. psalmo .ciiii. ps. quod tunc venit mortalitas in exercitu israel et sic compulsi fuerunt recedere ab obsidione ps. peccata peccata quod erat iustum et fuit ab angelo impetratum.

Quarti capitulo c. in tempore isto et in hac eadem hora et vita comite fuerit habebit in utero filium. hebr. in tempore isto sicut tempus vite amplexaberis filium i. anno revoluto vives sana sicut modo et amplexaberis filium iam natum et sic littera hebraica plus promittit mulieri quam translatio nostra nam assecurat eam de continuatione vite et filii nativitate.

Item. c. noli mentiri ancille tue. hebr. noli deficere ancille tue. verbum enim hebraicum hic positum est equivocum ad mentiri et deficere. sed quia non est verisimile quod mulier illa que iam noverat sanctitatem heliseï estimaret illum velle mentiri, ideo tenetur hic pro deficere et est sensus secundum hebreos si impetrares michi filium cito moriturum non esset michi materia gaudii sed meroris ideo rogo ut non deficias michi sic quod filius michi donandus a me non cito tollatur sed diu vivat.

Item. g. vir autem quidam venit de balsalisa. hebr. habet de baalsalisa et sunt due dictiones prima significat planitiem et est nomen commune secunda est proprium nomen loci.

Item. g. panes primitiarum decem et viginti panes ordeaceos in frumentum novum in pera sua. hebr. panes ordeaceos et granatum in pera sua. ordeum enim citius venit ad maturitatem quam frumentum in illa terra et ideo panes formatos attulit de ordeo qui dicuntur hic panes primitiarum et de frumento attulit spicas appropinquantes ad maturitatem ex quarum in olla decoctione extrahitur granum et illud vocatur granata

Quarti capitulo a. decem talenta argenti. hebr. centum centenarios argenti. et quilibet centenarius valet centum talenta communia.

Item. d. ut tollam onus duorum burdonum de terra israel. hebr. habet duorum mulorum. voluit enim facere altare in terra sua ut ibi sacrificaret domino sicut dicitur. exo. xx. altare de terra facietis michi.

Item. d. abiit ergo ab eo electo certe tempore i. electo tempore opportuno ad itinerandum secundum hebraicam istam. hebr. abiit ab eo per spatium terre. s. autem giezi curreret post eum.

Item. f. mecho est ut accipias duo talenta. hebr. sume. s. quia heliseus miserit te et accipe duo talenta.

Item. g. nunc ergo accepisti argentum. hebr. est ne tempus accipiendi. q. d. non.

Item. b. et preoccupavit eum. hebr. et prohibuit eum. s. regem israel ne transiret per locum illum.

Quarti capitulo c. quis proditor mei sit ad regem israel. hebr. quis ex nobis ad regem israel. et secundum intellectum refert consilia mea.

Quarti capitulo c. vade dic ei sanaberis non est autem hec monitio prophete quia non induxit eum ad mentiendum sed est expressio quid esset dicturus et est sensus secundum istam litteram dic ei. i. dices autem certe et non ex me. hebr. vade et dic non vives asael tu dixit certum.

Item. d. anno quinto ioram filii achab regis israel. regnavit ioram filius iosaphat. hebr. anno quinto ioram filii achab regis israel. et iosaphat regis iuda. regnavit ioram filius iosaphat. et est sensus quod quinque anni primi regni iosaphat simul concurrerunt. et accipitur hic tempus regni ioram filii achab a morte ochozie fratris sui tamen cum gubernaverat regnum duobus annis ochozia languente ex casu suo de cenaculo.

Quarti capitulo c. in ascensu. gaber. hebr. in ascensu. gur

Item. f. numquid pax potuit esse zambri qui interfecit dominum suum. q. d. non secundum expositores latinos. hebr. est ne pax metuum. et est ibi punctus et sequitur zambri interfecit dominum suum nec per omnes horrendum quia zambri simile fecit et regnum obtinuit ex voluntate dei. et dixit hoc iezabel captans benivolentiam iheu. ps. quod ante depinxerat oculos suos et ornaverat caput suum ps. quod non est verisimile quia tunc vellet ei dicere verbum provocativum ad iram.

Item. f. que est ista. hebr. quis mecum. quis. s. i. obediens michi ideo sequitur et inclinaverunt se ad eum duo eunuchi. q. parati ad obediendum sibi ps. quod per illas fecit eam precipitari.

Item. g. ita ut pretereuntes dicant hec ne est illa iezabel. ut dicat deiecta de dignitate regina ad maximam vilitatem. hebr. quod non dicent amplius homines hec est iezabel. s. magna et gloriosa sicut dicebant vivente rege ioram filio suo.

Quarti capitulo b. tertia pars sit ad portam sevir. hebr. tertia pars ad portam sur.

Item. b. ad portam que est post habitaculum scutariorum hebr. habet cursorum et videntur esse iidem homines qui dicuntur cursores eo quod precedebant regem in domum domini ascendentem et illi portabant scuta ut habetur supra. iiii. li. viiii. capitulo in fine.

Quarti capitulo d. pater mi currus israel et auriga eius hebr. habet. et milicia eius et exponatur sicut supra eodem. li. ii. capitulo.

Item. e. tolle sagittas. hebr. accipe sagittas

Item. e. percute iaculo terram. hebr. non habet iaculo et ideo videtur quod percusserit terram cum sagittis quas ad dictum helisei receperat. et iterum ad eius dictum receperat

Item. f. latrunculi quoque de moab venerunt in terram in ipso anno. hebr. habet in reditu anni tunc enim solent exire predatores quando herbe sunt in campis.

Item. g. et regnauit benadab filius eius. hebr. habet. benadab. hic .n. d(icitur) scribi. iste per .d. in fine ad differentiam illius qui regnauit ante azael. qui scribitur per .b. in fine.

xiiii. ca. b. et apprehendit petram nomen est ciuitatis seu fortalicii ubi erant multi inclusi. sequitur. uocauitque nomen eius gechel. hebr. habet iaquithel. et significat stridorem dentium eo quod illi qui interfecti fuerunt ibi dentibus stridebant pre dolore.

Item. d. in thesauris regis et obsides. hebr. in thesauris regis et filios obsides.

Item. d. vixit autem amasias filius ioas rex iuda postquam mortuus est ioas filius ioachaz regis israel. xv. annis. hebr. habet. xv. annis. x. enim anni in quibus amasias fugiens de ierusalem latuit in lachis tacentur hic in hebreo quia nec in illis regnauit proprie lasiud.

Item. f. per seruum suum ionam filium amathi qui fuit de geth que est opher. licet fuit oriundus de sarepta sidoniorum tamen sepultus fuit in geth. que est uilla in terra israel et inde nominatur hic ratione sepulture et quod sequitur que est in opher. ista opher est alia ab illa que est in india unde fecerat salomon aurum afferri ut habetur in. iii. x. ca.

Supra

xvi. ca. c. Tunc percussit manaim thersam. hebr. et libri correcti habent thaplam.

Item. d. quinquaginta siclos argenti per singulos et subintelligitur homines potentes nam hebr. sic habet quinquaginta siclos argenti homini uni .i. cuilibet homini secundum modum loquendi hebraicum intelligitur tamen de potentibus ad soluendum et ideo libri nostri qui habent per singulos annos falsi sunt in hoc. quia libri correcti non habent annos sed refertur. li. singulos ad potentes soluere ut dictum est.

Item in domo regie iuxta argob. et iuxta arib. hebr. in manerio domus regie iuxta palacium et leonem. glo. ra. sa. ibi erat leo aureus ad magnificentiam regis ostendendam et sic patet quod argob et arib non sunt propria nomina sed communia. in hebreo enim non habetur arib. sed arie. quod significat leonem et sic scribi debet in libris correctis nostris.

xvi. ca. g. musac quoque sabbati et dicunt expositores nostri. quod erat quoddam gazophilacium in quo ponebantur oblationes regis in die sabbati. ra. sa. dicit quod erat sedile opertum de super canopeo in quo sedebat rex in solempnitatibus magnis. musac enim est nomen hebraicum et sonat extensionem seu extensorium.

xviii. ca. uocauitque eum noestam. hebr. nehustan .i. cupreum. q.d. nichil est ibi numinis sed est tantummodo cupreum et sic patet quod nehustan pro quo libri nostri uitio scriptorum habent noestan non est nomen proprium sed commune.

Item. d. et tarsace sic enim debet scribi. s. per .b. et non per .p. sicut communiter scribitur in libris nostris male.

Item. e. transire ad dominum meum regem assyriorum. hebr. date uadium domino meo regi assyriorum .i. pro duobus milibus equorum nobis accommodandis ut sequitur. et dabo uobis etc.

Item. g. ubi est deus sepharuaim ana et aua et sic ana et aua. sunt ydolorum nomina secundum litteram istam. hebr. ubi est deus sepharuaim. mouit et destruxit .i. rex assyriorum amouit eum et destruxit et sic ana et aua. non sunt nomina ydolorum sed sunt uerba.

xix. ca. c. et erunt in ruinam collium pugnantium. hebr. et erunt in uastationem aceruorum pullulancium, nam in aceruis ciuitatum destructarum uepres pullulant et nascuntur.

Item. e. ponam circulum in naribus tuis et chamum in maxillis tuis. hebr. ponam hamum in naribus tuis et bridam in genis tuis.

Item. e. in secundo anno que sponte nascuntur. hebr. in .ii. anno pasiones .i. fructus arborum que de ipsis abscinduntur. unde ysidorus rechyn. ubi ponitur hec historia dicit propria uescere.

Item. g. nec circumdabit eam munitio. hebr. nec effundet super eam machinam .s. lapides proiciendo.

xx. ca. c. uis et ascendet umbra .x. lineis. hebr. uis ut procedat umbram .x. gradibus.

Item. d. et reduxit umbram per lineas quibus descenderat in horologio achaz. hebr. et reduxit umbram in gradibus quibus descenderat in gradibus achaz. dicunt hebrei quod dies in qua mortuus fuit achaz fuit decurtata .x. horis propter maliciam eius et conuerso propter bonitatem ezechie fuit tantum prolongata dies ista. Sed quod dicit de achaz non uidetur probabile. tum quia scriptura nullam de hoc facit mentionem. tum quia magi regis babilonis ita quesiuissent de abbreuiatione diei illius achaz sicut quesierunt de prolongatione diei illius ezechie.

xxi. ca. delebo ierusalem sicut deleri solent tabule delens uertam et ducam crebrius stillum super faciem eius. Sic enim facit qui perfecte uult delere scripturam tabularum. hebr. et tergam super ierusalem sicut tergitur scutella tergens reuertar super faciem eius. qui enim perfecte scutellam tergit tersorium in eius superficie pluries reducit per utramque. uero litteram idem significant. s. quod penitus habitatores ierusalem per penam auferet pumenem.

xxiii. ca. c. in introitu hostii iosie principis ciuitatis. hebr. habet ostii iosue qui erat prefectus in uia ciuitatis

xxiiii. ca. a. in diebus eius ascendit pharao nechao. hebr. in diebus eius ascendet pharao claudus et secundum hoc nechao. non est nomen proprium sed est appropriatum ei isti ex corporis conditione quia claudicabat secundum litteram uero dicunt expositores nostri quod pharao est nomen commune regum egypti quia tunc omnes reges egypti uocabantur pharaones et nechao est proprium nomen illius regis sicut omnes imperatores romani uocabantur cesares et tamen habebant propria nomina ut iulius augustus tiberius et huiusmodi.

ꝯ. c.

xxv°. ca°. nabuzardan princeps militie. hebr. na
buzardan princeps lanieatorum eo quod milites la
niabant eos hostes ad eius preceptum.

Item. c. et sopher principem exercitus qui pro
babat tirones de populo terre. i. examinabat eos qui
erant apti ad prelium eos ab aliis sequestrando.
hebr. et sopher principem exercitus exercituans populum
terre. idest ordinans eos per turmas ad bellan
dum.

Incipit liber paralipomenon primus.

Primo. ca°. g. filia matred filie mezaab.
hebr. filia matred filie cuius aurum. glo. quia
pater eius erat dives in possessione auri et secundum h.
mezaab. non est nomen proprium sed commune

Secundo ca°. a. tres isti nati sunt de filia sue
chananitidis. hebr. habet chananitide et refertur
ad filiam sue. qui sue fuit pater uxoris unde ut habetur
gen. xxxviii. quod est in translatione nostra. cum
sit femininum genus non potest referri ad sue.

Item. c. caleb vero filius esron accepit uxo
rem nomine azuba. aliqui hebrei dicunt quod hic est
littera caleb vero filius esron genuit azuba feminam
et filiam gerioth. que sequuntur. est nomen femine
et sic iste due fuerunt filie caleb. quod subdit
de filiis eius. fuerunt quoque filii eius etc. et iste per
sone nate sunt de azuba uxore caleb cuius nomen
hic tacetur tamen quia per nomen filie sue prime subin
telligitur que fuit eiusdem nominis cum ipsa sicut frequenter
contingit de matre et filia primogenita. cum quia
post ea exprimitur nomen eius cum dicitur. cumque mor
tua fuisset ab azuba etc. alii dicunt quod hec est
littera caleb vero filius esrom genuit cum azuba u
xore. i. de azuba. uxore eos qui sequuntur ponitur
tamen hic cum pro de. quia ad generationem requiritur conjunc
tio maris et femine.

Item. d. cum autem mortuus esset esrom ingressus
est caleb ad effrata. uxorem suam eam carnaliter
cognoscendo secundum litteram istam. hebr. et postea
mortuus est esrom in caleb effrata et est ca
leb effrata. nomen ville compositum ex nominibus
caleb et uxoris sue in qua villa mortuus fuit
esrom pater caleb.

Item. c. obed autem genuit ihu. hebr. et libri
correpti habent yeu.

Item. g. qui videbat dimidium requietionum
i. mansionum illius terre quia visitabat eas tamquam
habens curam earum. hebr. qui dividebat etc. et
est eadem sententia nam divisio aliquorum pertinet ad
habentem curam ipsorum.

iiii°. ca°. c. et laada pater maresa. hebr. et
laada dominus maresa. et est maresa nomen ville

Item. d. in domo induti et dicitur hic domus lini
menti tabernaculum moysi secundum expositores nostros
in quo fuit cortina de bisso. hebr. in domo ele
bea et est nomen cuiusdam cognationis secundum hebreos.

Item. d. et qui stare fecit solem virique men
daci et securi et incendentes qui principes fuerunt
in moab. et qui reversi sunt in bethleem et ex

ponuntur ista de elymelech qui cum uxore sua et
duobus filiis ivit ad peregrinandum in terram
moab. ruth. i. ex suis peccatis fecit stare solem
reversio vero in bethleem exponitur de noemi
et ruth etc aliquantulum extunc. hebr. et iaaquim
nomen est proprium hominis et viri de coseba. et est
nomen ville sive loci. et ioas et saraph nomina
sunt virorum qui maritati fuerunt in moab. et re
versi sunt in leem.

Item. d. et in presepibus. hebr. et in muro.

Item. hec est habitatio eorum et filiorum distribu
tio. hebr. hee cognationes eorum et parentele
eorum.

Septimo. ca°. d. et aashur filius aser in hebreo
ochetur aher.

Item. d. filii luba. hebr. filii. lule.

Item. e. soror autem eius regina peperit vir
decorum. hebr. habet. soror autem autem eius regina
peperit sehor. et est nomen proprium. filii regine et
forte notabilis in pulcritudine propter quod transla
tor posuit virum decorum.

viii°. ca°. g. et multos habentes ac nepotes usque
c. l. milia. hebr. non habet milia sed. c. l. tantum. et id
li. milia non est de textu et merito quia in to
ta tribu beniamin non erant tot homines et
multo minus in una cognatione eiusdem tribus.

Item. e. abigabaon et nomine uxoris eius
etc. hebr. pater gabaon et nomen uxoris eius
etc. erat ei iste vir potens in vigilia gabaon
propter. quod dicebatur pater eius

xi°. ca°. c. hic stetit in medio agri et de
fendit eum. hebr. et steterunt in medio agri
et deffenderunt eum. ex hoc patet quod iste elea
sar de quo fit hic sermo non fuit solus in
deffensione agri sed quia fuit principalis
inter deffendentes ideo translator noster exprimit
eum singulariter sicut victoria exercitus attribu
itur duci. etc.

xii°. ca°. c. spiritus autem induit ab ysai non
accipitur hic spiritus pro spiritu prophetie. sed pro constan
tia et audacia loquendi. hebr. spiritus domini
induit amasay. et id dicunt hebrei quod iste fuit
amasa utique tamen fuit nepos david de duabus
suis sororibus

xiii°. ca°. a. ad nostrum deo meo expeditum sermo quem
loquor mittamus ad fratres nostros etc. hebr. a deo
deo meo revelatio vel ordinatio mittamus super fratres
nostros.

xiiii°. ca°. g. venies contra eos ex adverso piro
rum. hebr. habet ex adverso arborum posuit et transla
tor nomen speciale pro generali

xv°. ca°. f. in cytharis pro octava canebant
epynicion. hebr. in instrumentis. x. cordarum canebant
in fortitudine.

xvi°. ca°. d. cum essent pauci numero. hebr. cum
essetis gentes numero. i. faciles ad numerandum
pro paucitate et sic est eadem sententia.

xvii°. ca°. d. quis ego sum domine deus et que domus
mea ut prestares mihi talia. hebr. quis ego

sum domine

sum domine deus et que domus mea quod adduxisti me usque huc. i. ad tantam excellentiam sine meritis meis et cognationis mee sed per solam gratiam tuam et misericordiam.

¶ xvii. ca. b. et precidit vestes eorum a natibus usque ad pedes eorum in medio usque ad tibias. i. usque ad pedes per quos sit transitus de loco ad locum.

¶ Item. c. videntes autem filii amon quod iniuriam fecissent david. hebr. hic quod fetidi essent ipsi david. i. abhominabiles et odiosi in tantum quod omnino volebant vindicare factum per talem modum. dicitur exo. v. fetere fecistis odorem nostrum coram pharaone et servis eius.

¶ xx. ca. porro david manebat in ierusalem qui ioab percussit rabba. aliqui libri hebraici sic habent et david remansit in ierusalem et percussit david rabba. et utrumque verum est quia primo ioab obsessam tenuit civitatem amonitarum. in tantum quod rabba civitas regia erat de prope capienda et tunc significavit david regi quod veniret ut captio civitatis regie sibi ascriberetur ut habetur. ii. re. duodecimo.

¶ Item. b. et fecit super eos tribulas et trahas et ferrata carpenta transire. hebr. et dolavit eos. i. in minutas partes divisit sicut solent dolare in ferris et ferreis carpentis

¶ xxi. ca. d. eo quod invitus exequeretur regis sermonem. hebr. quod abhominabatur regis verbum tamquam malum et divine voluntati contrarium.

¶ Item. e. aspexit eum ornam. s. ipsum david. hebr. et reversus est ornam. s. de loco ad quem fugerat se abscondendo ut ivit obviam regi david.

¶ xxvii. ca. noluit autem david numerare eos a xx. et infra. aliqui libri habent. noluit autem david etc. et male quod volebat numerare solum viros potentes ad bellum procedere tales sunt a. xx. annis supra.

¶ xxviii. ca. d. dedit autem david salomoni filio suo descriptionem porticus et templi et cellariorum suorum. hebr. et dedit david salomoni filio suo similitudinem porticus et domorum suarum et thesaurorum suorum.

¶ Item. f. et leunculos aureos. hebr. et lucinos aureos. et similiter quod sequitur. similiter in leones argenteos. hebr. in lucinos argenteos. et huius diversitatis translationis ratio ab hebraico sumitur quod dictio hebraica significans lucinum. et dictio significans leonem in hebreo habent magnam similitudinem.

¶ xxix. ca. a. neque homini preparatur habitatio. sed deo. hebr. quia non homini civitas preparatur simpliciter sed deo. vocatur autem hic templum salomonis civitas quod multa et magna edificia erant ibi etc.

Incipit liber secundus paralipomenon.

¶ Secundo. ca. f. hyram fabrum patrem meum. vocabat enim eum rex tyri patrem suum ratione senectutis et industrie artis secundum istam translationem. hebr. hyram fabrum patris mei. i. artificem excellentem a tempore patris mei.

¶ Tertio ca. d. cepit autem edificare mense ii. in anno regni sui. hebr. et cepit autem edificare mense secundo. s. die anno. iiii. regni sui et hoc translator omisit. s. secundum.

¶ Quarto. c. c. porro vastitas eius habebat mensuram palmi. hebr. et spissitudo eius habebat palmum.

¶ Item. g. omnia de auro mundissimo facta sunt. hebr. de auro sagur etc. et est sagur nomen proprium loci ubi nascitur aurum purissimum ut dictum est supra. iii. re. vi. ca. secundum alios sagur est nomen commune et significat clausum quia aurum purissimum clauditur a divitibus ... ipsum sub firma custodia.

¶ Item. g. et phialas. hebr. et lucinos.

¶ Sexto. ca. f. nec adhuc in illo tempore vices et ministeriorum ordo inter eos divisus erat. licet enim a tempore david hoc factum fuisset ordinatione ut habetur supra. i. libro. xxiiii. et xxv. cum exequutione sunt factum post collocationem arche in templo salomonis secundum litteram istam. hebr. non ad custodiendum divisiones. licet enim a tempore david divisiones sacerdotum et levitarum facte fuerunt ad succedendum sibi in officiis divinis per ebdomadas. tamen talis successio non fuit tunc custodita eo quod omnes sacerdotes fuerunt tunc occupati per solempnem deportationem et collocationem arche ... quia omnes enim sacerdotes qui ibi potuerunt inveniri sanctificati sunt. et secundum hoc immediate non ad custodiendum divisiones. s. succedendo per vices. sed tunc omnes simul in officio divino fuerunt occupati.

¶ vii. ca. c. fecitque die octavo collectam. hebr. retentionem quia retinebantur ipsi illa die ut ab eo colligeretur pecunia pro necessitate templi.

¶ viii. ca. a. et alias civitates munitissimas. hebr. et omnes civitates thesaurorum. erant enim edificate sic fortes ut haberet ubi custodiri thesaurum.

¶ ix. ca. d. de quibus fecit rex gradus in domo domini. hebr. hic semitas. erat enim quedam via curiose facta per quam rex ibat de domo sua in templum.

¶ Item. d. excepta ea summa quam legati diversarum gentium et negotiatores afferre consueverant. hebr. hic preter illud quod afferebatur a viris scrutatoribus et mercatoribus. et dicuntur hic scrutatores secundum aliquos illi qui colligebant pecunias pro rege a subiectis secundum proportionem facultatum etc.

¶ x. ca. g. factum est cum audisset omnis israel etc. totum istud usque ad finem huius capituli non est in hebreo nec in libris correctis sed est acceptum de. xii. ca. iii. libri. re. et hic insertum per aliquos expositores sicut et in pluribus aliis locis plura sunt inserta

¶ xi. ca. d. eo quod eiecisset eos ieroboam et posteri eius ne sacerdotio domini fungerentur. hebr. quia cessare fecit eos ieroboam et filii eius a sacerdotio domini. nolebat enim quod venirent in ierusalem ad ministrandum in templo aliter putavit decidere in regno suo etc. quod eo acti sunt extra.

¶ xii. ca. e. iterumque ferebant ad armamentarium

sim. hebr. .lx. appendencium cursorum

¶ viij° ca° c. porro roboam erat rudis et corde pavido. hebr. autem erat puer .s. sensu non tamen etate quia in principio regni sui fuit .xl. et vnius anni ut habetur .iij. Re..

¶ viij° ca° et ideo per hoc quod dicitur rudis intelligitur vna intellectus deffectus ingenij et in dulcedine vna vis et corde tenero .i. impotens ad sustinendum aliquid durum ..

¶ xv° ca° a. transibunt autem multi dies in israel et usque ad illud tempus hoc et autem confortamini et non dissoluantur manus vestre exponitur a multis doctoribus de futuro sicut sonat nostra translatio et sunt impleta tempore captiuitatis babilonice quia extra ierusalem iudei non poterant offerre deo sacrifficia propter quod tempore dicte captiuitatis que diu durauit fuerunt absque deo vero .s. colendo per sacrifficia et quia multi iudei tunc transierunt ad cultum ydolorum. et absque sacerdote doctore et absque lege. quia cessantibus sacrifficiis cessabat officium sacerdotis et doctrina legis quam combusserant nabuzardam et eius satellites. Cumque reuersi fuerint in angustia sua .i. existentes in captiuitate babilonica ad dominum deum israel per veram penitenciam vera cordis intellectum eis dante reperient eum .s. tempore cyri. qui dedit eis licenciam redeundi et templum re edifficandi. in illo tempore non erit pax ingredienti et egredienti nam iudei reuersi de babilonica captiuitate affligebantur et inuadebantur a samaritanis et aliis uicinis gentilibus propter quod gens contra gentem quia multa bella temporibus illis surrexerunt in diuersis partibus orbis ut patet in ueteri hystorias illius temporis. hebr. Et dies multi in israel a domino deum verum ad non sacerdotem et ad ꝯ decẽte
non legem .i. sine istis quia talis est modus loquendi hebraicus. et reuersa est in angustia sua ad dominum deum israel et requisierunt eum et inuenta
est eis et temporibus illis non pax egredienti et veni enti quia conturbaciones multe super habitantes terram. et diminute sunt gentes in gente et ciuitas in ciuitate quia deus afflixit eos in omni angustia vos autem confortamini etc. et quia hec littera non habet transibunt in principio exponitur ab hebreis de tempore preterito ante tempus asa. sic. et dies multi in israel supple iam fuerunt. ad non deum verum. nam in illis non reuertebantur filij israel ad deum uerum. s. a. iiij° anno roboam in quo declinauit ad ydolatriam. et omnis israel cum eo ut habetur .s. vij° ca° et tempore filij sui abia qui ambulauit in omnibus peccatis patris sui ut habetur supra xiij° ca° et iij° Re. xv° et ad non sacerdotem docentem et ad non legem. quia ex quo declinauit ad ydolatriam neglexerunt recurrere ad doctrinam sacerdotum et legis studium. et reuersa est .s. populus iuda in angustia sua ad dominum deum quia asa. qui successit abia populus reuersus fuit ad cultum veri dei et marie quando fuit ad cultum veri dei. et marie quando fuit in angustia propter aduentum regis ethiopum et inuenta est ab eis .i. ab illis de regno iuda. quia dedit eis uictoriam

inimicorum ut habetur in tercio capitulo precedenti et in temporibus illis .s. roboam et abia non pax egredienti et venienti supple fuit quia anno quinto roboam sesac rex egipti intrauit ierusalem et spoliauit templum et domum regiam et facti sunt ei iudei serui ut habetur .s. xij° ca° tempore uero abia filij eius ieroboam molestauit regnum iude licet finaliter fuit debellatus et diminute sunt gentes in gente et ciuitas in ciuitate quia tunc iudei fuerunt in sulto ab exterioribus et interioribus seditionibus ex quibus populus fuit diminutus propter peccata sua que sequuntur. vos autem confortamini .i. tu asa et populus tuus qui quesiuisti dominum et inuenistis ..

¶ Item. b. azarie filij oded sic dicitur scribi per duplex d. et non per .b. sicut habent aliqui libri..

¶ Item. g. bellum non fuit usque ad xxx^{v^m} annum regni asa. hebr. et libri correcti habent usque ad xxv^{m}

¶ xvj° ca° f. iussit eum mitti in neruum ualde quippe super hoc fuit dominus indignatus et multos fecit de populo in tempore illo plures. hebr. et posuit eum in domum carceris quia iratus fuit super eum propter hoc. s. asa. super populum eo quod arguebat eum et confregit asa de populo in tempore illo eo quod nolebat populum liberare ..

¶ Item in° hunc sequebatur robusta ad pharetra. hebr. ꝯ g.
et de beniamin ad pharetra..

¶ xviij° ca° f. mutabo habitum. et sic ad pugnam vadam. hebr. mutaris .s. uestibus aliter induendo arma tua. et veni ad bellum et est verbum ipsius achab. et iosaphat regem iuda ..

¶ Item. g. percussit regem israel inter cutem et scapulas. iij. Re. ultimo ca° ubi tractatur hystoria dicitur. percussit regem israel inter pulmonem et stomachum. et ex hac uariacione iudeus hic nostra translatio deficit. hebr. percussit regem israel inter iuncturas et loricam. et dicitur hic iuncture lamine ferree operientes maculas seu foramina lorice et dicuntur scamae in libro Re. ult° ca° ..

¶ xx° ca° a. filij moab et filij amon. et cum eis de ydumeis. hebr. et libri correcti habent et cum eis de amanitis cum per amanitas intelliguntur ydumei ut uidetur per hoc quod infra eodem ca° dicitur. ecce filij amon. et moab et mons seyr. ibitatores montis seyr qui dicuntur ydumei..

¶ Item. c. erat autem iaziel. hebr. erat autem hoziel..

¶ Item. e. ut laudarent deum in turmis. hebr. et laudarent dominum in decore sancto..

¶ xxi° ca° et penisiones cum ciuitatibus etc. hebr. et delicias cum ciuitatibus etc.

¶ xxv° ca° d. percussit filios seyr. xx. milia hebr. et libri correcti habent. x. milia ..

¶ xxvj° ca° a. in diebus zacharie intelligentis et uidentis deum. hebr. in diebus zacharie intelligentis timore ..

¶ xxviij° ca° f. adduxit quoque contra theglaphalasar regem assyriorum qui afflixit eum et nullo resistente uastauit. igitur achaz spoli

alia

arca domo domini et domo regum et principum dedit regi assiriorum munera et tamen et nichil profuit quod sic exponitur a latinis quia iste tegla phalasar licet primo venit contra regem syrie ad preces achaz cum muneribus tamen intravit postea regnum achaz et gravem tributo subiecit et sic precedens collatio munerum nichil sibi profecit. hebr. et venit ad eum tegla phalasar rex assiriorum. nam ad preces achaz venit contra regem syrie et eum interfecit et adiuvit eum. s. achaz et non fortificavit. nam ex muneribus missis regi assiriorum achaz et eius populo facti sunt de paupertati et afflicti. et etiam ex tributo quod reddebant ei. nec tamen restituit ipsi achaz civitates ab aliis captas cetera sicut in latino.

Xxviii. cap. a. et unusquisque ceterum in ierusalem. hebr. et libri conscripti sunt in ierusalem.

Xxxiiii. cap. c. regemque constituit sedechiam patruum eius. hebr. habet fratrem pro avunculo eo modo loquendi quo abraham dixit loth nepoti suo ne queso sit iurgium inter me et te fratres. n. sumus. i. de eadem cognatione.

Incipit primus liber esdre.

Primo. cap. b. et omnes reliqui in cunctis locis ubicumque habitant adiuvent eum. i. illi iudei qui nolunt recedere detenti babilonie retenti amore uxorum ibidem acceptarum et prolis ibidem genite adiuvent opus templi mittentes ad hoc munia per precedentes secundum latinos expositores. hebr. et omnes reliquum. s. de iudeis qui non potest ascendere in ierusalem propter paupertatem quia non habet expensas pro itinere vel propter debilitatem non potest peditare vel tamen nec equitare posset. adiuvet eum unusquisque de loco suo. i. vicini eius gentiles providendo ei de expensis et vehiculo ita precepit cyrus ut dicunt hebrei.

Item. f. per manum mitridatis filii gazabar. hebr. per manum mitridatis thesaurarii erat. n. thesaurarius regis cirus dicit iosephus et idem dicitur ii. esdre. ii. cap.

Item. g. Ciphi aurei. xxx. hebr. bacini aurei xxx. sanguis. n. qui ferebatur intra sancta sanctorum in die expiationis in bacinis aureis portabatur et etiam in quibusdam aliis misteriis sacerdotes bacinis aureis utebantur.

Secundo cap. g. et eiecti sunt a sacerdocio. hebr. et sordidati sunt a sacerdocio. i. in cepti ad hoc iudicati et sic. hebr. exprimit causam translator noster effectum.

Item. e. dederunt in impensas operis. hebr. habet in thesauros operis.

Quarto cap. a. in tempore autem assueri ipse est artharxerses hebr. non habet ipse est artharxerses.

Item. a. scripsit beselam mitridatis et thabel. et secundum hoc besellam est nomen proprium unius hominis et mitridatis est eius cognomen. hebr. scripsit sileter mitridates et thabel. scripserunt enim isti duo per talem modum quod lateret iudeos contra quos

scribebant.

Item. d. rerum belthecem. hebr. reum beel theem et est reum nomen proprium unius hominis et beel et. beethesin. sunt nomina sui officii et significat idem quod magister ratiocinatoris. i. computi nam alii regis officiales qui erant in terra samarie reddebant ei rationes de receptis et expensis.

Item. b. transtulit salmanasar. hebr. quas transtulit asenaphar et iste fuit assaradon filius sennacherib ut patet in principio istius capituli illos enim quos salmanasar miserat in samariam leones devoraverunt ut habetur. iiii. Reg. et iste misit alios loco ipsorum et cum eis unum de sacerdotibus captivis qui doceret eos colere dominum.

Item. b. et in reliquis regionibus trans flumen in pace. hebr. cisflumine et keenet. et est keenet nomen regionis.

Item. c. nos ergo memores salis quod in palacio comedimus. i. cibos sale conditos. hebr. nunc propter hoc destructionem palacii nolumus. i. impedire edificationem domus dei que frequenter palacium nominatur in hebreo.

Quinto capitulo. a. filio addo. hebr. filius addo per simplex. d.

Sexto cap. a. ordines de lapidibus impolitis. hebr. parietes de lapide marmoreo cuiuslibet. i. cuiuslibet speciei vel coloris et hoc ad decorem parietum templi.

Septimo cap. g. et dixit esdras benedictus dominus etc. hebr. non habet et dixit esdras sed sic intelligitur. propter quod expositores aliqui apposuerunt per modum glose inter linearis que postea per scriptores inserta est textui.

Nono cap. d. et daretur paxillus in loco sancto eius. hebr. et daretur cavilla illius. i. firmitas vel stabilitas templi in loco sancto eius. s. in ierusalem.

Item. e. et daret nobis spem in iudea et in ierusalem. hebr. Et daret nobis spem murum. i. reedificationem civitatis et templi.

Incipit neemias.

Secundo cap. b. dixitque michi rex et regina que sedebat iuxta eum. et secundum hunc sensum illud quod immediate sequitur usque ad quod tempus eius iter tuum. etc. est verbum regis et regine simul. hebr. dixitque michi rex et regina sedebat iuxta eum. et secundum hoc illud quod sequitur usque ad quod tempus etc. est verbum regis tantum ad neemiam sedente tamen regina iuxta regem.

Tertio capitulo. a. ipsi edificaverunt eam. hebr. ipsi preparaverunt eam apponendo ianuas et seras et alia initia verbum enim hic positum equivocum est ad edificare et preparare.

Item. b. raphaia filius hur princeps vici ierusalem. hebr. raphaia filius principis medii circa ierusalem

Item. g. Et dixit neemias nec libri conscripti sic intelligitur tamen propter quod primo fuit appositum per modum glose que post ea inserta est ad textum

per spiritus etc.

¶ Vi° capitulo. a. venit pertinciamus sedi in monte
lis in campo uno. hebr. venit pertinciamus sedi
in experim in campo ono et sunt experim et
ono nomina proprietatis regionis et secundum loci de
tinatiti in regione illa.

¶ Viii° capitulo g. Cenopheyne sub esdra et neemia
hoc non est in hebreo nec in libris magis correctis.

¶ ix° capitulo a. Tu ipse domine solus et prinutitur. Et
dixit esdras. Sed non est in hebreo nec in li
bris correctis similiter intellige tum proprietatis quod appositum est
per modum glosse. et postea tractum ad textum.

¶ xi° capitulo a. optimates absque sorte in medio po
puli habitabant

¶ Item. a. decima pars populi eligatur ut habitet in
iherusalem quia urbs vacua erat. ista duo non sunt in
hebreo nec in libris correctis sed per glose
modum apposita sunt, et postea per scriptores
ad textum tracta.

¶ Item. f. et episcopus levitarum. hebr. et prepositus le
vitarum. nullus enim levita poterat dici episcopus aliorum
proprie sed soli sacerdotes tamen extenso nomine levita
prepositus aliis poterat dici episcopus in quantum significat
episcopus idem quod superintendens ab epi quod est supra
et scopos quod est intentio.

¶ Item. g. et in diebus pro temporibus de filiis
iuda etc. et incipit hic versus in hebreo et
in villis etc.

¶ Xiii° capitulo f. et contestatus sum eos ut in die
qua venderent licet venderent. hebr. et plurimi eos
vendere in die quando vendebant ipsi venationem

¶ Item. g. cum quievissent porte iherusalem. i. cum
venisset tempus quietis carum per clausionem. hebr.
cum umbrarent porte iherusalem. i. facerent umbram
longiorem quod contingit circa vesperam et tunc incipit
solempnitas sabbati que incipit a vespere precedentis
diei propter quod tunc claudebant porte ne per
eas inferrentur venalia.

¶ Incipit liber hester.

¶ Primo capitulo b. qui eburneis circulis inni
tebantur qui sustinebant argenteas nisi columnas non
enim videtur quod crinibus tante magnitudinis posset fieri
de ebore.

¶ Item. c. unde regis iussa est in dignitate. hebr.
unde magnum dampnum est. s. regi et gravamen
s. omnibus aliis invitatis.

¶ Secundo capitulo a. recordata est vasti que fecisset
et passa fuisset. s. penitendo de culpa sua et
dolendo de sequenti pena, secundum vetustam istam
. hebr. recordatus est vasti que fecisset et passa
fuisset. nam translata passione ire affuerit doluit
de electione vasti quia non poterat eam revocare propter
edictum quod non audebat infringere ne sedicionem
regni contra se moveret considerabat etiam quod vasti
non renuerat ad mandatum eius venire ex contemptu
sed ex consuetudinis honestate quia coniuges per
sarum et medorum nobilium non exponebant se ad
spectum hominum nisi virorum suorum et valde propinquorum

¶ Item. g. duo eunuchi regis qui ianitores
erant. hebr. duo principes regis custodes vasorum
propter quod eorum machinatio contra regem erat pe
riculosior quia poterant mittere ad interiora et inficere
veneno vasa in quibus regi serviebatur.

¶ Incipit liber iob.

¶ Tercio capitulo a. et non sit in recordatione. hoc non
est in hebreo nec in libris correctis. sed post
illud non requirat eum deus desuper. Deest
immediate. nec illustretur lumine.

¶ Item. b. qui parati sunt suscitare leviathan
i. demonem quem suscitare parati sunt homines
mali obedientes ei et isti oderunt lucem dicitur io. iii.
omnis qui male agit odit lucem. hebr. exsecrantes
i. desiderantes orbari societate sua. et tales sunt
homines tantis miseriis presti quod desiderant se orbari
de societate viventium per mortem.

¶ Item. d. qui edificant sibi solitudines. secundum
proprietatem hebraici sermonis non dicuntur solitudines
edificia solitaria extra tumultum civitatum extructa
que reges et potentes edificant ad suam vacationem
et sic ordinantur ad bonum delectabile prout exponit
sanctus thomas de aquino vel dicuntur hic solitudines
civitates et castra destructa que reges et po
tentes aliquando reedificant maiora et fortiora quam
ante ad faciendum sibi nomen et sic ordinantur
ad bonum honorabile.

¶ Quarto. capitulo g. qui autem reliqui fuerunt
i. filii parvorum post mortem patrum remanentes
et eorum scelera imitantes auferentur ex eis.
non est in hebreo nec est de textu propter quod
littera plana est cum dicitur. auferetur. s. de
vita patrum non enim potest dici quod per mortem
auferentur a patribus defunctis sed per hoc ma
gis coniunguntur eis.

¶ V° capitulo a. virum stultum interficit iracundia
littera correcta hebr. vere stultum interficit iracundia
tamen per hoc sensus non mutatur.

¶ Item. b. homo nascitur ad laborem et avis ad
volandum. hebr. homo nascitur ad laborem et
filii angeli exaltantur volatu. i. sicut homines
occupantur circa laborem terrenum ita angeli sunt
occupati in contemplatione circa deum. nam et in
ferioris angeli semper vident faciem patris
mat. xviii.

¶ Vi° capitulo a. unde et verba mea dolore sunt
plena. hebr. unde et verba mea sublucinantur
et est eadem sententia nam homines in dolore po
siti verba sua proferunt imperfecte.

¶ Item. d. timet pruina irruet super eos nix
hebr. de instanti gelu operientur nive. i. post unam
afflictionem eveniet alia maior super illos qui sub
trahunt manum ab amicis suis ut prenuntiatur
qui aufert etc.

¶ Vii° capitulo militia est vita hominis super terram.
hebr. numquid est tempus hominis super terram
q. d. sic nam in brevi eius vita terminatur ut dicit
h. glossa. Ra. Sa.

Item. a. sicut cervus desiderat umbram. hebr.
et sicut servus suspirat ad umbram sicut servus etc. vel quia ex fati
gatione laboris desiderat quietem et ideo hec quinque
verba viciata per scriptores precedendo litteram. c. p. h.

Item. b. dies mei velocius transierunt quam a tex
ente tela succiditur. hebr. dies mei festinaverunt
sicut radius, et est hic radius instrumentum textoris per
quod mittit filum ex transverso orditur et galli
ce navette et transit valde velociter de una parte
orditure ad aliam.

viii° ca° d. aut crescere carectum sine aqua.
hebr. aut pratum esse sine palude.

Item. e. non placebit ei vecordia sua. hebr.
qui inexcidibilis vecordia sua. qui defraudabitur ab eo
quod intendebat consequi per ypocrisim suam
ideo proponitur spes ypocrite peribit

ix° ca° b. si repente interroget quis respondebit
ei. hebr. Ecce auferet quis reddet illud.
q. d. nullo cum sit infinite virtutis.

Item. c. sub quo curvantur qui portant orbem.
i. angeli sub qui administrant orbem corporalem creatura
et eum adorant. po. rabi. adiuvent eum quia angeli
eius. hebr. Sub eo inclinantur adiutores superbi
et est eadem sententia nam angeli semper exequuntur
mandata dei, et sic dicuntur eius adiutores.

Item. e. et non de penis innocentum rideat. hebr.
et in temptatione mundorum irridebit. s. temptatorem
sicut in temptatione beati iob irrisit sathan
qui in illa temptatione non habuit intentum suum ap
positum

Item. f. pertransierunt quasi naves poma por
tantes. hebr. pertransierunt quasi naves [illegible]
antes. quando enim ventus impellens navem est ita for
tis quod faciat fluctus in mari tunc navis currit
velociter

x° ca° f. et poene militant in me. hebr. mu
tationes et exercitus mecum. homines enim in afflictione
magna positi qualis erat iob. quasi continue cogi
tant de mutatione calamitatis sue, et de conti
nuatione eorum inter se.

xi° ca° a. tibi soli tacebunt homines. hebr.
mendacia tua tacebunt homines. q. d. non sed
ea manifestabunt inmo increpant. et amici iob ipsum
ostendere mendacem.

xii° ca° a. deridetur iusti simplicitas lampas
contempta apud cogitationes divitum parata ad
tempus statutum. hebr. deridetur etc. Sequitur par
ta ad lubricantes pedibus. q. d. licet simplicitas
iusti derideatur a divitibus huius seculi tamen sub veri
tate est lampas sive lucerna directiva ne homines
in via morum offendant.

xiii° ca° g. quis potest facere mundum de immundo
conceptum semine nonne tu qui solus es. hebr. quis
dabit mundum de immundo et non est unus. quia
mundus in hominibus.

xiiii° capitulo. d. Cunctis diebus quibus nunc
milito etc. Cunctis diebus termini mei. i. in
omnibus diebus usque ad terminum vite mee ex
pecto etc.

Item. f. lapides excavant aque alluvione
terra consumitur et hominis ergo similiter perdent. hebr.
lapides consumunt aque. effluebit renascentia
pulveris terre spem hominis perdes. q. d. ex consump
tione lapidum pulveris ad tempus impellis et ideo
aliquid renascitur non sic autem ex homine mortuo.

Item. f. Signasti quasi in sacculo delicta mea sed
curasti iniquitatem meam. hebr. Signasti etc.
Sequitur et assuisti iniquitatem meam non est
hic intelligendum quod deo sit causa peccati sed quia
ex consideratione divine notitie attingentis omnia
peccata usque ad minima quamvis dicitur assuisset pro
debita maior [illegible]

xv° ca° a. arguis eum verbis qui non est equalis
tibi. hebr. arguens non taceres. i. prendens
in disputando non invenit pares ut et sic
notat ipsum iob de consilio. unde hic premittitur
numquid sapiens respondebit quasi inventum loquens
aut implebit ardore stomachum suum.

Item. d. et tulisti preces coram domino. hebr. s. ex
simplice loquendo unde ibi premittitur quantum in
te est evacuasti timorem.

Item. b. Sed verba tua sibi prohibent. hebr. et
loquatur suaviter tecum. unde ibi premittitur nu
quid grande est ut consoletur te deus.

xvi° ca° e. Circumdedit me lanceis suis.
hebr. Circumdederunt me sagittatores eius.
unde hic premittitur posuit me quasi in signum
sibi.

Item. f. operui pulvere carnem. hebr. operui
pulvere cornu meum. i. caput meum. nam anti
quitus accidente casu magni doloris ponebant ho
mines pulverem vel cinerem super capita sua

xvii° ca° cogitationes mee dissipate sunt tor
quentes cor meum. hebr. cogitationes mee dissipa
te sunt hereditates cordis mei. i. immobiliter
erunt ibidem sicut hereditas dicitur res im
mobilis.

xix° ca° g. Scio quod redemptor meus vivit et
in novissimo die de terra surrecturus sum. Et
rursum circumdabor pelle mea et in carne mea
videbo deum salvatorem meum. hebr. Ego no
vi redemptorem meum vivum et novissimus super
pulverem consurget et post carnem meam [illegible]
hoc et de carne mea videbo deum. quod exponunt
aliqui de incarnatione filii dei et eius habitatione
cum hominibus sicut dicitur Johannis primo. verbum caro fac
tum est et habitavit in nobis

xx° ca° a. et mens mea in diversa rapitur
etc. hebr. et taciturnitas mea in diversis rapi
Sophar enim audiendo iob tacuerat et de
pluribus arguere eum cogitaverat.

xxiiii° ca° d. et vineam eius quem vi depresse
runt vindemiant. hebr. Et vineam impii vin
demiant. q. d. bonos et malos in differenter
opprimunt

Item. e. nec ambulet per viam vinearum.
i. eius vinee sic fiant steriles et destructe quod ob
horreat ipsas videre. hebr. nec ambulet per

(margin, right: ? significasti verbi coram domino)

(margin, left: A. lxxvi.)

bellatorum i. dentiatur ab omni dominio et honore. dictio enim hebraica que ponitur hic equivoca est ad utrumque et ducem.

Item .g. et ponet ante deum verba mea. hebr. et ponet ad nichilum verbum meum. unde premittitur: quis poterit arguere me esse mentitum.

XXVI cap. .g. et obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. hebr. Et occidit manus eius serpentem tortuosum. quod exponunt. ra. sa. de pharaone quem occidit dominus in mari rubro et vocatur hic serpens tortuosus quia plures permissiones de filiis israel dimittendis retractavit.

XXVIII cap. b. non calcaverunt eam filii institorum. hebr. non calcaverunt eam filii leonis et consequenter ei additur: nec transivit per eam leena.

XXIX cap. b. et senes assurgentes stabant. hebr. et sexagenarii assurgentes stabant erectis pedibus quia a tempore iob qui fuit contemporaneus moysi homines sexagenarii iam senes computabantur.

Item .f. et sicut palma multiplicabo dies. est enim palma arbor longe durationis. hebr. et sicut hol multiplicabo dies. Et dicit ra. sa. quod hol est avis longissime vite.

XXX cap. pharetram suam aperuit. hebr. cordam suam laxavit i. cordam arcus mei rupit per quod intelligitur ablatio virtutis ipsius iob.

Item .e. ad dexteram orientis calamitates mee illico surrexerunt. hebr. ad dexteram pueri surrexerunt i. indigni honore presumpserunt se michi.

Item .g. interiora mea efferbuerunt absque ulla requie. hebr. interiora mea efferbuerunt et non emiserunt sanguinem. i. et non cessant dolores quando ei eminet dolor et quiescat.

XXXI cap. g. Quis michi tribuat adiutorem et desiderium meum omnipotens audiat. hebr. quis michi det adiutorem. et linea omnipotentis testificabitur michi. i. linea dei iustitie ostendet innocentiam meam.

XXXIII capitulo e. Si fuerit angelus pro eo loquens unum de millibus. hebr. Si fuerit angelus pro eo eloquens unus de millibus. s. angelorum. daniel. vii. millia milium ministrabant ei.

Item .f. consumpta est caro eius a suppliciis. hebr. impinguata est carne sicut puer unde subditur revertatur ad dies adolescentie sue.

XXXVI cap. in manibus suis abscondit lucem .s. solis de nocte et precepit ei ut rursus adveniat. in mane. hebr. in manibus suis abscondit lucem. et precepit ei. s. in mane venire in deprecatione i. ne deus adoretur secundum illud sapientie xvi. oportet solem prevenire ad benedictionem tuam et ad orientem lucis te adorare.

XXXVII c. frumentum desiderat nubes. hebr. angelus plenitudine laborabit in nube tota creatura corporalis amministratur per angelos secundum angelum et sic nubes pluviosa amministratur per angelum et sic dicitur hic labor eius tamen sine lassitudine quacumque.

XL cap. d. mittet contra eum fulmina et ad lau-

aliud non ferient. hebr. constringet super eum et non movebitur. ideo subditur. Cor eius indurabitur sicut lapis.

XLII cap. g. et dederunt ei unusquisque ovem unam. hebr. obolum unum. supple aureum et hoc quod subditur. et inaurem auream unam.

Item .g. et fuerunt ei septem filii. hebr. et fuerunt ei septenarius filiorum .s. duo unde dicitur in textu quod dominus reddidit ipsi iob omnia duplicia.

Incipit liber psalmorum

Primo psalmo .a. et in cathedra pestilentie non sedit. hebr. in sede derisorum non sedit dicuntur derisores doctores fallacem doctrinam aut curiosam(?) et inutilem tradentes.

Item .d. et folium eius non defluet. hebr. et folium non marcescet quod est unum quod defluere.

Secundo psalmo .c. ego autem constitutus sum rex ab eo et secundum hoc est verbum christi hominis accipientis potestatem a patre super omnia in sua resurrectione secundum quod dixit. mat. ultimo. data est michi omnis potestas in celo et in terra. hebr. ego autem constitui regem meum et secundum hoc verbum dei patris christum hominem constituentis regem super omnia modo iam dicto.

Item .e. apprehendite disciplinam. secundum antiquos hebreos hoc est littera osculamini filium. i. regem meum filium david et faciendo fidelitatis homagium illum osculamini eum.

Tercio psalmo .c. Tu autem domine susceptor meus es. hebr. tu autem domine clipeus circa me.

Quarto psalmo .b. filii hominum usquequo gravi corde. et quid diligitis vanitatem etc. hebr. filii hominum usquequo iniuria mei ignominiose diligitis vanitatem quod exponitur de saule et sibi adherentibus in persecucione david. hic. filii hominum potentum .s. abraham ysaac et iacob. et sic estis genere nobiles et sic moribus esse debetis nisi degeneraretis usquequo diligentes vanitatem etc. credendo verbis doech et aliorum detractorum contra david.

Quinto psalmo .e. quoniam non est in ore eorum veritas cor eorum vanum est. hebr. quia non est in ore eorum rectum(?) cor eorum [illegible] quia cogitat alios decipere.

Item .e. linguis suis dolose agebant. hebr. linguam suam planificant in facie blandiendo.

Item .e. iudica illos deus. hebr. in culpa illos deus.

Sexto psalmo .b. lavabo per singulas noctes lectum meum. hebr. perluam tota nocte lectum meum etc. latine enim magis maculat lectum quam lavet ut mundet.

Octavo psalmo .a. in finem pro torcularibus psalmus david. hebr. victori super gittith psalmus david. Et autem gittith instrumentum musicum sic nominatum eo quod repertum fuit in geth civitate philistinorum sonitu cuius cantabatur psalmus non solum vocibus humanis. Sed cum hoc musicis instrumentis psalmus autem iste magis proprie cantabatur instrumento illo quam in aliis et quia unus choralem

facientes eum homagium

tar-

certum in cantando nitebatur alium superare ideo praenotatur ad victoriam, et sic in sequentibus exponatur.

Item. a. quoniam elevata est magnificentia tua super celos. hebr. qui dat pulchritudinem tuam super celos. i. filium tuum qui sicut dicitur iuxta et magnificentia dei patris ita dicitur eius pulchritudo hebraice proprie, qui cum sit splendor et figura substantie eius etc.

ix° psalmo. b. et factus est dominus refugium pauperi. hebr. et factus est fortitudo conminuto. i. iniuste depresso.

Item. d. in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. hebr. in operibus manuum suarum comprehensus est peccator cogitatione sempiterna quia [illegible] gehenne caret fine.

x° psalmo. b. quoniam que perfecisti destruxerunt. hebr. quia fundamenta dissipata sunt. i. perpetua que sunt morum fundamenta. Unde [illegible] in psalterio [illegible] translato iuxta hebraicam veritatem sic transfert quia leges dissipate sunt.

xi. psalmo. f. probatum terre. hebr. discoopertum a terra per [illegible] omnis terre [illegible].

Item. g. in circuitu impii ambulant secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. hebr. in circuitu impii ambulant cum exaltatum despiciens filios hominum. cum enim exaltatur superbus qui est honorum despectivus impii ambulant etc. ad sibi adulandum.

ambulant

xii° psalmo. g. psallam nomini tuo altissime. hoc non est in hebreo.

xiii° psalmo. c. sepulcrum patens est guttur eorum etc. usque ibi. [illegible] exclusive non est in hebreo.

xiiii° psalmo. b. qui non egit dolum in lingua sua. hebr. qui non circuivit. s. fallo in lingua sua.

xvi° psalmo. f. eripe animam meam ab impio frameam tuam ab inimicis manus tue. hebr. eripe animam meam ab impio framea tua. impius enim est framea dei. alias sine eius gladius ad puniendum peccatores. et hoc modo attila rex hunnorum [illegible] dixit se esse flagellum dei quod autem sequitur ab inimicis manus tue et principium versus sequentis in hebreo ubi sic habetur a mortuis manus tue etc.

Item. g. satiabor cum apparuerit gloria tua. hebr. satiabor cum evigilaverit similitudo tua. cum enim filius qui est similitudo patris. hebr. primo qui cum sit splendor et figura substantie eius etc. evigilavit a sompno mortis in sua resurrectione tunc david fuit satiatus per gloriam anime et corporis quia probabiliter dicitur fuisse unus de surgentibus cum christo.

xvii° capitulo psalmo. e. et disciplina tua ipsa me docebit. hebr. Et mansuetudo tua me multiplicavit in bonis temporalibus et spiritualibus.

Item. e. et non sunt infirmata vestigia mea. hebr. et non lubricaverunt caville mee. i. caville pedum meorum.

Item. f. ut lutum platearum delebo eos. hebr. lutum platearum evacuabo eos de locis suis sicut lutum eicitur de plateis.

Item. g. et claudicaverunt a semitis suis. hebr. et tremebunt in clausis suis. i. in fortaliciis suis et inde magis etc.

xviii° psalmo. b. in omnem terram exivit sonus eorum. hebr. in omnem terram exivit linea eorum et prout exponitur de apostolis. hic accipitur linea pro sorte. sicut frequenter accipitur in hebreo. apostoli namque secundum diversas terras exierunt ad predicandum per sortes.

xix° psalmo. f. nos autem in nomine dei nostri invocabimus. nos autem. hebr. nos autem in nomine dei nostri [illegible]bimus. i. in [illegible] offeremus.

xx° psalmo. c. pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui. hebr. pones eos vel in clibanum ignis in tempore ire tue.

xxi° capitulo psalmo. a. clamabo per diem et non exaudies et non ad insipientiam michi. hebr. clamabo per diem et non exaudies et nocte non erit taciturnitas michi. s. a clamore orationis.

Item. a. Tu autem in sancto habitas laus israel. hebr. Tu autem sanctus expectans laudem israel.

Item. c. tauri pingues obsederunt me. hebr. fortes basan obsederunt me.

Item foderunt manus meas et pedes meos. hebr. moderni habent sicut leonis manus mee et pedes mei. sed dicunt hic falsificasse nos ex similitudine litterarum nam hec dictio [illegible] que significat foderunt et [illegible] que significat sicut leonis solum differunt in ultima littera. s. vau et ioth. quarum figure modicum differunt in hebreo. nomina etiam omnia hebraica sunt indeclinabilia sicut apud nos cornu et [illegible] quod apud hebreos non est [illegible] mee et manus mee et pedes mei et pedes mei.

Item. g. et anima mea illi vivet. hebr. et animam suam non vivificabit. quia ipse [illegible] hic ut multiplicet [illegible] super librum psalmorum animam suam posuit pro omnibus suis.

xxii° psalmo. d. [illegible] in domo domini [illegible]. i. [illegible]

Item. c. attollite portas principes vestras. hebr. levate porte capita vestra [illegible]

xxiiii° capitulo psalmo. c. [illegible] hebr. [illegible] ad [illegible]

Item. g. innocentes et recti adheserunt michi. hebr. innocentia et recti custodient me.

xxv° ps. b. et complacui in veritate tua non sedi cum concilio vanitatis. hebr. et ambulavi in veritate tua non sedi cum gentibus falsitatis.

xxvi° ps. g. et mentita est iniquitas sibi. hebr. et locuta est iniquitatem.

xxvii° capitulo psalmo. f. [illegible] mea

et ex voluntate mea confitebor ei. hebr.
et letatum est cor meum. et in cantico meo
confitebor ei.
¶ xxviii. ps. f. vox domini preparantis cervos.
hebr. vox domini obstetricantis cervos.
¶ xxix. ps. c. quoniam ira in indignatione eius. hebr.
quia ad momentum ira eius. i. cito transit.
¶ Item. c. ego dixi in habundantia mea.
hebr. ego dixi in pacificatione mea.
¶ xxx. ps. b. odisti observantes vanita
tes. hebr. audivi observantes vanitates.
¶ Item. c. infirmata est in paupertate vir
tus mea. hebr. infirmatum est in iniquitate
mea virtus mea.
¶ Item. c. in manibus tuis sortes mee.
hebr. in manu tua tempora mea.
¶ Item. f. erubescant impii et deducantur
in infernum. hebr. erubescant impii et tace
ant in inferno.
¶ xxxi. ps. c. pro hac orabit ad te omnis
sanctus in tempore opportuno. hebr. pro hac orabit
ad te omnis sanctus in tempore inventionis. ad deprecandum
devote.
¶ Item. c. conversus sum in erumpna mea dum
configitur spina. hebr. conversus sum ab mi
seria mea in siccitatem.
¶ xxxiii. ps. b. super vacue exprobra
verunt animam meam. hebr. frustra foderunt
animam meam. querentes eam de corpore eicere.
¶ Item. c. ego autem cum mihi molesti es
sent induebar cilicio. hebr. ego autem in
firmitate eorum induebar cilicio et dicit
hic infirmitatis eorum actiue. i. illata michi
ab eis.
¶ xxxvii. ps. d. amici mei et proxim
mei adversum me appropinquaverunt et ste
terunt. hebr. cari mei et amici mei plagam
meam steterunt.
¶ xxxviii. ps. f. verumtamen universa vanitas omnis homo.
hebr. frustra fremet.
¶ Item. c. ecce mensurabiles posuisti dies
meos. hebr. ecce palmos dedisti dies meos.
est autem palmus brevis mensura.
¶ Item. c. et substantia mea tamquam nichil
um ante te. hebr. et senectus mea quasi non
sit.
¶ Item. d. verumtamen in imagine pertransit homo.
... in umbra ambulat ...
¶ Item. ... remitte michi ut refrigerer prius
quam abeam et amplius non ero. hebr. parce
michi et confortabor antequam abeam et non ero.
¶ xli. ps. a. sitivit anima mea ad deum
fontem vivum. hebr. sitivit anima mea
ad deum fortem vivum. et inde fuit mutata correp
... per scriptores ponentes. n. pro. r.
¶ xliiii. ps. d. circumdata varietate. circum
data vestimento suo.
¶ Item. f. circumamicta varietatibus ad
... hebr. ... i. in vestibus.

contra

o. g.

sericis in quibus apponuntur picture cum acu. ad
ducantur ad regem. et loquitur de regina et non
de puellis sequentibus eam.
¶ xlv. ps. a. deus refugium nostrum. hebr. deus
... nostrum.
¶ Item. f. et scuta comburet igni. hebr. et
plaustra comburet.
¶ xlvi. ps. b. subiecit populos nobis. hebr.
omnes populos pro nobis victorie et quas habuit
populus ille magis fuit virtute divina quam humana.
¶ xlvii. ps. a. fundatur exultatione universe
terre. hebr. speciosa frondosa gaudio universe
terre et refertur ad illud quod premittitur in
civitate dei nostri.
¶ Item. g. distribuite domos eius. hebr. eval
tate domos eius.
¶ Item. g. ipse reget nos in secula. hebr.
ipse ducet nos suaviter.
¶ xlviii. ps. d. homo cum in honore esset non
intellexit. hebr. homo in honore non perhen
nabitur. sepulcrum eius ei hospicium erit cum ve
nerit in terra.
¶ xlix. ps. f. et lingua tua concinnabat do
los. hebr. et lingua tua attexuit dolum.
¶ Item. g. et adversum filium matris tue po
nebas scandalum. hebr. et adversum filium
matris tue proferebas blasphemias.
¶ l. ps. b. et vincas cum iudicaris. hebr.
et mundes in iudicio tuo. quia non potest impediri.
¶ Item. f. quoniam si voluisses sacrificium dedissem
utique. hebr. quia non voluisti sacrificium et ...
... i. si voluisses dedissem tibi.
¶ li. ps. a. quid gloriaris in malicia qui
potens es in iniquitate. hebr. quare gloriaris
in malicia. i. in eo perseverando. misericordia dei
tota die. i. semper est parata suscipere penitentem.
¶ lii. ps. a. corrupti sunt. hebr. et
...
¶ Item. f. quoniam deus dissipavit ossa eorum qui
hominibus placent confusi sunt quoniam deus sprevit
eos. hebr. quia deus dissipavit ossa circumdantium
te confundentur quia deus abhominatus est eos.
¶ liiii. ps. a. contristatus sum in exercitatione
mea conturbatus sum. hebr. conqueriar in que
rimonia mea et fremam.
¶ Item. b. expectabam eum qui salvum me fecit
a pusillanimitate spiritus et tempestate. hebr.
festinabam evasionem a spiritu eradicanti et tur
bine.
¶ Item. d. qui simul mecum dulces capiebas
cibos in domo dei ambulavimus cum
consensu. hebr. cum simul dulce communicavimus consilium
in domo dei ambulavimus cum fremitu.
¶ Item. f. extendit manum suam in retribuendo
... ab ira
vultus eius. hebr. extendit manum suam ad pa
cificos suos ... pactum suum ...
... super butirum os suum.
¶ Item. g. iacta super dominum curam

tuam hebr. Iacta super dominum onus tuum.

¶ lv. psalmo. d. Deus vitam meam annunciavi tibi posuisti lacrimas meas in conspectu tuo. sicut et in promissione tua. hebr. Deus motionem meam enumerasti. posuisti lacrimas meas in utre tuo sicut et in enumeratione tua.

¶ lvi. psalmo. c. animam meam eripuit de medio catulorum leonum dormivi conturbatus. hebr. anima mea in medio leonum cubabo flammantium, id est ferocium. et incipit hic versus. anima mea. et secundum intellectum asseverata est in eum qui in medio leonum ferocium intrepidus cubabo sicut legitur de daniele.

¶ lvii. psalmo. a. Si vere utique iustitiam loquimini hebr. Si vere muti iustitiam loquimini loquitur enim propheta iste de saule et eius exercitu dormientibus a quibus elongatus david cum hasta solis excitavit eos ostendens suam innocentiam et eorum maliciam et nocuit eos multos propheta. sopnus quo fuerant oppressi.

¶ Item. a. in iusticias manus vestre concinnant. hebr. iniquitatem manibus vestris cor. ponderate.

¶ Item. f. Sicut cera que fluit auferentur supercecidit ignis et non viderunt solem. hebr. sicut spuma que fluit auferentur. Sicut abortivum mulieris quod non vidit solem.

¶ lviii. psalmo. b. Sine iniquitate cucurri et direxi. hebr. sine iniquitate supple mea currunt et preparantur. s. bellum adversarii contra me.

¶ Item. c. ad nichilum deduces omnes gentes. hebr. Subsannabis omnes gentes.

¶ lix. psalmo. d. Iuda rex meus moab olla spei mee in ydumeam extendam calciamentum meum mihi alienigene subditi sunt. hebr. Iuda legifer meus moab olla lavacri mei in ydumeam extendam calciamentum meum philistea associavit me.

¶ lx. psalmo. g. misericordiam et veritatem eius quis requiret. hebr. misericordia et veritas preservabunt eum.

¶ lxi. psalmo. a. Nonne deo subiecta erit anima mea. hebr. Attamen deo taciturnitas anime mee. et eodem modo dicitur infra eodem psalmo ubi repetitur idem verbum.

¶ Item. b. verumptamen precium meum cogitaverunt repellere cucurri in siti. hebr. Sublevationem eius cogitaverunt repellere narravit mendacium.

¶ Item. f. mendaces filii hominum in stateris ut decipiant de vanitate in id ipsum. hebr. mendaces filii hominum in stateris ascendentes ipsi et vanitas simul. id est sunt eiusdem ponderis.

¶ lxii. psalmo. a. ante de luce vigilo. hebr. de luce te requiram.

¶ Item. c. in matutinis meditabor in te. hebr. in custodiis meditabor in te et dicitur hic custodie hore ad laudandum deum deputate sicut dicitur. neemie. ix. quod laudabant deum quater in die et quater in nocte.

¶ lxiii. p. d. intenderunt arcum rem amaram hebr. intenderunt sagittam suam rem amaram.

¶ Item. f. sagitte parvulorum facte sunt plage eorum et infirmate sunt contra eos lingue eorum. hebr. Sagittavit eos dominus sagitta subito erit percussio eorum.

¶ lxiiii. psalmo. b. Sanctum est templum tuum mirabile in equitate. hebr. Sanctum est templum tuum et est finis versus et incipit alius sic terribilis in equitate exaudies nos etc. ita quod istud refertur ad deum et non ad templum.

¶ Item. d. qui conturbas profundum maris. hebr. qui de primis sonitum maris.

¶ lxvii. psalmo. a. iter facite ei qui ascendit super occasum. hebr. laudate ascendentem in arabot. et secundum hebreos arabot est nomen proprium vini celi.

¶ Item. b. qui educit vinctos in fortitudine.

¶ Item. qui habitant in sepulchris. hebr. qui habitant in siccitate.

¶ Item. c. rex virtutum dilecti. hebr. reges exercituum commovebuntur.

¶ Item. c. et posteriora dorsi eius in pallore auri. hebr. et alle eius in virore auri.

¶ Item. d. mons coagulatus mons pinguis. hebr. mons elevationum mons pinguis.

¶ Item. d. currus dei decem milibus multiplex milium letantium. hebr. Currus dei bis decem milia angelorum.

¶ Item. e. verticem capilli. hebr. verticem capillosum.

¶ Item. f. principes iuda duces eorum. hebr. principes iuda lapidantes eos.

¶ Item. g. ut excludant eos qui probati sunt argento. hebr. calcantes in currum argenteum.

¶ Item. g. venient legati ex egypto. hebr. adducent [illegible] de egypto.

¶ lxviii. psalmo. b. et operui in ieiunio animam meam. hebr. et flevi in ieiunio animam meam.

¶ Item. c. neque urgeat super me puteus os suum. hebr. et non contineat super me puteus os suum.

¶ Item. e. improperium expectavit cor meum. hebr. confusio contrivit cor meum.

¶ lxx. psalmo. b. de ventre matris mee tu es protector meus. hebr. de ventre matris mee tu es extractor meus.

¶ Item. c. et tu adiutor fortis. hebr. et tu expectatio mea fortis.

¶ Item. d. quoniam non cognovi litteraturam. hebr. quia non cognovi narrationes.

¶ lxxi. psalmo. c. et nomen eorum honorabile coram illo. hebr. sanguis eorum preciosus coram illo.

¶ Item. e. erit firmamentum in terra in summis montium.

¶ lxxii. psalmo. a. quia non est respectus morti eorum hebr. quia non sunt vincula morti eorum. id est non moriuntur in magnis angustiis sicut moriuntur

dum allevarentur. hebr. decepti. in explanationibus posuisti eos deiecisti eos.

busclam in cantibus –

Item .b. prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum transierunt in affectum cordis. hebr. exierunt ex adipe oculi eorum transierunt respectu orbis.

Item .c. decepti ipsi. dolos posuisti eis deiecisti eos in destructionem. accipitur hic explanatio pro rebus politis et delinientibus et est sensus felicitas temporalis sic pulchra protenditur cum finaliter queritur in eorum destructionem –

Item .g. deus cordis mei. hebr. petra fundamentum cordis mei –

Item .g. in portis filie syon hoc non est in hebreo –

lxxiij. ps. b. et non cognoverunt sicut in exitu super summum; magnificaverunt sicut exitum in alto. sed potentes sunt verillorum post exitum et bello ad ostentationem sue victorie. unde sensus non sic transferent posuerunt signa sua signa in tropheum

Item .c. dixerunt in corde suo cognatio eorum hebr. dixerunt in corde dum eorum –

Item .d. tu confirmasti in virtute tua mare hebr. tu attrivisti in virtute tua mare. loquitur autem de mari rubro quod dominus attrivit ipsum dum divide pro transitu filiorum israel ipsum etiam tunc confirmavit nam aque fuerunt eis pro muro a dextris et a sinistris. exo. xiiij. capitulo –

Item .e. tu confregisti capita draconis. hebr. confregisti capita leviathan –

Item .e. estatem et ver tu plasmasti ea hebr. estatem et hiemem tu plasmasti –

Item .f. ne tradas bestiis animas confitentes tibi. hebr. ne tradas bestiis animam turturis tue. i. ecclesie. cant. ij. vox turturis audita est in terra nostra.

lxxiiij. ps. a. confitebimur et invocabimus nomen tuum. hebr. confitebimur et appropinquabit nomen tuum per adolescentes ad nos –

lxxv. ps. a. et factus est in pace locus eius. hebr. et fuit in salem tabernaculum eius. i. in ierusalem et antiquitus dicta est salem –

Item .a. ibi confregit potentias arcuum. hebr. ibi confregit volatores arcus. i. emissiones sagittarum per modum volatus

Item .b. illuminans tu mirabiliter a montibus eternis deprecati sunt fortes corde. i. obstinati in malo turbati sunt insipientes corde. hebr. illuminans tu magnifice a montibus rapine et spoliati sunt fortes corde. i. obstinati in malo. loquitur et de sennacherib qui montem moria in quo erat templum et montem syon ubi erat regis palatium rapere voluit. sed orante ezechia ibidem angelus domini percussit eius exercitum que percussio vocatur hic illuminatio ipsius ostensionem dei virtutis.

Item .f. quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi et reliquie cogitationis diem festum agent tibi. hebr. quoniam ira hominis confitebitur tibi et reliquias ire retinebis. sennacherib enim irato fugit et sic facto virtute dei confessus fuit. sed quia habebat voluntatem destruendi ierusalem si posset ideo dicitur et reliquias ire retinebis. nam ex iusticia dei fuit misericordia mitigata sua et sic retentus ab effectu ire sue –

lxxvj. ps. a. manibus meis nocte contra eum et non sum deceptus. hebr. plaga mea nocte protenditur et non transit sed adhuc me affligit.

Item .d. et dixi nunc cepi. hebr. et dixi infirmitas mea hec –

lxxvij. ps. a. filii effrem intendentes et mittentes arcum. hebr. filii effraim armati.

Item .c. aut parare mensam populo suo. hebr. aut parare carnem populo suo desiderabilem ei esum carnium

Item .d. et sanctum israel exacerbaverunt et a sancto israel signa petierunt causa incredulitatis –

Item .e. et mores in pruina. hebr. et mores eorum in locusta. quia locuste corroserunt fructus arborum –

Item .g. et virgines eorum non sunt lamentate hebr. et virgines eorum non fuerunt tempore propter hominum mortalitatem quibus possent dari –

lxxviij. ps. a. posuerunt ierusalem in pomorum custodiam. hebr. posuerunt ierusalem in acervos .s. edificia destruendo –

lxxix. ps. c. exterminavit eam aper de silva et singularis ferus depastus est eam. hebr. vastavit eam porcus de silva et omne animal agri depastum est eam. et dicitur hic omne animal agri de hiis que per agros currentes –

lxxx. ps. a. manus eius in cophino servierunt hebr. manus eius a cophino transierunt nam ioseph de quo loquitur a labore servitutis transiit ad dominium patris ipsius. quod iosephus transfert sic. manus eius a cophino recesserunt –

lxxxj. ps. a. deus quis similis erit tibi. hebr. deus ne taceas tibi et sic transfert ieronimus et est sensus ne dissimules amplius iniurias inter tedium aut statim puniat eas secundum ordinem iustitie tue – ^ sed

Item .b. et cogitaverunt adversus sanctos tuos. hebr. et cogitaverunt adversus occulta tua et dicuntur hic occulta tua que erant intra templum que a solis sacerdotibus videbantur et hec maxime querebant gentiles destruere

Item .c. deus meus pone illos ut rotam. hebr. deus meus pone illos ut cardonem et accipitur hic cardo in spiritu pro illo qui in capite facit quandam rotam albam que ad modicum flatum dissipatur –

lxxxiij. ps. d. ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrimarum in loco quem posuit. hebr. laudationes in corde suo transeuntes in valle lacrimarum fontem ponent eam –

Item .f. quia misericordiam et veritatem diligit deus hebr. quia sol et scutum diligit deus nam illuminator est et protector sperantium in se

lxxxiiij. ps. d. et super sanctos suos et in eos qui convertuntur ad cor. hebr. quia sol et scutum diligit deus nam illuminator est et protector et super sanctos et non revertuntur ad stulticiam per recidivum in mortale peccatum

lxxxv. ps. d. deduc me domine in via tua, et

ingrediar in veritate tua letet̃ cor meum ut timeat nomen tuum. hebr̃. doce me domine viam tuam et ibo in veritate tua solitarium fiat cor meum ut timeat nomen tuum.

¶ lxxxvi.° p.° d. hii fuerunt illic. hebr̃. iste natus ibi. s. xpistus in ecclesia qui natus est de muliere que est nobilissimum membrum ecclesie quare etiam xpistus fundavit.

¶ Item. g. et princeps ipse hominum qui fuerunt in ea. hebr̃. iste natus ibi semper.

¶ lxxxvii.° p.° d. traditus sum et non egrediar. hebr̃. incarceratus sum et non exibo.

¶ Item. f. exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus. hebr̃. portavi terrores tuos in me ipsum situatus.

¶ lxxxviii. p.° e. quia domini est assumptio nostra. hebr̃. quia domini scutum nostrum.

¶ Item. d. nichil proficiet inimicus in eo. hebr̃. non comedibit inimicus ei.

¶ Item. e. prophanasti in terra sanctuarium eius. hebr̃. prophanasti in terra coronam eius.

¶ Item. g. memorare que mea substantia. hebr̃. recordare quid senectus mea.

¶ Item. g. exprobraverunt commutationem xpisti tui. hebr̃. exprobraverunt talos xpisti tui. i. vestigia eius.

¶ lxxxix.° p.° a. ne avertas hominem in humilitatem. hebr̃. convertis hominem usque ad contritionem.

¶ Item. b. pro mane sicut herba transeat mane floreat et transeat. hebr̃. in pingnedo [illegible] eos sompnus erunt. i. non apparens et non erunt.

¶ Item. e. et pre timore tuo iram tuam dinumerare dexteram tuam sic notam fac et eruditos corde in sapientia. hebr̃. sicut nosti tua ita ostende ad numerandum dies nostros nos doce et adducemus ad cor sapientiam.

¶ xc.° psalmo. a. quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium et a verbo aspero. hebr̃. quia ipse liberavit te de pedica scandali et a peste sermonis.

¶ xci.° p.° g. adhuc multiplicabuntur in senecta uberi et bene patientes erunt et hic terminatur versus in translatione septuaginta. et in hebreo ubi sic habetur. adhuc multiplicabuntur in oleo ramoso in pinguem et ramosi erunt.

¶ xciii.° p.° a. deus ultionum libere egit. hebr̃. deus ultionum resplenduit.

¶ xciiii. p.° g. quadraginta annis offensus fui generationi huic. hebr̃. quadraginta annis offendi cum generatione hac.

¶ xcvi.° p.° d. commoveatur a facie eius universa terra. hebr̃. paveat a facie eius omnis terra.

¶ c. p.° d. superbo oculo et insaciabili corde cum hoc non edebam. hebr̃. superbo oculo et insaciabili corde cum hoc non poteram supple esse vel conversari.

¶ ci.° p.° f. respondit ei in via virtutis sue. re. paucitatem dierum meorum nuntia michi ne revoces me in dimidio dierum meorum. hebr̃. affligit in via fortitudinem meam abbreviavit dies meos. dicam deo meo ne subtrahas me in medio dierum meorum.

¶ ciii. p.° e. expectabunt onagri in siti sua. hebr̃. confringent onagri sitim suam.

¶ Item. e. de medio petrarum dabunt voces. hebr̃. de medio ramorum dabunt voces et consonat sic in mediate precedenti ubi dicitur super ea volucres celi habitabunt.

¶ Item. d. saturabuntur ligna campi. hebr̃. saturabuntur ligna domini.

¶ Item. f. hoc mare magnum et spaciosum manibus. hebr̃. hoc mare magnum et spaciosum locis.

¶ ciiii.° p.° d. et non exacerbaverunt sermones suos. hebr̃. et non rebellaverunt verbis eius.

¶ cv.° tertio psalmo. b. et irritaverunt ascendentes in mare. hebr̃. et rebellaverunt super mare nam antequam intrarent mare videntes egiptios venientes dixerunt mortui in transeundo forsitan non erant sepulchra in egipto etc. exo. xiiii.° capitulo

¶ Item. c. et misit saturitatem in animas eorum. hebr̃. et misit maciem in animas eorum. i. in potentiam vivificandi corpora nam adhuc carnes erant in ore eorum et dominus iratus percussit eos plaga magna ut dicitur num. xi.° ca.°

¶ Item. e. et stetit phinees et placavit. hebr̃. et stetit phinees et oravit.

¶ cvi.° p.° f. suscepit eos de via iniquitatis eorum. hebr̃. stulti facti sunt propter vias iniquitatis eorum.

¶ cvii.° p.° d. moab lebes spei mee. hebr̃. moab lebes mee moab olla lavacionis mee.

¶ Item. d. michi alienigene amici facti sunt. hebr̃. michi philistei assecavi.

¶ cviii.° p.° d. et eiciantur de habitationibus suis. hebr̃. et requirant de habitationibus suis s. ad capiendum eos et occidendum.

¶ Item. f. genua mea infirmata sunt a ieiunio et caro mea immutata est propter oleum. hebr̃. genua mea infirmata sunt a ieiunio et caro mea macilenta facta est a pinguedine. i. quia immutata a pinguedine in maciem.

¶ cix.° p.° b. tecum principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te. hebr̃. populi tui principes in die fortitudinis tue in decore sancto de matrice aurore tibi ros adolescentie tue. hic fuit incarnatio et et corpus xpisti celitus formatum est.

¶ Item. f. implebit ruinas. hebr̃. implebit cadavera vel funera.

¶ cxi.° p.° d. iocundus homo qui miseretur et commodat disponet sermones suos in iudicio. hebr̃. bonus vir miseretur est et commodans complebit sermones suos in iudicio.

¶ cxiiii.° p.° d. et pericula inferni invenerunt me. hebr̃. et terminus inferni invenerunt me.

¶ Item. g. placebo domino in regione vivorum. hebr̃. ambulabo coram domino in terra viventium.

¶ cxvii.° p.° a. quia ultus sum in eos. hebr̃. quia prescindam eos. ^ a. c.

¶ Item. c. exarserunt sicut ignis in spinis. hebr̃. et transilient sicut ignis in spinis. i. cito extinguentur

Cxviiii. ps. a. nam testimonia tua meditatio mea est et consilium meum iustificationes tue. hebr. nam et testimonia tua consolationes me sunt qui uiri consilii mei. i. ac testimoniis satis sapientiae accipiendo consilium sine auctoritate.

Item. a. et iudicia tua non sum oblitus. hebr. iudicia tua precepi. i. diligenter observari.

Item. b. et exquisivi mandata semper. hebr. et exquiram ea in perpetuum. i. diligenter.

Item. b. superbi inique agebant usquequaque. hebr. superbi deriserunt me.

Item. c. paratus sum et non sum turbatus. hebr. festinavi et non tardavi. q. impeditus.

Item. c. multiplicata est super me iniquitas superborum etc. hebr. duplicaverunt super me mendacium superbi.

Item. d. defecit in salutare tuum anima mea. hebr. desideravit in salutare tuum anima mea.

Item. d. narraverunt mihi iniqui fabulationes. hebr. foderunt mihi superbi foveas ad capiendum me.

Item. e. inclinavi cor meum ad faciendum iustificationes tuas in eternum propter retributionem. hebr. inclinavi cor meum ad faciendum iustificationes tuas ad eternum vestigium.

Item. e. iniquos odio habui. hebr. cogitationes audivi. i. malignas.

Item. e. prevaricantes reputavi omnes peccatores terre. hebr. scoriam reputasti omnes peccatores terre.

Item. e. confige timore tuo carnes meas. hebr. et horripilavit a timore tuo caro mea.

Item. f. preveni in maturitate. hebr. preveni in mane.

Item. f. prevenerunt oculi mei ad te diluculo. hebr. prevenerunt oculi mei custodias.

Item. g. vidi prevaricantes et tabescebam. hebr. vidi prevaricantes et tabescebam et [illegible]bam.

Cxix. ps. d. sagitte potentis acute cum carbonibus desolatoriis. hebr. carbonibus operti dicuntur iuniperi. i. de iuniperis aguntur carbones et ferro quod est ignis.

Cxxiii. ps. e. et habundantia diligentibus te. hebr. pacificentur diligentes te. i. pacifice vivunt.

Cxxv. ps. d. converte domine captivitatem nostram sicut torrens in austro. hebr. converte domine captivitatem nostram sicut rivos in siccitate terre et siccitas sunt incipientes repleri sunt valde delectabiles.

Cxxvi. ps. c. surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris. hebr. retardatis sessionem et manducantes panem laborum cum illi sunt pauperes operarii qui quantum possunt opus continuant et sessionem a. quietem retardant et panem sine laboris manducant.

Item. c. sicut sagitte in manu potentis ita filii excussorum. beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis. hebr. sicut sagitte in manu potentis ita filii iuventutis. beatus vir qui implevit pharetram suam ex eis.

Cxxviii. ps. b. supra dorsum meum fabricaverunt peccatores. prolongaverunt iniquitatem suam.

Dominus iustus concidet cervices peccatorum. hebr. super dorsum meum fabricaverunt araverunt arantes prolongaverunt sulcos suos. dominus iustus concidet servitutes funes impiorum.

Cxxix. ps. c. a custodia matutina usque ad noctem. hebr. a custodia matutina usque ad matutinam. i. sequentis diei et ideo tantum dicitur in translatione nostra: usque ad noctem. hoc in translatione [illegible] inclusive.

Cxxxi. ps. f. viduam eius benedicens benedicam. hebr. venationem eius benedicens benedicam.

Item. g. et super ipsum efflorebit sanctificatio mea. hebr. et super ipsum lucebit coronam sua.

Cxxxiii. ps. e. et in finibus suis depascebatur. hebr. et in finibus suis glorificabitur.

Cxxxv. ps. a. confitemini deo deorum in hebreo additur sub eodem versu quoniam in eternum misericordia eius et eodem modo additur in omnibus versibus sequentibus usque ad ultimum qui sic incipit. confitemini domino etc. et non est de textu. quia non est in hebreo nec in translatione Jeronimi.

Cxxxvii. ps. a. quoniam audisti verba oris mei. hoc non est in hebreo nec in translatione Jeronimi.

Item. b. quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum. in hebreo et in translatione Jeronimi additur sub eodem versu verbum tuum.

Item. f. et alta a longe cognoscit. hebr. et alta a longe confringet. i. superbi destruet.

Item. g. dominus retribuet pro me. hebr. dominus perficiet pro me opera que non possum complere.

Cxxxviii. ps. a. intellexisti cogitationes meas de longe semitam meam et funiculum meum investigasti. hebr. intellexisti ... meum de longe iter meum et accubitum meum ventilasti.

Item. d. confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es. hebr. confitebor tibi quia terribilia admirabilis sum. i. iudicia tua.

Item. f. quia dicitis in cogitatione accipient in vanitate civitates suas. hebr. quia dicet tibi dolose levabitur. i. inimicus tuus in vanitate adulando tibi in facie ut decipiat te.

Item. g. et super inimicos tuos tabescebam. hebr. et insurgentes contra te in expulsum.

Item. g. et vide si via iniquitatis in me est. hebr. et vide si via doloris. i. perfecte contrarius in me est que est via ducens ad patriam ideo sequitur et deduc me in via eterna.

Cxl. psalmo. b. ad excusandas excusationes in peccatis. hebr. ad imponendum calumpnias in malum.

Item. d. quoniam adhuc et oratio mea in bene

Hoc non est

continenti

placitus corum absorti sunt / petre iudices eorum. hebr. quia ad hec oratio mea in malis eorum dimissi sunt. petre iudices eorum. s. moyses et aaron. qui offenderunt in aquis contradictionis de petra oreb.

Item. e. audient verba mea quoniam potuerunt sicut crassitudo terre erupta est super terram. hebr. audient verba mea quoniam decora sunt. i. penetrantia cordium. Sicut scindens scindit terram. i. sicut agricola penetrat terram.

Cxl.us ps. g. me corripiet iustus donet retributionem michi. hebr. me corripiet iustus cum retribueris michi. nec gratia cuiusquam iustus sit augmentatus ex societate aliorum.

Cxli.us ps. a. oratio mea sicut tymiama sic placeat tibi. hebr. oratio mea sicut thimiama sincera tibi semper.

Cxliii.us ps. e. quorum filii sicut novelle plantationes in iuventute sua. filie eorum composite. hebr. ut sint filii nostri quasi plantaciones crescentes in adolescentia sua. et filie nostre ornate. et secundum hec david orat pro iuvenibus israel ut crescant in robore corporis / et moribus et pro iuvenculis / ut ornate incedant in opere ad multiplicationem populi.

Item. f. promptuaria eorum plena. hebr. promptuaria nostra plena ita quod david orat pro prosperitate israel temporalibus. unde quod sequitur oves eorum fetose etc. et boves eorum crasse. et postea. nec clamor in plateis eorum in libro hebreorum oves nostre et boves nostri. et in plateis nostris

Cxliiii.us ps. c. fidelis dominus in omnibus verbis suis et sanctus in omnibus operibus suis. iste versus non est in hebreo.

Item. f. imples omne animal benedictione. hebr. et imples omne vivens benedictione. i. tuis beneficiis.

Cxlvii. ps. d. mittit cristallum suam sicut buccellas. hebr. mittit gelu suum sicut buccellas.

Sciendum autem quod translatio nostra in libro psalmorum in multis et multipliciter dissonat ab hebraico et frequenter de uno versu facit duos / et econverso de duobus unum. et aliquando incipit versum in medio versus sequentis ex quibus aliquando incipit versum sinistra variatum et propter pluralitatem mutandorum plura omisi scribere et ideo qui voluerit habere perfectius recurrat ad psalterium ieronimi quod dicitur hebraicum eo quod transtulit illud immediate de hebreo in latinum ad petitionem cuiusdam sapientis nomine sophronii eo quod frequenter / est aliter in hebreo.

Incipiunt parabole salomonis.

Primo. ca.o d. Sic semite omnis avari. hebr. Sic semite omnis congregantis divitias. s. male

Item. e. Stulti ea que sibi noxia sunt cupient. hebr. et derisores derisionem concupiscunt sibi illud. ysa. xx. v. qui spernis nonne et ipse

sperneris. q. d. sic.

Secundo. ca.o d. et omnem semitam bonam. hebr. et omnem semitam boni.

Item. g. ad inferos semite illius. hebr. et ad inferos itinera eius.

Tertio ca.o e. melior est acquisitio eius negotiatione argenti et auri primi et purissimi fructus eius. hebr. melior est mercatio eius mercatione argenti et auro purissimo fructus eius. supple melior est.

Item. d. qui tenuerit eam beatus. hebr. qui tenuerit ei beatus.

Item. g. egestas a domino in domo impii. hebr. maledictio a domino in domo impii.

Item. g. exultatio stultorum ignominia. hebr. exultatio stultorum ignominia quia tunc magis apparet eorum fatuitas sicut turpitudo simie quando sursum ascendit.

iiii.o ca.o g. vias que a dextris sunt etc. iste versus non est in hebreo.

V.o ca.o a. ne intenderis fallacie mulieris hoc non est in hebreo.

Item. f. cerva carissima et gratissimus hinnulus. hebr. cerva carissima et assensus gratie

vi.o ca.o c. Si nescio impiger fuit etc. hebr. non habet hunc versum.

vii.o ca.o a. fili mi honora dominum et valebis etc. hic versus non est in hebreo.

Item. a. et prudentiam voca amicam tuam hebr. et scientiam ad intelligendum vocabis.

Item. f. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam et quasi agnus lasciviens et ignorans quod ad vincula stultus trahatur. hebr. Statim eam sequitur bos ductus ad victimam et sicut ad venenum constringens stultus qui non adivit donec moritur.

viii.o ca.o a. quoniam de rebus magnis locutura sum hebr. quia principibus loquar.

Item. f. cum eo eram cuncta componens. hebr. nutriens cum sui nutrita.

ix.o ca.o g. qui ei applicabit illi etc. hebr. non habet hunc versum.

x.o ca.o a. qui nititur mendaciis etc. iste versus non est in hebreo.

xi.o ca.o g. bene consurgit diluculo qui querit bonum. hebr. qui querit bonum querit beneplacitum. s. divinum

xii.o ca.o b. doctrina sua cognoscitur vir qui autem vanus et excors est patebit contemptui. hebr. doctrina scriptura sua laudabitur vir et mobilis corde erit in contemptu.

Item. b. melior est pauper et sufficiens sibi. hebr. melior est vigil et serviens sibi

Item. c. qui suavis est vinit etc. hebr. non habet hunc versum.

Item. est qui promittit et quasi gladio pungitur conscientie. hebr. et sperans quasi perforatus gladio. s. quando defraudatur a promissore.

Item. f. non contristabit iustum quicquid

disputavit cum iudeis, et cum allegaret auctoritates libri psalmorum secundum translationem nostram. negabant eas, eo quod sic non continentur

ei accidere. hebr. nō accidet iusto omīs falsi
tas .i. nulla q̄ omīs nō et nulla equipollent
Item. g. nō inueniet fraudulentus lucrū.
hebr. non accidet iusto assabit fraudulentus
venacōm suā. .i. nō assequetur comodum
ex eo in quo iniustus laborauit ad illud.
xiiii. ca. b. stultus illudit peccatū et aliqui
libri h̄nt stultos. hebr. stulti loquuntur
correptos q: facta sua ostendunt eos corripi
endos
xv. ca. d. in habundancia iusticia uirtutis ma
xiā est. hic uersus nō est in hebreo.
xvi. ca. g. iniciū uie bone facere iusta. etc.
hebr. nō h̄z hunc uersum.
Item. c. et opera eius oēs lapides sacculi. antiquitus
hebr. et opera eius omīs lapides sacculi. an
tiquitus enī fiebant pondera per lapides in sacculo
positos pondo autem iustum est a dn̄o. xp̄c. quod
uidetur translacō mā corrupta per scriptores ex
similitudine dictionum.
xvii. ca. b. gemma gratissimā expectacō possidē
tis. hebr. lapis preciosus uires in oculis dn̄i sui in
quacūqȝ tendit recipere pro ea magnum precium.
Item. g. et preciosi sp̄s uir eruditus. hebr. et
cohibens sp̄m uir eruditus.
xviii. ca. b. prius detestetur tibi etc.
Item. g. qui expellit mulierem bonā etc. isti
duo uersus non sunt in hebreo
xix. ca. nō decent stultum diuicie hebr. et
libri nr̄i correcti h̄nt delicie q: stultus est
magis flagellandus.
Item. f. abscondit piger manū suā sub
assella. hebr. h̄z sub caldaria .s. porrigendo
eam ad ignem sub caldaria existentem
xx. ca. c. ex studiis suis intelligitur puer etc. hebr.
nō h̄z hoc totum usqȝ ibi exclusiue noli diligere etc.
Item. g. et incuruat super eos fornicem .i.
archum triumphalem ipsis statuens. pp. h. hebr.
h̄z rotam eiusmodi enim talis est in forma se
micirculi.
xxi. ca. a. cogitacōes robusti semper in habūdā
cia. hebr. cogitacōes iusti semper ad lucrum
.i. ad bonum.
xxii. ca. e. uictoriam et honorem acquiret q
dat munera. hic uersus non est in hebreo.
xxiii. ca. b. ne desideres cibos eius q: in si
militudine arioli et coniectoris estimat q: ignorat
hebr. ne desideres sapores eius q: sic est ei in
aīa sic ipse .i. sicut pessimā machinat in corde
sic implet quando potest in opere.
Item. g. ingreditur blande. hebr. ingreditur iuste.
q: bibens assumit sibi spēm boni ut potus spē boni
sanitatem q̄uiuande uel aliquid huiusmodi.
xxiiii. ca. d. nō contendas cū pessimis. hebr.
non irascaris cū pessimis .s. eorum malicie ꝯsencie
do.
xxv. ca. f. sicut tinea uestimento. etc. hebr. nō
h̄z uersum hunc.
Item. g. uentus aquilo dissipat pluuias. hebr.

uentus aquilo creat pluuias. hebr. uentus aquilo
creat pluuias. sicut enī hic est in partibus septen
trionalibus ita pluuiosus est in partibus australi
bus ut h̄r in .. methe.. et sic utraqȝ lrā ueritatem
h̄z secundum diuersa loca.
xxvi. ca. a. sic maledictum frustra prolatum
in quemlibet superueniet. hebr. h̄z nō inueniet
q: non nocet nisi proferentibus ipsum.
Item. b. sicut qui mittit lapidem in aceruum
mercurii ita qui tribuit insipienti honorem. aceruus
mercurii est q: poeta qui antiquitus fiebat per la
pides et lapis qui primo ponebatur pro uno de
nario postea ponitur pro decem libris ut .. .xv.
uerum nisi memoratum. hebr. sicut qui mittit la
pidem in palma funde ita qui tribuit insipienti
honorem. dr̄ autem palma funde locus in quo po
ni lapis ut funditur emittatur ꝯꝯ nam lapidis sic
proiecio insipientis ad statum honoris est contra
dictamen racionis naturalis.
xxvii. ca. c. stude sapientie fili mi et le
tifica cor meum ut possint exprobranti respondere
sermonem. hebr. stude etc. sequitur ut possim ex
probranti respondere sermonē. si aliquid exprobret
michi pro te et sic utraqȝ lrā h̄z ueritatem.
Item. f. cor inequi exquirit mala. etc. hebr.
non h̄z hunc uersum.
xxviii. ca. e. pauper et creditor obuiauerunt sibi
utriusqȝ est illuminator dn̄s. hebr. pauper et uir
medietatum utriusqȝ illuminator est dn̄s. et lrā
hebrea. uir medietatum. dr̄ hic studiosus in
lege dei. quē dn̄s illuminat per se ipsum et pauper
hic dicitur ignarus legis quē dn̄s illuminat per
se ipsum et pauper legis peritū ipsum instruendo.
Item. g. uerbum custodiens filius extra perdicōem
erit. hic uersus non est in hebreo.
xxx. ca. c. sanguisuge due filie sunt. hebr.
profunditatis. .i. gehenne due uores sunt.
Item. d. et despicit partum matris sue. hebr.
et despicit rugas matris sue .i. senectutem eius
Item. d. uiam uiri in adolescentia quod ex
ponitur de xp̄i incarnacōe in ta uirgine qui fu
it uir perfectus in sciencia et uirtutibus quod nimis
rum dicit salomon ad cognoscendū difficilium
Item. e. stellio manibus nititur et moratur
in edibus regum. hebr. aranea manibus nititur
etc. et per manus intelliguntur pedes aranee quibus
serpit et facit telas.
Item. e. gallus succinctus lumbos et aries et nō e
qui resistat ei. et primitus leo fortissimus etc. hebr.
non h̄z gallus et secundum .. .n.. per h̄ intelliguntur
.iiii.or regna sibi succedencia. primum babiloniorum
per leonem significatum q: inter babilonios leo dr̄
seruire. .ii. m̄. persarum quod significatur per suc
cinctum lumbos q: cirus accinctus armis bellico de
struxit babiloniam. tercium est grecorum per arietem
significatum eo q: alexander magnus fuit forte
et magnificus sicut aries est aīal cornutum et
mansuetum. .iiii.tum est romanorum quod super alia
regna obtinuit et hoc designatur cum dicitur

hebreū. in uiā uiri in adolescentula

nec est qui

q hebr. .i. nõ ẽ nullio numq̃ in bello.

nec est rex qui resistat ei.

Item. g. et ciuitates tuas ad i͂pugnandum regis et glosat ei quod sequitur. noli regibus dare vinũ q̃ nullũ secretum est ubi regnat ebrietas. hebr. pro isto ultimo ħt et potentibus .i. iudicibus petiuz inebriatiuũ. et glosat hoc sic pecadenti in qua dicit noli regibus dare vinum. et subsequenti cũ dicit. ne forte bibant et obliuiscantur iudiciorum.

xxxi. ca. b. et digiti eius apprehenderunt fusũ hebr. palme eius sustentauerunt tempora.

Item. b. omnes domestici eius vestiti sunt vermiculatis .i. vestibus rubeis siue de scarleto per quod intelligitur caritas dei et proximi. ideo dicit i͂ translatione nostra vestiti sunt duplicibus.

Item. b. et cingulum tradidit cananeo. hebr. et cingulum tradidit mercatori.

Incipit ecclesiastes

Secundo ca. b. ciphos et urceos i͂ ministerio ad vina fundenda. pro totali ista. hebr. ħt. currus et quadrigas et dicit currus cum iiiior rotis quadrige cum dualibus.

viii. ca. b. nec sinitur quiescere in ingruente bello. c. ad spectandum i͂ ducias mortis.

Item. c. et laudabantur in ciuitate quasi operum iustorum. hebr. et obliuioni datum est in ciuitate quod fecerunt.

x. ca. c. qui scindit ligna uulnerabitur. ab eis. hebr. qui scindit ligna calefiet se ex eis.

xii. ca. c. impinguabitur locusta et dissipabitur capparis. hebr. onerabitur coxa et prohibebitur desiderium. nã tunc coxa nõ poterit sustinere pondus corporis et tollitur appetitus cibi.

Item. d. et recurrat uitta aurea. hebr. et recurrat fons aureus.

Item. g. his amplius fili mi ne requiras faciendi plures libros nullus est finis. aliqui hebrei dicunt q̃ hec est lc̃a amplius his fili mi sis premonitus. g. ad scribendum et sequitur ei. faciendi plures libros non est finis. q̃ sapientia dei scripturis hominum non potest totaliter explicari. sed semper remanet quid explicandum.

Incipiunt cantica canticorum.

Primo. c. filii matris mee pugnauerunt contra me hebr. filii matris mee deriserunt me.

Item. d. ne uagari incipiam. hebr. ne sim. sicut[#] i. operta. hemo enim operta dicit i͂ uoluta.

inuoluta

Secundo. ca. a. ego flos campi. hebr. ego rosa planiciei.

Item. ordinauit in me caritatem. hebr. vexillum amoris eius super me. nã columpna ignis et nubis erat filiis israel pro signo amoris.

Item. c. tempus putationis aduenit. hebr. tempus cantici aduenit. nam i͂ uere aues resumunt cantica sua.

Item. g. super montes bethel uel separationis. s. dei a populo israel. q̃ tunc temporis deus israel dixit moisi. uade de loco isto. et cetera. sequitur nõ eni ascendam tecum sic ex. xxxiii. c.

Tertio ca. f. ferculum fecit sibi rex salomon. hebr. papillonem fecit sibi rex salomon.

Quarto ca. d. coronaberis de capite amana. hebr. respicies de capite amana. est eni amana mons ultra iordanem de cuius summitate uideri potest terra promissionis.

Item. f. soror mea sponsa ortus conclusus. hebr. soror mea sponsa porta clausa et glosat prophetie. eze. de porta clausa. eze. xliiii.

Item. g. cum pomorum fructibus. hebr. cum fructibus dulcedinum.

v. ca. c. digiti mei pleni mirra probatissima. hebr. digiti mei pleni mirra transeunte .i. stillante super manum uectis. et finitur hic uersus. et incipit sequens. aperui dilecto meo et cetera. et dicitur hic manus uectis illa pars per quam uectis trahitur et retrahitur ad claudendum ostium.

Item. e. caput eius aurum optimum come eius sicut elate palmarum. hebr. caput eius massa auri flocculi eius crispi.

Item. labia eius lilia distillantia distillantia. labia eius distillantia lilia[1. f.]

vi. ca. a. pulchra es amica mea suauis. hebr. pulchra es amica mea sicut thersa et est tersa nomen ciuitatis et hinc glosat quod sequitur et decora sicut ierusalem.

Item. g. descendi in ortum meum ut uiderem poma conuallium. hebr. descendi in ortum meum ad uidendum fructum torrentis .i. crescentem iuxta torrentem.

Item. g. anima mea conturbauit me propter quadrigas aminadab. hebr. anima mea posuit me quadrigam populi principantium et secundum hanc litteram quam asserunt aliqui hebrei due dictiones sunt aminadab. signi ficantes populum principantem. voluntas eni mala que induxit israel ad ydolatriam fecit eum quasi quadrigam assiriorum et babiloniorum qui captiuauerunt ipsum imponentes ei onera grauia sicut imponuntur quadrige.

Item. g. reuertere sunamitis. hebr. reuertere hierusalem .i. integra uel perfecta.

vii. ca. a. vmbilicus tuus crater tornatilis. hebr. vmbiculo tuus sicut luna clara.

Item. f. omnia poma. hebr. omnes delicias.

viii. ca. d. lampades eius lampades ignis atque flammarum. hebr. carbones eius carbones ignis atque flamme dei.

Item. e. edificemus super eum propugnacula argentea. hebr. edificemus super eum palacia argentea.

Item. g. mille tui pacifici. hebr. mille tibi pacifice .i. salomon. per quem intelligitur christus. eui dicitur cum maiores grati q̃ prelatis esse qui dicuntur hic custodes sicut mille maior est numerus quam ducenti et per hoc patet q̃ cum dicit i͂ translatione nostra pacifici tui. sunt genitiui casus singularis numeri et ad christum referuntur.

Incipit liber ysaye prophete

Primo capitulo. c. peccatrici cunctis legem

dei mei. hebr. hec dei mei.

Item. c. et venite et arguite me. hebr. et venite et arguemus ad invicem disputando

Item. g. et erit fortitudo vestra ut favilla stupe et opus vestrum ut scintilla. hebr. et erit fortis stuppa et operator illius ut scintilla. hebr. est fortes patres efficientur. hec etiam deos vestros ignis consumet est.

Secundo cap. c. et super omne quod visu pulcrum est. hebr. et super pavimentum cupiditatis. i. illud quod concupiscit vestra concupiscentia in eo statuatur sicut in pavimento.

Tercio cap. a. et effeminati dominabuntur eis. hebr. derisores dominabuntur eis.

Item. b. et respondebit in die illa dicens non sum medicus. hebr. et iurabit in die illa dicens non ero vinculator. i. iudex qui ponit malefactores in vinculis.

Item. f. decalvabit dominus verticem filiarum syon et dominus crinem earum nudabit. hebr. leprabit dominus verticem filiarum syon et vasa eorum evacuabit. in quibus poterunt unguenta ad se fer[e]ndum.

Item. g. pulcherrimi quoque tui. hebr. quia loco pulchritudinis simplex erunt portanti in pectus abusio. et est hic finis versus in hebreo et sequens incipit viri quoque tui gladio cadent

v. cap. a. in cornu filio olei. hebr. in angulo apto oleo. i. in spacio terre apto pro olivis.

Item. a. et edificavit turrim in medio eius et torcular exstruxit in ea. hebr. et edificavit pistorium in medio eius et torcular fovea fodit in ea. i. cellarium ad reponendum vinum

vii. cap. d. si non credideritis permanebitis non. hebr. si non credideritis non credetis vobis.

Item. g. et in spinas et in vepres. hebr. vermes et vastitas erunt et eadem non erunt sed vepres et spine.

viii. f. qui strident in incantationibus suis. hebr. qui perstrepunt et loquuntur quasi loquuntur clunico modo et non intelligibili ab aliis.

ix. cap. b. quia omnis violenta predatio cum tumultu. hebr. quod victoria victoris cum tumultu victorie cum sennacherib de quo loquitur finaliter quere sunt ad tormentum sui exercitum quem percussit dominus angelus ~~et percusserunt~~ qui occiderunt eum filii sui. iiii. R. xix.

x. cap. c. et principes eorum depredati sunt et detrahi que potentes in solium residentes. et statuas eorum vastavi et detraxi multitudinem habitantium.

Item. d. aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur. hebr. aut elevabitur dolabra contra levantem se.

Item. c. et erit terrore profugus. hebr. et erit sicut vermiculans vermiculus.

Item. c. consummatio abbreviata. hebr. consummatio definita. s. in dei presentia.

xi. cap. a. et flos de radice eius ascendet

/ consternatorem. hebr. fugientes eius usque ad segor vitulam.

hebr. nazareus vel ramus de radice eius florebit.

Item. a. spiritus scientie et pietatis et replebit eum spiritus timoris domini. hebr. spiritus scientie et timoris domini et inspirabit eum in timore domini.

Item. g. et volabunt in humeros philistiim per mare. hebr. et volabunt in humeros philistiim ad occidentem mare enim mediterraneum super quod est terra philistinorum est ad occidentalem partem respectu terre promissionis.

xiii. cap. a. super montem caliginosum. hebr. super montem quietum. babilon enim de qua loquitur erat ita munita prospera quod non credebatur invadi ab aliquo.

Item. a. ego mandavi sanctificatis meis. hebr. ego precepi citatis meis.

xiiii. cap. a. quievit tributum. hebr. quievit imperium babilon ab infestatione gentium.

Item. c. qui vulnerabas gentes. hebr. qui sortem mittebas super gentes per sortes enim et divinationes invadebat gentes ut habetur ezechiel. xxi. stetit rex babilonis divinationem querens et facta est divinatio contra iherusalem.

Item. c. et progeniem et germen. hebr. et filium et nepotem

xv. cap. b d. vectes eius usque ad segor vitulam / bonomissam sic nominatur eo quod erat civitas fortis et sciendum est quod ista segor est alia ab illa ad quam fugit loth. gen. xix. nam illa erat subversa et inhabitabilis ista autem erat in terra moab.

xvi. cap. b. finitus est pulvis consummatus est miser defecit qui conculcabat terram. hebr. defecit turbo consummata est mamilla defecerunt nobilia de terra.

Item. c. super vindemiam tuam. hebr. super messem tuam.

Item. f. super hoc venter meus ad moab quasi cythara sonabit. hebr. propterea intestina mea ad moab commovebuntur. i. per compassionem. sonus autem cythare magis designat leticiam.

xvii. cap. f. ablata est messis in die hereditatis. et dolebit graviter. hebr. cumulus messis in die infirmitatis et dolor infirmitatis eo quod non potest salvare bona sua de manu capientium.

xviii. cap. a. ad populum conbulsum post quem non est alius. hebr. ad populum terribilem ex quo et deinceps. q. d. ante fuit glorie. ho. de. [a]lio in felicissimum in fortunium genus est ita felix.

Item. d. sicut lux meridiana clara est et sicut nubes roris in die messis. hebr. sicut calore claro super me lux et sicut nubes in calore messis.

xix. cap. f. civitas solis vocabitur una. hebr. civitas destructa vocabitur una re

edificata

edificetur ei.

¶ xv. ca. f. discooperuit navibus. hebr. discooperuit fundamenta eius.

¶ xxi. ca. b. babilon dilecta mea etc. hebr. non habetur versus.

¶ Item. b. pone mensam contemplare in specula comedentes et bibentes surgite principes arripite clipeum. hebr. pone mensam custode candelabrum comedentes et bibentes surgite principes unguite clipeum ut magis refulgeat contra adversarios. loquitur autem hic sepe de convivio in quo apparuit manus scribens in pariete contra candelabrum. dan. v. ideo dicit custodi candelabrum.

¶ xxii. ca. b. scrutans murum et magnificus super montem. hebr. perfodiens murum et clamans super montem.

¶ Item. b. et parietem nudavit clipeus. hebr. et quod discooperuit clipeum scutum ad bella dicitur. hic autem queritur quomodo hoc nomen appellativum in hebreo et significet parietem cum hic est nomen proprium cuiusdam gentis bellicose ut dicunt hebrei.

¶ Item. g. vasorum diversa genera. hebr. filia et filias.

¶ xxiii. ca. d. non est ultra cingulum tibi. hebr. non est fortitudo tibi ultra.

¶ Item. e. assur fundavit eam. hebr. assur fundavit eam navibus. i. pro portu ad naves recipiendas.

¶ xxiiii. ca. d. deserta est omnis leticia. hebr. ad vesperata est omnis leticia.

¶ xxv. ca. d. et telam quam ordita est super universas nationes. hebr. et ducum quod ducatum est super omnes gentes.

¶ Item. g. cum allisione manuum eius. hebr. cum insidiis locorum suorum.

¶ xxvi. ca. d. gigantes non resurgant. hebr. deficientes non resurgant.

¶ Item. e. indulsisti genti domine. hebr. congregasti gentem domine.

¶ Item. f. salutem non fecimus in terra. hebr. et labii concepti non habuit salutem lex intelligitur.

¶ xxvii. ca. a. vinea meri. hebr. vinea vinosa ex quo patet quod merum intellectum. non est nomen proprium domini vinee ut credunt alii sed est nomen appellativum et genitivi casus huius nominis merum quod significat bonum vinum.

¶ xxviii. ca. a. errantes a vino. hebr. consumpti a vino.

¶ Item. a. et cuius flatum super terram spatiosam. hebr. et requievit super eam in terram audivit.

¶ Item. e. in loquella labii etc. hebr. in balbutiente labio quod male intelligitur.

¶ Item. d. qui dominatur super populum meum. hebr. qui parabolizantis populus hic et que sunt iste parole periculosissime fedus cum morte etc. non veniet super nos.

¶ Item. f. consummationem et abbreviationem audivi. hebr. consummationem et divisionem audivi.

¶ xxix. ca. d. miscuit vobis dominus spiritum soporis. hebr. ducatum fecit super vos dominus spiritum soporis.

¶ xxx. ca. b. superbia tua est cum quiete. hebr. superbia in potum eorum.

¶ Item. d. et non faciet advolare ultra doctorem tuum. hebr. et non operietur ultra doctor tuus sed manifeste revelabitur.

¶ Item. e. commixtum inguina comedent. hebr. commixtum forte comedent.

¶ Item. f. sicut nox sanctificate solempnitatis. hebr. sicut nox sanctificate solempnitatis i. pasche. nam illa nocte glorificatus est deus de egyptiorum percussione et sua liberatione.

¶ xxxii. ca. a. et cor stultorum intelliget. hebr. et cor festinantium addiscet veritatem intelliget.

¶ Item. f. tenebre et palpatio facte sunt super speluncas usque in eternum. hebr. fortalicium forte factum est in destructionem usque in seculum de loquitur de templo quod erat edificatum sicut fortalicium forte et altum. quod destructum fuit per nabuchodonosor et per titum reedificatum ideo dicit absque in seculum quod non potest continuatam sed tempus longum.

¶ xxxiii. ca. a. a voce angeli fugient populi. hebr. a voce tumultus commoti sunt populi.

¶ Item. b. ecce videntes clamabunt foris et angeli pacis amare flebunt. hebr. ecce altaria. i. ministri altarium clamabunt foris nuncii pacis amare flebunt. loquitur enim de sennacherib et nominante ierusalem destruit enim ei sacerdotes ministri altaris holocaustorum et altaris incensi in ploratibus domum auxilium. cum alte clamantes quod poterant audiri ab exercitu foris nuncii etiam ezechie missi ad rabsacem propter blasphemias quas protulit contra deum. ut habetur iiii. reg. xviii. amare fleverunt.

¶ Item. e. concipietis ardorem et parietis stipulam. hebr. concipietis paleam et parietis stipulam.

¶ Item. e. erunt populi quasi de incendio cinis spine congregate igni comburentur.

¶ Item. f. populum imprudentem non videbis. hebr. populum explanandum non videbis. i. cuius ydioma non possis intelligere absque interprete.

¶ Item. g. ierusalem habitationem opulentam. hebr. ierusalem manerium quietum quod post mortem sennacherib de qua loquitur ierusalem fuit in pace tempore ezechie.

¶ xxxiiii. ca. f. et pascua filiarum struthionum. hebr. et pascua filiarum struthionum.

¶ xxxv. ca. a. et florebit quasi lilium. hebr. et florebit quasi rosa.

¶ xxxvi. ca. c. et nunc trade te domino meo. hebr. et nunc trade vadium domino meo. et producam tibi duo milia equorum tibi quemadmodum

Xxxviii^us^. ca^o^. e. sicut pullus hirundinis sic cla
mabo hebr. sicut hirundo et grus sic pipiabo
i. debiliter loquar infirmitate gravatus.

Xl^o^. ca^o^. a. quoniam completa est malicia eius dimis
sa est iniquitas illius. hebr. quia completa est ter
minus eius. s. quantum ad afflictionem pacificata est
transgressio eius a domino.

Item. e. qui extendit velud nichillum celos
hebr. qui extendit velud celum celos. i. sicut
tentorium.

Xli^o^. ca^o^. b. confortavit faber erarius percuti
ens malleo eum qui cudebat tunc temporis dicens glu
tino bonum est. hebr. confortavit artifex con
flatorem complanantem martello et malleis tunc
temporis. dicens consolidatorem bonum hoc. s. consolida
te idoli partes fabricatus.

Item. g. ecce vos estis ex nichillo et opus ve
strum ex eo quod non est. hebr. ecce vos estis
ex nichillo et opus vestrum ex clamore. s. honorum deo
opprimitis.

Xlii^us^. ca^o^. e. dissipabo et absorbebo simul. hebr.
stringam faciam et absorbebo simul.

Item. e. stagna arefaciam. hebr. et stagna
respirare faciam ea minuendo vel desiccando.

Xliii^us^. ca^o^. f. nec laborasti in me israel. i. pro me non
sustinuisti magna. hebr. quia laborasti in me israel.
i. eras attediata et fatigata fuisti in servitute
mea.

Xliiii^us^. ca^o^. a. et in nomine domini israel assimilabitur.
hebr. et in nomine dei denominabitur.

Item. e. ante truncum ligni procidam. hebr.
putrefactioni inclinabo. i. idolo putrefactibili.
q. d. non.

Item. g. et consilium nunciorum suorum complens. hebr.
et consilium angelorum suorum complens. quia secreta dei
revelantur angelis quoque hominibus et hominibus per
angelos revelantur.

Xlv^us^. ca^o^. a. cuius apprehendi dexteram. hebr.
quem fortificavi in dextera mea.

Item. a. et dorsa regum vertam. hebr. et lum
bos regum dissolvam baltheo militari.

Item. a. et gloriosos terre humiliabo hebr. et dis
torta rectificabo. i. impedimenta tua penitus auffe
ram et consonat ei quod premittitur. ego ante te
ibo.

Item. a. assimilavi te. hebr. et distorta rectifi
cabo. i. impedimenta tua penitus aufferam et con
sonat ei quod premittitur. nominavi te quia ante
multos annos dixit per ysaiam. i. xliv. nominavit
cyrum.

Item. g. qui levant lignum sculpture sue. hebr.
qui levant lignum sculpture sue. i. ydolum ligne
um per sculpturam factum. et videtur translatio
nostra corrupta esse per scriptores ponentes s.
pro l.

Xlvii^us^. ca^o^. d. veniet super te malum et nes
cies ortum eius. hebr. veniet super te malum et
nescies requirere ipsum. i. apponere remedium.

Xlviii^us^. ca^o^. g. et stirps ventris tui. hebr. et exitus
ventris tui. i. filii et filie de ventre exeuntes.

Xlix^us^. ca^o^. a. et posuit me sicut sagittam electam
hebr. et posuit me sicut sagittam clarum cuius
ferrum est bene limatum.

Item. d. super vias pascentur hebr. et posuit
me sicut in cibum rupis pascentur.

Item. e. venerunt structores tui. hebr. festina
verunt filii tui. s. venire ad te de babilone et ipsi re
edifficaverunt templum et civitatem. s. zorobabel
neemias et socii eorum.

L^us^. ca^o^. d. ut sciam sustentare eum qui lassus est
verbo sic habent libri correcti. hebr. ad tempus
dum debilem verbo. i. ut sciam et suadeam ut pa
cienter sustineat usque ad tempus secundum illud. ecclesiastici
usque in tempus sustinebit paciens et postea redditio
iocunditatis.

Item. g. accinctum flammis. hebr. et fortifficantes
scintillas. et consonat littere precedenti ubi dicitur
ecce omnes vos accendentes ignem.

Li^us^. ca^o^. a. et ad cavernam laci unde precisi estis.
hebr. et ad martellum fovee unde precisi estis et
videtur. hebr. secundum litteram melior non. i. prescindimini
lapides de lacu qui est locus aquarum sed de fove
is in terra sicca factis et per martellum qui habet vir
tutem activam in pluribus intelligitur abraham et per
foveam seu cavernam secta quia masculus habet virtutem
activam in generatione femina passivam.

Liii^us^. ca^o^. a. et scientem infirmitatem. s. per expe
rienciam in nostra passibili. hebr. et cognitum in infirmi
tate non est per hoc intelligendum quod christus de quo
loquitur hec scriptura habuit aliquam infirmitatem ex de
fectu nature vel ex regis procedentem sed
hoc dicit de eo eo quod in nostra passibili flagellatus fuit
et crucifixus.

Item. d. oblatus est quia ipse voluit. hebr. constric
tus est et diffamatus. nam per pilatum traditus fuit
ligatus et ut reus mortis accusatus.

Lv^us^. ca^o^. b. misericordias david fideles. hebr.
et libri correcti habent fideles.

Lvi^us^. ca^o^. g. unusquisque ad avariciam suam a summo
mo usque ad novissimum. hebr. unusquisque ad ra
pinam suam finis suus. i. ad hoc est totaliter intentus.

Lvii^us^. ca^o^. b. qui consolamini in diis. hebr. qui con
solamini in ylicibus extendo ydolatriam et luxuriam
sub eis.

Item. b. in partibus torrentis pars tua.

Item. c. dilexisti stratum eorum manu aperta
et ornasti te unguento regio. hebr. dilexisti
stratum eorum vidisti locum et ornasti te regi unguen
to. hoc dicit de achaz qui videns in damasco alta
re sacrilegium ut placeret regi assiriorum fecit fieri
simile in iherusalem et super illud precepit holocausta
et oblationes offerri. iiii. regum xvi.

Lviii^us^. ca^o^. f. et implebit splendoribus animam
tuam. hebr. et saciabit in siccitatibus animam tuam.

Lix^us^. ca^o^. et non est iudicium in gressibus eorum. hebr.
et non est iudicium in circuitu eorum. i. de iudicio non
cogitant neque curant.

Lx^us^. ca^o^. a. et filie de latere surgent. hebr. et

filie tue

filie tue ad latus nutrientur. hebr. id est modo nutriuntur principium sugentes mamillam ex hoc videtur quod verior littera translationis nostre est. Et filie tue de latere surgent .i. de mamilla que est in latere mulieris per quod designatur prosperitas populi futura.

Item .c. me enim expectant insule et naves maris. hebr. michi appropinquabunt insule et naves tharsis.

Item .g. et luna tua non minuetur. hebr. et luna tua non abscondetur per eclipsim.

lxi° cap° c. et filii peregrinorum agricole et vinitores vestri erunt. hebr. et filii peregrinorum bubulci vestri et vinitores vestri erunt.

lxvi° cap° c. Si ego qui aliis generationem tribuo sterilis ero. hebr. Si ego generare faciens .s. alios retinebo .s. vulvam meam generativam ne producat filium. q. d. non est parere in dominus nostre generat natali.

Incipit liber Ieremie.

Primo cap° d. virgam vigilantem .i. festinantem. hebr. baculum amygdalinum. amygdalus enim festinat ad florendum. ideo Ieronimus transtulit vigilantem .i. festinantem.

Item .e. Cursor levis explicans vias suas. hebr. camela levis retinens vias suas .i. excedens modum suum currendi. que velocior est cursu cameli ut dicunt hebrei per quod intelligitur effrenata concupiscentia ydolatrandi.

Eod. cap° e. attraxit ventum amoris sui vento ad imitationem eius. hebr. attraxit ventum et hic est pruritus. recreationem eius quis avertet? que ostendit effrenatum appetitum coeundi cum femella et per hoc intelligitur effrenatus appetitus ydolatrandi in populo.

Tercio cap° a. numquid non polluta et contaminata erit mulier illa. hebr. numquid blandiens blandietur eam. q. d. non. et est sensus quod licet amatores tui ut mecum non suadebunt tibi reconciliari sic mulierem sic repudiatam propter eius turpitudinem in amicum.

Item .b. et serotinus imber non fuit. hebr. hoc non habet.

Quarto cap° b. ascendit leo de cubili suo. hebr. ascendit leo de latibulo suo. est autem latibulum plus quam cubile.

Item .g. vox filie Syon intermorientes. hebr. vox filie Syon conquerentium de malis sibi supervenientibus et expandet manus suas quia totaliter desolata.

Quinto cap° b. in domo meretricis luxuriabantur. equi amatores in feminas. hebr. in domo meretricis congregabuntur. equi armati mane .i. festinantes. et est sensus sicut equi armati festinant ad bellum Iob. xxxix procul odoratur bellum etc. sic isti ad luxurie actum.

Sexto cap° a. Speciose et delicate assimulavi te. hebr. speciosam delicatam destruxi.

Item .b. sicut frigidam facit cisterna aquam suam sic frigidam fecit maliciam suam. hebr. Sicut effluunt putea aquam suam sic effluit maliciam suam ipsam continuando.

Item .c. sicut vindemiator ad cartallum servatas recolligendo racemos post vindemiam derelictos per quod intelligitur captivitas iudeorum post destructionem Ierusalem relictorum.

vij° cap° e. Sed abierunt in voluntatibus suis et in pravitate cordis sui mali. hebr. sed abierunt in consiliis et in respectu cordis sui mali.

Item .f. et sume in directum planctum ubi solebat esse lectica.

ix° cap° g. et super omnes qui attonsi sunt in comam habitantes in deserto. hebr. super angulatos angulos .i. super habitantes in deserto usque ad extremum vel ultimum angulum.

x° cap° f. et tribulabo eos ita ut inveniantur .s. ab inimicis suis querentibus eos occidere.

xi° cap° f. ego quasi agnus mansuetus. hebr. ego quasi agnus perditus.

xij° cap° a. bene est omnibus qui prevaricantur et inique agunt. hebr. in pace sunt decipientes deceptione .i. decipiendo alienum.

xiij° cap° g. revelata sunt verecundiora tua pollute sunt plante tue. hebr. revelata sunt primum turpiter pollute sunt plante tue. q. d. semper prostituta es ad luxuriam.

Item .g. Unde et ego nudavi femora tua. hebr. unde et ego revelavi pannos tuos.

xiiij° cap° a. de verbis siccitatis. hebr. de verbis famis. translatio nostra exprimit causam hebr. effectum. siccitas enim illa fuit causa famis sequentis.

Item .a. et onagri steterunt in rupibus. hebr. in rupibus ad quas venerunt onagri pro potu et pastu.

xv° cap° e. laboravi rogans per prophetas eos ad penitentiam revocando. hebr. laboravi retinens penitentiam eorum differendo ut haberent et penitentie locum.

Item .d. numquid federabitur ferrum ferro ab aquilone et es. q. d. non. .i. rex babilonis et rex egipti non federabuntur ad invicem ut ezechias significatus per es quia debilior erat salvetur. hebr. numquid conteret ferrum ferrum ab aquilone et es et est sensus secundum rabbi salomonem numquid rex egipti conteret regem babilonis et iherusalem cum ipsis qui significantur per es. unde in hoc capitulo ... q. d. non erit sic sed contra quia rex egipti fuit a rege babillonis debellatus et iherusalem salvata.

Item .f. non sedi in concilio ludentium et gloriatus sum. hebr. non sedi in consilio ludentium nec exultavi ex quo patet quod hec gloriatus sum in translatione nostra refertur ad negationem precedentem.

xvi° cap° b. et non se incident. hebr. et non se lacerabunt .s. unguibus sicut tunc fiebat in planctu mortuorum.

Item .e. qui non dabunt vobis requiem. hebr. eo quod non dabo vobis requiem.

xvij° cap° b. erit enim quasi myrice in deserto. hebr. erit enim quasi solus in deserto.

Item .d. et diem hominis non desideravi .i. nunc

de ierosolimis insidiati. hebr. et die in firmitatis non desiderium. scilicet veniet super eos per monem et experimentum.

¶ xv. cap. c. persequimini et persequamur eum. hebr. dicite et dicemus et. scilicet contra eum. ista testimonia ut expositum in. ysa.

¶ Item. e. custodientes latus meum. id est insidiantes mihi. hebr. expectantes claudicationem meam. id est opportunitatem desiderantes.

¶ xxii. cap. e. locutus sum ad te in habundantia tua. hebr. locutus sum ad te in habundantia tua. hebr. locutus sum ad te in pace tua.

¶ Item. g. numquid vas simile et contritus iste iechonias. hebr. numquid ymago similis et contrita iste iechonias. quasi dicat nichil valet sicut et ymago hominis similis. ideo hoc scribitur diminute iechonias.

¶ xxiii. cap. in prophetis samarie vidi fatuitatem. hebr. in prophetis samarie vidi blasphemiam contra deum.

¶ Item. e. in prophetis ierusalem vidi similitudinem adulterii. hebr. in prophetis ierusalem vidi turpitudinem adulterii realiter et non solum similitudinem.

¶ Item. e. qui furantur verba mea unusquisque a proximo suo. hebr. rapientes verba sua et loquuntur deum. quasi ab eis amplectantur. id est verba vera prophetarum et publicabant quasi essent sua propria.

¶ Item. g. et pervertistis verba dei viventis domini exercituum dei nostri. hebr. et pervertistis verba deorum viventium per quod ostenditur in divinis personis pluralitas. et unitas essentie cum subditur in singulari. domini exercituum dei nostri. licet non sint plures dii sed tamen sunt plures unam deitatem habentes.

¶ xxv. cap. d. terre ausitidis. hebr. terre hus de qua fuit iob.

¶ Item. e. universis qui attonsi sunt in comam. hebr. et omnibus angulatis angulo. id est habitantibus in angulo terre.

¶ Item. g. a facie ire columbe. hebr. a facie ire vinose. id est vindicte dei peccatores inebriantis ut exponit in. ysa.

¶ xxvii. cap. g. et orate dominum in. hebr. roget dominum.

¶ xxix. cap. f. pro eo quod misisti in nomine meo libros. id est litteras contra me. hebr. quia misisti nomine tuo libros. id est cartas misisti eas contra me.

¶ xxx. cap. c. quiescet et cunctis affluens bonis. hebr. silebit et quiescet.

¶ Item. e. infirmata est dolor tuus. hebr. insanabilis est dolor tuus.

¶ xxxi. cap. d. usquequo deliciis dissolveris filia vaga. hebr. usquequo absconderis filia vaga. id est circuiens ... ... propter quod apparens in terra tua.

¶ Item. g. et universas regiones mortis. hebr. et omnem campestrem.

¶ xxxii. cap. b. comportationes et vasa et firma ... hebr. ... et circumdates et dilatatio operis. id est ... apertam.

¶ xxxiii. cap. b. ecce obducam cicatricem. hebr. ecce inducam medicinam.

¶ xxxvi. cap. g. excepto pulmento. hebr. de uno prandio. et quid hec sic in mediate precedenti cum dicitur. et dabatur torta panis cotidie.

¶ xxxviii. cap. b. abdemalech sic debet scribi. hebr. abdemalech servus regis. et hic patet quod non dicitur eunuchus a sectione membrorum sed ab honestate et continentia.

¶ xlii. cap. non sunt mundati usque ad diem hanc. hebr. non sunt diminuti usque ad diem hanc. scilicet a malis patrum suorum.

¶ Item. e. feminas et placentas. hebr. feminas et formas in illis et placentas erant formata hinc.

¶ xliii. cap. d. a facie gladii columbe. hebr. a facie gladii vinosi. id est vindicte dei inebriantis peccatores.

¶ Item vocem eius quasi eris sonabit. hebr. vox eius quasi coluber ibit qui mordet sibilando.

¶ Item. f. ecce ego visitabo super tumultum alexandrie. hebr. super tumultum no. Sic enim vocabatur illa civitas antiquitus. Sed post eam fuit destructa et per alexandrum magnum reedificata et eius nomine nominata alexandria.

¶ Item. g. nec quasi innocentem putem tibi. hebr. non consummabo te quia punita sunt in iure et non in tota.

¶ xlviii. cap. a. et eritis quasi mirice in deserto. hebr. et eritis quasi vastitas in deserto.

¶ Item. b. date florem moab quia florens egredietur. hebr. date alam. id est alas moab quia volans exibit fugata de terra sua.

¶ Item. b. mittam ei ordinatores et stratores laguncularum. hebr. mittam ei evacuatores et evacuabunt eum.

¶ xlix. cap. e. quomodo dereliquerunt civitatem sanctam munitam contra hostes. non enim dereliquerunt eam inde recedendo unde sequitur inmediate. ideo cadent iuvenes eius in plateis eius. hebr. quare non fuit fortificata civitas ita quod hostes non possent ingredi.

¶ Item. e. qui attonsi sunt in comam. hebr. qui angulati sunt in angulo. id est iram super illos qui sunt in angulo terre quasi occultati.

¶ l. cap. b. quoniam in magna loquimini. hebr. quoniam [°exsultatis] exultatis.

¶ Item. b. quasi vituli sunt tauri. hebr. et hinnitis sicut fortes.

¶ Item. c. grex dispersus israel. hebr. agnus dispersus israel. id est extra gregem et sic devoratus.

¶ Item. g. angustia apprehendit eum. hebr. infirmitas tenuit eum.

¶ li. cap. a. non tendat qui tendit arcum suum. id est sagittarii et milites loricati de babilonia non poterunt se deffendere secundum istam litteram. hebr. tendat qui tendit arcum et non valebit lorica et refertur ad sagittarios cyri et darii secundum hebreos et est sensus quod lorice babiloniorum non potuerunt sustinere ictum eorum.

¶ Item. b. venit finis tuus pedalis precisionis tue. id est appropinquat casus tuus sicut arboris magne.

magne eius tamen remanet pedis quantitas ab scindenda. hebr. venit finis perius mensura impie tatis tue. i. sicut rapinisti aliena rapientur tua.

Item. c. minuatur super eam taphnisar. i. exer citum est ei taphnisar vocem in hebraicum et signif ficat exercitum sed quia raro ponitur in scriptura sa cra ideo forsitan translator dubitavit de significa tione eius et ideo posuit in sua translatione vocem hebraicam.

Item. g. sarayas autem erat princeps prophetie. i. principalis inter levitas cantantes laudes domini in templo secundum istam sententiam hebr. sarayas autem erat princeps exenniorum. i. principalis inter illos per quos sedechias misit exennia regi babilonis.

Incipit lamentationes ieremie.

Primo capitulo. a. vie syon lugent. hebr. vie sunt herbose. quia non calcabuntur ab hominibus ideo secundum eos quia non sunt etc.

Item. b. inimici eius locupletati sunt. hebr. inimici eius in pace sunt.

Item. b. recordata est ierusalem dierum afflictionis sue et prevaricationis sue. hebr. hic. et querimonia rum.

Item. d. sordes eius in pedibus eius. hebr. sordes eius in oris eius. i. extremitatibus vestium. figura liter loquitur ei de ierusalem secundum methaphoram mulieris menstruate cuius sanguinis effluit ad inferiores partes sue camisie.

Item. d. de excelso misit ignem in ossibus meis et erudivit me. hebr. hic. et deprimit me quia ierusalem obsessa primo fuit deinde in captivitatem.

Item. d. vigilavit iugum. hebr. sermonatum est iugum. i. aggravatum.

iii capitulo. b. et fregit ad numerum dentes meos. hebr. confregit in arena dentes meos. glo. in captivitate dum coquebant panes in foveis factis in terra et sic arena commiscebatur et offen debat dentes in comestione.

Item. c. memoria memor ero. e. ad penitendum secundum hanc literam hebr. memoria me mor eris. e. tu deus ad puniendum.

Item. f. oculus meus depredatus est animam meam. hebr. oculus meus fedavit animam meam per malum consensum. ut dicitur. b. qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est in corde suo.

Item. g. dabis eis domine scutum cordis. hebr. hic. obturatorem cordis repellendo correctionem.

iiii capitulo. immutatus est color optimus. hebr. immutata est massa bona.

Item. a. et amicti auro primo. hebr. et appreciati auro. i. appreciati pre ceteris gentibus sicut aurum aliis metallis est preciosius.

Item. b. qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora. hebr. qui nutriebantur in scarleto. i. veste scarleto amplexati sunt fimos ad se ca lefaciendum propter eius iudicii tempore frigoris in terris ponunt se in fimo.

Item. b. candidiores lacte rubicundiores ebore antiquo saphiro pulchriores. hebr. albio res lacte rubicundiores auro saphiro poli tiores.

Item. f. facies domini divisit eos. hebr. ira domini divisit eos.

Item. g. spiritus oris nostri christus dominus captus est in peccatis nostris. hebr. christus narium nostrarum. i. per quem habemus respirationem. captus est in fossis eorum quod exponunt hebr. de iosia rege qui veniens contra regem egypti fuit debellatus per fossas opertas quas fecerant egyptii. doctores autem nostri exponunt de christo pro peccatis populi passo.

v capitulo. d. domus nostra ad extraneos. hebr. robur nostrum ad extraneos. i. fortes populi qui erant in finibus aliorum redacti.

Item. b. a facie gladii in deserto. hebr. propter inflatos famine et hoc quia tunc sine providentia dei in manibus nostris panem afferebamus nobis.

Incipit liber ezechielis prophete.

Primo capitulo. b. et planta pedis vituli. hebr. et planta pedis rotundi. i. nullam extensionem habentis extra tibiam aliter enim illa animalia per pedes suos non possent ire ad quatuor partes op positas absque conversione corporis ideo enim oportet dicere secundum textum. Sciendum tamen quod hec dictio hebraica agel est equivoca ad vitulum et ro tundum. translator noster accepit primam significa tionem et male sicut credo prout magis explica tur in psalmis ubi exponendo.

Item. c. facies aquille de super ipsorum. hebr. facies aquile ad ipsa quatuor. i. est adiuncta aliis.

Item. d. et visio maris. hebr. et visio thar sis et est nomen lapidis preciosi ut dicit ra. sa. lo. qualis sit in speciali non dicit.

ii capitulo. c. et increduli et subversores sunt te cum. hebr. rebelles et spine sunt tecum.

Item. f. si forte audiet et quiescat. i. re bellent et quia hic sequentia cum dicitur. quia irritatores sunt. licet enim deus sciret eos non ob edire verbis prophete tamen faciebat denunciare ut eius ira magis reluceret in eorum renovatione et iusticia in eorum punitione.

Item. g. et scriptum erat in eo lamentationes carmen et ve. hebr. et scripte erant in eo lamentationes de malis preteritis. clamor. pro presentibus. et ve pro futuris.

Tercio capitulo. b. ut adamantem et silicem dedi faciem tuam hebr. hic et nomen fortiorem rup pe etc. quod exponunt hebr. de quodam verme cuius sanguis scindit lapides faciliter et sine sonitu quo usi sunt edificantes templum sa lomonis. quod secundum ipsos dicitur. iii. reg. vi. quod mal leus et securis et omne ferramentum non sunt audita in domo domini cum edificaretur.

Item. c. manus enim domini erat mecum confortans

// et quiescat. hebr. si forte audiat

me hebr. habet contensus me. et gloriatur ei quod premittitur et q. d. virtutem indignationis spiritus mei.

Item. e. ad aeternum novarum frugum. secundum hebr. nomen est loci sic nominati eo quod fruges ibi cito maturantur. secundum alios est nota temporis. s. temporis quo populi venit illuc. s. quo fruges primo metebantur.

Iiii cap. et pones arietes. e. bellatores in gyro. ita quod nullus per fugam possit evadere de civitate.

V cap. a. sume tibi gladium. hebr. habet novaculam.

Vi cap. d. quia contrivi cor eorum fornicans. hebr. quia confractus sum corde eorum fornicante. i. tristatus sum ad miserandum eis quamvis essent ydolatre.

Vii cap. a. venit contritio super te. hebr. occidit mane. i. tempus prosperitatis.

Item. a. et non gloriae montium. i. iude que est terra montuosa. hebr. et non clamoris montium. q. d. tot erunt occisi et captivati quod non remanebit in iudea qui possit clamare.

Item. b. neque ex sonitu eorum. hebr. neque ex cetu eorum. quod exponitur de fugientibus in egyptum post mortem godolie qui tamen fuerunt captivati per regem babilonis.

Item. e. catenae. hebr. instrumentum in theca et est nomen fortalitii per quod exercitus babilonis debebat venire contra ihrlm.

Item. g. fac conclusionem. hebr. fac cathenam.

Viii cap. f. plangentes adonidem. i. amasium veneris secundum hanc litteram. hebr. plangentes thamuz quod significat secundum quod dicit rabbi sa. quod erat ydolum continens huiusmodi oculos plumbeos quod liquefiebant quando intra ydolum fiebat ignis et sic videbatur plorare. ideo in eius cultu fiebant mulieres.

Ix cap. a. signa thau super frontes virorum gementium etc. circa quod sciendum est quod hoc nomine thau equivocum est apud hebreos. nam uno modo est nomen proprium ultime littere alphabeti hebraici. alio modo est nomen commune et significat signum. generaliter hebrei moderni accipiunt hic secundum modum expositores nostri latini primum et videtur in hoc melius dicere. quia thau. que est ultima littera hebraica est capitalis in hac dictione thorra. que significat leges et ideo rationabiliter dicitur quod fuit scripta super frontes virorum gementium et dolentium de transgressione legis a te hebreo ipso ut hoc signo ab aliis distinguerentur.

Xiii cap. a. neque opposuistis murum pro domo israel. i. orationem efficacem pro ea non fecistis. hebr. nec fecistis sepem pro domo israel. i. orationem partiue meritis. sicut sepes est claustura debilis.

Item. d. vae quae consuunt pulvillos sub omni cubito. hebr. vae his qui liniunt parietes per adulationes.

Item. et lapides pregrandes. hebr. et lapides algabis et dicitur aliquando hebr. quod est nomen speciei cuiusdam lapidis. ra. sa. autem dicit quod sunt lapides grandinis qui quandoque cadunt ita

magni sicut ita quod destruunt domos et muros sicut contingit anno domini mo ccc xxxiiij in territorio (marg.) lingonensi.

Xv cap. et medium eius redactum est in favillam. hebr. et medium eius debilitatum est. et hec videtur minor littera per hoc quod subditur. etiam cum esset integrum non erat utile ad opus ex quo videtur quod consumptis extremitatibus medium remansit sicut peioratum. quod autem in favillam redigitur non sic remanet. etc.

Xvi cap. c. in quo mundabo cor tuum. hebr. quam confusum est cor tuum.

Item. f. et habundantia panis et ocium. hebr. pacificitatio et requies et ideo vacavit deliciis carnalibus sine timore et modestia aliquo.

Xvii cap. f. cum universo agmine suo gladio cadent. hebr. cum omnibus aliis suis gladio cadent. et est eadem sententia. nam agmen equitum pugnatorum ad plura pluralia nominatur.

Xviii cap. b. quod si genuerit filium latronem. hebr. quod si genuerit filium ribaldum. i. exponentem se omni turpitudini et nequicie ut patet ex dictis sequentibus.

Xix cap. a. quare mater tua leena. hebr. quare ipsa tua leena dictio enim hebraica que ponitur hic equivoca est ad significandum matrem tuam et ipsam tuam. ra. sa. tenet hic secundum significationem et rationabiliter ut videtur nam scriptura loquitur hic de ioachaz. quem ipsa tunc regnante constitutum sicut non esset primogenitum et sic ipsa vocatur leena.

Item. a. et non absque vulneribus suis ceperunt eum. quia quando ioachaz fuit captus per regem egypti plures tunc et inde fuerunt vulnerati. hebr. in foveis suis ceperunt. et prosequitur scriptura parabolas de leone sumpta. qui capitur cadens in foveam paleis opertam.

Item. e. in vinculis eorum captus est. hebr. in foveis eorum captus est. et loquitur de sedechia in cuius captione fuerunt aliqui vulnerati. dicitur. etiam in foveis captus secundum litteram hebraicam prosequendo captionis leonis parabolam.

Xx cap. d. blasphemaverunt me patres vestri cum sprevissent me contemptientes. hebr. irritaverunt me patres vestri. commiserunt in me falsitates.

Item. e. post idola vestra ambulare et fornicamini. ironica est locutio que per contrarium est intelligenda. q. d. post idola non ambulate nec eis fornicemini. ideo sequitur. et si in hoc non audieritis me. et sic intelligitur gravitatem punitionis vestre. hebr. post idola. etc. et post si vos non audieritis me. i. si post idolatrias quas fecistis non obedieritis mihi graviter puniemini.

Item. g. et stilla ad africum. hebr. et prophetiza ad affricum. i. contra habitatores affrice et sic patet quod in translatione nostra stillare accipitur pro prophetare malum pene.

Xxi cap. b. et infirmabitur omnis spiritus. hebr. et obscurabitur omnis spiritus. quod contingit ex infirmitate seu alia causa nostra providetur ut

dicit

dicit plurs .li. clitoz..

Item .c. qui movens ceptrum filii mei succidisti omne lignum .i. tu nabuchodonosor qui amovebis regem iude/succides omnem hominem .hebr. si gaudebimus virga filii mei contempnens omne lignum et dicit hic virga filii .i. puniens culpam filiorum .s. iudeorum qui dicebantur filii dei nabuchodonosor qui in hoc fuit flagellum dicit mirum de qua dicit deus gaudere

Item .c. commiscens sagittas secundum hanc litteram divinacio dicitur erat/quia rex babylonis tenebat duas sagittas in quarum una erat scriptum ierusalem que est metropolis in iudea. in alia rabath que erat metropolis amonitarum et ambas simul proiciebat in altum. ut sic per divinacionem sciret contra illam civitatem cuius sagitta nomine inscripta primo caderet ad terram et sic factum fuit de sagitta nomine ierusalem inscripta que ierusalem erat ad dexteram partem illuc vadens instabat rex babylonis. hebr. limavit sagittas. et secundum hoc divinacio dicitur erat quia rex babylonis limabat in uno per se ut per alium ferrum duarum sagittarum predictorum misso inscriptam ut contra illam civitatem cuius ferrum citius limaretur/quod contingit de ferro sagitte nomine ierusalem inscripte..

Item .c. ... consulunt. hebr. consuluit .s. idolis idolis immolate/et hec divinacio fuit contra ierusalem sicut et prima

Item .c. et erit quasi consulens frustra oraculum in oculis eorum .s. sedechie et bellatorum suorum qui in principio videbantur regem babilonis frustra conari ad capiendum ierusalem ideo sequitur sabbatorum otium imitans iudei namque nichil in sabbato faciebant et quia reputabant regem babillonis nichil proficere in obsidione ierusalem et per quoniam nichil facere eo modo quo loquendo quo aliquis non proficiens in labore suo dicitur nichil facere ideo dicebant ipsum imitari otium sabbati aliqui libri non habent sabbatorum otium imitans. quia rex babillonis dedit se ad ocium civitatis et sic iudei qui illa die debebant esse otiosi ab operibus corporalibus compellebantur labore pro civitatis deffensione .hebr. et erit quasi consulens frustra oraculum in oculis eorum species septem .s. melius dicit .n. ra. sa. quia rex babilonis .rationabilibus que faciunt species septem consuluit idola pro capere ierusalem tamen totum videbatur iudeis in principio frustratorium..

Item .f. iniquitatem iniquitatem iniquitatem ponam in ea. eam puniendo per penam de rex iniquitatem. quia sedechias rex iniquus egit .s. contra deum et contra regem babilonis/frangendo iuramentum .ii. paralip. ult. et quia populum suum qui ad rebellandum induxit contra sermone consultum hebr..

Convertimini et convertimini arrie[ue] ponam in ea. quia nabuchodonosor incendit domum domini et domum regis et domos ierusalem per circuitum .iiii. re. xxv.

Item .c.b. et facte sunt famose mulieres sed dicit quod sequitur et iudicia perpetraverunt in ea in singulari .hebr. et factum est nomen mulieris .i. fama destructionis samarie propter maliciam suam venit ad alias civitates que vocantur hic mulieres sicut ierusalem et samaria..

Item .c. calicem sororis tue samarie bibes potabis usque ad feces .hebr. calicem etc. bibes et addes .i. plus punieris quam ipsa quia excidium dicitur erit in ierusalem propter quod maior fuit transgressio ibi facta..

Item .c. a. pinguissimum potius altissime .hebr. nomen hoc in illo loco secundum ieronimus quarto capitulo..

Item .b. cuius rubigo in ea est .hebr. cuius spumam in ea est .i. inmundicia remanens de carnibus bullitis..

Item .q. congere tamen ossa que igne succendentur. hebr. multiplica ligna accende igne. et secundum hoc illud quod dicitur eodem capitulo. coque quoque servieres ossium illius ea. sic exponit .a. ra. sa. .i. sic dixisse trusta predictis in olla quia partes magis ossee sunt in fundo olle et alie super ipsas..

Item .c. convenient in sale. hebr. convenient naves..

Item .c. dentes eburneos et ebeninos hebr. cornua eboris et pavos dentes/ei elephantes et quibus fit ebur habent figuram cornuum..

Item .c. et sericum et coccum .hebr. et linum et lapides preciosos..

Item .d. in vino pingui in lanis coloris optimi .hebr. in vino albo et lalana alba vinum et pingue non est laudabile de est in cerussae nam vinum album pingue eo quod pingue et est alba commiter..

Item .d. in tapetibus ad sedendum .hebr. in vestibus libertatis in equitando. quia sicut modo nobiles in ea pre nostris vestibus sicut liberi et preditores incedebant..

Item .c. et repleta es et glorificata .hebr. et repleta es et aggravata .i. post plenitudinem bonorum subtrahebis magnitudinem malorum..

Item .q. non eris usque in perpetuum .hebr. non eris ultra in seculum quod non significat eternitatem sed tempus longum/post quod tyrus fuit reedificata..

Item .c. aurum opus decoris tui .hebr. aurum opus timpanorum tuorum. nam in vestibus et equorum faleris campanulis aureis utebantur ad decorem..

Item .f. non eris in perpetuum .hebr. non eris in seculum et exponitur ut s[upra].

Item .c. d. gladio dissipata .hebr. vastitate destructa..

Item .d. de memphis .hebr. de noph..

Item .d. et dabo ignem in campis .hebr. et dabo ignem in taphnis..

Item .d. et faciam iudicia in no..

Item .d. super pelusium .hebr. super syn domina ei ita civitatem per longitudinem temporis/variata fuit nam illa quae dicitur hic memphis tempore ezechielis vocabatur noph. et modo dicitur damiata translatores non posuerunt nomen suo

temporis

tempore currebat et eodem modo dicendum de alijs. sicut parisius antiquitus vocabatur lutetia et si aliquis hystoriam aliquam antiquam modo transferret pro lutetia et poneret parisius quia nomen istud est omnibus notum primum autem quasi oblivioni datum.

Item. d. qui pertinges dolebis. hebr. pauges pauebis. et talis reduplicacio significat magnitudinem pauoris. id est. magnitudinem mali imminentis.

xxxiiij. cap. d. et quod pingue et forte custodiam. bonas homines in bonitate conseruando secundum literam istam. hebr. et quod pingue et forte est destruam. i. impinguatos diuitiis et eleuatos potencijs qui simplices iniuste oppresserunt secundum debitam penam eos scilicet. et pascam illas in iudicio. i. iuste puniam sicut. m. patuit de de michea mittite uirum istum in carcerem et sustentate eum pane tribulacionis et aqua angustie.

xxxvj. cap. b. cum gaudio et toto corde. sic in hebreo. et libris correptis aliqui libri tamen habent cum gladio et toto corde.

Item. c. bonis quam donabo maioribus quam habuistis ab inicio. hebr. bonis quam donabo maioribus quam habuistis ante captiuitatem babilonicam et quia iudei a reditu captiuitatis babilonice usque ad tempus christi nunquam habuit tanta bona sicut ante captiuitatem maxime tempore regis dauid et temporibus dauid et salomonis. ideo nicholaus uidetur quod opportet hanc promissionem dei ad tempus christi referri in quo maxima dona credentibus sunt donata secundum quod dicitur secunda. pe. prima maxima promissa donauit nobis deus ut per hec efficiamini diuine consortes nature.

xxxvij. cap. d. et scribe super illud iude. in hebr. habetur dicendi iude articulare datiui casus propositum id est. quod hic est datiui casus hoc etiam per hoc patet quod immediate sequitur et filijs israel sociis eius. i. beniamin que erat de numero filiorum israel et fuit associata tribu iude quando decem tribus recesserunt a roboam.

xl. cap. a. et calamus mensure in manu eius hebr. non habet in manu eius quia sufficienter intelligitur ex hijs immediate precedentibus.

Item. a. calamo mensure. vj. cubitorum et palmo. hebr. calamus mensure. vj. ulnarum in ulna et palmo. et sic intelligendum est similiter ubi fit mencio de cubitis racio autem huius est quia cubitus et ulna hebraica communis sunt eiusdem quantitatis sed ulna sanctuarij maior erat in uno palmo et ideo per hoc quod hic dicitur in ulna et palmo ostenditur quod propheta loquitur de ulnis sanctuarij quarum quelibet continet unam communem ulnam et unum palmum sicut pondus sanctuarij erat maius pondere communi. Sciendum etiam quod palmus hic et inferius non accipitur pro longitudine manus extense sed pro quantitate quatuor digitorum et transuerso manus que gallice uocatur dour.

latitudine unius. mensurata erat.

Item. b. et mensus est limen porte calamo uno latitudinem. i. limen unum calamo uno. hebr. et mensus est postem ostij calamo uno latitudinem et postem unam. i. alterum. calamo uno latitudinem. erant enim illo due postes una ad dextram ostij et altera ad sinistram. sciendum tamen quod postes ostij et limina erant eiusdem latitudinis id est. quod mensurata latitudo alterius.

Item. b. et thalamum calamo uno etc. hebr. appendencium calamo uno etc. erant enim quedam edificia adherencia muro medio a parte exteriori ideo dicuntur appendencia et erant tria ex una parte porte et tria ex altera mensura autem unius cubiti in longum et latum cuiuslibet appendencie accipitur hic secundum quantitatem spacij interioris inclusi.

Item. b. et limen porte iuxta uestibulum porte intrinsecus. hebr. et limen porte iuxta porticum porte intrinsecus et eodem modo inferius ubi translacio nostra habet uestibulum. hebr. habet porticum tamen in plurali quam in singulari.

Item. b. et frontem eius duobus cubitis et similiter in sequentibus ubi translacio nostra habet frontem uel frontes. hebr. dicitur pillarium uel pillaria.

Item. c. et ante faciem porte que pertingebat usque ad faciem vestibuli porte interioris quinquaginta cubitos. hebr. et super faciem porte introitus super faciem porticus porte interioris quinquaginta cubitos.

Item. c. et fenestras obliquas. hebr. et fenestras obturatas. non quia erant simpliciter obturate. Sed quia erant multo strictiores exterius quam interius id est. quod melius dicuntur oblique.

Item. c. et erant gazofilacia. hebr. et erant camere.

Item. c. et pauimentum stratum lapide. hebr. non habet stratum lapide et ideo dicunt aliqui hebrei quod non loquitur hic de pauimento terre et non solarij.

Item. c. et pauimentum in fronte portarum secundum longitudinem portarum erat inferius. hebr. et pauimentum ad latus portarum secundum longitudinem portarum pauimentum inferius.

Item. c. et sculpture. hebr. et palme ex quo patet quod ille sculpture erant palme celate.

Item. d. et uestibulum per girum longitudinis xxv. cubitorum. hebr. et porticus pluraliter. xxv. cubitorum longitudinis

Item. quarto et viij. gradibus ascendebatur ad eam hebr. et gradibus ascendebatur ad eam. quingenta secundum hebreos erant. xij. probabilius tamen uidetur quod erant. xv. sicut in templo salomonis

xli. cap. b. et latitudinem lateris quatuor cubitorum. hebr. et latitudinem appendencium quatuor cubitorum et similiter in capitulis ubi translacio nostra habet latus uel latera. hebr. habet appendencium uel appendencia.

Item. b. et erant eminencia que in circuitu

per parietē domus in lateribꝰ ut coniungerent
et nō attingerent parietē templi. et erant de
ṁencia in parte ut eēt locꝰ appendenciis
et tenerent et nō tenent i pariete. i. sustenta
rēt in pariete ita tn̄ q̄ nō fingerēt inf̄ parie
tes tpli loquit̄ eī de trabibꝰ appendicioꝝ que
situabant̄ ex parte tpli in loco illo i quo mu
rꝰ tpli restringebat̄ extiꝰ et sic pars muri
inferior erat latior superiori et super illū ex
cessū latitudīs erant trabes ꝓ. quod dr̄ su
stentabant̄ et ī parte superiori muri que restr
ta erat non ī fingebātur.

Item. b. et in cenaculū tpli deferebat per
girū. hebr̄. et in appendencia tpli deffere
bat. s. ab iferioribꝰ appēdenciis ad media
et a mediis ad superiora per girū hec potest
refferri ad deferebat nāz ascensꝰ ille erat
ītulando et gallice dr̄. vis. potest etiaz referri
ad appendencia que situata erant per girū
templi quātuꝫ ad tres eiꝰ partes. s. australē
occidentalez et aquilonarē.

Itē. b. et erat interior domꝰ ī lateribꝰ domꝰ
hebr̄. erat dimissa locꝰ appendenciis domꝰ.

Item. c. et ostiuz lateris ad orieᷣ. hebr̄. et
hostiuz appendencij in loco dimisso.

Item. c. et latitudīem loci ad orieᷣ. hebr̄.
et latitudīez loci dimissi.

Item. c. et edifficiuz quod erat separatū
hebr̄. et edifficiū qd̄ erat tplō. i. adiunctū
ipi tplō ī parte occidentali.

Item. d. et quod separatū erat edifficiū ut
parietes eiꝰ longitudīs centū cubitoꝝ tanta
eī erat longitudo tpli adiuncti. hebr̄. et tpli
et edifficiū. s. appendicioꝝ occidentaliū. et pa
rietes eiꝰ longitudīs centū cubitoꝝ tanta eī
erat longitudo tpli adiuncti sibi appendicē
occidentalibꝰ.

Item. d. latitudīez autē ante faciem domꝰ
et eiꝰ quod erat separatū ꝯ orientē. c. cub. hebr̄.
hebr̄. et latitudo ante domum et tplm̄ ad o
rientē. c. cub. hec est mensura spacij inf̄ edif
ficiū australe et aquilonare.

Item. e. et mensꝰ est longitudinē edifficij
ꝯt̄. faciez eiꝰ quod erat separatū ad dorsū
et ethecas. hebr̄. et mensꝰ est longitudīem
edifficij coram templo adorso et pillarios
eiꝰ.

Item. lumiā et fenestras obliquas bethecas
in circuitu per tres partes. hebr̄. lumiā et fe
nestras obliquas et pillarios hiis tribꝰ. s. tē
plo īteriori et tplō exteriori et porticibꝰ atrioꝝ
de quibꝰ ī mediate loquitꝰ fuīt nā ī istis
tribꝰ sunt lumiā fenestre oblique et pillarij

Itē. e. vniuscuiusqꝫ lumē stratūqꝫ ligno. hebr̄.
cōtrā. lumē. s. hebr̄. tpli assēr ligneꝰ. i. asseres
lignei accipiendo singulare pro plurali. coope
rientes parietes tpli et hoc ꝓ. de munitē
parietū que melꝰ fit super lignū q̄ super
lapides.

Item. e. fenestre clause. hebr̄. et fenestre ap
te. s. cubito allentibꝰ ꝓ. eandē cām et ampli
uit hic fenestre pro muro extīqꝫ per fenestras.

Item. f. limē quadrangulū. hebr̄. postis
q̄drangulꝰ et accipit̄ hic singulare pro plurali
i. postes quadranguli sic etiaz fuit in templo
salōis. iij. reg. vj. fecit ī ingressu tpli postes de
lignis oliuaꝝ quadrangulatos.

Item. f. et facies aspectꝰ sanctuarij cōtrā aspec
tꝰ altaris lignei. hebr̄. et facies sanctuarij in
sicut visio et est sensꝰ q̄ ezechiel vidit i sanctua
rio visionē silēm illi quez vidit sup̄ flumē
cobar que describit̄ sup̄. caꝰ pmo. pro eo vero
q̄ ī translacōē nr̄a dr̄ altaris lignei. hebr̄. hꝫ
l altare ligneuz. et est principiū versꝰ sequē
tis sit altare ligneuz triū cub. altitudo eiꝰ

Cxlijꝰ. caꝰ. b. ubi erat porticꝰ iuncta porticui
triplici. hebr̄. exedra contra exedram i tpli
lꝰ. et est sensꝰ q̄ camere existentes i edifficio
australi correspondent illis qui sunt ī edifficio
aquilonari et econuerso nā per omniā sunt siles
et dicit̄ hec edifficia duo triplicia ꝓ tres man
siones in eis existentes. s. infimam mediam et
supremā.

Item. b. ubi erant gazofilacia ī superioribꝰ
mansionibꝰ lumiliora. hebr̄. hꝫ leuiora. i. mi
nꝰ spaciosa. et est eadem sniā cū translacōē
nr̄a. nā sicut superiꝰ dicit̄ glossa ita hūilis
potest dici restrictꝰ.

Item. d. et erat ante edifficiū gazofilacia
hebr̄. et erant ante tplm̄ gazofilacia. et quo
pm̄ ꝯhic per edifficiuz intelligit̄ templū.

Item. d. que via erat ante vestibulū sepa
tiꝫ. hebr̄. que via erat cāj clausura oiganiza
cōnis. i. loci ubi leuite cantabant cantica
graduū.

Item. g. murꝰ eiꝰ vndiqꝫ per circuitū lon
gitudīez quingentoꝝ cubitoꝝ et latitudīe
quingentoꝝ cub. hebr̄. nō hꝫ. cub. sꝫ absolute dr̄
murꝰ eiꝰ vndiqꝫ per circuitū longitudīe
quingentoꝝ et latitudīe quingentoꝝ et sꝫ in
telligendū est calamoꝝ q̄ refert ad mā
suraz sup̄ positaz exterioris muri. quecē quin
gentoꝝ calamoꝝ in quolꝫ latē. ieronimꝰ ēē
super locū istum tenuerat. h. cubitoꝝ dr̄. q̄
ex inaduertencia male fuit positū.

Item. g. diuidentē inf̄ scuariū et vulgi lo
cuz. hebr̄. ad diuidendū inf̄ sc̄m et vulg. ꝯtra
eī est in tm̄ muri exterioꝝ dicit̄ sanctum
q̄ oracioī et diuīo cultui deputatū nō sic aut
quod est extra.

Cxliijꝰ. caꝰ. d. ī sinu eiꝰ erat cubitꝰ. hebr̄.
ī fundo eiꝰ erat cubitꝰ. tn̄ fundamentū
similitudinarie dici pōt sinus q̄ recipit ea que
supponunt̄ sicut sinꝰ recipit ea que ī eo po
nunt̄ et eodem modo infra, et sinus eiꝰ
hebr̄. et fundamentū eiꝰ.

Item. d. et definicio usqꝫ ad labiū eiꝰ. hebr̄.
et terminacio usqꝫ ad labiū eiꝰ ubi eī terminat̄

o putteus

summitas altaris.

Item. d. hec quoque erat fossa altaris. hebr. hec quoque erat altitudo altaris. altitudo enim aliquando accipitur pro profunditate. Jo. ii. et altus est. i. profundus et ipso hebreus. veni in altitudinem maris et tempestas demersit me. et hoc modo accipit translatio nostra, cum altitudo communiter accipitur pro eleuatione sursum. et hoc modo debet hic accipi ut patet in littera sequenti.

Item. d. ad crepidinem nouissimam. hebr. usque ad crepidinem paruam. unde et nostra vocatur crepido minor.

Item. e. corona in circuitu eius. hebr. et crepido in circuitu eius. potest tamen ista crepido dici corona altaris. quia circumdat summitatem eius sicut corona eius caput hominis coronati.

Ex libro quadragesimo quarto capitulo. a. Et erit clausa. hic est finis versus in hebreo et est sensus quod erit clausa ipso. quod autem sequitur est principium alterius versus principem. Et intelligitur exceptio sicut. ii. Reg. v. qui percusserit iebuseum subintelligitur fiet magister militie, sicut ibidem fuit declaratum. Princeps ipse sedebit in ea etc. i. non solum poterit ibi intrare sed etiam sedere et comedere.

Item. e. non accingentur in sudore. i. sub assellis. quia ex illis de facili exit sudor.

Ex libro quadragesimo sexto capitulo d. et in nundinis et in solempnitatibus. hebr. et in terminis et in solempnitatibus. et dicuntur hic termini tria festa in quibus omne masculinum debet apparere coram domino ut habetur. Exo. xxiii. c. in festo pasche pentecostes et tabernaculorum. et quia tunc concurrebat multitudo magna in Ierusalem sicut in nundinis fieri solet ideo vocantur nundine in translatione nostra.

Item. g. culine. i. coquine secundum latinos. hebr. fornelli in quibus erant caldarie pro carnibus decoquendis.

Ex libro quadragesimo septimo capitulo a. et ecce aque redundantes. hebr. et ecce aque phiolantes. i. exeuntes de templo et de muro exteriori fluere tenuiter sicut liquor fluens de phiola fluit modico fluxu propter strictitatem orificii. non enim potest rationabiliter dici quod iste aque exeunt in magna habundantia prout inueniunt iudei. translatio nostra cum dicit redundantes, quia sicut patet ex textu aque iste debebant maiores quanto plus elongabantur ab origine et post exitum earum de muro exteriori dicitur: Et mensus est mille cubitos. et transduxit me per aquam usque ad talos. et in hebreo habetur usque ad cauillas. i. attingentes tantum usque ad cauillas pedum et adhuc oportet dicere secundum textum quod satis minor fluit in exitu de muro exteriori.

Item. b. aque iste egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis. hebr. aque iste egrediuntur ad terminos orientales, tamen eadem est utrobique sententia. quia fluuius iordanis terminus orientalis est terre promissionis ut habetur in veteri testamento in pluribus locis. quia enim filii israel hunc terminum transierunt dimicaturi fuit pactum. c. xv. hoc quod habitatores illius terre voluerunt eis transitum pacificum concedere per terram illam usque ad iordanem. Sed magis contra. eos mouerunt bellum iniustum ut habetur in libro numerorum xxi. quod ipsis debellatis illa terra cessit in possessionem filiis israel iure belli et de voluntate domini ut ibidem habetur. Iordanis autem fluuius ex impetu sui cursus in alueo suo facit tumulos arene seu sabuli. et ideo per huiusmodi translationem nostra et litteram hebraicam supponitur idem significari per ¹ c. iordanis fluuius qui est terminus orientalis terre promissionis et facit tumulos sabuli modo dicto.

¹ per

Ex libro quadragesimo octauo capitulo b. quod autem reliquum fuerit principis erit ex omni parte. hebr. quod autem reliquum fuerit principis erit hinc et inde. non enim porcio principis pretendebatur ultra porciones sanctuarii leuitarum et ciuitatis ex omni parte sed ex duabus tantum. c. ex parte orientali et ex parte occidentali. non autem ex parte aquilonari et ex parte australi, ut patet in figura supraposita capitulo xlv. expositionis litteralis.

Incipit liber danielis prophete.

In primo capitulo a. decoros forma. hebr. bone visionis quod potest intelligi dupliciter. uno modo quia ex pulcritudine sua erant delectabiles aliis ad videndum. alio modo ut erant pulchri et acuti visu quia visus valet in adolescentibus. bonis ad quod eligebantur pueri isti. daniel autem et socii eius erant utroque modo bone visionis.

Ex quinto capitulo a. et unusquisque secundum suam bibebat etatem. in caldaico habetur: et vina bibebat contra mille. dico autem in caldaico. quia liber danielis ab illo loco secundi capituli: Responderuntque caldei regi siriace. usque ad octauum capitulum exclusiue. caldaico sermone scribitur litteris tamen hebraicis. dicunt autem hebrei quod rex balthasar fuit ille de quo dicitur hic: et vina bibebat contra mille. quod duobus modis potest intelligi. uno modo ut sit hic yperbolica locutio ad notandum balthasar de magno excessu potationis vini ultra alios homines communiter, sicut dicitur de homine notabiliter forti et audaci quod ipse pugnaret contra unum regnum vel ciuitatem. non enim potest intelligi quod tantum biberet de vino quantum mille homines quia hoc est impossibile. alio modo potest intelligi et melius ut videtur quia rex balthasar qui grande conuiuium fecit optimatibus suis mille ut habetur in textu. sedebat solus et in mensa sua ad regis magnificentiam et optimates sui mille sic erant dispositi in aliis mensis quod poterant vide re illum tamquam sedentem et ipsi cum et sic dicitur quod bibebat vinum contra mille. i. sedens in mensa sua ex opposito mille optimatum comedebat et bibebat sicut et ipsi. fit autem hic magis mentio de potatione vini quam de comestione cibi. quia balthasar calefactus ex vini potatione fecit apportari vasa domini, et biberunt in eis rex

et optimates eius et uxores et concubine illius ut habetur in textu.

Sexto cap. c. que obliquauit rex animo suo et animo optimatum suorum ne quid fieret contra danielem. Sic enim intellexit rex latum custodientium per homines absque tali per significationem potuissent custodes absque uoluntate custodiendi latus fidele mutari in peruersam uoluntatem et corrupti muneribus aduersariorum danielis ipsum inficere. uel aduersarijs eius tenderent occidendum ab eis custodie et regi dicere quod fuisset a leonibus deuoratus.

Undecimo cap. d. et prouocatus rex austri etc. Scilicet rex egipti et mittitur hostes .s. de exercitu regis aquilonis aduersarij sui et per regem austri hic intelligitur rex egipti et per regem aquilonis rex sirie. nam terra egipti est ad austrum respectu terre promissionis et sirie regnum ad aquilonem. hebr. et eleuabitur in pectus multitudinis .s. regis austri. unde per audaciam et constantiam ad pugnandum contra regem aquilonis de cuius exercitu multos cepit ut predictum est finaliter tamen non preualuit ut dicitur in textu.

Item d. et cessare faciet principem opprobrij sui. et opprobrium eius conuertetur ad eum. quod exponunt doctores nostri de antiocho magno qui perrexit ad capiendum insulas asie et plures ex eis accepit ut ponitur in textu sed scipio affricanus illuc missus a romanis inde expulit eum fugatum et secundum hoc exponunt quod dicitur. et cessare faciet .s. antiochus. principem .i. se ipsum opprobrij sui quia uadens contra insulas perdidit opprobrium suum licet prius in tenorem suum sed hec expositio uidetur contra textum quia per hoc quod dictum est non fecit cessare opprobrium suum sed magis augmentari. hebr. et reducet deus opprobrium suum ad eum. quia propter blasphemias quas de deo dixerat deus fecit eum plenarie contra debellari et de campo turpiter fugari absque opprobrio suo reddet ei quia deo michil deperijt de blasphemijs antiochi. hebr. non passum istum exponunt de antiocho nobili qui propter blasphemias contra deum miserabiliter obijt et turpiter ut habetur secundo machabeorum capitulo. ix.

Capitulum osee prophete.

Primo cap. a. uade sume tibi uxorem fornicationum et fac filios. hebr. uade sume tibi uxorem fornicationum et filios fornicationum. i. cum intendis accipere filios eius accipiendo eam in uxorem et filios eius adoptando. non enim potest dici quod ex ea fecerit fornicarios fornicatione corporali tamen quia accepit eam in uxorem legitimam. cum quia antequam eam acciperet non erat fornicaria fornicatione corporali ut dicit Ieronimus in prologo sed spirituali. quia gentilis et idolatra erat et filios filius suis sed per prophetam conuersi sunt ad cultum unius ueri dei non enim permisisset propheta quod in domo sua coleret idola et ideo cum dicitur. sume tibi uxorem fornicationum

filios

etc. referuntur ad tempora antequam acciperet in uxorem cum filijs dicto modo.

Item b. filiam de balaim. unde dictum est in hebr. et ioseph. hec non est expositio ut credunt aliqui. sed balaim est nomen patris mulieris uel ciuitatis unde fuit nata sicut mulieres de iherusalem communiter de frequenter in scriptura filie iherusalem nominantur.

Item c. Sed obliuione obliuiscar eorum. hebr. Sed parcens parcam eos .i. non simpliciter sepulcro sicut abiectos.

Secundo cap. c. et dabo eis uinitores eius ex eodem loco. hebr. et dabo eis dominos eius ex eodem loco. loquitur hec scriptura de apostolis et eorum cuius sub christo fuit cultores et domini seu fundatores.

Item f. et non uocabis me ultra baalim. et libri correpti habent. et non uocabis me ultra baalim. quod exponunt doctores nostri communiter sic dicentes quod licet baali in hebreo significet idem quod uir meus in latino tamen intendum erat eo quod habet quandam similitudinem cum hoc nomine balaam quod est nomen ydoli. Ra. Sa. aliter exponit dicens quod licet hoc nomen baali aliquando trahatur ad significandum maritum meum tamen proprie significat dominum meum quod est nomen timoris secundum illud. mal. primo Si ego dominus ubi est timor meus. Sed uir meus in hebreo accipitur pro sponso meo quod est nomen amoris. est igitur sensus et uocabis me uir meus. et non uocabis me ultra baali .i. dominus meus .q.d. in illo tempore tantam familiaritatem habebis ad me quod uocabis me nomine amoris et non nomine timoris et hoc impletum est in lege noua que dicitur lex amoris unde aug. breuis differentia legis et euangelij timor et amor et sic hec expositio uidetur magis consona est textui. Ra. Sa. reducit eam ad tempora messie futuri et in hoc errat nam est preteritum.

Tercio cap. a. adhuc dilige mulierem dilectam ab amico. hebr. hec dilectam a socio et quo patet quod amicus in translatione nostra dicitur eius sponsus uel maritus sub quo tamen ingrata adulterauit ideo sequitur sicut diligit dominus filios israel. quos sibi desponsauit in monte synay per legis dationem et statim adulterati sunt colendo uitulum conflatilem exodi xxxij.

Item a. et diligunt uinacia uuarum. hebr. et diligunt dolia uuarum et accipitur hic continens pro contento.

Item b. et fodi eam michi quia populus israel frequenter dicitur uinea domini que per fossiones colitur. hebr. et conduxi eam michi .s. per labores prophetarum meorum reducendo eam ad bonum.

Quarto cap. a. sed et pisces maris congregabuntur. hebr. sed et omnes pisces maris finientur. et glosatur in mediate precedenti ubi dicitur et lugebit terra et infirmabitur omnis qui habitat in ea in bestia agri et in uolucre celi.

Item b. nocte tacere feci matrem tuam. hebr. nocte destruam matrem tuam iherusalem cui que dicta [illegible] inde. eo quod erat metropolis. capud siue de

nocte per caldeos et rex cum uniuersis bellatoribus fu
git tacite per uiam solitudinis. iiij. Re. ultimo.

Item. f. et cum effeminatis sacrificabant. hebr.
et cum meretricibus sacrificabant. et sic fornicabantur
cum eis spiritualiter per ydolatriam sicut et corporaliter
per luxuriam ideo puniuntur et cum meretricibus uer
sabantur.

Quinto capitulo c. qui assumentes terminum. hebr.
qui repellentes terminum potentes et assumunt
tunc partem hereditatis pauperum contiguam
hereditati sue et sic repellebant terminos heredita
tis pauperum a loco debito.

Item. g. et misit ad regem iareb ultorem.
hebr. et misit ad regem iareb. per quem in
telligitur rex egipti.

Sexto capitulo a. quia ipse cepit et sanabit nos
hebr. quia ipse diripuit de predicto. et sanabit
nos. in futuro. et consonat litera sequenti cum
dicit percutiet et curabit nos.

Item. d. propter hoc dolaui in prophetis reddendo uin
dictam eos ad rectitudinem per uerba prophetarum sicut
rectificantur ligna per dolationem. hebr. propter
hoc confregi eos in prophetis. i. confringendos de
nunciaui nisi penituerint.

Item. f. supplantata sanguine sicut fauces
uirorum latronum. hebr. insidiatrix sanguini
sicut insidiatores uiarum. i. potentium
ad maleficiendum et in hoc notantur
principes de galaad de participatione cum latro
nibus et homicidis.

Item. g. eo quod conuertero captiuitatem populi mei
hebr. cum conuertero in captiuitatem populi mei
et secundum hoc illud quod sequitur. Sed et iu
da pone messem tibi. sic exponitur. i. tempore tue
collectionis et translationis in babilonem [illegible]

Septimo capitulo b. quieuit paululum ciuitas
a commixtione fermenti. i. maior pars populi non
consensit ydolatrie ieroboam a principio sed per
partes successiue. hebr. quieuit paululum
excitans etc. i. ieroboam non statim posuit mi
lites ad custodiendum uias ne populus sursum i
ret in ierusalem in diebus solempnibus sed postquam
principes et maior pars populi sibi consensit.

Octauo capitulo c. quoniam in aranearum telas erit uitulus
samarie. i. proiectus erit in loco uili. hebr.
in astellas erit uitulus samarie. i. confringetur
in frusta sicut lignum igni comburendum ex quo
uidetur quod fuit intus ligneus et exterius tantum
aureus et auro sublato per assirios de lig
no factus fuit ignis.

Item. d. munera dederunt amatoribus. hebr.
[illegible] amantes. i. signa magne
dilectionis ostenderunt ydolatris gentibus ut iu
uarent eos de dei auxilio diffidentes.

Nono capitulo c. Scitote israel stultum. aliqui faci
unt de scitote duas dictiones et sic uitium est
[illegible] in hebreo et libris correctis
est una dictio. et israel. accusatiui casus.

Decimo capitulo a. uitis frondosa israel. hebr. uitis
euacuans israel quia bona sua mittebat exeniis ydolatris gentibus ut iuuarent eos ut dictum est.

Item. e. munus regi ultori. hebr. munus
regi iareb. et iste fuit senacherib rex assi
riorum ut dicit Ra. sa.

Item. f. sed et ue eis cum recessero ab eis.
hebr. sed et ue eis recedam de eis. hic est unus
de passibus ueteris textus corruptus a iudeis. et
quod sciendum quod hebrei habent duplicem s. una uocatur
syn. alia sameth. et differunt sono et carac
tere. quando non hec dictio uel [illegible] scribitur per sa
meth significat in recessu meo. quando uero
per syn. significat incarnatione mea. hic autem
scribitur per syn. et ideo uera litera hebraica est. sed
et ue eis in carnatione mea de eis. nam de uirgine
iudea carnem accepit quam incarnationem iudei
pro maiori parte impugnauerunt [illegible]. quod ue
eis. quia per hoc dampnationem meruerunt. sed
ad hoc respondent dicentes quod litera syn. quando
punctatur in parte sinistra habet idem quod sameth.
et sic punctatur in hoc loco. sed hoc est fuga
ueritatis. primo quia hec litera non inuenitur alibi in
textu hebr. sic punctata sicut arguunt contra
eos fratres raymundo in hebraica lingua ualde
perito. Item puncta non sunt de substantia litere nec fuerunt
a principio litere hebraice sed postea fuerunt
inuenta ad facilius legendum.

Item. d. loquimini uerba uisionis inutilis
uerbum est prophete increpantis populum eo quod credebant
falsorum prophetarum. hebr. loquentes uerba [illegible] fal.
i. quando iurant falso iurant.

Item. a. et ferietis fedus cum mendacio. hebr.
et libri correpti non habent cum mendacio sed sic
intelligit.

Item. b. uaccas bethauen coluerunt habitato
res samarie. hebr. uaccas bethauen timuerunt
habitatores samarie. glo. id est uitulos aureos
missos regi assiriorum pro exenio a rege israel
ut iuuaret eum timuerunt habitatores sama
rie que erat metropolis ne magnum in detri
mentum ueniret super totum regnum.

Item. e. effraym uitula docta diligere tri
turam. i. filius est uitule diligentis locum triture
eo quod ibi reficitur [illegible]. non ligabis
os bouis triturantis. hebr. et effraym uitu
la stimulata diligens triturare. i. non dimitto
eas triturare propter punitionem similem [illegible].

Item. g. sicut uastatus est Salmana a prin
cipe madian. iudic. viij. a domo eius qui uin
dicatur baal. i. uindictam agebat et fortis
eius qui uindicatur baal. i. uindictam accepit
de eo cuius altare suffodiendo aliquis [illegible]
uindicatur baal. et inde nichil [illegible] quia uindi
care aliquem est esse pro eo et non et non contra
eum. hebr. Si uastatus est salmana. i. puniti
eis qui non cauet sibi ab aduersariis a domo
insidiatoris. a qua facilius debellatur et
uastatur sicut de ciuitate [illegible] dicitur
iudic. ix.

¶ xi° ca° c. et declinavi ad eum ut vescerentur. hebr. et declinavi .i. diminui eis laborem et plenius metaphorice sublevans iugum a cervice minus depresso.

¶ Item. d. et cepit gladius in civitatibus eorum. hebr. et obsidebit gladius .i. exercitus hostis gladios civitates eorum.

¶ Item. e. protegam te israel. hebr. tradam te israel.

¶ xii° ca° a. iudas autem testis cum deo et cum sanctis fidelibus quod exponunt doctores iuri (sic) quia de tribu iuda que ad verbum domini primo quod dixit eis testis intravit mare rubrum prima post moysen et aaron qui dixit hic sancti fideles. hebr. iudas autem adhuc potens cum deo et sanctis fidelis. quod exponit ra. sa. de regno iude tempore ezechie quod iam destructo regno israel per assyrios adhuc erat potens et cum deo quia devote colebat deum ezechias ad hoc inducente propheta. et cum sanctis fidelis .i. cum deo sancto et benedicto. istud dicit ra. sa. est consilium fidei nec licet precepit suas intenciones quia cum secundum ipsum de deo dicitur. cum sanctis fidelis. per hoc sanctis in plurali exprimitur trinitas personarum in divinis et per nomen singularis unitatis adiunctum .s. fidelis. exprimitur unitas essencie.

¶ Item. c. in bethel invenit eum et hic est ubi propheta loquentur de iacob et angelo cum eo luctante. hebr. in bethel inveniemus eum. et hic est verbum angeli ad iacob unde subditur et ibi loquetur nobiscum. nam ibi preter angelum dixit dominus ad iacob ego deus omnipotens cresce et multiplicare et cetera. gen. xxxv.

¶ Item. d. canaan in manu eius statera dolosa. et hic patet quod chanaan in translacione nostra non est proprium nomen gentis sed est nomen commune significans mercatorem.

¶ Item. d. inveni ydolum michi .s. brutificum. hebr. inveni censum michi .s. ab ydolo dictum. et sic est eadem sententia.

¶ Item. g. et in uxore servavit .i. pro uxore habenda servavit fideliter patrum cum laban. hebr. et uxorem expectabit .s. usque ad annum septimum sine fructibus.

¶ xiii° ca° c. et sicut pardus in via assiriorum. hebr. et sicut pardus in via insidiator.

¶ Item. e. non stabit in contritione filiorum. hebr. non stabit in forma filiorum.

¶ Incipit ioel propheta.

¶ Primo ca°. b. et ficum meam decorticavit. hebr. et ficum meam ad nichilum simpliciter posuit ipsam destruendo.

¶ Item. c. a. a. a. dici in hebreo est una dictio que sic sonat. aha. et est interiectio dolentis.

¶ Item. f. computruerunt iumenta in stercore suo. hebr. mucida facta sunt dolia sub obstructionibus suis et constat ea quod sunt dei (?) demolita sunt horrea et cetera.

Sec° ca° c. sed et per fenestras cadent non ledentur. hebr. in gladiis tenebra ponet et non querent divicias .i. magis erunt intenti in occisioni hominum quam rapine bonorum.

¶ Item. f. et non confundetur populus meus in sempiternum. hebr. hic in seculum quod non importat eternitatem sed temporis longitudinem.

¶ Tercio ca° a. et dederunt puerum in prostibulo ad exercitium venereum contra naturam. hebr. et proiecerunt puerum in ceptum (?) .i. ad lusum lascivorum vel venerum ferunt eum flagicium.

¶ Item. d. sanctificate bellum. hebr. preparate bellum verbum enim hic positum equivocum est ad sanctificare et preparare. translator noster accepit primum. hebr. secundum et inde melius dicitur. nam ad bellum semper requiritur preparatio non autem sanctificatio.

¶ Item. g. et irrigabit torrentem spinarum. hebr. irrigabit torrentem cedrorum. et potest intelligi de corporibus reffigendum quae dominus vivificabit.

¶ Incipit amos propheta.

¶ Primo ca° c. et devorabit domus benadab. hebr. hab (?). benadar benadab enim regnavit immediate ante azael et post azael benadab filius eius.

¶ Sec° ca° c. deceperunt eos ydola sua. dicebant eis falsa responsa vel amphibologica sicut illud aio te eacida romanos vincere posse quod habuit duplicem sensum .s. quod eacida posset vincere romanos vel econverso. ipse non accepit primum et sic deceptus pugnavit contra romanos. et debellatus fuit. hebr. deviare fecerunt eos mendacia sua .i. ydola sua que dicuntur mendacia eo quod ydolum nichil est ut dicit apostolus i. cor.

¶ Item. d. et pauperem pro calciamentis. hebr. et pauperem pro clausuris. quod exponit ra. sa. sic homo potens et malus habens vineam iuxta vineam pauperis cum persecutur eum ut habeat vineam illam qua sic habita aufert clausuram inter medium ut sit tota sic sub una clausura.

¶ Item. c. d. videre thamas multas .i. ydola eas que propheta magnificaverat dixit dominus in sanne. hebr. videre confusiones multas. nam in sacrificiis ydolorum fiebant expense multe inutiles et nocive.

¶ Item. g. et mactavit quadrupedio (?). aliqui dicunt hebr. dicit et in iniquo quadrupedio (?) et est sensus quod ezechias dei cultor iusticias fugientes ad regnum suum misericorditer suscepit et de inimicis pulit (?).

¶ Quarto ca° a. reliquias vestras in olis ferventibus. hoc modo antiochus septem fratres cum matre ii. mach. vii. hebr. et filios vestros in navibus piscatoribus et secundum hoc littera sic dicit aliquorum fuit incipientibus per naviagium.

¶ Item. b. proicietur in armon. qui est locus longinquus a terra israel secundum hanc litteram. hebr. et proiciet divinitus .i. deiciet israel regnum.

¶ Item. c. dedi vobis stuporem dentium .i. famem.

hebr. dabo vobis acuiciem dencium et est eadem
sententia nam famelici dicuntur habere dentes acutos
et ventrem vacuum.

¶ Quinto cap. b. Qui subridet vastitatem. hebr.
qui violentat fortem super comedendo et subderi
det vastitatem ab eo inimicatam.

¶ Item. g. et portastis tabernaculum moloch deo
vestro et ymaginem deorum ydolorum vestrorum sidus dei
vestri. hebr. et portastis siccoth regem vestrum et chiuun
ymaginem vestram. et est et dicunt hebrei siccoth et
chiuun nomina stellarum seu constellacionum quas co
lebant id subditur sidus vel stellacio dei vestri.

¶ Sexto. cap. c. auferetur factio lasciuiencium
hebr. et auferetur potus augmentacionum. i. potatio
vini excessiua que facit lasciuire. proprie re
luxuriosa res vinum etc.

¶ Item. d. tace et non recorderis nominis domini. et
sic est verbum impacientis hominis contra dominum de ma
lo pene sibi inflicto. hebr. Et tollet eum propinquus
suus de combustione sua. i. de loco ubi fuerat corpus
combustum ossa remanencia portabit ad sepultu
locum que possunt de facili portari.

¶ Septimo cap. a. post tonsorem gregis. hebr. post ton
sorem regis. et videtur vera littera corrupta proprie similitu
dinem vel per imperiaciam aliquorum correctorum
ymaginanciam quod tonsio non competit regi. sed gre
gi. Sciendum igitur quod sicut multa ista antiquitus
blada incipiebant crescere agricule ponunt ibi ut
comedant iumenta sic in judea tondebant bla
da et erat illa tonsio pro regis animalibus nutriendis

¶ Item. d. et ecce dominus stans super murum litum
i. linitum quod fit trulla ideo subditur et in
manu eius trulla cementarii. hebr. Et ecce dominus
stans super murum linneatum et in manu eius
linea cementarii est et instrumentum in quo pendet
corda habens plumbum in extremitate per quam videtur
si recte murus erigatur et sic consequenter in hoc
capitulo pro trulla. hebr. habet lineam.

¶ Octavo cap. a. et ecce vncinus pomorum. hebr. et
ecce calathus pomorum per vncinum carnense.
significatur capcio populi captiuandi.

¶ Nono cap. a. Item. a. stridebunt cardines palacii et vero
sunt templi. i. destruetur templum in quo colitur
vitula. hebr. Et stridebunt cardines palacii
et vere fuit per assirios destructum.

¶ Item. a. et in omni loco proicietur silencium
ex clamore mouencium. hebr. in omni loco mit
tit cadauer proice tolle.

¶ Item. c. et pauperem pro calciamentis. hebr.
et pauperem pro clausuris et exponitur sicut . 3.
nono cap.

¶ Nono cap. a. percute cardinem et commoueantur su
perliminaria destruxit. i. hec percussio per mo
dum fulguris descendentis a summitate domus
in qua est pomellus usque ad partem inferiorem
in qua sunt liminaria.

¶ Item. a. auaricia in capite omnium. i. in rege
et principibus. hebr. vulnerato in capite omnium
et gloriati ei quod subditur et nouissimum eorum

gladio interficiam.

¶ Item. c. et defluet sicut fluuius egypti. hebr.
et affundabit. i. limpidabitur sicut riuus egip
ti et per descensum pulueris ad fundum.

¶ Incipit abdias propheta. c. omnes viri federis
tui illuserunt tibi. hebr. omnis viri federis tui
incitauerunt te. s. ad rebellandum et quia non in ve
ritate te ideo illuserunt tibi.

¶ Item. c. ut intereat vir de monte esau. et quod
subditur. proprie interfectionem principium est alterius
versus. hebr. ut abscindatur vir de monte esau
per interfectionem et quod sequitur et proprie iniqui
tatem in fratrem tuum etc. est principium alterius versus.

¶ Item. g. usque ad sarepta. que est ciuitas in
qua vidua pauit heliam prophetam. hebr. usque
sapharth. i. usque in franciam ut dicit. Ra. sa.
et hoc fuit impletum quando per sanctum sauinia
num et alios a beato petro missos fides catho
lica predicata fuit in francia et ciuitas seno
nensis que tunc erat metropolis francie predicto
dedicata per sanctum sauinianum qui cum police
fecit cruces in cementum murorum que apparent
usque hodie tamquam sedebant lapides sicut pasta mo
llis edificauerunt eciam ibi ecclesiam in honorem beati
petri viui et eius socii plures alias ciuitates
francie christo domino subiecerunt.

¶ Item. g. et transmigracio iherusalem que in bo
phoro est. hebr. que in cepharad. i. in yspania
ut dicit. Ra. Sa. quod fuit impletum per beatum
iacobum apostolum et eius discipulos per predicacionem
suam populum iugo fidei catholice submittentes

¶ Incipit ionas propheta.

¶ Primo cap. a. filium amathi. et dicit alius in
latinum quod est nomen patris ione sed secundum hebreos
et verum ionnum est nomen commune significans
veritatem. nam ionas resuscitatus per heliam dictus
est deinceps filius veritatis eo quod mater sua tunc
dixit helie nunc in isto cognoui quoniam vir dei
es tu et verbum domini in ore tuo verbum est.

¶ Tercio. cap. a. et niniue erat ciuitas magna
deo. quia deo voluit misereri ipsius.

¶ Quarto cap. c. vento calido et urenti. hebr.
vento orientali et quieto. hic enim ventus in
illa regione facit magnum calorem dum tamen
non sit ita fortis quod causet refrigerium.

¶ Incipit micheas propheta.

¶ Primo cap. d. vadam spoliatus et nudus
hebr. vadam in scimus. i. clamans et decerpens
me ad modum hominis insanientis et nudus. iu
dei enim in magna tristicia positi lacerabant
vestes suas.

¶ Item. f. tumultus quadrige stupor eius. i. qua
drigarum stuporem terrentium. proprie multitudinem armi
torum et armorum. hebr. liga quadrigam dromedario quod
est animal velocissimum et ponitur designando velocitatis exerci
tus venientis contra turribus et quadrigis.

Secundo ca° b. et cantabitur canticum cum suavitate. hebr. lamentabitur lamentacione lamentum ex quo patet quod ejulacionem vocat lamentationem et sic intelligendum est per contrarium sicut sicut homo stultus dicitur vir sapiens.

Item c. dicit domus iacob et sic refertur ad lectionem precedentem immediate non apprehendet confusio. hebr. dicetur domui iacob. et sic refertur ad id quod sequitur. numquid abbreviatus est spiritus domini. i. voluntas eius benefaciendi populo israel. q. d. non sic eius dicebant falsi prophete populo israel ad decipiendum eos.

Quarto ca° f. dole et satage filia syon. hebr. parturi illa. i. patere illa dolorem ventris filia syon. ideo sequitur quasi parturiens.

Item g. et interficies domino rapinas eorum et fortitudinem eorum. hebr. h. et sanctificabis domino rapinas eorum et substantiam eorum. i. oblacionem facies domino de hiis que non abstulerunt ab te violenter et etiam de diviciis eorum quas acquirunt.

Quinto ca° b. et terram nemproth in lanceis suis. hebr. et terram nemproth. i. terram babillonis in qua primo regnavit nemproth in portis suis. nam cyrus et darius babiloniam armis ceperunt et regem cum multis de populo interfecerunt.

Sexto ca° c. adhuc ignis. i. cupiditatis in domo impii. hebr. adhuc est in domo impii et quod sic illud sequitur thesauri iniquitatis.

Item g. et apprehendes et non salvabis. hebr. et attinges. i. illos qui ducunt filios tuos in captivitatem et non salvabis de manibus ducentium.

Septimo ca° a. ve michi quia factus sum sicut qui colligit in autumpno racemos vindemie. hebr. ve michi quia factus sum sicut qui congregat ficus. et sic intelligitur malas valde et inter [illegible] agrestes ideo sequitur non est botrus. i. aptus ad comedendum.

Incipit naum propheta.

Primo ca° a. deus emulator. hebr. deus [illegible] zelotes [illegible] vero [illegible] sic diffinitur [illegible] est [illegible] sanguinis [illegible] et sic loquitur [illegible] hebraica. alio modo sic [illegible] est appetitus vindicte. et sic loquitur translacio nostra. [illegible] dicitur emulator quia vindicte appetitor. [illegible] et tales passiones non sunt in deo nisi methaphorice. dicitur enim iratus quia punit quasi ad modum irati se habet.

Secundo ca° d. et agitatores eius consopiti sunt. i. aurige eius pre stupore sunt attoniti et secundum hoc coniungitur hoc sequenti in itineribus concluditur sunt etc. et loquitur de exercitu assiriorum debellatorum in narracione bellorum velociter fit transitus de uno exercitu ad alium et converso. hebr. viri eius in [illegible] sunt. i. ligna [illegible] curruum eius optata sunt armis sicut equi multum armati in preliis et secundum hoc coniungitur hoc precedenti cum dicit igne [illegible] currus eius. i. currum quorum [illegible] bene erant refulgentes ad modum ignis et secundum hoc loquitur scriptura de exercitu caldeorum in prelio prevalentium.

Item c. velociter ascendent muros eius. hebr. festinabunt ad muros suos. i. assirii non valentes in campo se defendere cito refugient ad civitates suas.

Item d. et miles captivus ductus est. hebr. et regina in captivitatem portabitur et consonat hoc sequenti cum dicit et ancille eius minabuntur.

Tercio ca° b. et ponam te in exemplum. i. exemplar aliis. hebr. et ponam te in destructionem.

Item c. quis movebit super te caput. hebr. quis lamentabitur te et sic motus capitis in nostra translacione accipitur pro compassione.

Item g. brucus expansus est et avolavit. hebr. brucus expoliavit. i. vegetabilia corrodendo et avolavit corrosione facta.

Item g. quasi locuste locustarum que consident in sepibus in die frigoris. hebr. quasi locustacio locuste. i. congregacio locustarum que requiescunt in parietibus in die frigoris quia tempore frigido libencius se occultant in foraminibus murorum quam in sepibus.

Incipit abacuc propheta.

Primo ca° c. omnes ad predam venient. hebr. omnes ad iniquitatem venient gaudentes.

Secundo ca° a. et apparebit in finem. hebr. et elloquitur in finem et consonat huic quod subditur et non mencietur.

Item c. suscitabuntur lacerantes te. hoc non est in hebreo.

Tercio ca° a. oracio abacuc prophete pro ignoranciis. liber interpretum non habet hic et cum in hebreo est de textu.

Sicut et exultatio pastorum, pro in libro pastorum plenius sunt dictum.

Item b. ante faciem eius ibit mors. hebr. ante faciem eius ibit pestilencia. que proprie dicitur plaga a deo inflicta.

Item c. turbabuntur pelles terre madian. hebr. turbabuntur cortine terre madian. madianite vero in tentoriis habitantes faciebant ea de utraque materia aliqua de pellibus et aliqua de telis.

Incipit Sophonias propheta.

Primo ca° b. destituentur vocati sui. hebr. preparavit vocatos suos. verbum enim hebraicum hic positum equivocum est ad preparare et sanctificare hebr. tamen videntur hic melius dicere quia magis consonat textui.

Item c. visitabo super omnem qui arroganter ingreditur per limen. et secundum expositores limina intelliguntur de ingressu domus domini pompatice. hebr. visitabo super omnem transilientem limen quia aliqui iudei volentes sacerdotes dagon imitari qui non calcabant limen templi dagon ut habetur primo regum. sic non calcabant limen sed ipsum transiliebant in templo domini.

Item d. ululate habitatores pile idest. [illegible] dicunt expositores nostri quod est eo quod est in medio terre habitabilis sicut pilla est in medio pontis. unde versus est pila pontis, pilla ludi, pila calcium. hebr. ululate habitatores [illegible] et sonas prefinam[illegible]

dicit autē ra. sa. q hec est ciuitas que tiberias alibi nominatur et dicitur hic profunda eo q est in demisso loco unde est etiam in parte aquilonari iudee et qua exercitus aduersariorum iudeā intrauit ideo dicitur ululate etc.

Item. d. dispierunt oēs inuoluti argento. qd exponunt aliqui de ligneis ydolis exterius de argentatis. hebr. dispierunt oēs onerati argento. i. diuites qui cupiditate diuitiarum fugiendo aduersarios asportabant secum argentum suum pondus. quod nō poterant ire uelociter et sic fuerunt ab aduersariis comprehensi.

Item. e. et erit fortitudo eorum in direptionem. hebr. et erit substantia eorum. i. diuicie in direptionem

Secundo ca. d. siccitas spinarum et aceruus salis et desertum usque in eternum. hebr. firmitas urtice et cauatio salis et desertum usque in seculum qd nō importat eternitatem sed tempus longum

Item. g. qui attenuabo robur eius. hebr. qui attenuabo substantiam eius. i. eius diuicias.

Tertio ca. g. nugas. i. homines instabiles. q a lege recesserunt congregabo. s. sub legis disciplina hebr. erraticos a lege per ydolatriam congregabo in ueri dei cultu.

Incipit aggeus propheta.

Secundo. ca. f. percussi uos uento urente et uredine. hebr. percussi uos ex siccitate et in initio. quod est nascencia corrumpit paleam.

Item. g. nunquid iam semen in germine est. q. d. non et ideo non potest sciri si germinabit et faciet fructum. hebr. nunquid semen adhuc in horreo est. q. d. sic et ideo de fructificatione eius futura nichil coniecturari potest uia humana

Incipit zacharias propheta.

Primo ca. b. mense sabbath. hebr. mense sebet. sic enim dz scribi.

Item. b. et ecce uir ascendens super equum rufum hebr. et ecce uir ascendens super equum rubeum per quod designabatur effusio sanguinis futura populorum qui in iuste affluerant populum iudaicum

Secundo. ca. a. ut metiar iherusalem et uideam quanta sit latitudo etc. hebr. et liber correptum habuit ut metiar iherusalem et uideam quanta sit latitudo etc. loquebatur enim angelus de iherusalem catiuum.

Tertio ca. e. et uidebunt lapidem stagneum. hebr. et uidebunt lapidem plumbarium. i. uiuum lapidem templi iterum edificatum et consummatum.

Item. g. que sunt super duo rostra. hebr. q sunt duo oliuaria uel oliuas.

Quinto ca. a. ecce ego uideo uolumen uolans. hebr. Ecce ego uideo rotulum uolitantem unde sequitur longitudo eius. xx. cubitorum q nō uidetur competere ligato libro qui proprie uolumen dicitur.

Sexto ca. a. in quadriga prima equi rufi. et secundum hoc per ruffedinem significatur combustio ciuitatis et templi per caldeos. hebr. in quadriga prima equi rubei et secundum hoc per rubedinem

intellegitur effusio sanguinis iudaici in obsidione ciuitatis et eius captione.

Nono ca. b. et sedebit separator in azoto. i. alexander magnus qui bona terre separauit a suis possessoribus et ea distribuit suis bellatoribus. hebr. et sedebit spurius in azoto quod bñ dicitur de alexandro qui natus fuit de adulterio nectanabus et magus sub specie ammonis dei libie cognouit carnaliter matrem alexandri et sic genuit eum.

Item. g. lapides sancti eleuabuntur. hebr. lapides nazarei inuimbus per lapides autem istos intelliguntur electi qui cum eleuantur ad gloriam uirtutum diuinam excellenciam.

Undecimo ca. a. succisus est saltus munitus. hebr. humiliatus fuit saltus munitionis et per utrumque intelligitur destructio iherusalem per romanos.

Item. b. occidebant et nō dolebant. hebr. occidebant et nō peccabant quod dupliciter potest intelligi uno modo q occisores iudeorum nō peccabant eo q in hoc erant executores diuine iusticie sed quia ipsi ut saltem multi hoc faciebant iniqua uoluntate ideo aliter potest exponi sic occidebant et nō peccabant. s. secundum estimationem suam sicut interfectores martirum estimabant se prestare obsequium deo secundum dictum saluatoris. ioh. xvi. uenit hora in qua omnis qui interficit uos. etc.

Item. c. propter hoc o pauperes gregis. hebr. propter hoc o pauperes gregis audite.

Item. e. uirgam uocaui decorem et alteram funiculum. hebr. uirgam uocaui suauitatem et alteram dissipantem per primam intelligitur roboam qui locutus fuit populo ut fuit suauiter et pulchre ut eum attraheret ad se per secundam autem roboam qui respondit populo dure. dicens pater meus cecidit uos flagellis ego autem uos scorpionibus cedam.

Item. e. proice illos ad statuarium. hebr. proice illos ad thesaurarium uel ad figulum. dicitur enim hebraica hic posita ad utrumque equiuoca hoc autem scriptura loquitur de pecunia quam iudas proditor retulit sacerdotibus et eam proiecit in templum ut habetur mt. xxvii. Sacerdotes autem erant thesaurarii et ex illa pecunia emerunt agrum figuli propter quod b pecunia hic predicitur proicienda ad thesaurarium i. ad sacerdotes accipiendo singulare pro plurali quod frequenter fit in sacra scriptura. et ad figulum eo q ex ea emendus erat ager figuli.

Item. g. o pastor et ydolum. hebr. o pastor nichil.

Duodecimo ca. a. ponam iherusalem super liminare crapule ad quod impingunt eam. hebr. ponam iherusalem bacinum amaritudinis ad potandum conuenientes eam.

Item. d. et erit qui offenderit ex eis in die illo quasi dauid. i. cito consequetur misericordiam sicut dauid cum penitenti statim dixit nathan dominus transtulit peccatum tuum. hebr. et debilitatus in eis sic dauid et erit honorabilis coram domino sicut rex magnus. ut exponit. ra. sa.

9 ponit me translatorem nimis pro hebraica litera Dria

Xiiij°. ca°. d. nec operientur pallio saccino. hebr. nec operientur sarga hirsuta tali ueste uetebantur prophete ut legitur de helia. iiij. Reg. p°mo caplo et tale amiciebantur falsi prophete ut magis eis crederent.

Item. d. adam exemplum meum. i. deputatus sum labori rurali sicut adam ad operandum terram de qua sumptus fuerat ut habetur. gen. iij. homo pecudiauit me. i. me conduxit ad pascendum pecora sua.

Xiiij°. ca°. b. in die illa non erit lux sed frigus et gelu. hebr. in die illa non erit lux. s. perspicua. sed claritas et obscuritas. quia clare uidebunt sibi tristabilia sed sibi delectabilia non uidebunt

Incipit malachias propheta.

Secundo ca°. a. mittam in uos egestatem. hebr. mittam in uos maledictionem.

Item. a. ecce ego proiciam uobis brachium. hebr. ecce ego increpabo uobis semen.

Item. c. magistrum et discipulum. hebr. uigilantem et respondentem

Tercio. ca°. d. Si affliget homo deum quia confixistis me. hebr. si rapiet homo deum. i. violentabit eum quia rapuistis me. i. molestastis. loquitur enim scriptura de deo sicut de homine qui dicitur consueuit violentari quando fit uel dicitur aliquid nimium displicens sibi et per talem modum dicitur de deo. gen. vi°. ca°. et tactus dolore cordis intrinsecus etc. potest etiam hec scriptura intelligi de carne assumpta a uerbo que fuit confixa et violentata in eius passione.

Item. d. in penuria maledicti estis. hebr. in maledictione maledicti estis.

Item. f. et quia ambulauimus tristes coram domino hebr. et quia ambulauimus denigrati coram domino ¶ ista enim in signum tristicie de peccatis assumebantur uestes nigras sicut in terra ista pro locis notabiles assumunt uestes nigras in morte amicorum suorum in signum tristicie.

Iiij°. ca°. g. ne forte ueniam etc. hebr. non habet forte. nam aduentus domini ad iudicium expectatur indubitanter de futuro, quamuis determinatio temporis sit ignota. hic autem aduentus iudicis futurus sit reprobis horrendus, electis tamen erit letabundus ideo quod saluator. luc. xxi. loquens apostolis de signis precedentibus aduentum suum ad iudicium dicit his autem fieri incipientibus respicite et leuate capita uestra. i. exhyllarate corda secundum quod exponit beatus gregorius eiusdem glosa omelia prima et subditur sequitur causa quoniam appropinquat redemptio uestra et ideo secundum consilium beati petri ij° ca°. ca°. ij°. Satagamus ut per bona opera uocationem et electionem uestram certas faciamus ut quem redemptorem leti suscepimus. uenientem quoque iudicem securi uideamus dominum nostrum ihesum christum qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum. AMEN.

Alii uero libri qui in nostris bibliis ponuntur communiter inter libros ueteris testamenti. s. thobias iudith sapientia. liber ecclesiastici. libri machabeorum et ultima duo capitula danielis. non sunt de canone nec habentur apud hebreos propter quod quantum ad ipsos non potest aliqua differentia, quamquam aliquorum utrumque differentium presupponit. possent autem aliqui credere quod in hoc opere et in postillis super uetus testamentum multa posuerim de hebraico aliter quam sint in ueritate cum in hac lingua non sim multum sed modicum instructus. propter quod omnes uolo scire quod in dictis operibus nichil posui de hebraico capite proprio tantum. sed cum directione et collatione atque consilio uirorum in hebraico peritorum.

Sciendum etiam quod apud hebreos multa sunt nomina equiuoca et aliquando translatio nostra tenet unum sensum hebr. alium sicut ostendi in pluribus locis in operibus predictis.

Mani etiam doctores hebrei uetus testamentum exponendo propter equiuocationem dictam nituntur uariare ego uero in talibus communiter secutus sum rabi salomonem cuius doctrina apud iudeos modernos magis autentica reputatur

Explicit tractatus de differentia nostre translationis ab hebraica litera ueteris testamenti editus a fratre nicholao de lyra de ordine fratrum minorum

/ a iudeis receptas

Queritur utrum per scripturas [a iudeis receptas] possit probari misterium Christi in lege et prophetis promissum esse iam completum. Arguitur primo quod sic quia Joh. v. dixit salvator iudeis: Scrutamini scripturas quia vos putatis in ipsis vitam habere eternam, et ille sunt que testimonium perhibent de me. scripture vero in quibus iudei putant vitam eternam habere sunt ab eis recepte et sic verbum salvatoris dictum videtur esse falsum nisi per eas posset probari Christi misterium esse completum. hoc autem dictum est in questione. ergo etc. ¶ In contrarium arguitur quia multi iudei subtiles et ingeniosi et scripturis valde studiosi sunt mortui in iudaismo, quod non est verisimile si per scripturas ab eis receptas posset probari impletum esse misterium Christi. nam manifeste vidissent se errare, et sic recessissent ab errore. ¶ Responsio. dicendum quod hic sunt duo videnda. primum est que sunt scripture recepte a iudeis. ¶ Secundum utrum predictum possit per istas scripturas probari probatione efficaci. ¶ Circa primum sciendum quod libri canonici veteris testamenti sunt ab eis recepti, tamquam deo inspirante scripti. Sunt autem in numero xxii secundum antiquam computationem. xxiiii secundum modernam. quia lamentationes ieremie et liber ruth ponuntur modo pro duobus libris a libris ieremie et iudicum separatis.

libri

De istis libris quinque dicuntur legales. scilicet quinque libri moysi et sunt in primo ordine apud iudeos. Alii dicuntur prophetales, scilicet iosue. iudicum. samuel. id est primus et secundus regum. malachim id est tertius et quartus regum. ysaias. ieremias. ezechiel. liber xii prophetarum. et isti sunt in secundo ordine. Reliqui vero dicuntur agiographi. id est scripture sancte vel sacre. et isti sunt liber psalmorum parabole salomonis. iob. ecclesiastes cantica canticorum lamentationes ieremie hester daniel esdre paralipomenon. et isti sunt in tertio ordine. ¶ Considerandum etiam quod isti libri sunt apud eos multipliciter conscripti uno modo pure hebraice sicut primo traditi sunt. scilicet sermone pure hebraico et litteris hebraicis. alio modo hebraice sed non pure videlicet sermone caldaico sed litteris hebraicis quia hebraicum et caldaicum sunt ydiomata propinqua eundem numerum litterarum habencia que tamen quantum discrepant in figura tamen conveniunt in sono et virtute ut dicit ieronimus in prologo galeato et ideo unum ydioma potest faciliter scribi per litteras alterius. hoc igitur modo plures scripserunt vetus testamentum et maxime ionathan filius oziel, cuius scriptura tante est auctoritatis apud hebreos quod nullus sunt ausus sibi contradicere propter quod in libris notabilibus iudeorum ponitur hebraicum purum in una columpna et caldaicum scriptum ab illo ionathan litteris hebraicis in altera et utuntur iudei caldaico propter expositionem, quia aliqua que erant multum obscura in hebraico puro clarius ponuntur et exponuntur in illo caldaico ut infra patebit magis, et ideo illa translatio utilis est ad disputandum cum iudeis in passibus multis. Similiter translatio lxx interpretum apud eos habetur solum apud studiosos. illi enim lxx fuerunt electi de toto populo israel tamquam excellentissimi et doctissimi et periti in lingua hebraica et greca, secundum quod dicit iosephus xii libro antiquitatum. ipsi autem non semper transtulerunt de hebreo in grecum verbum ex verbo, sed frequenter sensum ex sensu, mutantes aliqua vel occultantes ex industria que posset esse causa erroris tholomeo regi. hanc autem translationem noluit habere studiosi hebreorum tamquam suum sapientissimorum, et dicto quod misterii apud eos habentem non posset ipsorum negare cum sunt facta a sapientioribus et valentioribus de toto illo populo et essent tanto numero, et ideo de illa possumus nos iuvare ad plurimum aliquid ipsis iudeis. ¶ Item preter scripturas canonicas sunt alie scripture a iudeis recepte tamquam autentice. scilicet thalmud quod secundum ipsos scriptura non differt a scripturis canonicis nisi sicut lex data verbo. id est lege data scripto quia ista sunt moysi revelata a deo sicut et illa que est scripta in libris moysi sed tamen moyses non scripsit ea que continentur in thalmud et hoc potuit esse duplex de causa ut potest quia non erat multa in populo scriptura talia sicut erat multum de preceptis in lege, vel quia talia magis erant in secreto habenda. moyses tamen tradidit ea Iosue et aliis senioribus verbo sicut habuerat a deo et illi aliis posterioribus eodem modo, et sic omnia quamque scripta sunt per doctores posteriores ne caderent in oblivionem. ¶ Similiter dicta doctorum hebraicorum qui glosaverunt vetus testamentum sunt autentica apud eos multo magis quam apud nos verba ieronimi augustini et aliorum doctorum catholicorum et hoc posuisse propter illud quod scribitur deuteronomii xvii. non declinabis a verbis eorum ad dexteram sive ad sinistram. ubi loquitur scriptura de doctoribus sive sacerdotibus ad quos precepit scriptura in dubiis recurrere, et eorum sententiam in discussione tenere. licet autem huiusmodi scripture pro magna parte sint false scilicet thalmud et glose doctorum hebraicorum, tamen per eas possumus contra eos arguere efficaciter ex quo sunt ab eis predicto modo recepte sicut contra si arguo faceret contra nos ex evangelio et scripturis apostolorum et huiusmodi censeretur efficax quamvis nos reputemus huiusmodi scripturas falsitatem continere. ¶ Viso primo que scripture sunt a iudeis recepte. secundo videndum est utrum illud quod in questione ponitur possit per eas efficaciter probari. Et distinguo de probatione efficaci. quia efficacia probationis potest dupliciter accipi uno modo quod sit tam efficax probatio quod non possit evitari sine evidenti negatione vel contradictione scripture predicte, et sic videtur michi quod non sit ad hoc probandum per predictam scripturam quod in questione continetur cuius ratio est quia misterium trinitatis et incarnationis Christi expressius ponitur in scriptura novi testamenti quam veteris sicut patet manifeste et ab omnibus conceditur, et tamen heretici multi totum novum testamentum receperunt, et pro suis erroribus exposuerunt. Aliqui tamen eorum negant trinitatem personarum in divinis sicut sabellius. et aliqui negant divinitatem in Christo sicut arrius, et aliqui veram humanitatem sicut manicheus qui dixit ipsum habere carnem fantasticam ad quod

sequitur

sequitur Christum non esse verum hominem quia caro vera est
de veritate humane nature similiter Arrius qui dixit Christum
non habere veram animam intellectivam et ad dictum utrum
sequitur Christum non esse hominem, cum ab anima intellectiva
accipiatur species humana. Sic ergo predicti heretici ex-
posuerunt pro se scripturam novi testamenti, multo ma-
gis iudei possunt pro se exponere scripturam veteris testamenti.
¶ Alio modo potest accipi efficacia pluralitatis per scriptu-
ram sic quod licet scriptura possit exponi aliquo modo
saltem ad evadendum absque contradictione manifesta
tamen simpliciter loquendo non potest exponi rationa-
biliter sic, quin semper appareat expositio fidei catholice
rationabilior, et hoc modo credo quod illud quod positum est
in questione, probatum est a iudeis per scripturam veteris testamenti,
et etiam hoc idem plurium potest procedendo hoc modo.
In questione autem duo ponuntur. unum primum quod per-
tinet ad tempus scilicet utrum adventus Christi sit pre-
teritus. secundum quod pertinet ad personam utrum sit deus
et homo in una persona. et illud implicat duo
que fides catholica ponit unionem nature
divine et humane in determinata persona scilicet in persona filii et
non patris, nec spiritus sancti. et hoc ex hoc supponitur plura-
litas personarum in divinis, quod fortissime negatur
a iudeis. ¶ Sic ergo ad planiorem quod in questione po-
nitur per scripturam a iudeis receptam, tria sunt per
ordinem declaranda ex eadem scriptura. ¶ Primum
est quod in unitate divine essentie est pluralitas personarum
sive suppositorum. ¶ Secundum est quod in persona filii
natura humana et divina fuit unita ita quod Christus est verus
deus et verus homo. ¶ Tertium est quod Christum de preteri-
to et non expectandum de futuro sicut expectant
iudei in hoc valde decepti. ¶ Ad declarationem
primi primo adduco argumentum magistri sententiarum in
distinctione primi libri ubi probat pluralitatem
personarum in divinis per illud scriptum primo Genesis.
In principio creavit deus celum et terram etc. veritas
hebraica habet sic, In principio elohim creavit deus
celum et terram. helohim autem est nomen plurale huius
nominis hel vel heloy quod significat deum in singula-
ri. et hoc satis patet scientibus proprietates idiomatis
hebrei. per hoc autem quod nomen plurale divinum con-
iungitur cum verbo singularis numeri, cum dicitur creavit helo-
im, ac si diceretur creavit dii ostendit scriptura quod in deo est aliqua
pluralitas in unitate essentie quia tali modo frequentissime
in veteri testamento invenitur de deo, et de nullo alio
ex quo satis patet quod in unitate divine essentie est aliqua
pluralitas que in nulla alia natura invenitur. et hec
est pluralitas personarum in una simplici essentia, que in
proprio modo loquendi designatur per verbum singularis
numeri coniunctum nomini plurali. ¶ Sed hoc respondent
dicentes quod hoc nomen heloy quando ponitur pro deo in
scriptura indifferenter accipitur pro singulari et plura-
li. Sed quando de deo non dicitur semper accipitur pro
singulari et sic est in proposito quando dicitur in principio
creavit heloy id est deus. ¶ Contra hanc solutionem ar-
guo ex textu sacre scripture quia hoc nomen heloy
et alia nomina divina dicuntur frequenter de deo vero in
plurali quod patet manifeste quia quandoque cum
adiectivis pluralis numeri. Iosue ultimo dicitur non poteris

servire domino quia dominus sanctus ipse. hebraica veritas sic habet
non poteris servire domino quia heloy sancti ipse. ¶ Item .i. Reg.
xvii°. exprobravit aciem dei viventis domini exercituum
dei. Unde veritas hebraica sic habet exprobrasti
acies heloy viventium domini exercituum dei israel. Et
notandum quod ibi ponitur nomen domini tetragrammaton
cum dicitur in auctoritate premissa domini exercituum ubi habemus
dominum in hebreo ponitur nomen domini tetragrammaton quod
significat divinam naturam secundum suas proprietates in-
trinsecas absque respectu ad creaturas ut patebit magis
infra. et sic patet quod in intrinsecis divinitatis est a-
liqua pluralitas per pluralitatem in medio predicte
cum dicitur in auctoritate premissa acies heloy havim id est
deorum viventium et coniungitur illa pluralitas nomini
dei tetragrammaton cum in medio sequitur domini
exercituum etc. et sic patet per hoc quod in unitate divine
essentie est aliqua pluralitas cum summa simplicitate
quod non est in aliis quia semper ubi scriptura ponit
aliquid denotans pluralitatem personarum, ibidem
ostendit essentie unitatem ut patet per auctoritates predictas
et patebit per sequentes. ¶ Item Ysa. liiii. sic
habetur sic dominabitur tui qui fecit te dominus exercituum
nomen eius. hebraica veritas sic habet dominatores
tui factores tui dominus exercituum nomen eius, ponitur
nomen dei tetragrammaton. et ideo ex hac auctoritate
potest argui sicut ex precedenti. Similiter hoc
nomen heloy frequenter coniungitur cum verbo plura-
li. ii. Reg. vii°. dicitur que est gens ut populus
israel in terra propter quam ivit deus ut redimeret si-
bi in populum etc. hebraica veritas sic habet quam sicut
populus tuus gens una in terra propter quam iverunt he-
loym ad redimendum sibi. ¶ Item ecclesiastes
ii°. quid est homo inquit ut possit sequi regem
factorem suum. hebraica veritas sic habet quid est
homo ut veniret post regem qui iam fecerunt eum. patet
ergo ex predictis quod predicta responsio est falsa, quia
nomen heloy dictum de deo vero frequenter accipitur
in sacra scriptura in plurali, quod patet ex predictis
auctoritatibus que non possunt intelligi ad hanc nisi de deo
vero propter quod aliter solvunt alibi in glosa super illud
ecclesiastes quod inductum est, quid parum est homo qui iret
post regem qui iam fecerunt eum. glosa hebraica
si queratur qui fecerunt eum scilicet hominem potest dici de
sancto et domino consilii sui et illis respondetur
in glosa super ps. xlix. deus deorum dominus locu-
tus est etc. in hebreo sunt tria nomina divina scilicet hel helo-
him et nomen domini tetragrammaton loco cuius
habemus hoc nomen dominus. querit ergo glosa quare in
scriptura tam est hic positum ter nominatur deus in primo
huius psalmi. respondet, ut ostendat quod dominus in suis
proprietatibus creavit seculum. Si considerentur iste
responsiones due sunt verissime, prima cum quod dicit
quod deus et domini consilii sui fecerunt hominem et propter
hoc dicitur ecclesiastes ii° in plurali quid est homo qui iret
post regem qui iam fecerunt eum. hic accipitur
pro filio qui est verbum mentis paterne et spiritus
sanctus amor ex ipsis procedens. similiter est secundo que
dicit quod aliquando ter nominatur deus quia dicitur in tribus
proprietatibus creavit mundum et est trinitas quia tres

sunt proprietates in divinis paternitas filiatio et spi
ratio que sunt proprietates constituentes personas et
inmediate creatis est in tribus proprietatibus istis quoniam in
diversa sunt opera trinitatis patet etiam ex hiis quod
non est quoniam intencionem doctorum antiquorum hebre
orum quod aliqua pluralitas personarum ponatur in divinis
cum tamen fuerit unitas divinitatis quam unitatem
catholici verissime confitentur. hanc autem respon
sionem ultimam que ut visum est non est quoniam. Vin
centius posteriores iudei depravant dicentes quod ille
tres proprietates in quibus deus creavit mundum sunt
divina sapiencia bonitas et potentia in quibus facit
omnia et ideo in principio genesis dicitur in principio creavit heloym
in plurali ad demonstrandum istas tres proprietates
que sunt attributa deo in quibus operatur et eodem modo
exponunt auctores alias. Sed ista responsio non est
rationabilis primo quia sicut deus operatur per potentiam
sapientiam et amorem ita artifex creatus operatur
per artem suam scilicet per regulam directivam et
per potenciam transmutandi materiam et per amo
rem lucri, sicut patet. Sine dubio quia patet predicta scilicet patet
potenciam sapienciam et bonitatem divinam nomen
divini ponitur in plurali quoniam dicitur operari eadem
ratione vel maiori deberet scriptura sic loqui de artifice
creato eius operationem exprimendo quod non invenitur.
et talis modus loquendi de deo in sacra scriptura
semper habet. Et confirmatur ideo quia sapientia amor
et potencia plus differunt in artifice creato
scilicet etc. absolute quod non potest esse in deo ergo mo
dus loquendi in plurali magis competit in expressione
operationis artificis creati quam ipsa dei. Item ar
guitur sic intencio moysi fuit inducere populum ad
cultum unius dei et eum ab ydolatria revocare ad
quam populus erat pronus ut patet ex toto decursu
veteris testamenti. Cum igitur per modum loquendi predictum
in plurali posset generari aliqua occasio cogitandi
aliquam absolutam pluralitatem in divinis, non est verisimile
quod moyses qui cognoscebat pronitatem populi
ad ydolatriam usus fuisset tali modo loquendi,
et in scriptis reliquisset nisi per hoc similiter
sapientibus indicare voluisset quod cum unitate
simpliciter essentie stat pluralitas personarum alias sine
modo scribendi esset contrarius sue intencioni. Scien
dum etiam quod in hebreo misteria abscondita
et solis sapientibus nota ex modo scribendi
ut communiter frequenter designantur. Ista sunt que
dixi de hac re cum hanc questionem determinarem.
Sed postea venit ad manus meas quidam libellus
hebraice scriptus ubi ista ratio solvitur aliter
et quoniam ad hoc dixit sic auctor istius libelli quod
illi qui arguunt pluralitatem personarum in divinis
per hoc nomen heloym quod pluralitatem significat
decipiuntur supponendo fundamentum falsum. quia
talis modus loquendi aliquando invenitur de uno solo
sicut patet primo regum ubi scriptura loquens de sus
citatione samuelis dixit illa mulier phito
nissa. vidi heloym ascendentes de terra et
sequitur ex verbis saulis qualis est forma eius
Item non solum loquitur scriptura de hoc nomine heloym

sed etiam de aliquibus aliis ubi quoniam. ezechielis. xlvi. di
citur in die autem kalendarum vitulum de armento immaculatum
etc. in hebreo non ponitur quod significat immacula
tum Sed tamim quod est plurale huius nominis
tam et coniungitur cum vitulo in singulari et tamen
per hoc non notatur aliqua pluralitas. quare etc. et
sic per ista loca scripture arguitur contra predicta. Item
aliquando verbum plurale numeri coniungitur cum nominibus sin
gularis numeri vel econtra. canticorum primo. dicitur trahe me post
te curremus etc. et sic non valet argumentum quo probatur
pluralitas personarum ex hoc quod nomina divina coniunguntur
cum verbo plurali numeri ut videtur. Sed per ista non mul
tum infringuntur ea que dicta sunt quia secundum expositores
hebraicos samuel non surrexit solus sed moyses
cum eo dicunt enim quod samuel non surrexit tunc virtute
magica sed virtute divina seu permissione quod deus
quievit cum opinione illa quam tangit augustinus
in epistola ad simplicianum dicunt enim iudei quod samu
el timuit ad divinum iudicium vocari et rogavit
moysen venire secum ut esset sibi testis quod integre
servasset legem ab eo scriptam. mulier igitur phitonissa
que solum samuelem vocaverat videns alium ipsum
associantem, dixit in plurali vidi ascendentes
deos de terra. id est homines divinos et indicavit modum
sue visionis sauli sed breviter scribitur primo regum.
Saul autem non quesivit nisi de figura illius qui
primo apparuerat et non de associante ipsum. Et
propter hoc quesivit in singulari qualis est forma eius
quia cum solo samuele volebat loqui et sic patet
quod ex dictis doctorum hebraicorum exponentium passum
illum non infringitur argumentum nostrum predictum sed potius confir
matur quia heloym de duobus dicitur. Si autem dicatur
secundum aliam opinionem quam tangit etiam augustinus quod non
fuit vere samuel qui apparuit tunc dicendum quod
duo apparuerunt. scilicet demon paratus illi mulieri
magice et samuel in quadam forma representans sa
muelem et propter hoc dixit in plurali vidi deos etc.
Saul autem non quesivit nisi de uno. scilicet samuele
quem vocari fecerat. Ad illud secundum dicendum quod tami
mim quod significat immaculatos in plurali non coniun
gitur cum vitulo in singulari ut arguitur et male sed
cum genitivo pluralis numeri non enim huius varietatem ca
suum sicut et nos sed tantum variantur secundum numerum singula
rem et pluralem et est sensus in die kalendarum vitu
lum de armento et immaculatorum. id est de numero illorum
immaculatorum qui ad hoc servabantur. faciet sacri
ficium etc. Ad cuius evidentiam sciendum quod ex sta
tuto legis in principio cuiuslibet mensis debebat offerri
vitulus unus immaculatus et ideo ordinaverant sacer
dotes ut in uno loco prope templum servarentur
tales vituli. xii. ad minus et de illis ad hoc reser
vatis semper accipiebat ille qui in principio mensis
seu kalendarum quod idem est offerebat et
de tali oblatione loquitur ezechiel in predicto loco ideo
ad hoc significandum ponitur tamimim in plurali quia
unus de pluribus sic dictis debebat offerri et sic
patet quod ea que dicta sunt de nomine heloym per predicta
non infringuntur propter hoc antiqui doctores heb
reorum aliter nitebantur solvere predictum argumentum ut patet

ex predictis

ex predictis. Ad tertium dicendum quod liber canticorum a
doctoribus hebreorum exponitur de deo et synagoga. sicut
a doctoribus catholicis de christo et ecclesia ut dicetur
inferius. igitur secundum eos illa predicta auctoritas. Trahi
me post te. sunt verba synagoge que dicitur sponsa dei
et non dicit una persona singularis sed pluralis collectio
fidelium, ideo ad hoc denotandum subditur curremus
in plurali et ideo ponitur hic ad denotandum plura
litatem personarum etc. hoc non infringit argumentum
de hoc nomine helohim et aliis nominibus divinis et
de nomine dei tetragrammaton que coniunguntur cum
illis pluralibus ... ad denotandum aliquam pluralitatem
per modum predictum. Quare magis per hoc argumentum
predictum confirmatur. Aliqua autem alia inducit
auctor predicti libelli ad suum propositum que obmitto
ad presens eo quod predicta solutio patet. eo quod
librum illum intendo in plane per omnia ostendendo quod
ibi multa tanguntur de fide christi. [I]tem non arguitur
pluralitas personarum in divinis solum ex hoc nomine helohim
ut ipse supponit. dicens quod catholici in ... titulo
... ostenditur, sed eandem pluralitatem clarius ex
primunt prophete in multis locis. Ubi gratia in psalmo xlv.
qui non potest exponi ad literam nisi de christo ut ego
diffusius declaravi super epistolam ad hebr. i. capitulo
et ibidem sic dicitur de christo sedes tua deus in seculum
seculi virga directionis virga regni tui. dilexisti
iustitiam et odisti iniquitatem propterea unxit te deus
deus tuus. In hac autem exprimitur christus tamquam deus.
unctus quia humanitate unctus est plenitudine gratie. exp
rimitur etiam in hoc deus ungens tamquam persona distincta
ab ipso uncto quia scriptura de ipso ungendo loquitur
tamquam de alia persona. [N]otandum etiam quod ex parte
dei ungentis duplicatur hoc nomen deus cum dicitur
unxit te deus deus tuus, ad denotandum personam
patris et spiritus sancti et sic patet ex hac autem pluralitas
personarum et divinitas ipsius christi ... quod ad idem pro
bandum inducit eam apostolus in epistola de ad hebr.
i. capitulo. [I]tem psalmo cix. dicitur sic dixit dominus domino
meo sede a dextris meis. et quia ista sunt verba
patris ad filium ut patet per translationem caldaicam
que sic habet. dixit dominus verbo suo. patet etiam ex
illo quod sequitur in eodem psalmo cix. ex utero ante
luciferum genui te. quod non potest competere nisi filio
dei. per hoc quod dicitur hic verbum dei. et ex utero i. dei
substantia ostenditur unitas essentie. quia divinitas pluralitatem
non potest. per hoc etiam quod dicitur genui te (?)
de substantia dei ostenditur distinctio personarum quia nulla res ge
nuit se ipsam. Similiter per hoc quod dicitur sede ad dexteram
dei una et persona non potest sedere ad dexteram sui ipsius
et sic ex hac autem patet pluralitas personarum in divinis
et maxime quia hic psalmus non potest exponi ad literam nisi de
christo sicut prius declaravi in epistola ad hebr. i. capitulo
psalmo. quod salvator allegat eam in hoc sensu math. xxii.
et apostolus ad hebr. i. capitulo. [I]tem non solum plura
litas personarum exprimitur in scriptura veteris testamenti sed etiam
determinata pluralitas, videlicet trinitas. Ubi gratia ysaie
xlviii. non a principio in abscondito locutus sum ex
tempore antequam fieret ibi eram et nunc dominus
deus meus misit me et spiritus eius. Ista sunt verba dei

loquentis quod patet ex textu immediate precedenti
similiter ex hoc quod immediate subditur hoc dicit re
demptor tuus sanctus israel. In hac igitur autem ysaia pre
missa loquitur deus de datione legis que data fuit in
manifesto quia de die. et audiente toto populo vocem dei
loquentis ut habetur exo. xix. et xx. capitulo et hoc est quod
dicit non a principio locutus sum in abscondito, a principio
i. quando lex primo fuit data. et immediate subdit et
nunc dominus deus meus misit me et spiritus eius. ubi deus
dicit se missum a deo et spiritu eius. Manifestum autem est
quod item mittentem et missum semper debet esse distinctos
persona. igitur trinitas personarum est in divinis. s. dei mis
si. dei mittentis et spiritus eius. deum autem missum
dicimus filium incarnatum deum mittentem et spiritum
eius dicimus patrem et spiritum sanctum et sic patet tri
nitas personarum. [A]d evadendum autem istud dictum
rabi salomon adinvenit unum mendacium super locum
dicens quod omnes prophete fuerunt in monte synay cum moyse. et
ibi acceperunt prophetias suas sicut etiam moyses
legem sed postea prophetias illas denuntiaverunt et pu
blicaverunt populo tempore a deo declarato et ideo dicit
quod verba premissa fuerunt verba ysa. ab illo loco ex
tempore antequam fieret ibi eram. i. tempore dati
onis legis de qua ibi fit sermo fui in monte sy
nai. et quod subditur et nunc me misit dominus
etc. refertur ad tempus quo ysaias missus est ad an
nuntiandum populo illa que prius acceperat in monte
synai. Ad hoc [S]ed illud dictum patet esse falsum
multipliciter primo quia immediate premittitur verbum
dei non a principio in abscondito locutus sum, et im
mediate subditur ex tempore antequam fieret etc. et sic ex
modo loquendi patet quod est verbum eiusdem et sic patet
illud non esse verbum ysa. sed ipsius dei, sicut et primum
quod autem primum sit verbum dei loquentis de datione le
gis patet per textum precedentem quia premittitur ego pri
mus et ego novissimus manus mea fundavit
terram etc. quod non potest dici de ysaia. [I]tem
glo. hebraica que reputatur apud eos autentica
super illum locum exo. xx. ego dominus deus tuus etc. di
cit sic. Et dicas in sexto fuit sermo. s. legis
et nomine iam dictum est ysa. xlviii. non a principio
in abscondito locutus sum etc. et sic patet per
illam glo. quod illud verbum ysaie dicitur in persona dei
loquentis de datione legis. Item super illud
exo. xix. venerunt in solitudinem synai etc. dicit glo.
apud hebreos autentica data est lex in publico
ut omnis qui vult eam recipere recipiat. scilicet et ante
... et ... dicit ysa. xlviii. non a principio
in abscondito locutus sum etc. et idem habetur super
illud exo. xx. ego sum dominus deus tuus etc. sic
patet non solum ex textu precedente et subsequente sed
etiam ex glossis hebraicis apud iudeos autenti
cis quod auctoritas preallegata ysa. non a principio
etc. non est intelligenda de ipso ysa loquente
in sua persona sed magis loquitur in persona
dei qui primo dedit legem in monte synai
et postea missus est in mundum a deo patre et spiritu
eius ad redemptionem generis humani secundum quod exp
rimitur manifeste in auctoritate predicta et in fine illius

auctoritate ponitur hic dicit dominus redemptor tuus
sanctus israel. Item quod dicit ysaiam fuisse in mon
te synai est valde absurdum quia ysaias non erat
adhuc natus immo fuit post fere per vi.c.l.x
xviii. annos quia ab exitu de egypto usque ad
iiii. annum regni salomonis in quo fundatum est
templum fluxerunt anni iiii.c.lxxx. ut dicitur iii.
Re. vi. et ex tunc usque ad primum annum ozie regis
iude sub quo cepit ysaias prophetare fluxerunt anni
ii.c. vi. ut potest haberi de facili computando tempora
regum intermediorum inspiciendo. Tercium et iiii.
librum Re. Si autem dicatur quod ysaias postquam cepit
prophetiam in monte synai mortuus est et
postea tempore ozie resuscitatus illud videtur
esse fictum quia scriptura nullo modo hoc innuit sed
magis contrarium et maxime quia oporteret hoc
idem dici de omnibus prophetis ut patet ex predictis
Si autem dicatur quod anima ysaie creata fuit ante corpus
et sic fuit in monte synai in anima et non in corpore
postea illa anima tempore ozie coniuncta est corpori
per viam nature generato et organizato hoc
dictum est contra scripturam Gen. ii. Formavit
deus hominem de limo terre et inspiravit in
faciem eius spiraculum vite. Ex quo patet manifeste
quod organizacio corporis humani precedit origine
creacionem et infusionem anime. Item Zach. xii. dicitur
et dixit dominus extendens celum et fundans terram
et fingens spiritum hominis in eo ex quo patet
quod anima hominis creatur in corpore ipso iam organi
zato. Unde et glosa hebraica super locum istum
dicit creator creat animam cum perfecte figure cor
poris humani. Item arguitur contra utramque
responsionem similiter quia si ysaias prophetia fuit in
monte synai tempore legis date etiam sive in anima
tantum sive in anima et corpore et ibi accepit prophetiam
quam postea denunciavit et similiter alii prophete se
quitur quod scriptura veteris testamenti pro magna parte
sit falsa que frequentissime dicit prophetis ante
pulsis spiritum prophetandi de novo sicut patet de
helyseo. iiii. Re. ii. et de ezechiele. Eze. primo et
de multis aliis similiter. Quod revelaciones sine facte
prophetis propheticis de illis qui ignorabant sicut patet
de helyseo. iiii. Re. x. ubi dicitur de illa muliere
sunamite anima eius in amaritudine est et dominus
celavit a me et de daniele. Dan. ii. primo capitulo
quomodo dominus dedit ei intelligenciam visionum
et ii. capitulo qualiter ei revelatum est sompnium
nabugodonosor et eius interpretacio et. ix. capitulo
quomodo introducitur gabriel angelus revelans dani
eli misterium ebdomadarum et in pluribus aliis
locis eiusdem libri similiter introducitur et similiter in a
liis libris veteris testamenti ut patet intuenti preter
quod exempla omnia ista pluralitatem dicendi
hec autem omnia et similia essent simpliciter falsa
si prophete accepissent prophetias suas in monte sy
nai quia ex tunc fuissent de omnibus illuminati
sive fuissent ibi in corpore et in anima et sic patet quod
dictum. Ra. Sa. non solum est contra prophetiam
totalis que dicit animam non precedere corpus

Sed etiam contra totam scripturam veteris testamenti
ut patet ex predictis et sic ex predictis a iusticie
ysa. patet trinitas personarum in divinis. Ad idem
etiam facit illud quod dicitur ecclesiastici iiii.
funiculus triplex difficile rumpitur glose he
braice sensus videtur esse misterium trinitatis dei et u
nitas non de facili dissolvitur. Sed hanc glosam
antiquam moderni iudei pervertunt retorquentes
hoc trinitatem et tria attributa divina que sunt sapientia
potencia et bonitas set hoc est superius
improbatum. Patet igitur primum principale. Secundum principale
pluralitas personarum in divinis posito prelum per
scripturas a iudeis receptas. Secundum principa
le probandum est scilicet incarnacio dei. Probatur ita quod
messias promissus in lege et prophetis sit verus deus
et verus homo. Ad hoc autem probandum addu
co auctoritatem Jere. xxiii. capitulo ecce dies veniunt
dicit dominus et suscitabo david germen iustum
et per hoc appropriate christi messias quia hec auctoritas
secundum expositores hebreos intelligitur de ipso
ad literam et sequitur in eadem serie textus et de
eadem persona et hoc est nomen quod vocabunt
eum dominus deus iustus noster in hoc exprimitur ipsius
christi vera divinitas quia ubi habemus dominus iustus
noster in hebreo habetur nomen dei tetragrammaton
quod quidem nomen est proprium dei et propter hoc
de nullo dicitur nisi de deo vero. Sed ad hoc
respondent aliqui dicentes quod nomen domini tetragram
maton non dicitur de deo tantum modo sed etiam de a
liis. Ubi igitur ezechiel ultimo de illa civitate que
ibi describitur dicitur et nomen civitatis dominus ubi habemus dominus
in hebreo habetur nomen domini tetragrammaton et sic
illud nomen dicitur de civitate illa et tamen non est idem
quod deus gloriosus. Item Gen. xxii. capitulo dicitur vocavit a
braham nomen loci illius dominus videt ubi habemus in
hebreo habetur nomen domini tetragrammaton et sic
locus ille vocatur illo nomine. Item iudi
cum. vi. edificavit gedeon altare domino voca
vitque illud domini pax et ibi est nomen domini tetra
grammaton et sic illud altare vocatur nomine
domini tetragrammaton ut videtur. Item Exo. xvii.
edificavit moyses altare domino et vocavit
nomen eius dominus exaltacio mea ubi habemus dominus
in hebreo habetur nomen domini tetragrammaton.
et sic idem quod primum. Sed predicta responsio nulla
est quia nullum predictorum nominatur nomine dei pro
prio quod est nomen domini tetragrammaton
et sic idem quod primum sed nominatur quodlibet predictorum
a quodam effectu dei quod solo deo nominatur illo nomine
et hoc non est inconveniens sicut aliquis homo bene
vocatur a deo datus vel deo dedit vel aliquid hu
iusmodi non tamen vocatur deus absolute quia
hoc esset impium et hoc patet distinguendo per omnia
predicta quia ezechiel ultimo non dicit nomen civitatis
dominus sed nomen civitatis dominus ibidem id est nominari
debet a deo inhabitante et hoc patet per translacionem
caldaicam que sic habet nomen civitatis
exponens a die qua faciet dominus descendere dicitur
suam ibidem. Similiter Gen. xxii. capitulo non dicit

in anima tamen sive fuissent.

hebraice habet domino pax

vocavit

vocavit abraham nomen loci illius dominus absolute
sed dominus videt, quia ille locus est denominatus a diuina
visione quia vidit ibi tribulationem et afflictionem
ysaac liberatus eius a morte et arietem loco eius
positum, vel aliter quia abraham vidit ibi in spiritu
templum deo edificandum per salomonem in quo deus
inuisus erat preces ipsius et oblationes et hoc patet
per caldaicam ubi dicitur adorauit ibi abraham
et ait coram domino hic erunt colentes generationes si-
mili modo. Exodi xvii. capitulo moyses non vocavit illud
altare nomine domini tetragramaton absolute
sed vocauit illud dominus exaltatio mea, a
quodam effectu diuino quia dominus liberauit ibi populum
de manu amalech ad preces eius scilicet moysi ut
patet ibidem. ¶ Item iudicum. vi. gedeon non
vocavit illud altare nomine domini tetragramaton
absolute sed a quodam effectu dei et ideo vocauit
illud domini pax vel domino pax quia dominus promi-
serat sibi pacem ab inimicis persequentibus eum et
de facto compleuit et hoc patet per translationem
caldaicam que talis est. Edificauit ibi ge-
deon altare domino et seruiuit super illud domino,
qui fecit ei pacem. Patet igitur ex predictis quod nomen
domini tetragramaton non dicitur de aliquo nisi
de ipso deo vero hoc etiam expresse dicit raby moyses
in libro directoris perplexorum dicit quod omnia nomina
dei denominata sunt ab operibus diuinis preter nomen domini
tetragramaton, quod est appropriatum altissimo
creatori et secundum ipsum significat diuinam essentiam
cum proprietatibus suis intrinsecis, cetera autem nomina
diuina imposita sunt ab operationibus diuinis sicut patet
de hoc nomine heloym et adonay que sunt ceterorum
videlicet magis propria. Cum enim hoc nomen hel vel
heloym imponitur ad significandum dominum in generali prouidentia
sic enim communicatur aliis unde iudices et sapientes
et diuina sapientia prediti aliquando vocantur he-
loym in sacra scriptura secundum quod dicitur in psalmo. ego
dixi dii estis. in hebraico ponitur heloym et similiter
utitur in pluribus locis et similiter de hoc nomine adonay
quod imponitur ab uniuersali prouidentia et ideo dicitur in scriptura
de potentibus et regibus non sic autem est de nomine do-
mini tetragramaton quod significat essentiam nudam
et puram absque respectu ad creaturas ut dicit doctor pre-
dictus et ideo non est communicabile alteri et ideo cum ipse christus
nominetur hoc nomine ut habetur per auctoritatem pre-
allegatam ieremie. xxiii. patet quod ipse est verus deus
¶ Propter quod alii aliter soluunt auctoritatem predictam
corrumpentes veram literam dicentes quod sic est in he-
breo. ie. xxiii. capitulo et hoc nomen est eius qui vo-
cauit eum dominus iustus noster ita quod nomen domini tetragra-
maton loco cuius ponitur in nostra translatione dominus
ut dictum est non refertur ad messiam filium dauid
sed ad ipsum verum dominum qui vocauit ipsum ad liberatio-
nem populi israel. Sed contra hoc non potest argui nisi osten-
dendo quod corruperunt literam ut negarent christi diui-
nitatem, si autem ostendere posset fieri ex antiquis bi-
bliis que non essent corrupte in passu isto et in a-
liis in quibus fit mentio de christi diuinitate, sic posset
bene et hoc modo illi qui precesserunt nos conuincebant eos
in isto passu et consimilibus arguebant. licet autem ego non
viderim aliquam bibliam hebraicam que non sit cor-
rupta in isto passu et consimilibus arguebant tamen
audiui a fide dignis tante scientie et vite affir-
mantibus vidisse quod sic videbatur in antiquis bi-
bliis sicut habet translatio nostra supra inducta. Si autem
non possint haberi antique biblie non corrupte recur-
rendum est ad alias translationes quas iudei modo
bibie non possunt negare et per hoc potest predicta
falsitas deprehendi et primo deprehenditur per translationem
lxx. interpretum que sic habet sic translatio solum ut
patet per officium ecclesiasticum quod de illa translatione est
assumptum in quo quidem officio sic ponitur ista auc-
toritas in diebus illis saluabitur iuda et israel habitabit
confidenter, et hoc est nomen quod vocabunt eum dominum iu-
stus noster ex quo patet quod nomen domini tetragramathon
refertur ad ipsum christum. Sed queret aliquis et bene
quomodo lxx. sic transtulerunt quia quantum poterant
occultabant in sua translatione diuinitatem christi, ne rex ptolo-
meus crederet eos adorare duplicem diuinitatem secundum quod
dicit ieronimus in prologo super penthateucum et in pluribus
aliis locis. ¶ Dicendum ad hoc quod septuaginta suffi-
cienter exprimunt diuinitatem christi quia transferentes de he-
braico in grecum non potuerunt ponere nomen domini
tetragramathon sed loco eius posuerunt nomen commune
kyrios quod in greco sonat idem quod dominus apud nos et
hoc nomen potest dici indifferenter siue de deo siue de
quolibet magno principe et homine potente. quod autem
contra hoc predicta ie. xxiii. non est efficax ad probandum
diuinitatem christi secundum translationem lxx. sed solum ex
hebraica veritate secundum quem modum ego processi.
¶ Secundo patet falsitas iudeorum in loco predicto per transla-
tionem caldaicam que est autentica apud eos ut
dictum est supra ibi ecce dies veniunt dicit dominus
et suscitabo dauid messiam iustum [illegible]
germinem iustum ex quo patet quod hec auctoritas intelligi-
tur de christo ad literam secundum translationem caldaicam et
hoc est nomen quod ipsi appellabunt eum dominus iustus noster et
ieremie. xxxiii. translatio caldaica habet. et hoc
est nomen quod ipsi dicent dominus iustus noster et ibidem
ponitur nomen domini tetragramathon ubi positum
est hoc nomen dominus ex quo patet quod in hebraica ve-
ritate non est vocabit sed vocabunt. Et sic patet
quod nomen domini tetragramathon refertur ad mes-
siam quo nomine dicit ieremias ipsum appellandum
ut notandum ut cum ab illis videtis. ¶ Et ideo alii aliter
soluunt dicentes quod per hoc nomen non datur quod mes-
sias sit deus quia non dicitur quod debeat esse deus sed quod voca-
bitur. ¶ Sed ista responsio non valet quia si vocatio
vel nominatio vera est sequitur quod iste sit deus re sic
et nomine sic autem est in proposito quia ibidem premittitur
de ipso sic nominato ecce dies veniunt dicit dominus
et suscitabo dauid germinem iustum et regnabit
rex et sapiens erit et faciet iudicium et iustitiam
in terra si autem esset falsus si nomen diuinitatis proprium sibi
usurparet, et illo nomine se vocari permitteret
nisi in veritate deus esset. ¶ Item licet iudei expectent
messiam purum hominem futurum tamen expectant eum
sicut ipsi sanctissimum et sanctiorem moyse

hoc autem esset impossibile si permitteret se vocari nomine dei tetragrammaton nisi sic esset in veritate ymo incurreret peccatum blasphemie et sic patet quod illa obiectio nulla est. Item ad probandum christum esse deum et hominem verum adducitur auctoritas ysa. ix. ubi dicitur sic de christo parvulus natus est nobis et filius datus est nobis et factus est principatus super humerum eius et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi princeps pacis per hoc quod dicitur parvulus natus etc. ostenditur ipsius vera humanitas per hoc autem quod subditur et vocabitur nomen eius admirabilis etc. apparet eius deitas. Sed hoc respondent dicentes quod in hebreo non habetur vocabitur sed magis vocabit et sic illud quod in medio sequitur quod deitatem exprimunt non referuntur ad parvulum natum natum sed ad deum verum qui vocabit eum et nomen pueri ponitur in fine auctoritatis cum dicitur princeps pacis ita quod secundum eos non est ibi princeps in nominativo sed magis in accusativo principem pacis quod de facili potuit dicere quia nomina apud eos sunt indeclinabilia et ideo eodem modo scribitur nominativus et accusativus est. igitur littera autem secundum eos talis parvulus natus est est etc. et vocabit ille qui est admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi nomen eius id est nomen parvuli nati principem pacis et ideo dicunt quod ista auctoritas intelligenda est de ezechia rege iuda sub quo deus dedit pacem populo interfecto exercitu sennacherib regis assyriorum ab angelo domini immisso ut habetur iiij regum xviiij. ut si dicatur quod de christo debebat intelligi per hoc nomen non probatur eius divinitas. Sed quia sic respondentes corrumpunt textum recurrendum est ad alias translationes sive in ma auctoritate sunt dictum et primo patet hoc falsum per translationem lxx. in textu que habet vocabitur sicut translatio nostra quia nomina exprimentia divinitatem christi apposuerunt in sua translatione tunc predicta in precedenti auctoritate et ideo sic transtulerunt puer natus est nobis et filius datus est nobis cuius imperium super humerum eius et vocabitur nomen eius magni consilii angelus et ideo de isto modo in officio misse cantatur in natali domini quia officium ecclesiasticum in hiis que accipiunt de veteri testamento sequitur translationem lxx. interpretum saltem ut in pluribus per hanc translationem patet quod in hebreo non est vocabit sed vocabitur ut illi dicunt corrumpentes textum et per consequens quia ista nomina admirabilis consiliarius deus fortis etc. que sunt exprimentia divinitatem referuntur ad puerum natum sicut etc. que in istis nominibus correspondent in translatione lxx. interpretum et vocabitur nomen eius magni consilii angelus quod idem significat implicite et occulte et ista nomina divinitatis christi exprimentia significant explicite et manifeste quia maximum secretum et consilium divinum sit incarnationis dominice misterium antequam in effectu compleretur. Patet etiam per hanc translationem quod hec auctoritas non potest intelligi de ezechia rege iuda quia ista nomina divinitatis expressiva scilicet admirabilis consiliarius deus fortis etc. non possunt ei convenire et per consequens in fine auctoritatis non habetur in hebraico principem pacis in accusativo ut ipsi dicunt corrumpendo textum sed magis princeps pacis in nominativo quia sicut dictum est in auctoritate premittitur vocabitur et non vocabit et per consequens si in fine auctoritatis poneretur principem pacis in accusativo casu esset maledictum ut de se patet. Item quod dicunt istud pacem debere intelligi de pace quam habuit populus israel sub ezechia interfecto exercitu sennacherib patet falsum per textum sequentem quia immediate subditur in auctoritate ysa. predicta. multiplicabitur eius imperium et pacis eius non erit finis quia ista pax que fuit sub ezechia fuit satis brevis ut patet inspicienti textum iiij regum xx. In predicta autem iudeorum responsione patet fallacia per translationem caldaicam que sic habet infans datus est nobis et filius datus est nobis et recipiet super se legem ad servandum eam et vocabitur nomen eius de ante admirabilis consiliarius deus fortis permanens in secula seculorum messias in cuius diebus pax multiplicabitur per hoc nomen quod dicitur hic messias patet quod hec auctoritas non est intelligenda de ezechia sed de christo. per hoc autem quod dicitur hic vocabitur nomen eius de ante admirabilis consiliarius deus fortis patet quod nomina divinitatis expressiva referuntur ad christum ita quod ipse est verus deus quod autem interponitur hec declinatio de ante que non est in hebreo hoc est ad denotandum quod nomen christi prius vocatum est a deo et etiam ab angelo quam temporaliter nasceretur secundum quod habetur luc. ij. cap. et mt. i. cap. quod autem in hac translatione caldaica dicitur et recipiet super se legem ad servandum eam loco cuius in hebreo et in translatione nostra habetur et factus est principatus super humerum eius hoc est ad denotandum quod ipse erat legem impleturus et servaturus secundum quod ipsemet dicit expresse. mt. v. non veni legem solvere sed adimplere. Item. notandum quod in predicta auctoritate ysaie ubi de christo dicitur multiplicabitur eius imperium in hebraico ponitur lemarbe quod sonat in latino ad multiplicandum. Et scribitur hec dictio hebraica sic quod hoc mem clausa ponitur in medio dictionis quod est contra naturam litere et modum scribendi hebraicum quia numquam ponitur nisi in fine dictionis secundum quod tangit ieronimus in prologo galeato ubi dicit quod apud hebreos sunt quinque litere duplices quia per eas aliter scribunt fines dictionum et aliter ipsarum principia quia una est mem aperta que supponitur in medio dictionis et in principio. hic autem ut dictum est ponitur mem clausa in medio dictionis contra naturam litere et modum scribendi ad denotandum quod christus de quo propheta loquitur esset nasciturus de virgine clausa et contra modum nature et quod misterium incarnationis erat clausum et secretum sicut enim poete per figuras gramaticales significant aliquid subtiliter intelligentibus. Sic propheta per talem modum scribendi insolitum misteria occulta aliquam designabat et hoc modo moyses significat pluralitatem personarum in unitate divine essentie cum in genesi hoc nomen heloym cum verbo singularis numeri ut supra dictum est.

Item probatur tertio incarnatio dominice persone

perantes

per auctoritatem michee .v. et tu bethleem effrata
paruulus es in milibus iuda ex te michi egredietur
qui sit dominator in israel et egressus eius sicut
ab initio a diebus eternitatis. quod autem hec auctoritas
intelligenda sit de christo ad litteram patet per transla-
cionem caldaicam que sic habet. ex te michi egre-
dietur messias. ubi translacio 70 interpretum sic habet
ex te michi egredietur qui sit dominator. per hunc
autem exitum de bethleem manifeste ostenditur christi
humanitas qui secundum carnem natus est de semine
dauid. quod fuit de bethleem. ut habetur primo re.
17. ubi. et ibidem natus fuit christus. ut patet. quod scribe
iudeorum, et periti interrogati ab herode de loco
natiuitatis christi responderunt quod nasceretur
in bethleem et confirmauerunt dictum suum
per auctoritatem hanc michee hic prius allegatam ut patet
matthei ii. capitulo. per exitum eius a diebus eternitatis
exprimitur natiuitas eius eterna, qua semper
nascitur a patre et semper natus est. Sed ad
hoc respondent aliqui quod per hoc non intelligitur
christi eternitas secundum deitatem, sed prouisio et pre-
destinacio natiuitatis que est in humana natura
tantum. Sed hoc non ualet quia eternitas talis prouisionis
omnis omnibus et communis quia omnia contingencia in mundo
fuit a deo prouisa eternaliter et preordinata. et ideo
si hoc modo intelligeretur predicta auctoritas per ipsam
non exprimeretur aliqua sublimitas in christo respectu
aliorum contingencium numerorum. propheta autem intendit
per ipsam exprimere preeminenciam et excellen-
ciam christi ut patet intuenti. preterea. quod dicunt alii
iudei quod septem res fuerunt create a deo ante mun-
dum. scilicet lex penitencia iehenna. domus sanctuarii thronus
glorie ortus uoluptatis et nomen messie. et ideo
sic exponunt illud .gen. ii. plantauerat autem
deus ortum uoluptatis a principio. id est ante mundum
per duo milia annorum et hoc modo exponunt
illud michee .v. capitulo. et egressus eius ab initio
etc. quia nomen messie fuit creatum ante mundum
predicto modo. ¶ Sed hoc dictum est ita irracionabile
quod non indiget replicacione. lex enim per se non potuit
creari in aliquo intellectu si autem non potuit esse
in intellectu diuino in quo non potest aliquid creari nec
etiam in intellectu ante mundum quia angelus uel homo
non ponuntur creati secundum ipsos ante mundum
similiter penitencia que non est nisi de facto preterito
quod quis fecisset ante mundum et per consequens ali-
quem penituit. hoc autem dicere est absurdum. et etiam
possem arguere de istis et de consimilibus aliis. sed dicto
quod ista dicta apparent friuola et absurda. ¶ Item
incarnacio dei probatur per auctoritatem cant. iii. ubi
dicitur egredimini filie syon et uidete regem salomonem
in dyademate quo coronauit eum mater sua. secundum
quod doctores hebreorum ubicumque in libro canticorum
ponitur nomen salomonis sub illo nomine intelligendus
est ipse deus qui est magnus salomon. id est pacificus
quia facit pacem et concordiam in creaturis. per quem
omnes pacem reperiunt secundum quod dicitur iob. xxv. qui fa-
cit concordiam in sublimibus suis. unde dicunt quod in
illo libro agitur de deo et de synagoga sub

nomine salomonis et sponse sue seu amice sicut
doctores catholici dicunt quod in eodem libro sub nominibus
predictis agitur de christo et ecclesia. ¶ Hoc
supposito arguo ad propositum quia predicta auctoritas in-
telligitur de matre salomonis. Si igitur nomine salomonis
intelligendus est ipse deus et secundum sensum litteralem
secundum ipsos. igitur oportet eos concedere quod deus habeat matrem
hoc autem est impossibile secundum naturam diuinam
et similiter secundum angelicam. igitur talis natura est natura
humana in qua conuenit habere matrem quia natura
humana est nobilior inter istas tres naturas
que sunt per generacionem. et sic patet incarnacio
diuine persone. Sed ad hoc respondent aliqui iudei
dicentes quod deus qui est magnus salomon uocat
hic coronam israel ad exprimendum magnum a-
morem quem habuit ad ipsam aliquando filiam aliquando so-
rorem et aliquando matrem. ¶ Sed contra. hoc arguitur
quia unus passus sacre scripture obscurus non debet
exponi nisi per alium locum clariorem eiusdem
scripture nusquam autem alibi in scriptura ueteris testamenti
inuenitur simile. scilicet quod deus uocet coronam israel matrem
sed bene inuenitur quod uocat eam sponsam quandoque
filiam et huiusmodi. secundum quod dicitur ier. ii. re-
cordatus sum tui miserans adolescenciam tu-
am et caritatem desponsacionis tue quando secuta es
me in deserto et ierem. xxxi. reuertere uirgo
israel ad ciuitates tuas usquequo dissolueris filia
uaga. igitur predicta expositio non est racionabilis ex quo
alibi non dicitur mater dei et sic remanet predicta expo-
sicio racionabilis et uera. ¶ Item plures diuinitas
et humanitas christi per auctoritatem zach. ix.
exulta satis filia syon iubila filia ierusalem.
ecce rex tuus uenit tibi iustus et saluator ipse
pauper et ascendens super asinam etc. Sed
doctores hebreorum istam auctoritatem non possunt exponere
ad litteram nisi de messia. per hoc autem quod dicitur
pauper et ascendens super asinam ostenditur humani-
tas in qua sic pauper inter homines conuersatus
est. per hoc autem quod dicitur rex tuus et saluator ostenditur
in eo natura excellencior per quam posset regere
et saluare. quia pauper in quantum homo est impotens
ad talia. et ideo fuit simul in uno diues et pau-
per. diues in natura diuina pauper in humana. et quod
sic debeat intelligi auctoritas zach. ix. patet
per glosam hebraicam apud eos autenticam
super illud .cant. primo capitulo. exultabimus et leta-
bimur in te deo scilicet et benedicto. Simile est hic cuidam
regine cuius maritus et filius et generum transi-
erunt in mare postea per magnum tempus dictum est
ei uenit gener tuus respondit quid ad me letetur
filie mee. Dictum est ei uenit filius tuus. Respondit
letentur nurus mee. quando autem dictum est ei uenit
uir tuus dixit hec est perfecta leticia mea. Sic
factum est ut cum centum prophete dicentes ad ierusalem filii
tui de longe uenient respondit quid ad me
letentur filie mee etc. Sed quando dictum est illud
zach. ix. ecce rex tuus uenit etc. tibi etc. tunc sic
leticia perfecta ut ibidem premittitur. Exulta sa-
tis filia syon iubila filia ierusalem. ¶ Ex ista

patet quod zacharias loquitur de aduentu dei ad filios israel. Si igitur ista auctoritas secundum eos intelligatur de messia qui in eadem auctoritate dicitur uenire in paupertate concluditur quod iste sit deus et homo ita quod sit pauper racione humanitatis et potens saluare racione diuinitatis. Patet igitur ex predictis secundum principale scilicet qualiter ex scripturis receptis a iudeis possit probari incarnacionem domini perfectam. [R]estat probare tercium scilicet quod tempus huius incarnacionis sit preteritum. [Q]uod hoc modo uero primo probatur per illud iacob patriarche genesis xlix capitulo non auferetur sceptrum de iuda nec dux de femore eius donec ueniat qui mittendus est et ipse erit expectacio gencium. Sed modo ablatum est regnum et dominacio a iudeis a tempore herodis ascalonite sub quo natus est christus. igitur ab illo tempore uenit christus. Ad hoc respondent quod hec auctoritas non est intelligenda de christo ad literam sed de nabugodonosor rege babilonis qui missus fuit ex ordinacione diuina contra ierusalem propter peccata populi ut habetur iiii regum xxiiii et ex tunc defecit regnum iudeorum quia cepit sedechiam regem et excecauit et filios eius occidit ut habetur ibidem xxv capitulo nec postea aliquis de eorum stirpe regnauit. Sed hoc dictum falsum est quia post captiuitatem babilonicam habuerunt duces et principes sicut patet de zorobabel esdra neemia et machabeis. Habuerunt eciam reges quia iohannes hyrcano filio simonis machabei imposuit sibi diadema regni et ex tunc regnauerunt filii eius usque ad herodem qui fuit alienigena a gente iudeorum et ideo usque ad illud tempus non fuit omnino amotum dominium iudeorum. Si autem dicatur quod a tempore nabugodonosor fuit amotum de tribu iuda de qua in textu loquitur propheta predicta quia illi qui regnauerunt postea fuerunt de tribu sacerdotali non ualet hoc dictum quia zorobabel qui fuit post captiuitatem babilonicam fuit dux eorum et fuit de tribu iuda ut patet manifeste ex textu sacre scripture in pluribus locis. Similiter machabei quorum tribus sacerdotalis et regia erant coniuncte. Et ideo si machabei fuerunt de tribu sacerdotali per genus et de regia. [A]liter alii soluunt dicentes quod intelligitur de roboam filio salomonis a quo recesserunt x tribus et associauerunt se ad ieroboam filio nabath ut habetur iii regum xii. Sic igitur exponunt predictam auctoritatem non auferetur sceptrum de iuda de tribu donec ueniat silo et est nomen loci ut dicitur quia in illo loco uenit roboam ut constitueretur rex post patrem suum et in illo loco recesserunt ab eo filii israel et constituerunt super se regem ieroboam qui erat de alia tribu scilicet effraym et sic ablatum fuit tunc sceptrum de iuda. Verumptamen quia ipsi roboam filio salomonis remanserunt due tribus [...] loquitur secundum hebraicam ueritatem et ei congregabuntur gentes ubi lectio nostra transtulit et ipse erit expectacio gencium. [S]ed ista responsio patet falsa per textum iii regum xii quia ibidem quod ille locus ubi roboam fuit electus a populo uocatur sichem et est locus bene remotus ab illo loco qui uocatur silo. [I]tem hec responsio et

predicte et consimiles patent false per translacionem caldaicam quia ubi ieronimus habet donec ueniat qui mittendus est et hebraica ueritas est habet donec ueniat silo caldaica habet donec ueniat messias quia illud quod erat obscurum propheta uoluit declarare et sic patet quod predicta auctoritas non intelligitur de nabugodonosor nec de roboam nec de alio nisi de christo quod autem sequitur in hebreo et ei aggregabuntur gentes sic est intelligendum est quia iudei pro maiori parte fuerunt obstinati in sua infidelitate et gentiles qui nomine gencium designantur sunt aggregati ipsi christo fidem ipsius deuote suscipientes secundum quod dicit apostolus ad ro. xi° cecitas ex parte contingit in israel donec plenitudo gencium intraret. Quod autem tempore herodis ablatum sit sceptrum a iudeis patet quia ipse fuit primo alienigena qui regnauit in iudea pater enim eius fuit ydumeus. Iste autem herodes auxilio romanorum facto cepit antigonum regem iudeorum qui descenderat a machabeis et omnem prolem regiam occidit et libros de genealogia regum combussit ne in posterum deprehenderetur ipse et filii eius alieni a regno dauid occidit eciam doctores legis qui legebant in populo illo deuteronomii xvii de medio fratrum tuorum pones super te regem ut sic auferret a iudeis omnem uiam recuperandi sceptrum. Hoc eciam patet per effectum quia ab isto tempore fluxerunt mille octingenti xx anni ad minus quia toto anno incarnacionis domini sceptrum est oppido demum illud et adhuc iudei uidentur magis elongati a regno quam tunc. Cum igitur ablacio sceptri fuit signum eius quod predictum de aduentu christi manifeste apparet quod illud est impletum tempore herodis quo regnante natus est christus ihesus et sic probatum scilicet quod tempus incarnacionis sit preteritum. [I]tem hoc idem probatur per auctoritatem aggei ii° hoc dicit dominus exercituum adhuc modicum unde et ego mouebo celum et terram mare et aridam et ueniet desideratus cunctis gentibus et semper magna erit gloria domus istius nouissime magis quam prime dicit dominus exercituum secundum omnes expositores hebreorum iste desideratus est rex messias siue christus patet autem per predicta in auctoritate posita quod tempus aduentus christi est preteritum primo per illud quod dicitur ibidem adhuc unum modicum et hoc de aduentu et ueniet desideratus cunctis gentibus aggeus enim propheta dicit hoc uerbum secundo anno darii regis persarum. Ab illo autem tempore fluxerunt anni mille lxx secundum computatores iudeorum et plures adhuc secundum computatores nostros scilicet mille septingenti talis numerus in scriptura non dicitur modicum tempus usque ad aduentum desiderati cunctis gentibus patet igitur quod tempus sui aduentus est preteritum. [S]ed ad hoc respondent aliqui quod cum tempus in scriptura dicatur modicum quia psalmo lxxxix° dicitur sic mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna que preterijt etc. [S]ed quod hec responsio non ualeat patet, si enim tempus mille annorum comparetur eternitati modicum est et sic loquitur

quia ubi lectio nostra transtulit qui mittendus est hebraica ueritas habet sylo.

auctoritas predicta quod patet per hoc dicit mille
anni ante oculos tuos quia diuina cognicio que per
oculos designatur eternitate mensuratur. Sed si re
feratur tempus mille annorum ad expectacionem populi sic non
potest dici racionabiliter longius tempus modicum etc.

Item in proposito patet per illud quod in auctoritate sequitur
veniet desideratus gentibus cunctis et replebo do
mum istam gloria et loquitur propheta de domo domini edi
ficandi a iudeis post reditum captiuitatis ba
bilonice. glosa stante illa domo veniet christus quia
propheta dicit eam replendam gloria per aduentum
ipsius desiderati cunctis gentibus domus autem illa
destructa fuit per titum et vaspasianum xlii.
anno post passionem domini glosa etc. Item hoc idem
patet per illud quod sequitur in eadem auctoritate magna
erit gloria domus istius nouissime magis quam prime.
Et constat quod prima loquitur de domo edificanda
post captiuitatem babilonicam ut dictum est ad cuius
edificacionem inducebat populum et predixit gloriam
eius futuram maiorem quam fuit gloria domus edifica
te per salomonem hoc autem non potest esse quia status populi
illo tempore erat quasi nullus respectu illius status
qui fuit sub salomone glosa. hoc dicit ii. esdre v. capitulo
quod sacerdotes qui viderant primam domum lacrimabantur
aliis exultantibus in dedicacione domus secunde quia quasi
nullius momenti erat respectu alterius et ideo non
potest intelligi maior gloria eius nisi per aduentum
ipsius desiderati cunctis gentibus quia eam glorifica
uit presencia sua quando in ea fuit a matre sua obla
tus secundum quod predixerat malachias propheta mal. iii.
capitulo. Statim veniet ad templum sanctum suum dominator
quem vos queritis et angelus testamenti quem vos vultis.
Apostoli etiam domum honorauerunt quia ibi frequenter
docuerunt et predicauerunt. Dicunt aliqui et iudei ad
hoc quod maior fuit gloria secunde domus quam prime in an
nis quia plus durauit. Sed hoc non valet quia
licet verum sit quod plus durauit hoc tamen non fuit
ad eius gloriam sed magis ad eius ignominiam
quia pluribus temporibus fuit conculcata et dehonora
ta quia antiochus epiphanes posuit ibi abho
minandum ydolum et fecit ibi prostibula mulierum
secundum quod habetur primo libro et secundo machabeorum
sed quia illum librum non recipiunt iudei ideo potest
dici quod idem habetur dan. viii. capitulo hoc etiam
dicit iosephus libro antiquitatum xiii. Similiter
quando ciuitas ierosolimitana fuit capta per pom
peium imperatorem romanum et iterum per alias per herodem
ascalonitam et ultimo quando fuit destructa per
titum omnibus enim istis temporibus fuit domus illa de
iecta et conculcata. Item ista maioritas dura
cionis non videtur esse alicuius glorie notabilis aliter enim
diceretur lapis maioris honoris et glorie quam natura
humana quia est multo maioris duracionis. Item
si computemus duracionem domus secunde secundum computa
cionem iudeorum qui dicunt eam durasse iiii^c. xx. annis
habebimus quod prima domus plus durauit quia plures
anni fluxerunt a quarto anno regni salomonis in quo
est fundata domus prima usque ad xi. annum sede
chie in quo destructa est quia fluxerunt anni iiii^c.

xxxiii. sicut quod potest computari per tempora re
gum mediorum incipiendo tercium et quartum regem
perfecta autem fuit vi. anno salomonis et stetit per
fecta iiii^c. xiiii. annis et sic durauit plus quam secunda
si accipiatur duracio domus secunde secundum computacionem
iudeorum. licet autem secunda domus plus durauerit ut
dictum est tamen ista obiectio est efficax contra iudeos
quia procedit ex computacionis suppositione eorum quam
reputant esse veram. patet glosa ex predicta auctoritate aggei
quod tempus aduentus christi est preteritum. Sed restat
ostendere quod in predicta auctoritate aggei quod tempus aduentus
aduentus christi est preteritum. Sed restat ostendere
videtur dubium scilicet quod in aduentu desiderati cunctis
gentibus sit impletum illud quod dicitur ibi adhuc unum
modicum et mouebo non solum terram sed etiam celum etc.
dicendum quod in aduentu christi celum fuit motum large
accipiendo motum pro omni mutacione et innouacione
quia magna nouitas in celo apparuit scilicet stella quod ma
gi venerunt ad adorandum eum. Item terra fuit per
idem tempus scilicet tempore herodis sub quo natus fuit christus
in iudea de qua magis loquitur propheta quam de aliis ter
ris fuit maximus terre motus in tantum quod generaliter
proxime ceciderant in iudea nullum hominem remansisse
ut dicit iosephus in libro de iudaico bello et ex
hoc arguitur probabiliter aliqua coniunctio planetarum
notabilis fuisse seu constellacionis ex quibus talia
solent accidere quod etiam mota fuit tunc omnes gentes
patet quia in imminente christi natiuitate precepit cesar
augustus uniuersum mundum describi et omnes gentes
tributarias romanorum se profiteri et propter hoc singuli
ibant ad loca unde erant oriundi ad predictam facien
dum scilicet quod et ioseph ascendit de galilea
in bethleem ut profiteretur cum maria sibi despon
sata uxore pregnante ut habetur luc. ii. circa
tempus etiam facta est maxima commocio in iudea quia
quidam nomine iudas natione galileus asserebat propter
non esse licitum iudeis alium dominum recognoscere preter
ipsum deum et postea interfecti sunt ab exercitu
romanorum ut dicit iosephus libro ii. iudas ga
lileus et ceteri adherentes sibi. Item de motu autem
maris non est expressum quia solet frequenter acci
dere. Item quod tempus aduentus christi sit impletum patet per auctoritatem
dan. ix. ubi gabriel angelus instruit eum de tempore
aduentus christi dicens Septuaginta ebdomade abbre
uiate sunt super populum tuum et super urbem tuam
sanctam et consummetur preuaricacio et finem accipiat
peccatum et deleatur iniquitas et adducatur iu
sticia sempiterna et impleatur visio et prophecia et
vngatur sanctus sanctorum. Ad intellectum huius prophecie primo
videndum est qualiter accipiatur hic ebdomas vel
ebdomada quod est idem in latino enim septimana enim
modo accipitur pro tempore vii. dierum et hoc modo
communiter accipitur. hoc etiam modo loquitur scriptura leuit.
xxiii. ubi dicitur quod septem ebdomade sunt accipiende
a festo pasche que faciunt quadraginta nouem
dies et quinquagesima die celebrandum est festum
penthecostes. alio modo accipitur pro tempore vii.
annorum et hoc modo loquitur scriptura de ebdoma
de leuit. xxv. ubi dicitur numerabis septem ebdomadas

annorum que faciunt annos .xlix. et quinquagesimus
annus qui immediate sequitur dicitur iubileus qui apud
eos erat annus remissionis ut ibidem dicitur. Non autem inuenitur
ebdomada accipi pluribus modis. Non potest autem ebdoma-
da hic accipi pro ebdomada dierum quia tota pro-
phetia danielis fuisset completa infra annum et dimidium
quasi post lectionem adiunctionem quod accipiatur a nuo an-
norum et in hoc omnes expositores conueniunt. Sed in hoc
differunt quia aliqui catholici ut beda et alii di-
cunt quod isti anni sunt intelligendi anni lunares qui
sunt breuiores annis solaribus .xi. diebus. Moti
autem fuerunt ad hoc dicendum ex duobus primo ex
textu quia dicitur ebdomade abbreuiate et sic dicitur
est anni lunares sunt breuiores. Secundo quia an-
gelus loquebatur danieli qui erat hebreus. Hebrei
autem computant per annos lunares ut dicit iste
beda et ideo angelus posuit numerum annorum predictorum
per ebdomadas annorum lunarium. Sed salua re-
uerentia eius. utrumque dictum eius uidetur falsum quia
in hebreo non ponitur abbreuiate prout sonat in de-
truncatione seu diminutione. Sed in hebreo ponitur
precise et notat temporis determinationem scilicet nec plus nec
minus. Similiter secundum est falsum. Si enim iudei haberent
annum breuiorem .xi. diebus quam annus solaris cum secundum
legem teneantur primo mense cuiuslibet anni sui facere
pascha et die determinata scilicet .xiiii. die primi men-
sis sequeretur quod pascha eorum unius anni anticiparet
seu precederet pascha anni precedentis in .xi. diebus
et eodem modo pascha anni sequentis precederet
per .xxii. dies et sic anticipando tempus annorum
per xxxiii dies et sic anticipando tempus an-
norum per .xi. dies ad quod quidem sequeretur
quod iudei celebrarent pascha suum ex obligatione
precepti infra breue tempus in quolibet mense
anni tercio. hoc autem apparet manifeste falsum ex
usu eorum quia semper faciunt eodem tempore et ideo patet
quod computant per annos solares sicut et nos
licet enim ipsi incipiant menses a lunationibus cum
tamen annus apud eos habet .xiii. lunationes ita quod
per embolismos faciunt adequationem temporis
et sic computant per annos solares sicut et nos
dato tamen quod computaretur per annos lunares
nichilominus haberetur propositum nostrum ut uidebitur.
Secundo uidendum est quot annos continent ebdomade
predicte et patet quod si multiplicentur .lxx. per .vii.
resultant .ccccxc. et sic .lxx. ebdomade predicte
continent annos .ccccxc. Tertium uidendum
a quo tempore incipiat computatio istarum ebdomadarum.
Et dicunt aliqui iudei quod incipit ab .xi.o anno
regis sedechie quando destructum est primum templum.
Alii dicunt quod incipit a primo anno darii quia
illo tempore dixit angelus ista danieli. Alii dicunt
quod incipit computatio ista a reditu captiuitatis
sub zorobabel duce anno secundo cyri regis persarum.
Alii dicunt quod incipit computatio ista a .xx.o
anno regis artaxersis quando missus est neemias
ad reedificandam ierusalem. Que autem istarum
opinionum sit uera et aliarum improbationem hic
omitto propter prolixitatem uitandam et quia illud
difficile scripsi super danielem et iterum quia secundum
omnes istas computationes habetur propositum sufficienter scilicet quod
tempus aduentus christi fuit predictum quod patet quia
angelus determinate assignat .ccccxc. annos
usquequo impleatur uisio et prophetia et ungatur sanctus
sanctorum id est christus. Sed qualitercumque accipiatur compu-
tatio anni lunaris uel solaris et ubicumque acci-
piatur computatio predicta quia inferius non potest accipi
quam .xx.o anno artaxersis totus tamen numerus predictus iam diu
est preteritus et hoc sufficit ad propositum nostrum. Si
autem aliquis uelit plenius uidere qualiter iste numerus
annorum predictus impletus est per singulas partes
et qualiter in medio ebdomade passus est christus
que faciunt ad expositionem huius textus potest recurrere
ad illud quod scripsi super danielem ubi ista difficile
tractaui et quia dictiones prout potius impugnaui
tamen hic nolo reuocare quandam solutionem falsam
quam dicit Ra. Sa. ad textum predictum scilicet quod septem
ebdomades ille non continent tempus preteritum usque ad
aduentum christi et passionis sue ut predictum
est sed continent tempus preteritum a destructione primi templi
usque ad destructionem secundi per tytum et uespasia-
num. Dicit hic septem ebdomades preterite id est determinate
super populum tuum antequam ueniat perfecta captiuitas
eorum que facta est per romanos comburentes ciuitatem
et templum et eicientes inde populum iudaicum ut con-
summaretur preuaricatio id est desistatur a preuaricationi-
bus castigati per predictam captiuitatem et deleatur ini-
quitas eorum scilicet per captiuitatem et afflictionem predictam
que est pena ut dicit et adducatur iusticia sempi-
terna id est ut in eternum iustificentur per predictam captiui-
tatem pro peccatis tollerando et ut sic finaliter imple-
atur uisio et prophetia id est uisiones de christo promisse per
prophetias et ungatur sanctus sanctorum id est archa dei et
uasa sanctuarii que recuperabuntur per messiam
in fine huius captiuitatis futurum ut dicit Sed
quando debeat durare ista captiuitas non dicitur et sic
per consequens tempus determinatum aduentus christi hic non ponitur.
Qualiter autem exponat textum sequentem hic omitto
Tum quia non est necessarium ad propositum. Tum quia diffi-
se tractatum hoc super danielem. Quod autem ista ex-
positio sit falsa et extorta patet per textum precedentem
ubi dicitur quod angelus gabriel uenit per orationem da-
nielis orantis pro liberatione populi ad denunciandum
exauditionem sue petitionis et ideo non solum nunci-
at ei liberationem a captiuitate babilonica sed etiam
perfectam liberationem fiendam per christum de qua
daniel pure orabat et ideo dicere quod angelus
uenit ad denunciandum danieli perfectam cap-
tiuitatem sui populi et nullum certum tempus liberationis
fiende per christum hoc est ualde absurdum et pre-
cedenti textui contrarium quia non uenisset ad consolationem
danielis sed magis ad desolationem. Item quod dicit
quod per captiuitatem in qua sunt desistunt a peccati
cationibus hoc est aperte falsum quia super omnes gen-
tes intendunt sortilegiis et auguriis ut sciunt illi qui
nouerunt facta eorum et cum ista prohibentur eis
maxime in lege diuina sicut patet in exodo et deuteronomio
et in pluribus aliis locis ueteris testamenti. Item quod dicit

bilicos implen populorum per merita illorum est completum.
illud quod dicitur deutr. ix. Scito quod non propter iustitias
tuas dominus dedit tibi terram hanc in
possessionem etc. iuxta communis propter iusticias eorum im-
plenda est promissio ipsorum et marie quia de ipsa de-
scribitur ysa. viii. et erit ad lapidem offensionis
et petram scandali duabus domibus israel et in la-
queum et ruinam habitantibus ierusalem. ¶ Item quod
dicit per unctionem sancti sanctorum intelligi unc-
tionem archisinagogi [?] que interpellabimus per regem
messiam. hoc est contra illud quod habetur. ier. iii.
Cumque multiplicati fueritis et creveritis in terra
in diebus illis ait dominus non dicent ultra ar-
cha testamenti domini nec ascendet super cor neque illius re-
cordabuntur neque visitabitur neque fiet ultra quia
ceremonie veteris testamenti omnino cessaverunt post passionem
christi ex tunc enim fuerunt mortue. ¶ Pluribus etiam
aliis modis argumentum contra predictum errorem
super dan. Sed ista ad presens sufficiant hic.
¶ Item probatur tempus christi preteritum per illud quod habe-
tur. dan. ii. ubi dicitur quod nabugodonosor vidit
statuam magnam huius autem statue caput ex
auro optimo erat pectus autem et brachia de ar-
gento puro venter et femora de ere etc. sequitur
Excisus est de monte lapis sine manibus et per-
cussit statuam in pedibus eius ferreis et fictilibus
et comminuit eos per hanc statuam designantur
iiii.or regna magna sibi in orbe succedentia
secundum quod daniel dimittis in sequentibus ibi exponit
primum est regnum caldeorum quod significatur
per caput aureum ut ibidem dicitur secundum est reg-
num persarum quod significatur per argentum quod
subvertit sibi regnum caldeorum tertium est regnum
grecorum seu alexandri quod subvertit sibi reg-
num persarum et significatur per es. ¶ Quartum
est regnum romanorum quod significatur per fer-
rum quod subvertit sibi regnum grecorum et alia
regna mundi sicut ferrum domat omnia ¶ Per
lapidem autem abscisum de monte sine manibus
significatur christus sive regnum christi cui subiciendum erat
predictum regnum romanorum. ista autem plenius de-
clarata sunt super dan. Sed pono hic bre-
viter quia in expositione ista omnes doctores et expositores
catholici et hebraici conveniunt. ¶ Hoc suppo-
sito sic arguitur in predicta prophetia exprimitur quod ille cui
subiciendum erat regnum romanorum et ipsum est
ipse christus. Cum ergo hoc sic completum tempore constantini
et silvestri pape. quo tempore romanorum imperium
preventa fide subiectum est ihesu filio marie vir-
ginis patet quod ille est verus christus. ¶ Postquam probatum

ptempo

est adventum christi preteritum per scripturam canonicam
item hoc idem probatur per glosas et dicta doctorum heb-
reorum apud eos autentica. ysa. ultimo antequam
parturiret peperit glosa hebraica quia antequam
natus esset ille qui in servitutem redegit
ultimam natus fuit redemptor. ergo ante na-
tivitatem tyti qui civitatem et templum
destruxit et populum captivavit et in ven-
ditionem et in servitutem exposuit in tantum quod

dabantur xxx. pro uno nummo argenteo ut dicit
hugo florentinus fuit nativitas ipsius christi. hoc idem
patet per translationem caldaicam ibidem Adhuc non
erat ei veniens angustia et adhuc non veniet
ei tremor cum doloribus propter partum revellabitur
messias dolor enim et angustia partus exprimunt
maximam calamitatem quam sustinuerunt in obsi-
dione tyti et vespasiani. ergo ante illam obsidionem
et miseriam venit christus et hoc iudei credunt apud
eos quod ipse christus natus fuit in die destructionis templi
sed cum ab isto tempore fluxerunt anni. cxxiiii. querunt
ab ipsis ubi sit ipse christus et ubi per tantum tempus
fuit respondent et dicunt aliqui quod ipse est cum
angelis vivens ubi eo modo quo moyses vi-
xit xl.ta diebus in monte synay et expectavit
preceptum domini ad se ostendendum. ¶ Alii dicunt quod ipse
est ultra montes caspios expectantes sibi precep-
tum domini de liberatione populi. alii dicunt quod vadit per
mundum sicut pauper et humiliatus propter peccata popu-
li sui secundum quod dicitur. ysa. liii. Et nos reputavimus
eum quasi leprosum etc. quousque appareat ex precepto
domini in virtute ad liberationem filiorum israel de
captivitate et miseria in qua sunt talis autem
varietas ostendit quod dictum eorum est fictum quo ad
hoc. Sed verum quo ad hoc quod tempus adventus
christi iam diu est preteritum ¶ Item hoc idem patet per
quandam traditionem apud eos autenticam et con-
tinetur in quodam libro qui apud eos vocatur liber
iudicum ordinariorum. Traditum est a domo helye.
i. a discipulis eius per sex milia annorum erit
mundus duo milia vanitatis duo milia legis
duo milia dierum messie. ¶ Ad intellectum
huius sciendum quod doctores hebrei dicunt hoc
fuisse dictum a filio mulieris sareptane quem
suscitavit helyas qui etiam postea fuit spiritu
prophetie et prophetizavit de duratione mundi quod dura-
ret ut dictum est per sex milia annorum duo autem
milia annorum dicuntur tempus vanitatis quia a principio
mundi usque ad vocationem habrahe cui dictum est
exi egredere de terra tua etc. gen. xii. mundus de-
fluxit ad vanitatem peccatorum primo per luxu-
riam ut patet per tempore noe propter quod factum est
diluvium in terra Omnis quippe caro corrup-
erat etc. gen. vi. ¶ Secundo per ydolatriam quia
abrahe tempore mundus erat ydolatrie deditus ipse
autem primus ausus est unum deum creatorem pu-
blice predicare ut dicit iosephus primo libro antiqui-
tatum et illud tempus duravit per duo milia an-
norum et xviii. quia habraham habuit lxxv. annos cum
vocatus est et tunc etiam incepit tempus legis quia
lex dicitur [?] nisi propter adiunctionem per abraham autem

d non

incepit populus adunari sub fide unius dei et ad le-
gem suscipiendam disponi propter quod habere data
est circumcisio ad distinctionem illius populi qui erat
legem accepturus ab aliis populis ¶ Ab illo autem
tempore s. a vocatione habrahe usque ad nativitatem
christi fluxerunt duo milia annorum minus quod defici-
unt. xxviii. Sed ergo accipiantur. xviii. qui super-
abundant ultra duo milia predicta que dum

duo milia leg. vanitatis et

duo milia inanitatis secundum hebreos quatuor milia annorum a principio mundi usque ad nativitatem christi nisi quod desunt quinque anni. Sed quinque anni quibus christus latuit in egipto propter persecutionem herodis supplentur cum precedentibus annis, ita quod dies messie incipiant computari ab illo tempore quo reversus est de egipto, secundum hebreos a principio mundi quatuor milia annorum usque ad dies messie, scilicet duo milia legis secundum prophetiam predictam. Utrum autem dies christi debeant durare tantum scilicet per duo milia annorum vel plus vel minus non est inconveniens quia finem mundi determinare non intendo. Sed sufficit michi ostendere secundum predictam traditionem iudeorum quod tempus adventus christi sit preteritum, ex quo iam diu est quod transierunt a principio mundi quatuor milia mundi annorum quia a principio mundi ipsi computant v^m annos usque ad annum domini in quo presens opus fuit scriptum. Item ostendo propositum per rationem ex scriptura sumptam, considerando enim processum veteris testamenti apparet quod filii israel quamdiu fuerunt servientes domino fuerunt in statu prospero, et si aliquando fuerunt captivati et afflicti hoc fuit propter peccatum illius populi. Nunc autem ita est quod ante captivitatem babilonicam fuerunt ydolatre pessimi et occisores prophetarum eos a peccatis revocantium in tantum quod repleverunt civitatem ierusalem sanguine prophetarum usque ad os ut dicitur iiii Regum et multa alia mala fecerunt in babilone et tamen illa captivitas non duravit nisi per septuaginta annos. Cum igitur captivitas in qua modo sunt duraverit per m.cclxxvi annos nec adhuc appareat eorum liberatio de propinquo oportet eos credere quod peccatum illud propter quod tamdiu sunt captivati sit maius quam peccata precedentia captivitatem babilonicam cum pena debeat correspondere peccato. Hoc autem non potest dici nisi propter illud gravissimum peccatum quo christum in eis in lege et prophetis promissum negantes et persequentes crudeliter occiderunt quia post reditum captivitatis babilonice non leguntur ydolatrasse et prophetas occidisse et tanta crimina commisisse in aliis sicut ante et ideo rationabiliter non potest assignari causa tante captivitatis et miserie nisi que dicta sunt est. scilicet quod non cognoverunt tempus visitationis sue ut dicit salvator. Hoc etiam dicit ra. mo. in libro iudicum. Ihesus nazarenus visus est esse messias et interfectus est per domum iudicii et ipse fuit causa quod perierunt ut destrueretur israel in gladio. Item doctrina aliqua declaratur vera dupliciter. Uno modo per reductionem ad principia evidentia et hoc modo declarantur veritates eorum que subiacent facultati naturali intellectus. Alio modo per divinum testimonium scilicet quando ad confirmationem alicuius doctrine apparet tale miraculum de quo certum est quod fieri non potest nisi divina virtute, sicut est suscitatio mortui, illuminatio ceci et consimilia. Constat enim quod deus nullo modo potest esse testis falsitatis, et ideo si tale signum divinum perpetratur ad declarationem alicuius doctrine sufficienter concluditur talem doctrinam esse veram. Hoc modo declaratur veritas eorum que excedunt intellectus facultatem. Sic patet quod hoc modo determinata est veritas eorum que dicta sunt per moysen et iosue et consimiles. Nunc autem ita est quod opera divina multa valde et manifesta facta sunt ad declarationem doctrine christi et apostolorum ut patet per scriptores veracissimos et firma publicatione usque nunc continuata que in talibus facit fidem sufficientem sicut firmiter tenemus aristotelem fuisse philosophum et tamen non habemus aliquam probationem nisi per firmam publicationem usque nunc continuatam. Hoc etiam patet per libros apud iudeos autenticos. Scribitur enim in quodam libello qui intitulatur apud eos de generatione ihesu nazareni quod leprosos curavit et claudum ex utero matris sue stare fecit et mortuum suscitavit et multa alia que non possunt fieri nisi virtute divina. Dicitur tamen ibi quod talia fiebant virtute divina divini nominis tetragrammaton quia qui sciret illud nomen debito modo pronuntiare posset virtute illius miracula facere ut in eodem libro dicitur. Ihesus autem nazarenus pronuntiationem illius nominis didicit quia in templo domini lapidem super quem steterat archa domini antiquitus invenit in quo erat insculptum nomen domini tetragrammaton expositum, verum autem expositio illius nominis et descriptio et determinatio qualiter debeat pronuntiari. Licet autem hoc dictum non sit verum, tamen ex hoc concludo hoc argumentum quod nomen domini tetragrammaton quod est sicut alia nomina sanctissimum secundum ipsos non potest habere virtutem agendi aliquid contrarium honori divino. Cum igitur virtute huius nominis ihesus nazarenus fecit miracula ut dicunt oportet eos credere quod doctrina ad cuius confirmationem talia fiebant non erat falsa nec divino honori contraria sed magis consona. Cum igitur docuerit se esse verum christum a deo missum verum deum et verum hominem sequitur per consequens quod illud sit verum. Aliter sequeretur quod ipse fuisset falsus propheta et attribuens sibi blasphematorie divinitatem. Et quod ad confirmationem huius falsitatis fuissent facta miracula virtute divini nominis sanctissimi quod est inconveniens. Item pronuntiatio cuiuscumque nominis non potest talia facere sed solus deus talia facit ad invocationem sui nominis et virtutis. Si igitur ihesus nazarenus virtute divini nominis fecit talia oportet credere quod ista fecit virtute divina et per consequens quod doctrina sua ad cuius confirmationem talia fecit sit vera, cum deus non possit esse testis falsitatis ut predictum est. Hoc etiam et alia predicta inducit dicens iosephus qui fuit maximus hystoriographus iudeorum et apud eos autenticus. Dicit enim sic libro antiquitatum xviii describens tempus tyberii cesaris sub quo passus est christus. Fuit isdem temporibus ihesus sapiens vir si tamen eum virum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum effector et doctor eorum hominum qui libenter ea que vera sunt audiunt et multos quidem iudeorum multos etiam ex gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat. Hunc accusatione primorum nostre gentis virorum cum pilatus in crucem agendum esse decrevisset non deseruerunt eum hii qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit enim eis tertia die vivus secundum quod divinitus inspirati prophete vel hec vel alia innumera de eo

miracula futura praedixerat. ¶ Item quando scriptura sacra denuntiat aliquid futurum et declarat tempus locum et modum, si omnia ista concurrunt in uno, manifeste patet quod illud quod fiat praedictum est ad impletum. Sacra autem scriptura praedixit Christi adventum ut patet in multis locis, determinavit tempus veniendi, videlicet quando fieret translatio regni, ut habetur Gen. xlix. Non auferetur sceptrum de Iuda etc. Locum nascendi, Michee v. capitulo: Et tu Bethleem Ephrata. Similiter modum veniendi, scilicet quod Christus in paupertate veniret, Zach. ix. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus iustus et salvator et ipse pauper. Similiter determinavit scriptura modum moriendi, scilicet in humilitate et patientia ex parte ipsius Christi et in crudelitate maxima ex parte occidentium ipsum, ut habetur Ysa. liii. capitulo: Sicut ovis ad occisionem ducetur etc. Hec autem omnia manifeste fuerunt impleta in Iesu Nazareno, ex quo rationabiliter concluditur quod ipse fuit verus Christus. ¶ Sed contra hoc arguunt multipliciter Iudei. Primo per illud quod habetur Ysa. ii. ubi loquitur de tempore adventus Christi: Erit in novissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice montium et fluent ad eum omnes gentes etc. Et sequitur: Et conflabunt gladios suos in vomeres et lanceas suas in falces. Non levabit gens contra gentem gladium nec exercebuntur ultra ad prelium. Ex istis formatur quadruplex argumentum. Primo ex hoc quod dicitur hic: Erit in novissimis etc. Iesus autem Nazarenus non fuit in novissimis diebus quia post mortem eius et nativitatem multa tempora fluxerunt, ergo non fuit verus Christus cuius adventus promittitur in novissimis diebus. ¶ Secundo ex hoc quod dicitur quod mons domus domini erit in vertice montium etc. Mons enim iste dicitur mons Moria ubi fuit templum; mons autem ille non est in aliquo elevatus [adhuc], ergo non venit Christus. Unde occasione huius ubi dicunt aliqui doctores hebreorum quod dominus debet apportare montem Thabor, montem Synai et montem Carmeli ad locum ubi est Ierusalem et super vertices illorum ponere montem Moria. Hoc autem nondum est ad impletum, ergo etc. ¶ Tertio arguunt ex hoc quod dicitur: et fluent ad eum omnes gentes, quia non omnes crediderunt in Iesum Nazarenum nec adhuc credunt, ergo non fuit verus Christus. ¶ Quarto per illud quod dicitur: non levabit gens contra gentem etc. quia non cessaverunt bella per orbem ut patet manifeste et maxime quia post mortem Iesu Nazareni fuerunt in Iudea atrocissima bella tempore Titi et Vespasiani, ergo ipse non fuit verus Christus. ¶ Ad primum dicendum quod dies novissimi dicuntur dies Messie in sacra scriptura, qui secundum doctores hebreorum debent durare per duo milia annorum ad minus ut patet ex predictis. Et non solum dicuntur dies Messie dies novissimi sed aliqua tempora ipsum Christum precedentia, ut patet Gen. xlix. ubi patriarcha Iacob dixit filiis suis: Congregamini ut annuntiem vobis que ventura sunt in diebus novissimis, et ibidem multa denuntiat non solum de adventu Christi sed et de multis que impleta sunt tempore regum Israel et Iude, ut patet legenti, et etiam secundum expositores hebreorum. Et ideo non valet predictum argumentum. ¶ Ad secundum dicendum quod elevatio montis Moria non est intelligenda secundum elevationem localem ut intelligunt Iudei predicti, sed secundum nobilitatem et signorum magnitudinem, secundum etiam quod dixit Rabi Sa. magnus doctor apud eos. Hoc est dictum quod tanta signa et maiora in adventu Christi debebunt fieri in monte Syon quam in predictis aliis montibus. Et hoc patet ad impletum quia ibi illuminavit cecum natum et sanavit languidum in probatica piscina et multa alia mirabilia ibi fecit. Ibidem etiam apostolis spiritum sanctum dedit, quod fuit maximum mirabile quia homines ydiote et simplices habuerunt notitiam perfectam scripturarum et loquebantur idiomata omnium linguarum. Si autem dicatur quod hec solutio accipitur ex evangelio et ideo non est efficax contra Iudeos, non valet, quia ad probandum aliquid Iudeis oportet uti scripturis apud eos autenticis, sed respondendo eorum argumentis non oportet semper. Et tamen non solum evangeliste Christum scribunt vera mirabilia fecisse in Ierusalem, sed etiam doctores hebreorum ut patet ex predictis. Propter quod ista solutio habet efficaciam ex eorum libris. ¶ Ad tertium dicendum quod ibi est distributio pro generibus singulorum et non pro singulis generum, sicut cum dicitur omnia animalia fuerunt in archa Noe quia de singulis speciebus animalium fuerunt ibi aliqua individua. Similiter de omnibus gentibus aliqui crediderunt ipso, ut patet per diffusionem fidei in toto orbe. Aliter potest dici quod omne in sacra scriptura aliquando frequenter accipitur pro multis, ut habetur ii. Reg. xvii. Dixit Absalon et omnes viri Israel: Melius consilium etc. Certum est enim quod non erant presentes omnes viri Israel sed multi. Et sic in proposito est quod multi de omnibus gentibus sunt conversi ad fidem catholicam tempore apostolorum, quia in omnem terram exivit sonus predicationis eorum. ¶ Ad quartum dicendum quod tempore Christi fuit diuturna pax in orbe et maxime in Iudea, quod patet ex hoc quod in nativitate Christi pacatis omnibus regnis et sub imperio romano redactis preceptum fuit a Cesare Augusto ut describeretur universus orbis, et ab illo tempore usque ad xl. annum post passionem Christi, quo inceperunt Iudei rebellare romanis, non legimus aliqua notabilia bella fuisse in Iudea, nec Iudeos usos fuisse armis, quia terra custodiebatur a militibus romanis. Et ideo probabile est quod tunc propter diuturnitatem pacis Iudei multa de quibus prius utebantur in bellis mutabant in instrumenta agriculture apta, sicut sensibiliter videmus fieri cum longa pax est diuturna. Et ideo dicitur in auctoritate predicta: Conflabunt gladios etc. Quod autem subditur: non levabit gens contra gentem gladium nec exercebuntur ultra ad prelium, non importat pacis eternitatem sed solum diuturnitatem. Ultra enim in hebreo habetur od, et sic iiii. Reg. vi. ubi nos habemus: et non venerunt ultra latrones Syrie in terram Israel, in hebreo habetur od. Et tamen certum est quod non importat ibi eternitatem, quia frequenter latrones Syrie invasisse postea et expoliasse terram Israel, sed importat diuturnitatem temporis, hoc est usque ad longum tempus ne illis accideret sicut illis accidit quos in Samariam deduxit Heliseus, de quibus est ibi sermo. ¶ Quinto arguunt Iudei contra adventum Christi per hoc quod habetur Ysa. xi. Egredietur

virga de radice iesse etc. ubi scriptura secundum eos loquitur de adventu xpi et sequitur ibidem habitabit lupus cum agno et pardus cum edo accubabit et sequitur ibidem. Et delectabitur infans ab ubere super foramina aspidis. et in caverna reguli qui ablactatus fuerit manum suam mittet et dicunt iudei in adventu xpi alia silvestria domesticari sic debent quod pacifice habitabunt cum animalibus naturaliter mansuetis et alia venenosa non nocebunt hominibus vel parvis pueris infantes secure ludent cum eis hoc autem non est impletum ut patet ad sensum ergo nondum venit xpus. Dicendum ad hoc quod est locucio methaphorica quia nominantur ibi homines nominibus animalium similem habentium. gen. xlix. Beniamin lupus rapax etc. et ibidem. Dan coluber in via etc. Sic ergo in proposito est dicendum quod iudei et gentiles qui erant prius ad invicem nocivi et odiosi pacifice simul habitaverunt conversi ad fidem xpi secundum quod dicitur act. iiii. capitulo multitudinis credencium erat cor unum et anima una et tamen illo tempore fuerunt aliqui gentiles ad fidem xpi conversi ut in eodem libro patet et eodem modo exponendum est quod sequitur de parvis et animalibus venenosis quia simplices et parvi non leduntur ab illis qui ante conversionem ad fidem xpi erant veneno infidelitatis et perfidie repleti quod autem talis modus loquendi sit in proposito capitulo ysaie patet per illud quod ibi premittitur quia sicut iesse vocat virgam filium ipsum xpm vocat florem. cum dicit et flos de radice etc. Similiter cum dicit erit iusticia cingulum lumborum eius et fides cinctorium renum eius methaphorice loquendo et hec nota patet per translacionem caldaicam que sic habet exibit rex de filiis ysai et messias de filiis filiorum eius sequitur et pax in diebus eius multiplicabitur ubi hebreus habitabit lupus cum agno ex quo patet quod ista locucio est methaphorica potest etiam dici quod illud impletum est ad literam in fidelibus xpi quia frequenter invenitur quod fere mansuete facte sunt fidelibus xpi eorum devocionem exponentes similiter bestie venenose non potuerunt eis nocere secundum quod promisit eis salvator in evangelio. dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et super scorpiones etc. et act. xxviii. dicitur quod paulus percussus a vipera in nullo est lesus propter quod barbari hoc videntes et admirantes dicebant ipsum esse deum ut ibidem dicitur.

Sexto arguunt per illud quod dicitur deut. xxx. Si ad cardines celi fueris dissipatus inde retrahet te dominus deus tuus et assumet atque introducet te in terram quam possederunt patres tui etc. ex hoc arguunt cum simus per totum mundum dispersi et non congregati sequitur quod non venit xpus. Dicendum quod illud fuit adimpletum in reductione eorum de captivitate babilonica. secundum consequens hoc arguitur per illud quod habetur ezechiel. xxxix. Scient quod ego dominus eorum cum transtulerim eos in naciones et congregaverim eos super terram et non dereliquerim quemquam ex eis ibi. nulli autem derelicti fuerunt de captivitate babilonica et assyriorum quia non omnes reversi sunt. ergo non est impletum tempore xpi. Dicendum quod tunc fuit impletum quod est quia nulli fuerunt ibi derelicti qui voluissent reverti quia cyrus qui erat monarcha in omnibus illis regnis dedit licenciam generalem omnibus revertendi vmo etiam dedit munera revertentibus ut patet esdre primo et ideo in hoc completum est illud ezechielis et ipsius moysi quia nullus derelictus est ibi qui voluit reverti illi autem qui noluerunt facti sunt indigni divino beneficio. Vel potest dici quod predicta congregacio intelligenda est per fidem et caritatem que congregacio facta est per ihesum xpm secundum quod exponit iohannes evangelista. xi. capitulo ubi dicitur quod cayphas prophetavit quod ihesus moriturus erat pro gente et non tantum pro gente sed ut filios dei qui erant dispersi congregaret nullus autem ex hanc congregacionem derelinquetur qui velit intrare quia nulli clauditur ianua ecclesie.

Septimo arguunt iudei per illud quod habetur zach. vi. ecce vir oriens nomen eius translacio caldayca. sic habet messias nomen eius. ex quo patet quod ista auctoritas intelligitur de xpo sequitur in auctoritate. et edificabit templum domino ihesus nazarenus non edificavit aliquod templum domino ergo non fuit xpus. Dicendum quod ista auctoritas intelligitur de templo secundo edificato per zorobabel ut dicit. Ra. Sa. doctor hebreorum et ideo ex hoc non habent argumentum contra nos. dato etiam quod intelligatur de xpo ad literam dicendum quod ipse edificavit templum de lapidibus vivis et spiritualibus videlicet de ipsis fidelibus et talis edificacio debebatur ipsi xpo quia est perfectissima. Unde super illud gen. xxviii. non est hic aliud nisi domus etc. dicit glossa hebraica quod patriarcha iacob vidit domum dei edificandam in terris et domum dei edificandam in celis et ideo dicit non est hic aliud etc. id est domus que edificanda est in terris nichil est. et domus celestis id est proprie edificatur ex lapidibus vivis videlicet ex fidelibus qui in presenti compaginantur per graciam et in futuro per gloriam.

Octavo arguunt iudei per illud quod habetur ier. xxiii. Ecce dies veniunt dicit dominus et suscitabo david germen iustum que intelligitur de xpo sicut superius allegatum est et sequitur ibidem in diebus illis salvabitur iuda et israel habitabit confidenter. Sed maximam totam miseriam acciderunt filiis israel sicut post mortem ihesu nazareni sicut patet de destruccione civitatis et templi. ergo non fuit ille xpus. Dicendum quod iam non erant filii israel in iudea proprie loquendo quia erant nisi adeo quod xpm negaverant et occiderant propter quod illam miseriam meruerunt et ideo ex illa miseria magis concluditur propositum sicut premittitur ex predictis illi autem qui erant vere filii israel et iuda. scilicet qui xpm receperunt salvati sunt per ipsum non solum spiritualiter quod est ad animas sed etiam corporaliter quia secundum quod dicitur in ecclesiastica hystoria in imminente destruccione civitatis

Ierosolimitane per Titum et Vaspasianum. Cum omnes fuerint fideles qui erant in Iudea per Angelum ut eum fuerint in regnum regis Agrippe qui erat confederatus Romanis in pace. ¶ Aliter potest dici ad auctoritatem istam quod illi sunt perfecte de regno Christi de quibus ibi loquitur quia iam sunt in gloria celesti et ibi habitant confidenter et sunt perfecte saluati. ¶ Nono arguunt per illud quod habetur Danielis vii. Aspiciebam in visu noctis et ecce in nubibus celi quasi filius hominis veniebat etc. ¶ Et secundum omnes expositores catholicos loquitur ibi de aduentu Christi. Ihesus autem Nazarenus non venit in nubibus nec in tali potestate qualis ibi describitur. Ergo non fuit Christus. ¶ Dicendum quod scriptura loquitur de duplici aduentu Christi. scilicet in mundum et ad iudicium. et primus aduentus Christi describitur cum humilitate. Daniel autem loquitur de secundo aduentu unde ibidem dicitur Aspiciebam donec throni positi sunt etc. Et sequitur ibidem iudicium sedit et libri aperti sunt. Iudei autem excecati sunt nesciunt hunc duplicem aduentum distinguere et ideo errant multipliciter quia aliqui expectant Christum in aduentu suo statim apparere in tanta virtute et potestate quod possit omnia terrena sibi subicere et eos liberare et regnum eorum restituere etc. quod etiam discipuli Christi post eius resurrectionem querebant. Actuum i. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel etc. Alii autem propter scripturas que manifeste loquuntur de Christi humilitate et passione et propter illas que loquuntur de eius eminentia expectant duos messias. Unum qui dicitur filius Ioseph et iste passurus est et occidendus. Alium qui dicitur filius Dauid qui messiam filium Ioseph resuscitabit et regnum Israel restaurabit. Sed illud dictum de scripturis non habet auctoritatem. licet enim plures dicti sunt messie sine uncti quod idem est principaliter ut Dauid et Saul et quidam alii. tamen ille qui dicitur in scriptura venturus ad salutem populi non dicitur nisi unus. ¶ Secundum illud dictum praedictum licet aliquam apparentiam impletum est in ipso qui fuit filius Ioseph putatiuus et sic vocatus ut patet in euangelio et etiam filius Dauid secundum carnem sicut patet ex praedictis. ¶ Decimo arguunt illud per quod habetur Ysaie xxx. Erit lux lune sicut lux solis et lux solis septempliciter sicut lux vii dierum in die quo alligauerit dominus vulnus populi sui et percussuram plage eius sanauerit. Cum ergo aduentus Christi expectetur ad salutem populi. ergo in aduentu eius debet fieri mutatio corporum celestium sicut quod cum non sit adhuc factum videtur quod promissio de aduentu Christi non sit adhuc impleta. ¶ Dicendum sicut ad argumentum praecedens quod loquitur de aduentu Christi ad iudicium. tunc mutabuntur et innouabuntur quantum ad modum corpora celestia et tunc sanabitur vulnus populi et percussura plage eius quia destruetur mortalitas per peccatum primorum parentum inducta quia omnes homines resurgent ad vitam immortalem. ¶ Undecimo arguunt per illud quod habetur Ysaie liii. Videbit semen longeuum etc. et Psalmo lxxxviii. Ponam in seculum seculi semen eius etc. Nunc autem non legitur Ihesus Nazarenus habuisse filios. Ergo non fuit Christus. Dicendum quod habuit

et habet filios spirituales et tales filiationem debebant ei. scilicet per fidem et sanctitatem non autem per carnalem propagationem que semper habet annexam deordinationem unde Glossa super illud Genesis xxvi. in Ysaac vocabitur tibi semen. Notantur hic duo status scilicet tempus legis et tempus Christi. ¶ Duodecimo arguunt per illud quod habetur Ezechielis xl. ubi describitur quod erit templum mirabile et magnum in terra Israel construendum et durans in aduentu Christi complendum. Hoc autem non est factum. Ergo etc. ¶ Dicendum quod scriptura loquitur ibidem secundum mysterium de domo celi de qua Christus dicit iam est. Et hoc patet per illud quod habetur in fine Ezechielis et Noui [illegible] ex istis dictis habetur, et patet per multa alia que ponuntur ibidem in littera quia ibidem scribitur fluuio hinc ligna ex utraque parte pomifera facientia fructum quolibet mense quod nullo modo dicitur verificari ad litteram. Hoc etiam iudei potenti [illegible] doctoris hebraici dicentis quod de Ierusalem spiritualiter [illegible] scriptura in fine Ezechielis. Hec sunt que arguunt iudei contra praedicta. quedam alia argumenta eorum dimitto causa propter prolixitatem vitandam, cum propter hoc quod solutio eorum apparet ex praedictis et sic patet decimum principaliter quod erat determinandum de ista questione. scilicet quod tempus aduentus Christi sit praeteritum. ¶ Ultimo soluendum est argumentum quod fiebat in principio questionis ubi dicebatur quod si praedicta de fide catholica possent probari per scripturas a iudeis receptas non est verisimile quin illi qui inter eos sunt studiosi hoc non percepissent et per consequens suum errorem reliquissent. ¶ Ad hoc dicendum quod multi tunc iudeorum perceperunt et a tempore Christi sicut patet de Nathanaele Nichodemo et Gamaliele qui fuerunt doctores et legis periti. Similiter de Paulo apostolo et Apollo et multis aliis unde Iohannis xii dicitur de principibus multi crediderunt in eum sed propter phariseos non confitebantur ne de synagoga expellerentur. Dicebantur autem principes sacerdotes et legis doctores. etiam multi postea legis periti perceperunt hoc secundum quod dicitur de Iosepho et idem potest dici de multis aliis. Ratio autem quare aduertentes [illegible] fidem Christi [illegible] de causa prima est propter timorem penurie temporalis. quia semper sunt cupidi et in lege eorum frequenter promittitur habundantia temporalium. ideo timent habere [illegible] ¶ Alia causa est quia a cunabulis nutriuntur in odio Christi et legis Christiane et Christicolis maledicunt in synagogis omni die. ¶ Illa autem ad que homines sunt consueti a pueritia sunt quasi in natura versa, et per consequens aditur iudicium intellectus a veritate. ¶ Tertia causa est propter difficultatem et altitudinem eorum que in fide catholica proponuntur credenda sicut trinitatem personarum in natura diuina. duas naturas in una persona Christi. et sacramentum eucharistie que nullo modo possunt capere. et ideo reputant nos tres deos adorare colere et credere in ipsum sacramentum eucharistie reputant nos pessimos ydolatras sicut per experientiam cognoui illi qui scripsit de istis cum eis conuersatus. Et ideo a fide catholica per talibus auditis retrahuntur et plures iam lapsi ad vomitum reuertuntur. ¶ Explicit questio de probatione per scripturas a iudeis receptas quod in Christo [illegible] a lege et prophetis sicut [illegible] a fratre Nicholao de Lyra de ordine fratrum minorum [illegible] in sacra pagina. ¶ Incipit responsio fratris Nicholay de Lyra ad quendam iudeum ex verbis euangelii secundum Matheum contra Christum nequiter arguentem

Margin notes: domus; lux

Potens sit exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere. ad Tit. primo capitulo. Licet autem verbum apostoli specialiter ad episcopos sit expressum, convenienter tamen potest accipi, ut sit expressivum professionis catholici doctoris, ad quem spectat exhortari fideles in sana doctrina, et infideles arguere contradicentes catholice veritati. ¶ Videndum tamen, quod licet se dicere talem esse doctorem arrogantissimum videatur, tamen se profiteri doctrinam hanc desiderare se asserere viri studiosi proprium esse videtur. Propter quod sapiens Pitagoras ut eum careret arrogantie nota noluit se dicere sapientem sed philosophum, id est sapientie amatorem, quod cuilibet studioso est honestum. Vera autem sapientia que in vita presenti habetur in scriptura veteris ac novi testamenti continetur. Propter quod dicitur Deut. iiii. Hec est sapientia vestra et intellectus coram populis. ¶ Postquam autem [illegible] duo ex amore sapientie [illegible] secundum utrumque testamentum secundum gratiam a Deo michi datam. ¶ Quidam tractatus a quodam iudeo confectus venit ad manum meam, in quo ex verbis evangelistarum auctoritate evangelii dominum nostrum ihesum christum nititur impugnare. Licet autem eius impugnatio apud intelligentes nullius aut modici sit momenti, quia tamen per eam posset turbari simplices, ideo talem [illegible] veritati contradicentem arguere proposui prout dominus michi dabit. Sic autem intendo procedere quod primo singulas auctoritates evangelicas quas accipit et intendit qualitercumque obiectiones seu obiectiones quas iudeus contra christum elicit et omnes eas destruere non solum per scripturam novi testamenti aut catholicorum doctorum, sed etiam per scripturas veteris testamenti et doctorum hebraicorum conabor. ¶ Dicit igitur primo liber generationis ihesu christi filii david filii abraham. Abraham genuit ysaac. Ysaac autem genuit iacob. Iacob autem genuit iudam et fratres eius. Iudas autem genuit phares et zaram de thamar. sequitur infra Salomon autem genuit booz de raab. Booz autem genuit obed ex ruth. sequitur infra. David autem rex genuit salomonem ex ea que fuit urie, id est ex bethsabee que fuit uxor urie. Ex hoc autem arguit in hac genealogia ihesu nazareni que est principium novi testamenti nulla sancta mulier nominatur, scilicet sara rebecca et cetere, sed tantum [illegible] que sunt in scriptura reprobate. Prima namque scilicet thamar sub simulatione meretricis supposuit se iude socero suo et sic concepit ex eo phares et zaram. Gen. xxxviii. Secunda vero scilicet raab meretrix cognominatur Iosue ii. Sicut etiam gentis chananea et sic videtur fuisse mulier luxuriosa vilis et ydolatra. Tertia scilicet ruth fuit de populo moab qui colebat ydola. Quarta vero fuit bethsabee que fuit adultera ut patet ii Reg. xi. Ex hoc igitur concluditur manifeste quod tota genealogia ihesu nazareni et eius nativitas erat ordinata ad immunditiam carnis et ydolatriam, ex quo sequitur quod non fuit vere christus

iudeus

et quod [illegible] sunt in mundo credunt eum [illegible] illas etc. in lege prohibita. Sunt etiam ydolatre pessimi adorantes ihesum purum hominem tanquam deum, et quod peius est hostiam de frumento ab eis formatam et contra adorant sicut deum quod est detestabile et postea comedunt quod est horribile. ¶ In solutione istorum intendo tria facere. Primum est ostendere quod non valet id quod obicitur. Secundum quod in processu falsum supponit. Tertium quare dictarum mulierum nomina exprimuntur. arguitur hoc principaliter querere videtur. ¶ Circa primum ostenditur primo ut clavus retunditur clavo quod similis ratio vel fortior potest fieri contra messiam a iudeis expectatum. Ier. xxiii. dicitur de ipso ecce dies veniunt dicit dominus. Et suscitabo david germen iustum quod doctores hebrei exponunt de ipso [illegible] et translatio caldaica que est hebraice litere in pluribus locis expositiva habet hic Suscitabo david messiam iustum. ¶ Quod etiam iudei asserunt messiam de david descensurum. Propter quod Math. xxii. querente domino salvatore a phariseis de christo cuius filius est dixerunt david. David autem legitur multipliciter et graviter peccasse. primo in morte sacerdotum nobe. primo Reg. xxii. cap. quia per omissionem cautele debite fuit occasio mortis ipsorum petendo panes et gladium ab achimelech presente doech ydumeo. Propter quod filio achimelech fugienti ad david dixit ego sum reus omnium animarum patris tui et numerus occisorum sacerdotum fuit octoginta quinque virorum et cum hoc civitas eorum fuit succensa, et mulieres et parvuli trucidati. ¶ Item peccavit peccato adulterii et ex raptu, ut videtur in uxore urie de qua dicitur ii. Reg. xi. cap. misit itaque david nuncios et tulit eam per potentiam regalem. ¶ Item peccavit peccato homicidii, nam uriam fidelissimum sibi militem occidit gladio filiorum amon, ut ibidem dicitur, et quia postea factum fuit divulgatum, surrexit inde scandalum magnum. Propter quod dicebatur in populo vulgariter de ipso david quomodo poterit esse salvus ei qui rapuit ovem et occidit pastorem. ¶ Item peccavit [illegible] non solum punitionem debitam sed etiam [illegible] filii sui amon de oppressione violenta sororis sue thamar. ii Reg. xiii. cap. dicitur enim ibi cum autem audisset david verba hec contristatus est valde et noluit contristari spiritum amon filii sui quia diligebat eum. ¶ Item peccavit graviter in miphiboseth filii ionathe cuius fuit [illegible] de crimine lese maiestatis et hoc falso ut habetur ii Reg. xvi. cap. post cognitam innocentiam miphiboseth et nequitiam sybe servi sui illum servum quem de iustitia tenebatur decapitare, non solum non punivit sed etiam contra iustitiam medietatem hereditatis miphiboseth sibi dedit ut habetur ii Reg. xix. cap. in hoc etiam fregit iuramentum federis initi inter david et ionathan patrem miphiboseth ut habetur primo Reg. xx. cap. quo unanimiter ambo in nomine domini dicentes dominus sit inter me et te et semen tuum usque in sempiternum et sibi invicem firmiter iuraverunt. et propter [illegible] dicunt doctores hebreorum quod regnum david postea fuit divisio

Unde super illud verbum david .ii. reg. xx. capitulo. Dividat et sibi dividite possessiones. dicit glo. hebraica quod tunc venit vox de celo dicens ioab et iobab dividerunt regnum. ¶ Item peccavit david per superbiam in numeracione populi .ii. reg. xxiiii. capitulo et in transgressione divini precepti, quod habetur exo. xxx. ubi habetur in numeracione populi pro quolibet capite debebat dari dimidium siclum argenti domino quod tunc non fuit factum et propter gravitatem peccati mortua fuerunt de populo israel .lxx. milia virorum ut habetur ibidem. ¶ Hec autem scripta sunt in veteri testamento de peccato david et forsitan plura alia omissa que non sunt scripta. Igitur si propter peccata predictarum mulierum in genealogia ihesu nazareni positarum arguunt iudei quod ihesus nazarenus non fuit messias in lege et prophetis promissus eadem racione vel forciori potest argui quod messias quem expectant descensurum de david qui fuit tot et tantis criminibus irretitus non sit messias eis promissus. ¶ Respondetur quod archiepiscopus eorum non valet frequenter enim legimus homines sanctos ex parentibus nequissimis peccatis et eciam ex sanctis nequissimos, sicut achaz nequissimus genuit ezechiam sanctissimum .iiii. reg. xviii. capitulo et ezechias sanctus genuit manassem pessimum qui posuit ydola in templo domini et effudit sanguinem innocentem nimis donec impleret ierusalem usque ad os .iiii. reg. xxi. capitulo. Similiter amon pessimus genuit iosiam sanctissimum qui genuit tres filios pessimos qui propter peccata sua traditi fuerunt in manum infidelium unus in manum regis egypti et alii duo in manum regis babilonis ut habetur .iiii. reg. xxiii. capitulo et xxiiii. Ex hoc patet quod non habet argumentum consequentiam contra sanctitatem christi eo quod in eius genealogia ponuntur peccatores et peccatrices cum iustis. Quod autem arguitur contra christianos esse iniquos eo quod comedunt carnes porcinas et alia a lege prohibita non valet nam illa precepta erant ceremonialia et per quas figuralia stavit futura sub typo propter quod publicato evangelio cessant non solum ut mortua sed eciam ut mortifera si servarentur ut obligatoria ex lege nam hoc esset dicere saltem facto quod adventus christi nondum esset completus. Si autem aliquis abstinet a carnibus porcinis vel bidentis vel ex alia causa ut pote quia sunt sibi abhominabiles vel non sane nullum esset peccatum. Quod autem tales cibi tempore christi sunt liciti patet ex actibus apostolorum et epistolis in multis locis que propter brevitatem omitto et quia notum est fidelibus christianis. Item. ra. mo. super gen. inducit auctem ps. cxlv. qui custodit veritatem in seculum facit iudicium in iniuriam pacientibus dat escam esurientibus dominus solvit compeditos et hic est sensus vero in hebraico. Exponit igitur iste doctor finem huius versus de esca tempore messie dicens quod hoc est litera dat escam famelicis dominus absolvens prohibita sic ligata et exponendo sic dicit omnis bestia que immunda reputatur in hoc seculo dominus sanctus et bene dicta faciat eam mundam in futuro seculo sicut primitus fuit munda filiis noe quibus dicitur gen. ix.

capitulo. Sicut olera virencia dedi vobis omnia sicut eciam olus fuit ~~fuit~~ mundum omnibus sic animalia et bestia filiis noe et ita in futuro absolvet deus quicquid prohibuit de cibis. ¶ Sciendum autem quod iste doctor et alii doctores hebreorum loquentes de presenti seculo et futuro per seculum presens intelligunt tempus currens usque ad messiam et ibi incipit seculum futurum. Cum igitur ihesus nazarenus sit messias verus ut declarabitur infra, a tempore passionis sue in quo terminatum fuit cursus legis mosaice licitum fuit cibus lege mosaica prohibitus et ideo paulus apostolus in lege et prophetis eruditus dicit .i. timo. iiii. omnis creatura dei bona et nichil reiciendum quod cum graciarum actione percipitur sanctificatur enim per verbum dei .i. per eius filium modo dicto. ¶ Quod autem arguunt contra christianos esse ydolatras eo quod adorant ihesum nazarenum hominem purum. ¶ Solvendo hoc destruitur eorum plenaria ostendetur primo quod ihesus nazarenus est messias verus secundo quod verus messias sit deus et homo et ex hiis concluditur quod sit latria adorandus. ¶ Primum probatur per opera que fecit virtutem tocius nature create transcendencia et sic fuit opus divina, fiebant autem ad testimonium veritatis doctrine ihesu nazareni qui dicebat se esse messiam in lege et prophetis promissum ad salutem hominum. ¶ Igitur cum deus non possit esse testis falsitatis sequitur quod ihesus nazarenus sit messias verus propter quod nichodemus legis doctor videns opera christi dixit ei: Scimus quia a deo venisti magister nemo enim potest facere hec signa que tu facis nisi deus fuerit cum eo. Nec potest dici quod fuerint facta virtute dyaboli nam illuminacio ceci nati suscitacio mortui quatriduani et multa alia que fecit ihesus nazarenus ita transcendunt virtutem tocius nature create quod non possunt attribui nisi virtuti divine. ¶ Et quia iudei non receperunt evangelium ideo induco ad probandum propositum hebreorum dicta iosephi cum hystoriographi hebreorum iudeorum .xviii. libro antiquitatis iudaice dicit de ihesu nazareno fuit hiisdem temporibus ihesus sapiens vir si tamen virum eum nominare fas est erat enim mirabilium operum effector et doctor eorum hominum qui libenter ea que vera sunt audiunt et multos quidem iudeorum multos eciam ex gentibus sibi adiunxit, christus hic erat. hunc accusacione primorum nostre gentis virorum cum pilatus in cruce agendum esse decrevisset non deseruerunt eum hii qui ab inicio eum dilexerant apparuit enim eis tercia die vivus secundum quod divinitus inspirati prophete vel hec vel alia innumera de eo futura miracula predixerant. ¶ Item quando sacra scriptura denunciat aliquid futurum et determinat tempus locum et modum si omnia ista occurrunt in uno manifestum est quod illud quod fuit predictum in illo est adimpletum. Sacra autem scriptura predixit christi adventum ut patet in multis locis determinat tempus veniendi videlicet quando fieret translacio regni iudeorum ad alienigenas. gen. xlix. non auferetur sceptrum de iuda et dux de femore eius donec veniat qui mittendus est etc. Ubi translacio caldaica habet donec veniat messias. Similiter determinant locum

nascendi michee .v.° ca° Et tu bethleem ef
frata paruulus es in milibus iuda ex te enim michi
egredietur qui sit dominator in israel .i. messyas si
ue xpistus/ propter quod principes sacerdotum et scribe
interrogati ab herode de loco natiuitatis xpisti res
ponderunt quod bethleem iude erat locus/ allegantes
ad hoc istam auctoritatem ut patet . mathei ii. ca° ¶ Item
determinauit modum viuendi .s. in paupertate
zacharie ix° ca° Exulta satis filia syon iubi
la filia ierusalem . ecce rex tuus uenit tibi iustus
et saluator et ipse pauper que auctoritas secundum
hebreos intelligitur ad literam de xpisto / Similiter
determinauit modum moriendi .s. in maxima
paciencia ex parte xpisti et in maxima crudelitate
ex parte occidencium ipsum . ysa .liii. ca° tamquam
ouis ad occisionem ducetur et quasi agnus coram ton
dente se obmutescet etc. omnia ista concurrerunt in
ihesu nazareno qui natus fuit tempore herodis/ qui
primus de alienigenis regnauit in iudea natus
etiam fuit in bethleem et in paupertate uixit a
natiuitate usque ad mortem/ sustinuit etiam pa
cientissime mortem acerbissimam / et ideo ex istis in con
currentibus patet ipsum esse verum messyam et sic patet
primum ¶ Secundo probatur quod messyas uerus sit homo
et deus hoc autem non solum clamat scriptura
noui testamenti sed etiam ueteris scribitur enim ysa .ix. ca.
de xpisto paruulus natus est nobis et filius datus est nobis
ex quo patet uera humanitas, per hoc quod subditur et uo
cabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis
pater futuri seculi princeps pacis, apparet eius vera
diuinitas ¶ Item ier. xxiii. ca. ecce dies ueniunt
dicit dominus et suscitabo dauid germen iustum
translacio caldaica habet messyam iustum per hoc
autem quod subditur germen dauid apparet eius humanitas
per hoc autem quod subditur ibidem et hoc est nomen
quo uocabunt eum dominus iustus noster apparet eius diuini
tas nam ubi habemus dominus in hebreo habetur nomen dei
tetragrammaton quod est appropriatum altissimo creato
ri ut dicit rabi moyses in libro directionis perplexorum
¶ Item michee v. ca. et tu bethleem effrata
paruulus es in milibus iuda ex te enim michi egredietur
qui sit dominator in israel translacio caldaica habet
ex te coram me egredietur messyas /et in hoc apparet
natiuitas xpisti in humana natura que fuit in beth
leem/ per hoc autem quod subditur . Et egressus eius
ab inicio a diebus eternitatis/ ostenditur eius natiuitas
in diuina natura qua semper nascitur et natus est a pa
tre ergo quod messyas debet esse ex prophetis promissus est deus
ab eterno/ et homo ex tempore et supra probatum est
/quod ihesus nazarenus est messyas uerus/ ex quibus con
cluditur quod est latria adorandus /et hoc fuit predictum
psalmo xliiii. qui ad literam intelligitur de rege mes
sya secundum antiquos doctores hebreorum unde super
illud quod dicitur ibi. speciosus forma pre filiis hominum
translacio caldaica sic habet pulcritudo tua rex
messyas maior quam filiorum hominum/ et de isto re
ge subditur audi filia et uide etc. sequitur et con
cupiscet rex decorem tuum quoniam ipse est dominus deus
tuus et adorabunt eum ¶ Quod autem arguitur

Quod verus Messyas sit deus et homo.

ultimo de adoracione eukaristie quod ibi sit ydolatria dicen
dum quod non est verum non autem adoratur panis quia
non est ibi sed eius substancia conuersa est in substan
ciam corporis xpisti uirtute diuina ad prolacionem illorum
uerborum consecracionis que sunt ipsius xpisti uere dei efficiente
seu principaliter/ ipsius autem sacerdotis prolatiue
seu ministerialiter/ uerbum autem diuinum tante vir
tutis est quod per ipsum factum est celum et terra
de nichillo ut patet . genesis primo ca° et psalmo .cxlviii.
dixit et facta sunt et multo forcius potest conuertere
unam substanciam in aliam, patet etiam per exemplum
exo. iiii. ca° ubi dicitur quod diuina uirtute virga mo
ysi conuersa est in serpentem et exo. vii. aque
egypti uerse sunt in sanguinem/ quod autem possit
conuertere unam substanciam in aliam manentibus accidentibus pro
batur quia non attingit substanciam mediantibus acciden
tibus sicut facit agens naturale sed etiam attingit imme
diate et ideo potest illam substanciam in aliam substanciam conuertere
manentibus accidentibus eadem uirtute ¶ Ad hoc
autem habetur aliquo modo exemplum . genesis . xix. ca°
ubi dicitur quod uxor loth respiciens retro uersa fuit
in statuam salis ¶ Nam ex hoc quod dicitur statuam: uidetur
quod remanserit figura sui corporis in sal conuersa . hoc
¶ Sic ergo diuina uirtute conuertitur substancia panis in corpus
xpisti accidentibus panis remanentibus anima uero
xpisti realiter coniuncta est suo corpori et sibi
deitas in persona filii et sic sub speciebus panis est corpus
xpisti. Ex ui consecracionis seu transubstanciacionis
anima autem eius et diuinitas ex concomitancia reali
et inseparabili/ et propterea quoniam ibi est totus xpistus verus
homo uerus deus latria adorandus /et sic non est ibi
ydolatria/ non enim adorantur species panis et uisibiles
tamquam deus/ sed ipse xpistus inuisibiliter existens sub illis
speciebus/ simile habetur quodam modo . exo. iii. ubi habetur
quod dominus apparuit moysi in flamma ignis de medio
rubi. et non est dubium quin moyses adorauit
eum quando dominus dixit moysi solue calciamenta
de pedibus tuis etc. nec adorauit ignem illum siue
flammam tamquam deum . Sciebat enim moyses hoc im
possibile esse/ sed adorauit eum inuisibilem sub illis
uisibilibus apparentem/ et idem dicendum est de appari
cionibus diuinis factis sanctis patribus . iii. reg.
xix. apparuit helye sub sybilo aure tenuis ¶ Quod
autem arguitur ultimo quod xpiani comedunt corpus xpisti
quod est horribile dicendum quod uerum esset si ac
ciperetur in propria specie sed ipsum accipere sub speciebus panis
non est horribile sed magis suaue et ueneria
bile non enim ipse xpistus uel eius corpus in ista comestione
frangitur uel atteritur dentibus siue laceratur sicut
ymaginantur iudei, sed sole species panis franguntur
uel atteruntur quibus confractis desinit ibi esse
corpus sed remanet huius sacramenti effectus qui est anime
refectio per augmentum gratie/ et sic patet quod come
stio ista suauis est et ueneranda/ et propterea hoc dicit
saluator. jo. vi. ego sum panis uiuus qui de celo
descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane
viuet in eternum. hoc etiam fuit predictum. ps. lxxi.
quem secundum antiquos doctores hebreorum exponitur
de xpisto in principio eius huius psalmi cum dicitur deus iudicium

.4°

hebrei dicunt ingressi sunt domum mulieris ospitatricis noīe raab.

cuiū regni dā. glosa hebraica iste est rex messias de quo dr̄. ysa. xi. ca. Egredietur uirga de radice iesse etc. Et in processu huius ps̄ dicitur de xp̄o erit firmamentum in terra in summis moncium ubi lrā hebraica habet erit placenta tritici in terra in capite moncium et translacō ionathe in lingua hebraicā erit memorabile triticum in terra in capite montium et translacō caldaica hz erit oblacio frumenti in terra. Ex istis tribus uiꝫ quod lrā nrā fuit corrupta per scriptores ponentes firmamentum pro frumentum. ex similitudine dictionum patet quod ex dictis quod de rege messya predictum fuit in hoc ps̄ quod futurum erat frumentum in terra in summis moncium ut oblacio frumenti in terra in capite montium quod impletum est in sacramento eukaristie in quo xp̄s sub speciebus panis tritici continetur et super capita sacerdotum eleuatur ut a populo adoretur qui sacerdotes ps̄. alti stant in montes nominantur. ps̄. quod saluator. Jo. xii. grano frumenti se comparat dicens nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuit etc. De bonitate autem cibi eukaristie dr̄. ra. mo. hadarsen exponens super genesim illud osee. xi. et inclinam ad eum ut uesceretur. Ubi lrā hebraica talis est. et inclinabo ad eum escam. quam exponens iste doctor et loquens quasi in persona dei sicut osee ppha dicit in fine. inclinabo ad eum .i. ad populum israel escam bonam et suauem. cui non est alia similis de qua dicitur. ps̄. lxxi. Erit placenta frumenti in terra etc. patet ergo ex predictis quod adorare eukaristiam non est derisibile sed sanctum et venerabile. nec comedere similiter horribile sed deuotum et delectabile bene dispositis ad hanc escam. ps̄. quod dicit apostolus .i. cor. xi. probet autem se ipsum homo et sic de illo pane edat etc. et hoc fuit prefiguratum in manna populo israel data. exo. xvi. de qua dicitur sapiencie xvi. panem paratum de celo prestitisti eis sine labore omne delectamentum in se habentem et omnis saporis suauitatem. igitur ex dictis patet quod probaciones supra posite .s. quod ob ... iectiones iudei sumpte de genealogia xp̄i non ualent. Consequenter procedendum est ad secundum ostendendo quod in suo processu accipit falsum. et primo quantum ad hoc quod dicit. mt̄ⁱ. mulieres in genealogia xp̄i nominatas fuisse uiles ydolatras et reprobatas non tamen intendo eas excusare totaliter a peccato sed a tanto. Prima fuit thamar et circa excusacionem aliqualem considerandum quod promissio abrahe facta fuit expresse promissio de xp̄o. gen. xxii. ca. in semine tuo benedicentur omnes gentes terre et quod illud semen descenderet per ysaac non ysmael quantum ad hoc repleto dicente sibi dn̄o in ysaac vocabitur tibi semen. Item quod de ysaac descenderet xp̄s per iacob patet esau quantum ad hoc repleto dicit dn̄s malach. primo ca. iacob dilexi esau autem odio habui. tota non generacione iacob fuit electa ps̄. quod .xii. eius filii dicuntur patriarche populi. Verumtamen de iuda descensurus erat xp̄s secundum carnem ps̄. quod mulieres desiderabant habere prolem de iuda et filiis eius. qui nesciebant quomodo de illa tribu descenderet xp̄s quousque determinatum fuit usque

ad progeniem dauid per promissionem de xp̄o sibi factam. ista uero thamar fuit uxor primogeniti iude et eciam secundi filii. et ambo mortui sunt sine prole et ideo dixit sibi iudas esto uidua in domo patris tui donec donec crescat sela filius meus. et cum adultus fuisset non dedit eum ipsi thamar timens ne moreretur sicut duo precedentes iudens. ergo thamar quod in uiriabatur sibi ex desiderio prolis habende de iuda uel eius filio vero predicta simulans se meretricem concepit de iuda phares et zaram et sic ex desiderio boni mota fuit ad illicitum perpetrandum. sic obstetrices egyptiorum ex pietate ad filios hebreorum mote fuerunt ad dicendum mendacium pharaoni exo. primo ca. et iudith similiter ex desiderio liberandi populum israel mota fuit ad ornandum se curiose ut sic concupiscenciam holofernis erga se ipsam excitaret quod est simpliciter malum et in illis uel consimilibus dicta uel facta mala excusantur a tanto non a toto. Quod autem dicit quod raab fuit meretrix publica et uilis persona falsum est nam ubi dr̄ de ipsa iosue. ii. ca. ingressi sunt domum mulieris meretricis nomine raab. ps̄. quod exploratores hebreorum illud declinauerunt ad manendum de nocte non enim est aliquo modo verisimile quod salmon princeps tribus iude accepisset eam in uxorem si fuisset tam uilis persona sicut plenius dicitur iosue. ii. Quod autem arguit ipsam fuisse ydolatram eo quod erat gentilis et chananea non est efficax argumentum. quia multi gentiles fuerunt unius dei ueri cultores sicut patet de iob et amicis suis. et dato quod coluerit ydola in iuventute sua sicut fuerat a parentibus edocta ac per hoc in parte excusanda. tamen in fide unius ueri dei saluauit exploratores hebreorum ut patet ibidem et per apostolum. hebr. xi. et cum tota cognacione sua fuit ad iudaismum conuersa. Quod autem de ruth moabitide dicit eam fuisse ydolatram potest ad hoc dici sicut dictum est de raab quia ante postea coluerit unum uerum deum patet ruth primo ca. ubi dixit noemi deus tuus deus meus etc. Quod autem ultimo dicit de bethsabee quod fuit adultera dicendum quod fuit ex scriptura non habetur expresse quod hoc consensit uoluntarie sed magis per potenciam regis uiolentiam ut dictum est. et dato quod in adulterium consensisset cum iudei non possint dicere quin postea deuota fuit et honesta. nam pro. xxxi. capitulo super illud. Quid dilecte mi. quid dilecte uteri mei etc. dicunt doctores hebrei quod ad litteram hec sunt uerba bethsabee matris salomonis ipsum arguentis eo quod prima nocte qua iacuit cum filia pharaonis ita carnaliter et insolenter se habuit cum ea. quod in mane tamdiu dormiuit quod transsiuit hora offerendi iuge sacrificium matutinum et claues templi erant sub ceruicali salomonis et ideo mater eius intrauit cubiculum eius et excitauit eum dicens quid dilecte mi. quid dilecte uteri mei. quid dilecte

notoriu iudeorum. q. d. considera quid fecisti sperabam quod tu zelares pro cultu divino et bene regeres regnum tuum et iam tu defecisti. Et consequenter monuit eum de carnalibus vitandis et iustitia conservanda. d. noli mulieribus etc. sicut plenius dixi exponendo prologum istius prover. xxx. capitulo. Nec obstat quod ille cui dirigitur istud verbum lamuel vocatur, nam salomon hoc nomine vocatus fuit eo quod natura ... vocavit eum amabilem domino ii. reg. xii. lamuel autem in hebreo significat cum quo deus in latino. Est autem deus cum eo quem diligit. Patet igitur ex dictis quod iudeus in arguendo accepit falsum, replicando quatuor predictas mulieres ut debitum. Item in hoc quod dicit nulla sancta mulierum ponitur in genealogia ihesu nazareni nam in eius fine dicitur iacob autem genuit ioseph virum marie de qua natus est ihesus qui vocatur xpistus. ipsam autem esse sanctissimam scripture novi testamenti et doctorum catholicorum manifeste proclamant.

Et quia hoc est satis notum ideo dimitto et sanctitatem eius per scripturas iudeorum et saracenorum declarare propono. Circa primum dicitur ysa. vii. capitulo ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel que auctoritas ad literam intelligitur de xpisto et eius matre sicut declaravi sup ysaiam diffuse et hoc ostendit hoc nomen emanuel quod interpretatur nobiscum deus quod nomen competit soli xpisto in quo et nullo alio natura humana et divina iuncte sunt in uno supposito quod est deus et homo. Cum igitur sup declaratum sit quod ihesus nazarenus sit verus xpistus sequitur quod eius mater maria concepit eum et peperit virgo et per consequens sanctissima. nec iudei possunt dictam auctoritatem negare quia non solum accipitur de translatione ieronimi sed etiam de translatione lxx. interpretum qui fuerunt iudei et in lege et prophetis peritissimi secundum quod dicit iosephus antiquitatum iudaicarum li. xii. Item idem ostenditur per illud quod habetur ysa. ix. capitulo parvulus natus est nobis et filius datus est nobis etc. quod secundum hebreos et latinos intelligitur ad literam de xpisto et subditur ibidem multiplicabitur eius imperium pro quo in hebreo dicitur lemarbe hammisera quod sonat in latino ad multiplicandum principatum sive imperium. Circa quod sciendum quod in hebreo mem litera duplicatur ut patet per ieronimum in prologo galeato et una vocatur mem aperta et ista ponitur in principio dictionis et in medio et non in fine alia dicitur mem clausa et scribitur in fine dictionis non autem in principio nec in medio. In hoc autem loco contra suam naturam mem ponitur clausa posita in medio dictionis cum dicitur lemarbe est enim prima litera huius sillabe mar et per hoc propheta insinuare voluit studiosis quod puer de quo loquitur nasciturus erat de matre clausa virginitate sicut enim figure grammaticales aliquid significant intelligentibus ita modus scribendi insolitus prophetarum ponitur ad significandum aliquid ad intelligentibus quod est vulgaribus et simplicibus occultandum. in libro qui dicitur sabirth apud hebreos autentico dicitur mem clausa verbum clausum significat. Item autem persuadetur per illud quod habetur ysa. xi. egredietur virga de radice iesse, et flos de radice eius ascendet hec auctoritas ad literam intelligitur de xpisto ut supra ostensum est qui per florem intelligitur quia sicut sine arboris corruptione flos ab ea egreditur sic xpistus nasciturus erat de matre absque virginitatis corruptione. Item etiam persuadetur per hoc quod dicitur ysa. lxvi. antequam parturiret peperit, parturivit esse dolorem pro sentire non autem dicitur de aliqua muliere quod ipsa peperit absque dolore partus excepta domina nostra matre ihesu xpisti. Item ieremie xxxi. dicitur novum faciet dominus super terram mulier circumdabit virum, per hoc quod dicit propheta novum faciet dominus manifeste ostendit insolitum esse futurum a domino et alias inauditum quod fuit quando virgo beata divinitus concepit ihesum virum scientiis et virtutibus ab hora sue conceptionis perfectum et sic eum suo circumdedit utero virginali. Item hoc fuit significatum ezech. xliiii. et dixit dominus ad me porta hec clausa erit, et non aperietur et vir non transibit per eam, quia dominus deus israel ingressus est per eam, eritque clausa et hec est sensus ... in hebreo per hanc portam intelligitur virginitas per quam dei filius venit ad nos, et exivit deus et homo clausura virginitatis integra permanente. Item rabi barachias exponens illud treni. ult. pupilli facti sumus absque patre dicit quod deus sanctus et benedictus ait isti. vos dixistis coram me pupilli facti sumus absque patre redemptorem quem ego suscitabo ex vobis sine patre erit. s. in terris sicut est sine matre in celis et sic secundum eum apparet virginitas marie matris. Item dominus bonaventura quondam ordinis fratrum minorum episcopus albanensis sup tertium sententiarum iii. di. loquens de sanctificatione marie dicit iudei quidam asserunt de ea quod cum esset pulcherrima a nullo tamen homine fuit unquam concupita. unde autem acceperunt hoc dictum iudeorum nescio sed non est verisimile quod talis ac tantus doctor posuisset illud in scripto suo nisi invenerit ab aliquo loco autentico, racio autem quare non fuit ab hominibus concupita potest assignari quia dispositionem mentis magis relucet in facie quam in partibus aliis corporis. quod ex plenitudine gratie existentis in eius mente fiebat quedam refulgentia in eius facie que in hominibus ipsam intuentibus concupiam non excitabat sed magis eam reprimebat et hoc modo de anabilis sancti sebastiani dicitur, tunc erat ut quem deus cerebat perfunderet gratia ab omnibus amaretur. Consequenter declarat sanctitas virginis marie per scripturas sarracenorum dicitur enim in alchorano mahometi dixerunt angeli o maria deus utique elegit te et purificavit te et elegit te clarior sup mulieres seculorum. Item ibidem dixerunt angeli o maria deus annuntiat tibi verbum ex ipso nomen eius ihesu filius marie et erit honorabilis et in hoc seculo et in futuro. Item ibidem dixit ipsa domine mi

Marginalia: iudea · magi. · .vii

quomodo erit michi filius et non tetigit me homo
dixit sicut deo erat quod uult cum decreuerit unquam
aliquid dicit ei esto et erit. Item in libro alko-
ran qui est autenticus apud eos dicit eum prophetam
quod audiuit nuncium dei dicentem nulla de filiis a-
dam nascitur quem non tangat sathan et ideo plorat
uociferans ex eius tactu preter mariam et filium eius
per nuncium autem dei intelligit machometus.
Item dicit ebumnisse prophetam .i. mahometum
dixisse multi perfecti fuerunt ex hominibus nulla autem
ex mulieribus unquam fuit perfecta nisi maria
mater ihesu. Has autem scripturas saracenorum in-
duxi quia secundum apostolum oportet testimonium habere
ab his qui foris sunt. Patet igitur secundum .s. quod
iudeus arguendo accepit falsum. Nunc re-
stat ostendere tertium .s. quare in mathei mulieres scilicet
predicte .s. thamar raab ruth et bethsabee
nominantur in genealogia saluatoris et non alie
ut sarra rebecca et sic de multis aliis que com-
mendantur in sacra scriptura quia hoc uidetur querere
argutius ad quod respondet ieronimus super mat. i.
Notandum in genealogia saluatoris nul-
lam sanctarum assumi mulierum sed eas tantum
quas scriptura reprehendit ut qui propter peccatores
uenerat de peccatricibus nascens omnium peccata deleret.
Sed hec ratio non multum ualet quia in genealo-
gia saluatoris ponit maria sanctissima.
Secundo quia ex eadem ratione ibidem arguitur ad opposi-
tum .s. quod propter peccatum athalie filie iesabelis que
erat ydolatra et ad ydolatriam traxit ioram ma-
ritum suum filius amborum ochosias et nepos
ioas et pronepos amasias tolluntur de genealo-
gia saluatoris et ideo aliter est respondendum
s. in mathei predicte mulieres nominantur in genea-
logia saluatoris ad excludendum falsam o-
pinionem que posset oriri. Cum enim dicitur in ge-
nealogia abraham genuit ysaac intelligitur
de sarra uxore eius propria et prima et eodem
modo cum dicitur ysaac genuit iacob intelligitur
de rebecca et sic de aliis. Si igitur sit absolute
diceretur iudas autem genuit phares et zaram
posset opinari aliquis quod esset de uxore sua
uera quod est falsum quia iudas non cognouit
thamar affectu maritali propter quod ad ex-
cludendum opinionem falsam euangelista nomen
thamar expressit. Similiter si diceretur salmon
autem genuit booz per se crederetur quod esset de sua
prima uxore iudea natione quod non est uerum
et ideo nomen raab est ibi expressum et idem
dicendum de aliis duabus et enim ruth non fuit
prima uxor ipsius booz nec bethsabee ipsius
dauid sed fuit eis ex accidenti quoniam ruth
ut suscitaret semen defuncti et bethsabee
ne moreretur propter crimen adulterii. Secundo
accepit iudeus illud quod habetur math. iii. ca.
tunc uenit ihesus a galilea in iordanem ad iohannem
ut baptizaretur ab eo sequitur baptizatus autem
confestim ascendit de aqua et aperti sunt
ei celi et uidit spiritum dei sicut columbam uenientem

x· habuit spiritum sanctum et sic in dictis suis implicat contradictionem .s.

et descendentem super se ex hiis sic arguit. Tunc
dicit quod baptismus est ablutio peccatorum. Cum igitur ihesus
nazarenus fuit baptizatus habuit peccata abluenda
quod ipsi negant aut ille baptismus fuit frus-
tra quod est inconueniens contra eos et quia dicunt
hunc baptismum fuisse a deo deo autem nichil fi-
et frustra. Item per hoc quod dicit uidit spiritum
dei uenientem super se nullus autem uenit ubi po-
erat sed ubi non erat ergo spiritus sanctus in ihesu nazareno
ante baptismum non fuit et tamen tunc erat incipiens
xxx. annum. Item post genealogiam xpi euan-
gelista sic dicit cum esset desponsata mater
eius ioseph antequam conuenirent inuenta est in utero
habens de spiritu sancto ex quo sequitur secundum eos dictum
quod ihesus nazarenus a principio sue creationis ˣ quod ihesus
nazarenus ante baptismum habuit spiritum sanctum
et quod non habuit. Respondeo ad primum dicendum
quod baptismus xpi est ablutio peccatorum non autem baptismus
iohannis sicut ipse dicit math. iii. ca. Ego quidem
baptizo uos in aqua in penitentiam. Qui autem
post me uenturus est fortior me est cuius non sum
dignus portare calciamenta ipse uos baptizabit
in spiritu sancto. ihesus autem nazarenus fuit bap-
tizatus baptismo iohannis tantum qui non erat ablutio
peccatorum et ideo non concludit argumentum .s. quod ihesus ha-
buit peccata abluenda. Dico etiam quod si fuisset bap-
tizatus baptismo suo qui est ablutio peccatorum
non tamen sequitur quod habuerit peccata abluenda
quia sanctificati in utero baptizandi sunt xpi baptismo
et tamen non habent peccata abluenda nam uirgo
ab instanti sue conceptionis non solum fuit sanc-
tificata sed etiam sancta sanctorum. Quod autem
arguitur ulterius quod ihesus nazarenus fuit baptizatus fru-
stra dicendum quod non sequitur quia per hoc approba-
uit baptismum et predicationem iohannis et per tac-
tum sue sanctissime carnis dedit uim regenerati-
uam aquis ut fideles sanctificati in uirtute sua
baptizantur quia per hoc regenerantur in xpo et mem-
bra eius efficiuntur. Scripture autem noui te-
stamenti et catholicorum doctorum loquuntur de
baptismo et eius effectu diuino cum quia sunt
note tum quia a iudeis non recipiuntur. et ali-
quas accipio de ueteri testamento et de dictis docto-
rum hebraicorum super illud eccl. primo quid
est quod fuit illud quod futurum est. Ra. barachyas
dicit sicut fuit redemptor primus sic erit ultimus
redemptor primus .s. moyses fecit ascendere
puteum sicut dicitur num. xxi. sic redemptor
ultimus qui est rex messias ascendere faciet
aquas sicut dicitur ioel ultimo. Et fons de domo
domini egredietur et irrigabit torrentem spinarum.
hec sunt uerba doctoris per torrentem spinarum
intellige multitudo peccantium siue peccatorum. Alii
qui hebrei dicunt quod hec est terra et irrigabit
planitiem sethim. Est autem sethim regio gre-
cie de qua alexander magnus exiuit ad pu-
gnandum contra reges persarum et medorum ut habetur primo
mach. primo ca. Et secundum hoc ista prophetia
fuit impleta quando apostoli predicauerunt grecis et eos

baptizauit. Item ysa. xliiii. noli timere serue meus iacob et rectissime quem elegi. effundam enim aquam super sitientem et fluenta super aridam, effundam spiritum meum super semen tuum et benedictionem meam super stirpem tuam et germinabunt inter herbas sicut salices iuxta preterfluentes aquas. iste dicet domini ego sum et ille uocabit in nomine iacob et hic scribet manu sua domino et in nomine israel assimilabitur. per hoc enim quod dicitur effundam enim aquam super sitientem intelligitur baptismus iudeorum fidem christi deuote recipientium et per hoc quod subditur et fluenta super aridam intelligitur baptismus gentilium nam gentilitas non fuerat irrigata doctrina legis et prophetarum et quod iste sit intellectus habetur per glosam. Ra. sa. super illud quod scribitur et germinabunt inter herbas etc. i. in medio eorum per eos uero ipse et alii doctores hebrei intelligunt tradunt in primis quod suscepit fidem christi et baptismum ut patet. sequitur iste dicet domini ego sum. glo. isti erunt iusti perfecti quod de apostolis potest conuenienter intelligi. et ille uocabit in nomine iacob. glo. isti sunt paruuli filii ipsorum quod conuenienter intelligitur de filiis eorum iudeorum per apostolos qui filiorum ad fidem christi parentibus eorum in fidelitate manentibus. hic scribet manu sua domino. glo. sicut unus primus per quod conuenienter intelliguntur christiani tholosi et in nomine israel assimilabitur. glo. isti sunt qui alii de gentibus illi enim applicantur nomen israel secundum quod dicit apostolus ro. ii. non qui in manifesto iudeus est etc. patet ergo ex dictis quod glo. Ra. Sa. conuenienter aptatur ad propositum nimium quamuis ipse non intenderet deus enim aliquando mouet linguam hominis mali ad pronunciandum aliquam ueritatem preter eius intentionem sicut cayphas. Iohannis. vi. dixit de christo expedit nobis et unus moriatur pro populo. intendebat enim solummodo inducere alios ad occidendum christum. deus quod uerbum suum significauit mortem christi profuturam ad spiritualem salutem populi hec fuit preter eius intentionem. ideo quod euangelista subdidit hoc autem non dixit a semetipso sed simpliciter deo sic eius linguam mouente. Item aliquem quamuis ad aliquid nu. xxii. de asina balaam que protulit uerba rationabilia ut patet ibidem deo mouente linguam eius per se uel per angelum illa enim non intellexit uerba que protulit cum non haberet rationem nec intellectum. Item super illud gen. xlix. ligans ad uineam pullum suum et ad uitem o fili mi asinam suam dicit. glo. hic est de quo scriptum est zachar. ix. sedens super asinam suam etc. sequitur in glo. et quomodo erit a gentes sicut dictum est ezechiel. xxxvi. et effundam super uos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris. audi sanctum zach. hic in dicta secundum doctores hebreos intelligitur ad litteram de messya sicut ostensum est supra et per glosam hebraicam hic inductam. hoc quod erat mundaturus populum suum per effusionem aque munde que proprie dicitur baptismus christi. Item de baptismo et eius effusione zacharia. xiii. capitulo in die illa erit fons patens domui dauid et habitantibus iherusalem in ablutionem peccatoris et menstruate. Et per hoc quod dicit erit de futuro patet quod non potest intelligi de aliqua ablutione ueteris legis nam omnes iste erant statute longe ante tempus zach. quod autem intelligatur de baptismo christi patet per illud quod subditur et erit in die illa dicit dominus exercituum disperdam nomina ydolorum de terra quod impletum fuit tempore christi et discipulorum eius per quorum predicationem cultura ydolatrie cessauit per totum mundum exceptis quibusdam barbaris in aquilonari parte habitantibus. Sed quia hec auctoritas est respondendum ideo quod per iudeos reputantur secundum communem loquendi modum et etiam secundum doctrinam philosophi. pro pluribus. nec obstat quod dicitur domui dauid et habitantibus iherusalem quia ie. xxx. christus nominatur nomine dauid ubi dicitur seruient domino deo suo et dauid regi suo nec enim potest intelligi de persona dauid qui mortuus erat per quadringentos annos ante uel circa et quod intelligatur de christo patet per translationem caldaicam que sic habet et colent coram domino deo suo et obedient messye filio dauid et sic per domum dauid intelligitur hic familia christi et eadem ratione per iherusalem militans ecclesia dicitur autem baptismus fons patens quia nulli petenti debite denegatur et in ablutionem peccatoris et menstruate. id est peccatum actuale et originale quod contrahitur in utero matris. quod autem postea subditur arguendo uidit spiritum sanctum descendentem sicut columbam et uenientem super se. glo. ypocrite non habent spiritum sanctum non ualet quia iiii. reg. ii. dicitur de helyseo. cumque caneret psaltes facta est super eum manus domini quod intelligitur de spiritu prophetandi et tamen de eo dicitur ante ii. capitulo requieuit spiritus helye super helyseum et quod subditur arguendo de nullis ueritate uerum erat dicendum quod uerum est communiter quod propheta ibi erat sed alio modo potest uenire sicut dicitur gen. xviii. capitulo ubi dicitur dixit dominus ad abraham clamor sodomorum et gomorreorum multiplicatus est sequitur descendam et uidebo utrum clamorem qui uenit ad me opere compleuerint etc. non est per hoc intelligendum quod ante non esset in sodoma et gomorra aut uideret eorum facta cum deus uniuersus sit ubique presens sicut dicitur ie. xxiii. capitulo celum et terram ego impleo dicit dominus et omnia de uniuersis uidens ab eterno. dicitur ergo descendisse et uidisse. id est nouum effectum quem fecit ibi s. subuersionem sodome et gomorre. erat ergo ibi ante sicut consuetus esse sed descendit ibi sicut puniens et similiter dicitur uidisse quod secundum modum loquendi scripture et etiam hominum deus dicitur non uidere peccatum quando dissimulat peccatum punire nec per hoc importatur aliqua mutatio in deo sed in creatura sic suo modo dicendum in proposito spiritus sanctus fuit in ihesu nazareno ab instanti conceptionis per plenitudinem gratie sicut dicitur io. primo uidimus eum quasi unigenitum a patre plenum gratie et ueritatis et hoc predictum fuit. ysa. xi. capitulo egredietur uirga de radice iesse et flos de radice eius ascendet et requiescet super eum spiritus domini sapientie et intellectus spiritus

consilii.

consilii et fortitudinis, spiritus scientie et pietatis et replebit eum spiritus timoris domini. Dicit tamen venisse super eum in baptismo per alium modum, scilicet in signo visibili columbe, reputatur in Christo plenitudinem gratie non tunc accepisse, sed prius ut dictum est, tamen plenitudo gratie que latens erat in Ihesu nazareno fuit tunc manifestata Iohanni baptiste in visibili signo sicut ei dictum erat a domino super quem videbis spiritum descendentem et manentem super eum hic est qui baptizat in spiritu sancto et per predicationem Iohannis aliis fuit dictum, ideo subditur. et ego vidi et testimonium perhibui quia hic est filius dei. illi tamen qui erant cum Iohanne quando columba descendit super Ihesum viderunt eam eo et vocem patris audierunt quia columba illa non fuit ymaginaria sed vera et visibilis, et voce divinitus formata sensibilis fuit autem tunc triplex manifestatio plenitudinis gratie in Christo. Primo ut prophetia prius predicta in Ihesu ostenderetur impleta. Secundo quia cito post baptismum erat predicaturus legem euangelicam que est lex gratie et per consequens auctor eius ostendi debuit plenus gratie, ideo tunc audita est vox patris. hic est filius meus dilectus in quo michi complacui tamquam in auctore euangelii. ¶ Quod autem ulterius arguit de contradictione in verbis euangeliste patet falsum ex predictis, nam alio modo venit spiritus sanctus super Ihesum in baptismo quam prius erat in ipso.

¶ Tercio arguit iste Iudeus quod dicitur Matthei iiii. capitulo cum ieiunasset .xl. diebus et .xl. noctibus postea esuriit et accedens temptator dixit ei. Si filius dei es dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit ei non in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei. tunc assumpsit eum dyabolus in sanctam civitatem et statuit eum super pinnaculum templi et dixit ei si filius dei es mitte te deorsum etc. Scriptum est autem illi Ihesus non temptabis dominum deum tuum. Ex hiis arguit sic iudeus. Ratio dicit Ihesum esse deum et quod sanus est deus ieiunare quasi dicat nulla quia deo non competit comedere vel ieiunare. quod hoc videtur derisibile et adhuc magis illud quod subditur et postea esuriit et maxime cum Moyses qui fuit homo tamen postquam ieiunavit .xl. dies et .xl. noctium non esuriit.

¶ Item eius prima responsio quia dixit non in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei videtur irrationabilis. debuisset enim dixisse sed in omni re que procedit de ore meo sicut erat deus qui potest vitam hominis conservare de omni re sive sit lignum sive lapis vel aliud quodcumque.

¶ Item eius secunda responsio qua dixit non temptabis dominum deum tuum non videtur bona. Primo quia in eo erat potestas faciendi miracula, et ideo si misisset se deorsum sine lesione aliqua non fuisset ibi aliqua temptatio dicenda. ¶ Secundo quia non sancti leguntur dominum temptasse nec ex hoc reprobantur in scriptura sed magis commendantur. iii. Regum xviii. qui dixit deus qui exaudierit per ignem ipse sit deus, et Helyseus iiii. Regum v. capitulo dixit ad regem Israel de Naaman leproso veniat ad me et sciat prophetam esse in Israel. Similiter Gedeon iudicum vi. temptavit dominum querens signum in vellere unde dixit ne irascatur furor tuus contra me si adhuc temptavero signum querens in vellere. ¶ Item deus non inducit homines ad malum, inducit autem ad sui temptationem. Malachie iii. capitulo inferte omnem decimam in horreum et sit cibus in domo mea et probate me super hoc dicit dominus si non aperuero vobis cataractas celi et effudero vobis benedictionem meam usque ad habundantiam. ¶ Ad supradictas patet solutio. Primum dicendum est ei super quod Christus in lege et prophetis promissus futurus erat verus homo et verus deus in una persona. ¶ Declaratum etiam fuit quod Ihesus nazarenus est verus Christus iudeis promissus et per consequens verus homo et verus deus. ¶ Item declaratum fuit quod per passionem suam et mortem operaturus erat humanam salutem. quod habuit corpus passibile et mortale ante resurrectionem suam et hoc modo ieiunavit et esuriit afflictiones et tandem mortem sustinuit et non in deitate sua quia hoc est impossibile sed in humanitate pro nobis assumpta et sic meruit nobis gratiam et gloriam et sibi corporis glorificationem unde super illud Genesis xxii. et introduxit eum Ysaac etc. dicit Rabbi Moyses Hadarsan. Iste est rex Messias quem elegit deus sanctus benedictus ut colet eum toto corde, tenet quia tenetur sumere ad petendum misericordiam pro Israel et ad ieiunandum et humiliandum se pro ipsis sicut scriptum est Ysaie liii. capitulo ipse vulneratus est propter iniquitates nostras attritus est propter scelera nostra disciplina pacis nostre super eum et livore eius sanati sumus. per hanc traditionem dicunt Rabbi patet quod liii. capitulum Ysaie loquitur de Christi passione per quam humana salute.

¶ Quod autem dicit de Moyse quod post illud ieiunium non esuriit falsum est quia postea non comedisset nec est simile de utroque, nam Matthei dictum erat quod Ihesus non habuit carnem humanam ex elementis compositam sed celestem ad quos repellendos euangelium mentionem facit de esurie Christi videlicet hoc non erat dictum de Moyse propter quod non oportuit quod scriptum sic faceret mentionem de eius esurie. ¶ Quod autem ulterius arguit iudeus primam responsionem Christi dicentis scriptum non in solo pane etc. primo per eius scripturam allegando dictum Moysi Deuteronomii viii. capitulo cum se faceret esse discipulum, quod autem arguit ulterius quod Ihesus debuisset dixisse sed in omni re que procedit de ore meo non est verum quia deus volebat celare dyabolo suam deitatem quam ille volebat experiri per temptationem propter quod non debuit dicere de ore meo, quia loquebatur sicut homo celans suam deitatem.

¶ Item quia temptationes demonis excludebat per scripturam sacram ideo debuit eam allegare sicut iacet in textu in quo scribitur de

Iudei

magi

ore dei et eadem ratione non debuit dicere moyses te
Sed in omni uerbo quod sic scribitur in textu. Cum etiam
potest dici quod nichil arguit quia uerbum frequenter
accipitur in sacra scriptura pro re facta. nam
secundo Regum primo capitulo dicitur quod est uerbum quod fac
tum est. id est res facta uel gesta. et sic accipitur hic
ut patet tractanti intuenti deuteronomii viij. capitulo. Quod
autem arguit secundum responsionem in quia dicitur non
temptabis dominum deum tuum primo percutit se ipsum
arguens dicitur moysi de uerbo vi° capitulo quod autem il
lis inuitat ostendere temptationem dei non esse peccatum
manifeste dicit quod dum dominum arguente malicia
populi israel numeri xiiij. capitulo temptauerunt me iam per
decem uices. Item psalmo. nonagesimo quar
to nolite obdurare corda uestra sicut in exacer
batione secundum diem temptationis in deserto ubi temp
tauerunt me patres uestri propter illud quod inducit
de uiris sanctis deum temptantibus ut dicitur
Sciendum quod temptare est experimentum de
aliquo accipere nullus autem querit experiri
illud de quo est certus sed illud de quo est du
bius. Item. experiri potest aliquis facto uel
uerbo cum quis querit aliquid ab alio suo ut
experiatur si iuuaret eum in sua necessitate facto/ cum
facit aliquid quod non uidetur ordinabile ad
aliquid nisi ad talem experientiam et talis experi
entia dicitur temptatio sicut cum aliquis facit currere
equum sine necessitate aliqua aut utilitate dicitur
temptare equum quia talis cursus non uidetur ordina
bilis nisi ad accipiendum experimentum de uelocitate
equi. Si autem faciat eum currere propter necessitatem
aliquam ut ad fugiendum hostes uel propter utilita
tem aliquam ut ad capiendum ceruum non est
temptatio equi. dubitare de hiis que pertinent
ad perfectionem diuinam ut est potentia bonitas
et huiusmodi semper est malum et ideo qui
facit uel dicit aliquid sine necessitate aut utilitate
ad experiendum diuinam potentiam uel uoluntatem
temptat deum et peccat propter quod exponens
se sine necessitate aut utilitate periculo experturus
suam an deo temptat deum cum saluari possit
alio modo tale quod suggerebat diabolus ihesu
nazareno. d. mitte te deorsum licet ihesus per uir
tutem diuinam posset hoc facere sine periculo tamen
hoc non fecit celare uolens diabolo suam
deitatem et excludere temptationem demonis per
sacram scripturam. Respondit bene per illud
quod hominibus prohibetur potest et tamquam
per gradus descendere de pinnaculo. Quod ergo
arguitur de helya non ualet. non enim petiit signum
per ignem descendentem sine utilitate Sed ad
hoc quod populus israel ad cultum baal ad colendum
unum deum reduceretur ut patet ibidem. Item hoc
fecit de precepto domini dicentis sibi uade ostende
te achab ut patet ibidem et tunc reuelatus
fuit sibi modus procedendi contra prophetas baal licet
hoc non sic totaliter expressum quia non omnia scribuntur
eodem modo dicendum est de heliseo curante
enim naaman ex diuina reuelatione et ad manifestationem

uirtutis diuine. Unde et naaman relicta ydola
tria conuersus fuit totaliter ad colendum unum uerum deum
unde dixit. iiij regum v. capitulo non faciet ultra seruus tuus
uel holocaustum uel uictimam diis alienis nisi
domino. De gedeone uero dicunt aliqui doctores, quod
ex debilitate fidei peciit bis signum in bello propter quod
non excusatur totaliter a peccato sicut dicit quedam
glosa super locum istum. Sed hoc non uidetur credibi
le dictum, quia scriptura non notat eum culpabilem
ex hoc facto nec fuit punitus a deo sicut zachari
as pater iohannis qui propter dubium peciit signum di
cens Unde hoc sciam propter hoc quod factus fuit
mutus usque ad filii sui circumcisionem ut habetur luc.
primo capitulo. De glosa uero marginali allegata pater
est dicendum id saluo meliori iudicio potest
aliter dici uno modo quod gedeon fecit hoc ex in
stinctu diuino et sic non peccauit instinctus enim diuinus
non impellit ad peccatum. Alio modo dicendo quod
gedeon non dubitauit de potentia dei quin per
ipsum posset saluare populum ut de uerbo domini
d. sibi uade in hac fortitudine tua liberabis
israel quin esset uerum. Sed ignorauit utrum
hec promissio esset absoluta que semper impletur
uel conditionalis. s. nisi gedeon et eius socii ponerent
impedimentum per aliquod peccatum frequenter enim in sacra
scriptura intelliguntur promissiones dicte fore
sub tali conditione quamuis non exprimatur iere. xviij. capitulo
subito loquar de gente et de regno ut euellam
et plantem illud si fecerit malum in oculis
meis ut non audiat uocem meam penitentiam agam
super bono quod locutus sum ut facerem. Si
militer ergo gedeon ne per fragilitatem suam uel
sociorum suorum preueniret impedimentum dicte promissi
onis peciit. ergo humiliter a deo declarari per signum
quod non preueniret tale impedimentum ut sic confortatus
et expeditus iret ad prelium propter quod peciit dupli
citer signum unum pro se aliud pro suis sociis
De iudeis autem malachie dicendum quod iudei te
nebantur soluere decimas ex precepto dei sicut patet
ex multis locis ueteris testamenti et per consequens hoc erat
necesse ex parte soluentium et utile ex parte reci
pientium erant enim ad sustentationem ministrorum
dei. ad hoc igitur inducebat dominus populum per prophetam
d. inferte omnem decimam etc. quod autem sequitur in
littera non tenetur hic causaliter sic intelligen
do quod soluerent decimas ad probandum seu temp
tandum super hoc deus aperiret eis cataractas
celi sed tenetur consecutiue et est sensus si impleue
ritis preceptum meum de decimis sicut tenemini
et ego per consequens multiplicabo bona uestra
sicut dicitur ysa. 1° capitulo Si uolueritis et audie
ritis me bona terre comedetis. Quarto accipit
iudeorum quod habetur. math v. capitulo audistis quia
dictum est antiquis non periurabis ego autem di
co uobis non iurare omnino etc. Sequitur sic et
sermo uester est et non quod autem habundantius est a
malo est audistis quia dictum est antiquis oc
culum pro oculo dentem pro dente ego autem
dico uobis non resistere malo. Sed si quis percusserit

te in dexteram maxillam prebe ei et alteram / et ei qui vult in iudicio contendere tecum et tunicam tuam tollere dimitte ei et pallium etc. Sapiunt quia audistis quia dictum est diliges proximum tuum / et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros benefacite hiis qui oderunt vos etc. / Ex istis arguitur primo sic. Illud quod dicitur dico vobis non iurare omnino quia scribitur Deut. vi° capitulo dominum deum tuum timebis et ei servies ipsi adherebis et in nomine illius iurabis et patet quod Ihesus destruit legem adeo datam etiam in moralibus quod negant christiani. ¶ Item contra illud quod subditur, dico vobis non resistere malo destruit etiam in hoc legem rectitudinis iusticie et adeo datam. Exo. xxi. oculum pro oculo etc. Item christiani non servant legem Ihesu nazareni nam per fraudes et lites unusquisque rapit bona alterius et non solum hoc est verum de secularibus sed etiam de clericis pluribus. ¶ Item contra illud quod subditur dico autem vobis diligite inimicos vestros benefacite hiis qui oderunt vos. Nam dominus inhibuit filiis Israel ne amicicias vel federa contraherent cum habitatoribus terre chanaan qui erant inimici eorum nec quererent eis bonum ut habetur Num. xxxiii. et sic Ihesus nazarenus destruit divinum preceptum. ¶ Ad primum dicendum quod negatio preposita signo universali facit equipollere suo contradictorio quia non omnis et quidam non equipollent et ideo per hoc quod dicitur non iurare omnino non excluditur omne iuramentum quia quibusdam tenentur requirentibus iuramentum pro iudicio dicere veritatem aliter preter veritas et iusticia in multis casibus / sed excludit iuramentum illicitum quod est triplex scilicet falsum quod caret veritate et iuramentum iniquum quod caret iusticia sicut cum aliquis iurat innocentem nocere / et iuramentum incautum quod iudicio discretionis caret quod sic quando aliquis iurat sine necessitate aut pia utilitate / et propter hoc dicitur Jere. iiii° capitulo iurabis vivit dominus in veritate et iusticia et iudicio ad excludendum tria predicta iuramenta illicita. ¶ Sciendum autem quod ex verbo deuteronomii vi. capitulo supra allegato in nomine illius scilicet dei iurabis. aliqui dicunt quod iuramentum esset frequentandum tamquam religionis actus etiam in quolibet verbo ubi non appareret necessitas aut pia utilitas / de quibus videntur fuisse iudei hic arguentes. ¶ Sed quod hoc sit falsum patet per preceptum domini Exo. xx. ubi dicitur non assumes nomen dei tui in vanum nec enim habebit dominus insontem eum qui assumpserit nomen dei sui frustra / quod facit ille qui iurat sine necessitate aut pia utilitate / hoc etiam patet per verbum supra allegatum. ¶ Item Eccl. xxiii capitulo dicitur vir multum iurans replebitur iniquitate nam ex frequentia iurandi ex incauto in cauto labitur in iuramentum falsum et iniquum. Quod autem subditur / Sit sermo vester est est non non id est simpliciter affirmando veritatem et negando falsitatem intelligendum est nisi necessitas plus exigat / et quod hoc intelligatur de communi modo loquendi inter homines patet per hoc quod dicitur sermo vester / quod autem amplius est a malo est non dicit hoc esse malum sed a malo / nam de iuramento aut a malo culpe vel pene / iuramentum autem falsum, iniquum, et incautum est a malo culpe, ex parte iurantis / iuramentum autem licitum est a malo pene ex parte requirentis iuramentum / ex humana namque fragilitate que peccato Adam est infecta humano generi propter peccatum primorum parentum, procedit quod homines sibi mutuo non credunt simpliciter verbo absque iuramento. ¶ Quod autem ulterius arguit Ihesum nazarenum destruxisse legem iusticie ac rectitudinis, non est verum. ¶ Circa quod sciendum quod non resistere malo aliquando bonum est et virtutis / et sic cadit sub precepto ut puta quando ex tali resistencia appareret manifeste origo magni mali / ut dissidium civitatis vel regni / vel aliquid huiusmodi. Aliquando non est bonum supererogationis / ut quando malum illatum tolleretur patienter propter dominum vel propter pacem servandam vel sui humiliationem et sic non resistere malo cadit sub consilio / et non sub precepto et in istis duobus modis loquitur salvator et sic non excludit legem iusticie sed addit super hoc perfectionem legis evangelice ad quem non tenentur homines sed possunt licite de illata iniuria vindictam querere / secundum ordinem iusticie quando non apparet ex hoc maius malum surgere ut predictum est. ¶ Sciendum autem quod ex hoc legis verbo oculum pro oculo / dentem pro dente etc. aliqui iudei de quibus videtur se fuisse inceptantes dicebant quod vindicta erat per se appetenda quod est falsum quia vindicta est malum pene et ideo non est propter se appetibilis sed propter aliquod bonum consequendum ut propter ordinem iusticie servandum vel propter correctionem iniuriantis vel propter timorem aliorum ut ab iniuriis cohibeantur vel aliquid huiusmodi / ubi igitur nullum tale bonum ex pena aliena extrahitur procurare / sed magis timetur de scandalo et maiori malo / tunc desistere a vindicta querenda virtutis est / et precepti ut predictum est. Si autem est talis casus in quo a vindicta querenda quis desistat bonum supererogationis est / et hoc patet per facta sanctorum patrum non solum novi testamenti sed etiam veteris. Quoniam enim Ioseph potuit vindicare illatam sibi a fratribus iniuriam non solum a vindicta destitit / sed eos cum suis familiis misericorditer sustentavit. ¶ Similiter David Semei sibi maledicentem et lapides contra eum mittentem et ex hoc reum lese regie maiestatis occidi ab Abysai prohibuit. ii Reg. xvi capitulo dicens dimitte eum ut maledicat si forte videat dominus afflictionem meam. Idem etiam patet per preceptum veteris testamenti Levit. xix capitulo non queres ultionem nec memor eris iniurie civium tuorum / ubi non ex vindicta secundum ordinem iusticie non appetet oriri scandalum vel mali ex desistentia ab ea datur malis audacia iniuriandi bonis tunc talis desistentia malum esset et peccatum et in tali casu non est intelligendum salvatoris verbum. Quod autem sequitur et qui te percusserit in una maxilla non est intelligendum quantum ad effectum, et sic percussus maxillam aliam offerat percussori quia Ihesus qui cepit facere et docere percussus in una maxilla etc. ut habetur Io. xviii. capitulo non exhibuit aliam maxillam percussori / sed eum caritative corripuit dicens si male locutus sum testimonium perhibe de malo. Si autem bene cur me cedis / est igitur verbum predictum secundum animi preparationem intelligendum scilicet ut sic percussus

sic dispositi in aio adhuc sustinet maiores persecutiones ul' iuiurias i' corporibus paciens. s. quando est sibi bonum meritum. vel superhe erogacionis. ad illud autem quod obicitur de xpianis legem xpi non seruantibus, di cendum quod ex eorum malicia non peioratur lex euangelica sicut nec lex in monte synai data per hoc quod iudei satis cito post eius dacionem fecerunt et adorauerunt uitulum conflatilem. exo. xxxii.
ad illud autem quod arguit ultimo de odio inimici Sciendum quod doctores hebrei cum sic errabant ex hoc eo quod preceptum est. leuit. xix. diliges proximum tuum sicut te ipsum arguebant a contrario sensu quod de bebat odire inimicum. Sed hoc est falsum, quia omnis homo ex caritate diligendus est in quantum ad ymaginem dei est et capax ipsius per cognicionem et amorem. amicicia enim caritatis fundatur super communicatione supernaturalis beatitudinis et ideo omnis intellectualis creatura que in actu ul' in potencia est beata ex caritate diligenda, mali autem homines quamdiu sunt in uia sunt in potencia ueniendi ad beatitudinem, et ideo licet malicia eorum sit odienda, ipsa tamen natura possibilis beatificari est diligenda, et hoc est quod dicit saluator diligite inimicos uestros bonum s. gracie et glorie eis optando, alia autem non sunt eis optanda nisi in quadam generalitate in quantum ualent ad eorum salutem quod soli deo est notum qui omnibus aliis potest homo bene ul' male uti et ideo contra hoc non est aliquid determinate petendum, sed sub condicione. s. quantum ualent ad eorum salutem, sequitur benefacere. benefacere est effectus dilectionis, et ideo sicut tenemur diligere inimicos quantum ad bonum gracie et glorie ita tenemur in effectu salutem eorum modo debito et possibili procurare. Et autem benefacere odientibus et inimicis sit laudabile. patet non solum per sanctos patres noui testamenti sed etiam ueteris ysaac enim regi gerare, et uiris eius qui eum oderant et expulerant fecit magnum conuiuium. gen. xxvi. ca. xxvi. ioseph fratres suos qui eum occidere uoluerant et tandem in seruitutem que est mors ciuilis uen diderunt dulciter recepit et pauit. dauid saulem ipsum persequentem ad mortem bis a morte liberauit primo. Re. xxiiii. ca. et. xxvi. heliseus syros eum querentes ad mortem ~~bis a morte liberauit~~ a rege israel interfici prohibuit et eos cibo et potu iussit refici. et sic ad suum dominum liberos remitti. iiii. Re. vi. ca. Et hoc etiam patet per scripturam ueteris testamenti exo. xxiii. ca. Si occurreris boui inimici tui aut asino erranti reduc ad eum. Item ibidem si uideris asinum odientis te ia cere sub onere, non pertransibis sed subleuabis cum eo. Item. pro. xxv. ca. si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitit da ei aquam bibere. Item ps. cix. Cum hiis qui oderunt pacem eram pacificus et cetera. Quod autem ulterius dicitur arguit de homi cidio terre chanaam de quibus inhibitum filiis israel ne conplerent cum eis amicicias, sed eos occide rent dicendum quod illi erant ydolatre pessimi propter quod mortem meruerant secundum iudicium dei, et ideo filii israel occidentes eos non fecerunt

ex odio sed ex mandato dei et iusticie zelo, cum ipsis enim non erant amicicie contrahende ne per hoc filii israel traherentur ad uicium ydolatrie. Item accipit iudeus illud quod habetur. mt. viii. cum autem descendisset ihesus de monte secute sunt eum turbe mul te et ecce leprosus ueniens adorabat eum dicens domine si uis potes me mundare et cetera. sequitur. et ait illi uade et ostende te sacerdoti, et offer munus quod precepit moyses ex hoc arguit sic quod uoluit sacrificium quod fiebat in emundacione leprosi alibi uo s. mt. xii. ca. dicit misericordiam uolo et non sacri ficium. et sic contradicit sibi et est instabilis in uoluntate. Item idem arguit per hoc quod dicit mundato a lepra uade. nemini dixeris et cetera. et alibi s. luc. viii. ca. dicit curato a demone uade atque dic et narra quanta fecerit tibi deus. Item alibi s. mt. x. dicit qui me confessus fuerit coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo, et sic patet quod uoluit facta sua celari, et publicari, que sunt contradictoria. Ad primum dicendum quod non ualet nam eadem racione per scripturam ueteris testamenti quam iudeus confitetur esse ueram, probaretur deum esse mutabilem quia gen. viii. ca. dicitur de noe sacrificio, odoratus que est dominus odorem suauitatis et sic fuit sibi placitum. Item. iii. exo. et leuit. et in aliis libris ueteris testamenti precepit deus sibi offerri sacrificia, tanquam sibi placita et ysa. primo ca. dicit holocausta arietum et adipem pinguium et sanguinem hircorum et uitulorum nolui et ps. xxxix. sacrificium et oblacionem noluisti et cetera. hec enim non arguunt dei mu tabilitatem, nam ipse inmutabilis mutabilia opera sic in temporum curriculo. Quod autem ihesus dixit alegando dictum osee prophete. vi. misericordiam uolui non sacrificium. non dixit hoc sacrificia ueteris legis reprobando habebant enim tunc cursum suum et habuerunt usque ad mortem xpi. sed hoc dixit opera misericor die sacrificiis preponendo nam habent duplicem boni tatem unam ex genere quia sunt opera uirtutis moralis aliam ex caritate, quia quando fiunt ex caritate habent bonitatem meriti uite eterne. Sacrificia uero ueteris legis non habebant bonitatem nisi ex fide et deuocione offerencium ideo dicitur. gen. iiii. ca. respe xit dominus ad abel et ad munera eius. q. d. munera fuerunt accepta sibi propter bonitatem offerentis quod autem isto modo intellexerit propheta uel pocius dominus loquens per prophetam. patet per textum ibidem qui talis est, misericordiam uolo et non sacrificium et scienciam dei plusquam holo causta, per hoc quod dixit plusquam holocausta que sunt quedam sacrificia patet. quod non loquebatur [illegible] holocausta reprobando sed eis scienciam dei preferendo et eodem modo de operibus misericordie respectu sacrificiorum et hoc idem patet. ysa primo capitulo. Postquam dixerat dominus holocausta arietum et adipem pinguium, et sanguinem hircorum et uitu lorum nolui, subdidit, querite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam, et uenite et arguite me, dicit dominus, si fuerint peccata uestra ut coccinum, sicut nix dealbabuntur. Ex quo patet manifeste quod opera iusticie et miseri

magis erant deletiua culpe et inuitoria glorie hinde tamen christi tempore quam sacrificia legis / quod autem arguitur ultra, quod ihesus uoluit aliqua facta sua celari aliqua non publicari / sunt ualde racionabile, nam omnis eius operatio fuit nostra instructio / expedit autem imperfectis opera bona sua celare / ne per uanam gloriam extollantur et expedit aliquando et maxime perfectis opera sua bona in publico ponere ad dei gloriam / et proximi edificationem / quantum quod primum dicit christus mathei .v. te autem helemosinam faciente nesciat sinistra tua / quid faciat dextera tua / et quantum ad secundum sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona et glorificent patrem uestrum qui est in celis / Sic eciam patres ueteris testamenti aliqua opera bona fecerunt occulte / et aliqua bona publice / helyas enim filium uidue sarepthane suscitauit secrete in suo cubiculo ad consolationem matris uidue .iii. regum .xvii. [illegible] et ignem de celo fecit descendere super holocaustum suum / ad declarationem deitatis uere / publice coram rege achab et populo israel .iii. regum .xviii. c. / Similiter helyseus multiplicationem olei ad uidue sustentationem et filiorum eius et ad satisfaciendum creditori fecit secrete scilicet clauso hostio / ut habetur .iiii. regum .iiii. capitulo / et milites syrie uolentes eum capere arma sua percussos duxit in medium samarie coram rege israel et populo ciuitatis / ut habetur .iiii. regum .vi. capitulo / patet igitur ex predictis quod ihesus racionabiliter aliqua facta sua bona publicauit et aliqua occultauit.

[margin: iudei] ¶ Item accipiunt iudei illud quod dicit ihesus mathei .xi. capitulo Confitebor tibi domine pater celi et terre et cetera / christiani dicunt quod pater et filius sunt unum / quomodo igitur deus confitetur coram patre / debet magis dici coram se ipso. ¶ Item si omnia sunt ei tradita a patre / nichil habet a se ipso / et sic ex se est omnino deficiens. ¶ Ad primum dicendum declaratum est per scripturas hebreorum / quod ihesus est deus et homo ab eterno / homo ex tempore. ¶ Item declaratum est .c. quod ihesus nazarenus est uerus christus / et quia sunt distincte nature / ideo secundum quod deus dicit iohannis .x. capitulo Ego et pater unum sumus scilicet in essentia / distincti tamen in personis / secundum autem quod homo dicit iohannis .xiiii. pater maior me est [margin: maior] / et sic orat coram patre et confitetur. ¶ Quod autem addit si habet omnia a patre / ex se est omnino deficiens. ¶ Dicendum quod hec propositio est uera de christo inquantum homo / est creatura / omnis autem creatura sibi relicta in nichillum caderet / sicut est de nichillo et ideo potest ista concedi cum reduplicatione christi in quantum homo nichil est ex se sed omnino deficiens. / Si autem ex dictis aliquis arguat / quod idem sequitur de christo in quantum deus / quia quicquid habet filius in quantum deus habet nascendo / et per consequens habet illud a patre / et sic ex se nichil est / sed est omnino deficiens ¶ Dicendum quod non sequitur quia filius a patre accipit idem esse cum eo nam diuinum esse non est multiplicabile et ideo sicut pater est necesse esse / sic et filius / et sic non potest dici deficiens nam eandem deitatem potenciam sapienciam / et sic de aliis absolutis habet cum patre / Quod autem in diuinis sit pater et filius non solum patet ex nouo testamento sed eciam ex ueteri. ysaie .ix. filius datus est nobis et uocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis et cetera / Ex quo patet quod in diuinis est filius et per consequens pater quia relatiue dicuntur ad inuicem / que posita se ponunt et perempta se perimunt / non enim potest dici quod deus filius sic filius alicuius creature uel sunt / non tamen sunt duo in deitate / nec duo immensi nec duo dii. Sed una deitas et unus immensus / nulla enim distinctio habetur in deitate sed solum in personis ipsius.

[margin: iudeorum] ¶ Item accipiunt iudei illud quod scribitur mathei .xii. capitulo in illo tempore abiit ihesus sabbato per sata discipuli autem eius esurientes ceperunt uellere spicas et manducare / pharisei autem uidentes dixerunt ei / ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis at ille dixit eis / non legistis quid fecerit dauid quando esuriit et qui cum eo erant et quomodo intrauit domum dei et panes propositionis comedit quod non licebat ei edere neque eis qui cum eo erant nisi solis sacerdotibus et non legistis in lege quia sabbatis in templo sacerdotes uiolant sabbatum et sine crimine sunt dico uobis quia templo maior est hic et cetera. ¶ Ex dictis sic arguunt primo Si ihesus est deus ut dicunt christiani quomodo relaxauit obseruancias sabbati / cum ipse per eum preceperit exodi .xx. capitulo memento ut diem sabbati sanctifices / Si autem ipse non est deus cuius contrarium affirmant christiani / aut deus est mutabilis relaxando quod precepit / maxime tamquam legem perpetuam sempiternam / cuius modi est obseruacio sabbati. ¶ Item exemplum quod adducit de dauid / non est conueniens primo quia discipuli eius illum non erant in tanta necessitate famis sicut dauid quando transgredientes sabbatum transgressi [illegible] non [illegible]. ¶ Item si excusauit factum dauid transgressionem eadem racione debuit excusare adulterium eius cum bethsabee et homicidium urie. ¶ Item exemplum quod adducit de sacerdotibus non est ad propositum / sacerdotes enim operabantur sabbato in templo accendendo ignem / uel pecora mactando. hoc autem non erat prohibitum / sed solum de habitationibus hominum / sicut dicitur exodi .xxxv. capitulo de sabbato ignem non accendetis in cunctis habitaculis uestris. Templum autem non continetur in [illegible] habitaculorum hominum. [margin: maior] ¶ Ad solutionem istorum primo intendendum est unum scilicet quod tempore ueteris testamenti dominus dispensauit etiam in obseruancia sabbati / hoc autem patet iosue .vi. ubi dicitur quod de mandato domini iosue et omnes bellatores circuierunt urbem iericho septem diebus continuis armati et sic oportuit quod dies sabbati fuit una de illis / et in libro apud hebreos autentico qui dicitur sederolam, id est ordo seculi dicitur quod die sabbati fuit [illegible] iericho, et hoc satis innuitur in textu iosue .vi. dies ille dicitur de sabbato et illo die circuierunt iericho .vii. uicibus et in ultimo circuitu corruentibus muris intrauerunt / et interfecerunt habitatores urbis ¶ Item .iii. regum .xix. dicitur quod helyas ambulauit in fortitudine cibi .xl. diebus et .xl. noctibus continue, et sic pluries ambulauit in sabbato ex uoluntate dei ¶ Ad primum dicendum quod magis est ad oppositum. nam ille qui dat preceptum potest in illo dispensare in casu et totaliter reuocare / et ideo ihesus in quantum deus potuit hoc facere / propter quod dicit de se ipso dominus est filius hominis etiam sabbati / idem autem in persona filio

hominis et filius dei. ¶ Quod arguitur ulterius quod deus sic mutabilis, non valet, nam immutabilis existens mutabilia operatur sicut incorporeus existens corporalia facit. Et quod ulterius dicitur quod sanctificatio sabbati sine precepta ad semper non est verum, nam ubi de ipsa scribitur Exo. xxxi. ca. pactum est sempiternum, in hebraico habetur pactum est beollam, id est in seculum, quod non significat eternitatem sed tempus longum communiter acceptum, et hoc modo dicitur Iere. ii. ca. a seculo confregisti iugum meum, id est ab antiquo tempore, et in hebraico habetur meolla confregisti etc., id est a seculo. ¶ Aliquando non accipitur pro tempore determinato, quod tamen potest esse satis breve, sicut Deut. xv. ca. dicitur: perforabis aurem eius in ianua domus tue, et erit tibi servus in eternum, et in hebraico habetur perforabis etc. et erit tibi servus beollam, id est in seculum, et hoc tempus potest esse breve vel longum, unde dicit hic glossa: hebraica beollam, id est cunctis diebus seculi sui usque ad iubileum. Si enim infra annum a perforatione auris servus moreretur domino fiebat liber a servitute, et si viveret ultra annum iubileum servus tamen fiebat liber in anno iubileo. Patet ergo ex dictis quod observatio sabbati non erat precepta ad semper ~~sed ad semper~~ sed ad tempus, et ex hoc patet quod illi qui pro hac dictione hebraica ollam transtulerunt eternum vel sempiternum, dederunt simplicibus occasionem errandi circa observationem sabbati et circumcisionis. ¶ Quod autem arguitur ulterius de discipulis Ihesu spicas vel lentibus, quod peccaverunt, non est verum, non enim peccaverunt racione furti, quia scribitur Deut. xxiii. ca. ingressus vineam proximi tui comedes uvas quantum tibi placuerit, et idem intelligendum est de granis bladi et aliis fructibus; nec peccabant racione temporis, scilicet diei sabbati, nam eorum esuries eos excusabat. ¶ Posset etiam probabiliter dici quod simpliciter hoc comedentes die sabbati non peccabant racione comestionis, quia comedere in die sabbati licitum erat omnibus iudeis, nec racione excussionis granorum de spicis, que est quedam preparatio cibi, per decoctionem esset prohibita fieri in die sabbati, Exo. xvi. et xxxv., quia ibi est longus labor et distractio, scilicet compositio lignorum et accensio ignis, positio vasorum ad ignem et sollicitudo circa decoctionem ut fiat opportune; tamen alique preparationes parvi laboris et parve distractionis in die sabbati poterant fieri, ut ponere cibum decoctum die precedenti dispositum in vasis et ponere super mensam et mappam et similia; et similiter illa que cruda comedebantur, ut herbe, licitum erat lavare; vellicatio autem spicarum non videtur esse magis laboriosa seu distractiva, sed minus, et per consequens licita. ¶ Quod autem ulterius arguitur quod David et viri eius erant in maiori necessitate famis quam discipuli Ihesu, non videtur verisimile, habebant enim aliquam pecuniam vel aliqua pignora ad emendum cibum aliunde, que discipuli Ihesu non habebant, quia sine pecunia et pera, et cum simplici veste ibant in civitatem, unde nec Achimelech summus sacerdos consuluit de necessitate David et virorum suorum, sed hoc quod daret eis licite panes sanctos, sed solum de mundicia eorum a mulieribus, ut patet primo Regum xxi. ca. ¶ Quod autem inducitur ulterius quod David peccavit panes illos comedendo, patet falsum non solum per verbum salvatoris factum excusantis, sed etiam per scripturam veteris testamenti, que non reprobat David comestionem nec Achimelech concessionem, et quia summus sacerdos erat, non est verisimile quod ignoraret quid esset licitum vel illicitum circa observationem sabbati. Ipse autem dixit: si mundi sunt pueri maxime a mulieribus, manducent, quod dicit quod munditia supposita dicti panis comestionem licitam facit. ¶ Quod autem ulterius dicitur quod eadem racione debuit excusare vel relaxare adulterium cum Bethsabee et homicidium Urie dicendum quod est falsum, nam ista sunt per se mala, nec possunt bene fieri, propter quod in talibus non habet locum dispensatio. ¶ Quod autem ulterius dicitur de sacerdotibus in templo manualia operantibus et licite non solum accendendo ignem vel pecora mactando, sicut precipitur Levit. vi. ca.: ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiciens ligna mane per singulos dies, sed etiam hostias lavando et super altare cremando, et hoc racione templi vel potius divini cultus ibidem fiendi; eadem racione vel maiori discipuli Christi et eos licentiante poterant licite vellere spicas, dato quod alias esset illicitum, quod tamen non est bene clarum, ut supra dictum est, ideo subdidit salvator: dico autem vobis quod maior templo est hic. Item accipit iudea illud quod scribitur Math. xii. ca.: omne peccatum et blasphemia dimittetur hominibus, spiritus autem blasphemie non dimittetur, et quicumque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei, qui autem dixerit contra spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. ¶ Ex hiis arguit sic: vos christiani dicitis quod pater et filius et spiritus sanctus sunt unus deus et unius voluntatis, quomodo est ergo verbum seu blasphemia contra ipsum spiritum sanctum et non contra filium et patrem, et quomodo unus remittit peccatum vel blasphemiam sine alio; hec enim que videntur dicta ex verbis Ihesu implicant contradictionem, nam si sunt unus deus et unus blasphematur et alius non, sequitur quod idem blasphematur et non blasphematur; et si sunt unius voluntatis, si unus remittit et alius non, sequitur quod idem remittit eidem blasphemanti et non remittit, que sunt contradictoria. ¶ Item de anima blasphemantis ipsum spiritum separata quero ubi sit, scilicet in celo vel in gehenna. Si dicatur quod in celo, sequitur quod spiritus sanctus sit impotens ad puniendum blasphemiam illatam sibi et ab eo non remissam. Si autem dicatur quod sit in gehenna, sequitur quod pater et filius sunt impotentes ad solvendum eam, cum remiserint blasphemiam. Item si duo remittunt, scilicet pater et filius, et spiritus non remittit, quid proficit blasphemanti, et quid sibi nocet si spiritus sanctus non remittit, ex quo pater et filius remittunt ei. Ex hiis ergo que sibi videntur frivola et contradictionem implicantia, que tamen sequuntur ex verbis Ihesu Nazareni, concludit quod eius doctrina sic nullius momenti. ¶ Satis patet intelligentibus quod obiectiones iste procedunt ex imaginatione falsa circa articulum sancte trinitatis, et ideo declarandum est primo ex scripturis hebraicis quod in essentia divina plures sunt persone secundo quod sunt tres, tertio solventur obiectiones

q. licet ipsa [illegible] alibi

iudea

magis

Primo

primum declaratur per principium sacre scripture. In principio creavit deus celum et terram. Veritas hebraica sic habet: In principio creavit heloym celum et terram. Est autem heloym nomen plurale huius nominis el vel helo, quod significat idem quod deus. Per hoc igitur quod hoc nomen plurale heloym coniungitur cum verbo singularis numeri, cum dicitur creavit heloym, ac si diceretur creavit dii, ostenditur quod in deo est pluralitas suppositorum, eo quod suppositorum est agere. Sed per unitatem actionis ostenditur unitas essentie in tribus suppositis vel personis, que licet non sint tres dii, tamen sunt tres unam deitatem habentes. Sed ad hoc respondent iudei dicentes quod hoc nomen heloym indifferenter accipitur pro plurali et pro singulari, et quando accipitur pro deo vero semper tenetur in singulari. Sed hoc patet falsum, nam aliquando tenetur manifeste pro deo vero et tamen coniungitur cum adiectivo pluralis numeri, quod non esset si teneretur pro singulari. Exemplum primum Iosue ultimo capitulo: Non poteritis servire domino, deus enim sanctus ipse. Hebraica veritas sic habet: Non poteritis servire domino quia heloym sancti ipse. ¶ Item Ieremie xxiii: Pervertistis verba dei viventis domini exercituum. Patet autem quod iste auctoritates loquuntur de deo vero, nam Ieremias loquebatur populo de verbis dei veri, ut patet litteram inspicienti. ¶ Similiter hic patet de secunda auctoritate, nam ubi habemus dominus exercituum in fine auctoritatis, pro hoc nomine dominus in hebreo ponitur nomen domini tetragrammaton, quod de solo vero deo potest dici, ut declarat Rabbi Moyses in libro de directione perplexorum. Et tamen in istis auctoritatibus hoc nomen heloym coniungitur cum adiectivis pluralis numeri ut patet. ¶ Exemplum autem secundi, scilicet quod hoc nomen heloym coniungitur cum verbo pluralis numeri, habetur ii Regum vii capitulo: Que est gens ut populus tuus Israel in terra propter quam ivit deus ut redimeret sibi in populum. Hebraica littera sic habet: Que ut populus tuus gens una in terra propter quam ierunt heloym ad redimendum sibi. ¶ Item Gen. xx: quis est hoc ut intraret post regem qui iam fecerunt eum. Patet igitur ex modo loquendi hebraico quod in divinis est pluralitas suppositorum et unitas essentie, quod Moyses et alii prophete dederunt intelligi studiosis in lege per talem modum loquendi. ¶ Secundo ostenditur quod in divinis est trinitas personarum seu suppositorum. Isa. xlviii: Non a principio in abscondito locutus sum, ex tempore antequam fieret ibi eram, et nunc dominus deus misit me et spiritus eius. Quod autem hec sint verba dei loquentis patet per verbum precedens ubi dicitur: Manus quoque mea fundavit terram et dextera mea mensa est celos etc. Et consequenter ibidem loquens dicit: Et nunc dominus deus misit me et spiritus eius. Similiter per verbum immediate sequens cum dicitur: Hec dicit dominus deus redemptor tuus sanctus Israel. In auctoritate vero premissa exprimitur deus missus a deo et spiritu eius; inter mittentem vero et missum semper est distinctio personalis, et sic semper ista scriptura impleta fuit in incarnatione filii qui est deus missus in mundum a deo patre et spiritu sancto. ¶ Item Eccl. iiii capitulo: Funiculus triplex difficile rumpitur. Glossa hebraica sic esse videtur misterium

enim dei, et unius non de facili dissolvitur. Sed hanc glossam moderni iudei perverterunt retorquentes hanc trinitatem ad tria attributa divina que sunt sapientia potentia et bonitas. Sed non videtur hec esse sententia glose, per hoc quod dicit non de facili dissolvitur, quia enim etiam satis simplex scit deum esse potentem sapientem et bonum. ¶ Item sicut deus operatur per suam potentiam sapientiam et bonitatem, sic artifex creatus operatur per artem suam sicut per regulam directivam et per potentiam suam qua transmutat materiam ad formam statue vel lecti seu alterius huiusmodi, et per appetitum bonitatis lucri, et ista tria multo plus differunt in eo quam potentia sapientia et bonitas in deo, et ideo si propter ista tria deus dicitur trinus et unus, quod non est verum. Et coniungitur singulare cum verbo pluralis numeri dicendo: unam fecerunt opera salutis, sicut de deo quod supponitur quod est rex qui fecerunt hominem. ¶ Item super illud Ps. xlix: Deus deorum dominus locutus est, ubi in hebreo ponuntur tria nomina divina, et translatio Ieronimi iuxta hebreum habet: Fortis deus dominus locutus est. Querit glossa hebraica quare Asaph ter nominavit deum in principio huius psalmi. Et respondet quod deus in tribus proprietatibus creavit seculum; proprietates autem iste formaliter continent tres personas quarum opera sunt indivisa. Asaph autem auctor fuit dicti psalmi. Ista non oportet hic dici de trinitate personarum in unitate essentie, quia diffusius in quadam questione de quolibet, qualiter per scripturas hebreorum ostendi possit misterium Christi quantum ad adventum primum eius esse completum. Ex dictis etiam patet quod non est contra intentionem antiquorum hebreorum dicere pluralitatem in deo dum tamen unitas essentie teneatur, quod nos ipsum tenemus firmiter et sic debet confiteri. ¶ His dictis respondendum est ad obiecta. ¶ Circa quod sciendum quod salvator Matthei xii distinguit blasphemiam contra filium hominis et blasphemiam contra spiritum sanctum. Primam vocat verba iudeorum negantium peccata contra benignitatem humanitatis sue, condescendit ei et bibebat cum hominibus etiam aliquando cum peccatoribus sicut clementissimus medicus cum egrotis, et ex hoc iudei vocaverunt eum voracem potatorem vini publicanorum amicum, ut habetur Matthei xi capitulo, et hanc blasphemiam dicit salvator remissibilem, eo quod erat excusabilis in parte ex consideratione fragilitatis humane. ¶ Secundam vero blasphemiam vocavit verba contra divinitatem suam negantium deitatem; videntes enim fieri ab eo expulsiones demonum, illuminationes cecorum, suscitationes mortuorum, et consimilia que non poterant fieri nisi virtute divina, iudei tamen negantes attribuebant ea virtuti demonis dicentes Matthei xii capitulo: Hic demones non eicit nisi in Belzebub principe demoniorum. Et hanc blasphemiam dicit salvator irremissibilem, non simpliciter sed de facili irremissibilem, nam ex parte blasphemantium non erat aliqua excusabilitas in toto vel parte, et quia talis blasphemia directe contrariatur principio remissionis peccatorum quod est virtus divina. Et quia eadem deitas est in tribus personis, ideo blasphemans contra unam personam et similiter quia eadem blasphemat contra aliam. Et similiter quia eadem bonitas est in tribus, ideo una persona non remittit

sine alia. nam opera trinitatis sunt indivisa
tenuisse tamen peccatorum aliquam personae spiritui sancto attribuitur
quia principium remissionis peccatorum est bonitas que est
attributum spiritui sancto / patet igitur quod obiectiones iudei super
positae procedunt ex falsa ymaginatione. restat autem
ostendere quod irremissibile dupliciter dicitur. uno modo
nullo modo remissibile. alio modo de difficili re
missibile. sicut p°. p3. v. me. ubi dicitur quod impossibile et
intransibile uno modo dicitur quod nullo modo potest fieri
vel transiri. alio modo quod potest sed de difficili. hoc etiam
declaratur de quodam modo loquendi. dicitur enim de certo
perfecto quod non potest videre simpliciter et de cecuti
ente quod non potest videre quia videt cum difficultate.
¶ Tertio hoc declaratur ex modo loquendi scrip
ture veteris testamenti. iosue considerans difficultatem
populi ad bonum et pronitatem ad malum dixit io
sue ultimo non poteritis servire domino etc. non intelligens
de impossibilitate simpliciter sed de difficultate. nam ibi
sequitur quod nunc fecerunt ... ut servirent
domino. ¶ Item ie. xiii° capitulo dicitur si potest ethiops
mutare pellem suam et pardus varietates suas. et
vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Ubi enim
ethiops et pardus possint mutare pelles suas hoc est
impossibile simpliciter sed quod assueti ad mala tem
pora ad bonum agendum non est impossibile sed difficile
eo quod ... viciose inclinat ad male agendum per
modum nature. exemplum autem habetur in manasse rege qui
diu fuit assuetus in peccatis et tamen finaliter
reductus fuit ad bonum virtutis. ut patet
ij. paral. xxxiij. et in fine libri paral. ubi ponitur
eius oratio. ¶ Quod autem iudeus querit ultimo
de anima blasphemantis ubi sit. ¶ Dicendum est
quod si recessit a corpore cum peccato blasphemie est
in inferno. si non recessit totaliter expedita quantum ad
culpam et penam est in celo. si autem recessit ... a
culpa sed adhuc ad penam temporalem obligata
detinetur in purgatorio donec purgetur et sic ad glo
riam transferetur. nec aliqua persona divina est impotens
ad salvandum eam vel puniendum / quia sicut tres persone
sunt unus deus ita sunt unus omnipotens ad faciendum
de creatura quicquid placet sibi secundum ordinem sue sapientie et
iustitie. ¶ Item arguit iudeus contra ihesum naza
renum quod scribitur matthei xviii. capitulo non est voluntas
ante patrem vestrum qui in celis est ut pereat unus
de pusillis istis et ibidem premittitur venit enim filius
hominis salvare quod perierat. ¶ Item matthei xiii.
capitulo dicit ideo in parabolis loquor eis quia videntes non
vident et audientes non audiunt neque intelligunt
Ex hiis autem arguit sic. Si venit salvare sal
vare quod perierat ut dicit et tamen loquebatur pecca
toribus parabolice ut non intelligerent nec per consequens
converterentur et salvarentur ut ibidem in evangelio
sequitur / ista videntur manifeste contradicere
sibi. scilicet quod quereret // nec vellet ¶ Item illud ultimo
dictum destruit verbum domini ezechielis xviii. nolo
mortem peccatoris sed ut magis convertatur et vivat
Dicendum quod ipse non semper loquebatur turbis parabo
lice / sed aliquando plane et aperte / tractans ea que
sunt de salute necessaria ut patet matthei v. vi. et vii.

// salutem peccatorum et non quereret

ubi tradit formam perfectionis evangelice / sed quia
frequenter ad eius predicationem veniebant homines
mali non ad addiscendum sed ad insidiendum
et ideo tunc loquebatur parabolice ut non intelligerent ne
daret sanctum canibus et poneret margaritas ante
porcos. ¶ Aliquando etiam fidelibus et devotis loquens
parabolam pronunciabat et postea exponebat ut expressi
sionem parabole veritas gratiosius caperetur et hic modus
etiam in ecclesia predicationibus observatur / patet igitur quod ihesus
aliquando loquebatur parabolice aliquando plane et hoc
rationabiliter. nam ezechiel et alii prophete frequenter
utroque modo loquebantur ut patet eorum libros
inspicienti / moyses etiam aliquando loquebatur populo
velata facie aliquando non sine velamine ¶ Item
iudeus arguens contra ihesum eo quod dicit in parabolis
loquor eis quia videntes non vident etc. arguit
contra dictum veteris testamenti et prophetas quia se ipsum dicit
enim dominus ysa. vi° capitulo excoeca cor populi huius
et aures eius aggrava etc. quam auctoritatem ihesus sicut
allegavit tamquam impletam in sua predicatione / pro
qua simplices et illiterati fuerunt illuminati in
apostolis et sacerdotes et scribe fuerunt excecati
sicut plenius dixi. ysa. vi. capitulo / nec obstat quod
verba sunt hic aliqualiter mutata. nam apostoli et
evangeliste allegantes scripturam veteris
testamenti / magis curaverunt allegare sensum quam verba
hec autem excecatio predicta fuit ab antiquis docto
ribus iudeorum exponentibus in libro [illegible]
illud quod dicit moyses de populo isto deut. xxx
ii° capitulo / generatio prava atque perversa hec ne
reddis domino popule stulte et insipiens / glo. stulte
in hiis que precesserunt et insipiens in sensum venturo
per quod intelligitur tempus messie in glosis he
braicis ubique. ¶ Quod autem ultimo dicit ihesum
destruere verbum domini dicentis nolo mortem peccatoris.
non valet / nam in populo sunt penitentes et obstinati
de penitentibus dicit dominus illud verbum et multa consimilia
de obstinatis non dicit comminationes. ysaie et tota
lex destructionis iob xxi. ducunt in bonis dies
suos et in puncto ad inferna descendunt / et hoc
patent per exemplum in chore et sibi adherentibus
numeri xvi° / et ideo si arguit ihesum destruxisse hoc
verbum eadem ratione sequitur quod deus destruat illud suum
quod est inconveniens et contra se ipsum / maxime cum in libris
domini in eodem contextu hic tali modo loquendi
contraria de obstinatis et penitentibus frequenter
inveniatur deut. xxxii. capitulo ego occidam scilicet obstina
tos et ego vivere faciam scilicet penitentes. et psalmo
lxxvii. cum occideret eos querebant eum et reverte
bantur etc. occisio refertur ad obstinatos peccatores
inquisitio vero ad penitentes qui aliorum pena territi
penitebant. ¶ Item arguit iudeus illud quod
scribitur matthei xxi. capitulo mane autem revertens in civitatem
esuriit et videns fici arborem unam secus viam
venit ad eam et nichil invenit in ea nisi folia
tantum et ait illi numquam ex te nascatur fructus in
sempiternum et arefacta est continuo ficul
nea. Ex hiis arguit sic / si ihesus fuisset deus co
gnovisset a longe fructum ficulnee non habere

nec

nē ad eam uenisset. Item cū ipse dicat bn̄ facite hiis qui oderūt uos, quomodo maledixit
arbori que nichil nocuerat sibi, et ideo uidetur
hoc fecisse ex ire p̄turbatione. Item dicendū
q̄ ihē̄ morbes non solū in q̄stione dē q̄ nichil pot-
tate, sciuit fructū in arbore nō eē, sed etiā ignor-
homoq̄ quibus etiā satis simplex poterat nosse
sciret cū nō eēt tēps ficorū ut dicitur. marc. xi. capitulo
—id quid g° uīt ad arborē fructu uacuam
Dicendū q̄ sicut p̄phe ueteris testi aliqū p̄phetiza
bant uerbis, aliquādo sensibilibus signis, sicut ieremias
p̄dixit destructionē ciuitatis ihrlm̄ per caldeos
et portauit cathenas ligneas ī collo suo, ut habe-
tur iere. xxviij° ca° ad significandū q̄ ipsi cathenis
vincti ducerentur ī captiuitatem, ita ihē̄ qui dicitur p̄pha
magnus. luc. v. ca° et de quo p̄dictū fuit deu-
te. xviij. p̄pham suscitabit uobis deus de fratribus
uestris etc. destructionē ciuitatis ihrlm̄ futurā per
romanos predixit. luc. xix. eo q̄ nō cognouisset
tēps uisitacionis sue. sed per ipsum quecūq; co̅gnitio
ad sacerdotes et legis peritos p̄tinebat, et ideo destructionem
eorum et punicionem significauit p sensibile signum
arboris fructu carentis, nā ipse ueniens ad sacer-
dotes et legis peritos, quorum fructū boni operis
esuriebat, uacuos bonis operibus inuenit, et p male-
dictionē arboris eos adeo maledicendos signi-
ficauit, et p eius arefactionē eorum destructionem
p̄figurauit, nā postea capta ciuitate per ro-
manos cū sacerdotes infiniti perirent, titus iussit
eos occidi, dicens eos eē dignos āim, qui templo
et numini cupierunt subuenire, patet igitur ex p̄-
dictis q̄ ihē̄ cc. ficulneā nichil fecit ex iu-
muta seu p̄turbatione ire sed ex magna rōne.
Item arguit ulra ihū. mt. xxvi° capitulo, cum
uenit ihē̄ cū illis in villā que dicitur gethsamani
et dixit discipulis suis sedete hic, donec uadam
illuc et orem. et assumpto petro, et duobus filiis
zebedei cepit contristari et mestus eē, tunc ait illis tri-
stis est aīa mea usq; ad mortem. sequitur procidit
ī faciē suam. orans et dicens pater si possibile
est transeat transeat a me calix iste etc. Ex
hiis dictis arguitur sic. Si deus est, quomodo oraret
ipsius ē̄ dei. nō est orare, sed ab aliis orari ut
sic liceat loqui. Item quis umquam audiuit
loqui de deo timere et timente, cū deus sit omnipo-
tens ad faciendū quod uult sine difficultate. Si autem
dicatis q̄ ille tiōr et timor fuit in carne sed
nō ī aīa, quis est ita fatuus, qui ignoret carnem
dolore tiere uel timere nisi per aīam. Item
per hoc quod dicit transeat a me calix iste, etc.
patz q̄ in eo non fuit virtus ad saluandū uitā
suā et carnē. Per supius dicta facile possunt
solui ista. declaratū est ē. p scripturas hebreorum q̄
messias ī ueteri testo p̄missus fuit, erit uerus homo
et verus deus in vna psona. Item q̄ redemptionem eius
mundum p passionē suā ī humana nā. Item q̄
ihē̄ nazarenus est uere messias iudeis p̄missus
ideo habuit corpus passibile et mortale p mundi
redemptione usq; ad suam resurrectionem in qua habuit

corpus ī mortale et gloriosū. Dicendū g. q̄
ihē̄ nazarenus ī humanitate pro nobis assumpta
ī qua est minor p̄re, orabat eū p nobis, sicut habetur
ysa. liij° ca° et pro transgressoribus orauit ut nō
perirent, quod expliciū intelligitur de ipso ad litteram
sicut ibidem multipliciter declaraui. Orauit etiam
pro se ipso. Io. xvij° ca° pater clarifica filium tuum.
Quod autem arguitur de tiōre timore et tri-
sticia dicendū q̄ ista nō fuit in natura diuina
q̄ hoc est impossibile nisi tm̄ methaphorice. sic. gen.
vj° ca° dicitur et tactus dolore cordis intrinsecus delebo
inquit hoīem quē creaui a facie terre. Similiter
nec ī nā humana quantū ad partem aīe superiorē q̄
est intellectiua, in qua ihē̄ ab instanti sue concep-
tionis fuit cōprehensor et summo gaudio fruebatur
sed quantū ad partem aīe inferiorē, que dicitur
sensitiua et ē in organo corporali ī q̄ ihē̄ sic
uiator fuit p̄dicta, ad opus nr̄e redemptionis et
ut in ipso ostenderetur uera natura sensibilis corporis. sic
contra hereticos qui dicunt eum et q̄ xps nō ha-
buit corpus passibile sed celeste. Quod autem
uerbo ī dicitur transeat a me calix iste, dicen-
dum q̄ hoc peticio est sensualitatis, sic mouen-
tis que naturaliter horret mortem, sed erat uoluntas p̄po-
nentis tantū, per quā tm̄ uerum ihē̄ acceptas
bat mortem q: uoluntas rōnalis erat ī eo totaliter
uoluntas diuine conformis, ideo dicebat verumtamen
nō mea uoluntas, sed tua fiat, et accipit
hic uoluntas pro appetitu sensitiuo, qui appeti-
tui intellectiuo subijciebat. ideo de ipso scribitur. ysa.
liij. ca° oblatus est q: ipse uoluit. In hebreo sic
habetur angustiatus est q: ipse uoluit et infra eo-
dem ca° dicitur de ipso, tradidit ī mortem animam
suam, et cū sceleratis reputatus est etc. hoc dice-
bat. mt. xxvi° ca° spiritus quidem p̄mptus est, i. uoluntas
rōnis, p̄mpta est ad mortem, caro autem infir-
ma. i. sensualitas horret eam et hoc nō solū
inuenitur de ihū nazareno, sed etiā de martiribus in
nouo testō sicut patz de multis, et etiā ī ueteri
testō de machabeis ab antiocho tormentatis et
de eleazaro de quo dicitur. ij. mach. vj° capitulo.
Ex cum plagis p̄im̄i ī gemuit et dixit domine
qui habes scīam sanctam tu scis, q̄ cū a morte
possem liberari graues corporis sustineo do-
lores, scdm̄ autem aīam. i. scdm̄ partem aīe su-
periorē, libenter hec patior. Quod autem argui-
tur iudeus q̄ ē̄ nō dolet, timet aut contristatur nisi
p aīam, sic est uerum de aīa sensitiua. Sed quia
nesciunt distinguere inter sensum et intellectum, ideo
faciunt ridiculosum argumentum. Item arguit
iudeus verbū xpi dicentis apostolis mt. ult. data est
michi oīs potestas in celo et in terra. Ex hoc
arguit q̄ ihē̄ nō sit deus qui ex se ē potentissimus
et ab alio nō accipit potestatem. Si autem dicatur q̄
a pr̄e data est sibi potestas nō ualz, q: xpiani
dicunt patrem et filium eē equales. Dicendum
q̄ in ihū duplex est potestas, sicut est duplex
nā. vna est potestas diuina, quam habet ab eterno nō
tm̄ ex se sed a patre a quo est distinctus ī psona

ma*gr*

iudea

mat*th*

retue

iudea

mat*th* 2

non enim hoc minor est patre quia ab eo accipit eandem natu-
ram et potentiam sicut supra dictum est, tamen textus non
loquitur hic de ista potentia sed de alia quam accepit
in humana natura. nam ab instanti assumptionis humane nature ad
personam filii illa natura habuit excellentiam super omnem
creaturam auctoritative, non tamen executive, nam ut homines ap-
paruit in forma servi in humana natura passibili propter myste-
rium nostre redemptionis ad implendum, sicut fuerat predictum
Ysa. liii° capitulo. vere langores nostros ipse tulit et
dolores nostros ipse portavit disciplina pacis nostre super
eum et livore eius sanati sumus. quod intelligitur ad litteram de
christo etiam secundum antiquos doctores hebreorum, prout
ibidem plenius declaravi. sed in sua resurrectione ac-
cepit hanc potentiam executive. ideo tunc dixit data est michi
omnis potestas etc. tamen in iudicio finali omnia plenius erunt
subiecta sibi, sicut ostendit apostolus hebr. ii. capitulo. per hanc
tamen potentiam que finita est non est nec erit equalis
deo patri. Sic igitur patet ad obiecta iudei ex verbis
evangelii secundum matheum que ad manum meam devenerunt. Item
arguit iudeus ex verbis christianorum dicens vos dicitis quod cre-
ator unus est et quod christus verus est filius eius, et quod descendit
de celo sine separatione a patre et a spiritu sancto, quando ergo vos
dicitis quod filius descendit in uterum virginis, quero si-
cut pater et spiritus sanctus ab eo fuerunt separati an non. Si di-
catis quod sic est contra dictum in verbis vestris quia dicitis
quod descendit sine separatione ab eis. Si non dicatis
quod non sequitur quod pater et spiritus sanctus fuerunt incarnati sic-
ut filius quod vos negatis. Dicendum quod descensus fi-
lii in uterum virginis non est intelligendus per motum localem
sed per novum effectum in virgine quia inde effectus
est coniunctio divine nature et humane in una persona. hec
igitur coniunctio potest considerari dupliciter. uno modo effective
et sic facta fuit a tribus personis scilicet patre et filio
et spiritu sancto, nam eorum opera sunt indivisa. Alio
modo terminative et sic illa coniunctio terminata est
ad personam filii tantum. quod solus filius dei incarnatus
est. Aut ad hoc potest non posset exemplum, quod non habeat plus
de dissonantia quam de convenientia, tamen quantum ad aliquid
potest poni exemplum conveniens. ponatur igitur casus plato sortes cicero
contrahant matrimonium berthe cum sorte, que est media
persona. Si igitur queratur a quo effective est ista nuptialis [?]
coniunctio patet quod a tribus. Si autem queritur ad quem est termi-
native patet quod ad sortem tantum. quod ipse solus dicitur et est
berthe maritus. Sic suo modo est in proposito. quia licet pater
et filius et spiritus sanctus sint unum in natura, tamen sunt distinc-
ti in personis. Incarnatio vero terminata est ad filium, prout
personaliter distinguitur a patre et spiritu sancto, non tamen dicitur separa-
tus ab eis quia nomen separationis non recipitur in divinis per-
sonis quia significat divisionem essentie, non sic autem nomen
distinctionis. Sic igitur patet quod ad dictum christianorum
de christi incarnatione non sequitur contradictio seu aliquod
inconveniens. Item obicit sic ego quero a vobis
christianis utrum christus fuit mittens vel missus. Si di-
catis quod missus, quis unquam audivit dominum missum
ad alium. quod dicit hoc est apertum mendacium. Si autem
dicatis quod est mittens, mentitur textus evangelii quia dicit
et ego non sum solus sed ego et qui misit me pater.
Dicendum quod dei filius est mittens et missus fuit
enim in mundum a patre et spiritu sancto in sua incarnatione sicut

sicut fuit supra declaratum per auctoritatem ysa. xlviii°
capitulo. Et nunc misit me dominus et spiritus eius. hec
dicit redemptor tuus sanctus israel. et etiam mittens spiritum
sanctum sicut dicit Joh. xv. mittam vobis spiritum veri-
tatis etc. Circa quod sciendum quod missio alicuius
importat duplicem habitudinem, unam ad mittentem secundum quod
quis aliquo modo missus procedit a mittente. aliam
ad terminum ad quem mittitur secundum quem missus est ubi
prius non erat vel est ibi alio modo quam prius. licet autem in divinis
non sit processio unius persone ab altera secundum motum
localem ut sequitur [?], realem tamen est ibi processio secundum ori-
ginem, quia filius procedit a patre, et spiritus sanctus ab utroque
sicut in nobis suo modo verbum intelligibile procedit
a mente non extra ipsam sed intra. Et sic filius [?] pro-
cedit ab utroque. Si igitur filius et spiritus sanctus habent habitudinem
ad terminum missionis non tamen sic intelligendo quod inci-
piunt esse ubi prius non erant simpliciter quia de necessitate
sunt ubique per essentiam presentiam et potentiam sicut ier-
e. xxiii° celum et terram ego impleo dicit dominus, sed
sic intelligendo quod incipiunt esse ubi prius erant, tamen
alio modo, et hoc modo filius dei missus in mundum a patre
quando incepit ibi esse ut homo, ubi tamen prius erat ut deus
Jo. primo capitulo in mundo erat et mundus eum non cogno-
vit. in propria venit etc. Et similiter spiritus sanctus dicitur
missus apostolis visibiliter quando super eos apparuit in signo
visibili. nam hoc modo prius non erat ibi
et cotidie mittitur invisibiliter ad sanctifican-
dum creaturam rationalem quia incipit ibi esse per gratiam
sanctificantem ubi tamen erat prius per essentiam presentiam
et potentiam. Ad argumentum iudei patet quod non
est contradictio dicendo quod filius est mittens et
missus quia non est secundum idem. Item dicit iudeus
in libro symonis cephe, dicit ihesus ecce sathan studet
ad inficiendum me de manu domini et non
dabit me in manu sathan, et ex hoc arguit-
ur quare vos non confunditis christiani, vos dicentes illum deum
sic loquentem. Dicendum quod iste fallit accipit
nam in epistolis petri aut alibi non invenitur hoc dictum
a ihesu nazareno, et si hoc dixisset, et factum fuisset
nullum inconveniens sequeretur, nam supra declaratum
est quod est verus deus et verus homo in una persona, ipse
non sicut deus permisit sed in quantum homines a diabolo temp-
tari et de loco ad locum portari ut supra dictum est.
Et quia pater et spiritus sanctus sunt unus deus cum deo eo-
dem ab ipsis fuit etiam ista permissio. igitur si sathan
hoc modo permissus fuisset, quod iudeus allegat
falso, nullum inconveniens sequeretur. Patet etiam iudei
falsitas per hoc quod obiectiones suas in apertum men-
dacium terminavit.

Explicit responsio fratris nicolai de lyra ad quendam iudeum ex verbis evangelii secundum matheum contra christum nequiter arguentem.

Completum est autem hoc opusculum anno domini millesimo CCCC° xxxviii° in vigilia beati thome de aquino per iacobum p[?] in civitate [?] ad mandatum petri [?] de [?]

LYRA.
IN SACRAM
SCRIPTURAM.

3